BEATI

PETRI CANISII,

SOCIETATIS IESU,

EPISTULAE ET ACTA.

VOL. III.

BEATI

PETRI CANISII,

SOCIETATIS IESU,

EPISTULAE ET ACTA.

COLLEGIT ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

OTTO BRAUNSBERGER,
EIUSDEM SOCIETATIS SACERDOS.

VOLUMEN TERTIUM.
1561, 1562.

CUM APPROBATIONE REVMI ARCHIEP. FRIBURG. ET SUPER. ORDINIS.

FRIBURGI BRISGOVIAE.
SUMPTIBUS HERDER,
TYPOGRAPHI EDITORIS PONTIFICII.
MCMI.
VINDOBONAE, ARGENTORATI, MONACHII, S. LUDOVICI AMERICAE.

Cum opus, cui titulus est: *Beati Petri Canisii, Societatis Iesu, Epistulae et Acta. Collegit et adnotationibus illustravit Otto Braunsberger, eiusdem Societatis sacerdos. Volumen tertium*, aliqui eiusdem Societatis revisores, quibus id commissum fuit, recognoverint et in lucem edi posse probaverint, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur.

In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas et sigillo muneris nostri munitas dedimus.

Luxemburg, d. 14. Ian. 1900.

(L. S.)

Henricus Haan S. J.
Praep. Prov. German.

Imprimatur.

Friburgi Brisgoviae die 1. Octobris 1900.

✠ **Thomas**, Archiepps.

Protestatio editoris.

Ut legibus ab Urbano VIII. summo pontifice 13. Martii 1625, 5. Iunii 1631 etc. latis ac decretis Sacrae Rituum Congregationis satisfiat, editor profitetur quaecumque in hoc volumine narrantur de hominum illustrium virtutibus, miraculis, revelationibus, et si quae alia referuntur, quae naturae vim et condicionem excedere videantur, ita se velle intellegi, ut a privata tantum auctoritate profecta et humana tantum fide digna esse censeantur, nisi a sancta ecclesia approbata sint.

Typis Herderianis, Friburgi Brisgoviae.

PRAEFATIO.

Postquam secundum huius operis volumen in lucem prodiit, reverendus Pater Aloysius Kröss, ex Societatis nostrae provincia austriaca, libro „Der selige Petrus Canisius in Österreich" (Wien 1898) edito multos historiae Canisii fontes novos aperuit rerumque a beato illo viro, maxime in Austria, gestarum cognitionem valde amplificavit. Absolutum autem est, tomo IX. in lucem emisso, ineunte a. 1900 grande et pretiosum opus, quod et ipsum ad Canisium multis modis spectat: Series prior operis „Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Édition nouvelle" a reverendo Patre Carolo Sommervogel S. J., cui me multum debere profiteor, evulgati. Pergunt autem in modum libellorum periodicorum singulis mensibus opera hispanorum quorundam Societatis nostrae Patrum in lucem prodire „Monumenta historica Societatis Iesu"; quae, ut iam antea monui, ad Epistulas Canisii intellegendas, illustrandas, complendas multis rationibus conferunt; id quod de ea potissimum Monumentorum parte dico, in qua „Epistolae P. Nadal" valde accurate diligenterque evulgantur.

In huius voluminis epistulis monumentisque colligendis et illustrandis humanissime me adiuverunt, libris, codicibus etc. suppeditatis, complures archivis et bibliothecis publicis praefecti, inter quos grati animi significandi causa nomino R. P. Franciscum Ehrle S. J., praefectum bibliothecae vaticanae, clar. D. Doctorem Georgium de Laubmann, regiae bibliothecae monacensis directorem, clar. D. Doctorem Carolum Augustum Barack, directorem bibliothecae argentoratensis (iam vita functum). E Societate nostra saepe multumque ac magna prorsus caritate me adiuvit R. P. Ioannes Baptista van Meurs; multum etiam debeo RR. PP. Augustino Langhorst et Gerardo Gietmann. Alii quoque operam suam mihi commodaverunt; quos in ipso libro suis locis nominabo. His omnibus maximas ago gratias.

Luxemburgo, kalendis Novembribus 1900.

Editor.

I.

CONSPECTUS

totius voluminis et index chronologicus epistularum eius.

II.

PROOEMIUM VOLUMINIS TERTII.

I. Epistularum ac monumentorum numerus. II. Editionis ratio. III. Multae epistulae perierunt. Eas quae adhuc exstant quinam a Canisio acceperint vel ad eum dederint. IV. Epistularum et monumentorum genera: 1. Relationes de religionis statu Romam et Tridentum ad Hosium missae. Relationes tridentinae. Epistulae familiares. Canisii litterarum commercium cum subditis et cum supremis Societatis moderatoribus. 2. Monumenta domestica et externa. V. Res, quae narrantur: 1. Misera religionis in Germania condicio. Germaniae restauratio religiosa. Res in concilio tridentino, maxime per Societatis homines, gestae. Quid Canisius pro concilio praestiterit; quid de calice laicorum et de potestate pontificia senserit. 2. Societatis in Germania difficultates inimicique, amplificatio et profectus internus. 3. Res ad Canisii personam pertinentes: Praepositi provincialis officium ab eo administratum. Amor Germaniae. Cura rei litterariae. Contiones aliique labores augustani.

Nota: *Numeri arabici uncis inclusi, qui singulis sententiis adduntur, ostendunt, quibus libri paginis singula facta potissimum narrentur.*

I. Volumen hoc continet 249 epistulas canisianas, a m. Ianuario 1561 usque ad Decembrem 1562 scriptas, et 200 „monumenta" sive „acta" canisiana eiusdem fere temporis. Ex epistulis 125 a Canisio vel eius nomine scriptae, 124 ad ipsum datae sunt. Ex quibus epistulis 174 fere usque huc nondum, quod equidem sciam, typis exscriptae, 47 fere iam antea integrae excusae, reliquarum partes tantum, eaeque fere satis parvae, in lucem emissae sunt. Praeterea cum in monumentis tum in adnotationibus, quae epistulis subiunguntur, plus quam 480 positae sunt partes vel particulae, ex fontibus, quod ego sciam, nondum evulgatis depromptae.

II. Epistulas monumentaque edendi rationem in hoc volumine eandem secutus sum atque in volumine secundo (vide Canisii Epistulas II, XVIII—XX), nisi quod in duabus rebus parvis eam immutavi: In „Tabulis chronologicis" id fere praestiti, quod reverendi *Patres Bollandiani* (Analecta Bollandiana XVI [Bruxelles 1897], 364) mihi commendaverant: Singulis factis, quibus libri paginis copiosius narrarentur, adnotavi. „Monumenta augustana", quia et plurima et satis varia sunt, primum quidem pro rebus a Canisio gestis in quattuor classes divisi; deinde in singulis classibus fere ordinem temporum secutus sum.

Epistulas a Canisio hoc tempore datas, quotquot nactus sum, propono integras, una tantum particula, cuius locus infra p. 263 punctis interpositis designatur, excepta; haec enim de iis rebus est, quae ex una parte ad historicam cognitionem haud admodum valent, ex altera autem ad internum tantum forum pertinent et cum summis magistratibus, quo melius conscientiae ab iis regantur, secreto communicantur (cf. *Can.* Epp. II, xxiii). Atque, ut semel dicam, quamvis parvi momenti huiusmodi res esse videantur, convenire tamen existimo, ut rerum conscientiae regendae gratia aliis commissarum etiam post tantum temporis ratio habeatur, praesertim ab homine Societatis Iesu, quae in rebus ad conscientiae moderationem spectantibus secreti fidem tam serio servare solet.

III. Annis 1561 et 1562 multis ex partibus ad Canisium „magnis de rebus“ scriptum esse eique ad proceres multas gravesque litteras dandas fuisse ex huius temporis monumentis constat (596. 783). Quare epistulae, quae hic ponuntur, partem tantum constituunt illius litterarum commercii; velut quas ab eo acceperunt vel ad eum dederunt Daniel Brendel archiepiscopus moguntinus, Ioannes ab Hoya episcopus osnaburgensis, Gerardus Kalckbrenner (Hammontanus) prior cartusiae coloniensis, Fridericus Staphylus universitatis ingolstadiensis superintendens, Georgius Sigismundus Seld imperii vicecancellarius, Ioannes Udalricus Zasius Ferdinandi I. caesaris consiliarius epistulas iam perisse ex litteris quae supersunt colligere licet (263. 273. 551. 66. 320. 772. 564. 469).

IV. In ea, quae adhuc exstat, commercii epistularis parte suprema christianae reipublicae capita apparent: P i u s IV. p a p a e t F e r d i n a n d u s I. i m p e r a t o r. Accedunt duo viri, qui tunc in cardinalium collegio et pietatis et litterarum studiis eminebant: Stanislaus Hosius episcopus varmiensis idemque primum apostolicus apud caesarem nuntius, deinde unus ex praesidibus concilii tridentini, atque Otto Truchsess de Waldburg, episcopus augustanus, germanicae nationis in curia romana „protector“ etc. Comparent etiam Ioannes Iacobus Khuen de Belasy archiepiscopus salisburgensis, et Antonius Brus de Muglitz episcopus primum vindobonensis, deinde archiepiscopus pragensis, Iulius de Pflug episcopus naumburgensis, Fridericus de Wirsberg episcopus herbipolensis, Ioannes Franciscus Commendonus episcopus Zacynthi et nuntius apostolicus, alii viri vel doctrina vel officiis opibusque praestantes, ut Martinus Cromer canonicus cracoviensis et Poloniae regis apud caesarem orator, Henricus Scribonius metropolitanae ecclesiae pragensis praepositus. Cornelius Herlen a Rosenthal universitatis dilinganae rector, Matthaeus Galenus eiusdem universitatis professor, Marcus Velserus (Welser) „senior“ patricius augustanus, Sebastianus Zott consiliarius caesareus, Thomas Busaeus canonicus noviomagus, ex Societatis autem hominibus Sanctus Franciscus de Borgia. Iacobus Lainius (Laynez) Societatis praepositus

generalis, Alphonsus Salmeron et Christophorus Madrid, eiusdem ad tempus vicarii generales, Hieronymus Natalis (Nadal) visitator, Ioannes de Polanco secretarius Societatis, Petrus de Ribadeneira provinciae Societatis tuscae praepositus, rectores collegiorum bononiensis, coloniensis, ingolstadiensis, lauretani, moguntini, monacensis, pragensis, treverensis, tyrnaviensis etc.

V. 1) Quod ad epistularum genus attinet, imprimis notatu dignae sunt duae relationes, quas Canisius ineunte a. 1561, ut praecepto a Lainio praeposito generali a. 1560 dato (*Can.* Epp. II, 599—600) satisfaceret, de rebus Germaniae ad eundem Romam misit, cum summo pontifice communicandas. Harum autem similes, immo etiam longe graviores illae epistulae sunt, quas Canisius ad Hosium, maxime postquam hic concilio tridentino praeesse coepit, misit, ut eum, quid catholici, quid protestantes molirentur, qui rumores circumferrentur, qui libri novi vel a catholicis vel a protestantibus in lucem emissi essent, quibus rationibus ecclesia iuvari posse videretur, certiorem faceret. Quas quidem litteras iam E. S. Cyprianus in „Tabulario Ecclesiae Romanae" a. 1743 edito (vide infra p. LIV) ex archetypis excudendas curavit; sed hic liber, ut post *Th. Sickel* nuper notavit *S. Steinherz* (Nuntiaturberichte aus Deutschland 1560—1572, I [Wien 1897], XI), nunc rarissimus est, et cum ad epistulas illas, imprimis ubi de re litteraria sunt, intellegendas multae explicationes necessariae sint, paucae tamen a Cypriano positae sunt. Sunt etiam, quae „relationes tridentinae" dici possint: duas dico epistulas, quas Canisius, quo tempore Tridenti theologum agebat, de concilii rebus ad amicos dedisse videtur, potissimum autem epistulae illae, quibus Ioannes de Polanco, Societatis secretarius atque et ipse concilii theologus, inde a m. Augusto 1562, quo Tridentum cum Lainio advenerat, ad Societatis praefectos atque per eos ad ceteros quoque Societatis homines, quae in concilio, maxime per praepositum generalem reliquosque Socios, gererentur, referre solebat. Aliae autem vel ad caritatem amicitiamque tum cum Sociis, maxime coloniensibus, tum cum externis alendam praecipue spectant, vel de singularibus potissimum negotiis ad religionem iuvandam pertinentibus scriptae sunt; atque inter huius generis epistulas illae eminent, quas Canisius, provinciae Societatis Iesu „Germaniae superioris" praepositus, ad rectores collegiorum aliosque subditos dedit vel ab iisdem accepit; permultae denique huius voluminis epistulae eaeque et longae et valde graves ad commercium illud spectant, quod inter Canisium praepositum provincialem et Lainium praepositum generalem eosque erat, qui Lainio m. Iulio a. 1561 in Galliam indeque ad concilium tridentinum profecto Romae eius iussu Societatis negotia administrabant: Christophorum Madridium, Alphonsum Salmeronem, Sanctum Franciscum de Borgia; quae litterae tanto pluris aestimentur oportet, quanto rarius huiusmodi epistulae praesidum Societatis auctoritate secreto datae in archivis bibliothecisque publicis inveniuntur;

ut de locupletissimo illo regni bavarici archivo monacensi („Reichsarchiv") fatetur, qui diu illi praefuit *Franc. de Löher* (Ueber handschriftliche Annalen und Berichte der Jesuiten, in „Sitzungsberichte der philos.-philolog. und historischen Classe der k. b. Akademie der Wissenschaften zu München", Jahrg. 1874, II [München 1874], 163).

2) „Monumenta" porro canisiana partim domestica sunt, ut codices contionum Canisii, litterae „quadrimestres", aliae epistulae, quas vel privatim, vel ex officio Societatis praepositi aliique Socii inter se dederunt, partim externa, ex variis fontibus deprompta, ut sunt acta cathedralis capituli augustani, acta concilii tridentini ab Angelo Massarello eiusdem secretario conscripta, relationes de rebus concilii ad Ferdinandum I. caesarem et Albertum V. Bavariae ducem ab eorum oratoribus tridentinis etc. missae, monumenta domestica familiae fuggeranae, acta „regiminis" Austriae superioris Oeniponte constituti, Annales augustani a Gassaro eius temporis aequali compositi, libri eodem tempore vel a catholicis vel a protestantibus evulgati etc.

VI. 1) Ut ad res ipsas accedam, epistulas hasce monumentaque canisiana imaginem dixeris, in qua Germaniae status religiosus ad vivum depingatur ita, ut simul quaedam ad exteras nationes pertinentia conspiciantur. Multa certe in hac imagine cernuntur admodum atra atque funesta: Archiepiscopus magdeburgensis palam ab ecclesia catholica deficit (360); episcopatus merseburgensis, Michaële Heldingio (quem Canisius doctissimum inter Germaniae episcopos et eloquentissimum ducit) mortuo, a principe electore Saxoniae occupatur (257. 360); ampla illa terra archiepiscopo et electori moguntino subiecta magna animorum corruptione laborat (192. 205. 210); Herbipoli nobiles cathedralis ecclesiae canonici „in summa licentia" vivunt (422); in universitate vindobonensi theologiae auditores vel admodum pauci vel parum idonei (267); inter adulescentes germanos pauci, ut Canisius queritur, litteris latinis graecisque et philosophiae serio dant operam (277); in clero avaritia et simonia haud ita raro comparent (512. 632—635); multi sacerdotes breviarium non recitant; multa monasteria deserta; contionatorum et eorum, qui animarum curam gerant, magna inopia (75. 387. 223. 365. 134. 175. 312. 321). Quare in Bohemia catholicorum numerus in dies minuitur (189). In Austriae inferioris magistratu sive „regimine" plures lutherani quam catholici sunt (367). Augustae Vindelicorum, qui catholicos libros excudat, iam non invenitur (772. 785). Interea Naumburgi principes protestantes nuntios apostolicos, a quibus ad concilium invitantur, turpiter repellunt et ab Angliae regina Daniaeque rege in „Confessione augustana" tenenda confirmantur (84—86). Theologi protestantes communibus quidem studiis catholicos, maxime libris famosis editis, lacessunt (240. 326. 374. 409. 491. 527. 772); ceteroquin autem acriter inter se pugnant (86. 322. 325. 378. 469. 488. 490). Calvinismus magis magisque Lutheranismum superat (239. 381). Ex Gallia,

quae Hugonottorum crudelitate vehementer perturbatur, quidam foedera militesque a Germaniae proceribus protestantibus petunt (362. 448. 488. 583). Atque adeo protestantium animi iam exacerbati et a catholicis alienati sunt, ut falsus rumor per Germaniam volitet fidemque inveniat, summum pontificem cum principibus potentibus in id conspirasse, ut, quicumque concilio tridentino non oboedissent, „igne ferroque“ opprimerentur (361. 371. 374. 377).

Pacificae autem illius „restaurationis catholicae“, quam vocant, progressus ex multis harum epistularum paginis relucet. Archiepiscopatus pragensis cum magno Canisii gaudio a Ferdinando I. caesare instauratur (257. 321. 338). Idem caesar, complures episcopi, alii quidam principes Societatis collegia vel parant vel iam condita amplificant; de qua re paulo infra plura dicentur. Universitas dilingana ab Ottone cardinale Augustano instituta et virtutibus et litteris floret (281—282). Staphylus aliique libris editis pro ecclesia pugnant; id quod, cum Canisii de re litteraria merita recensebuntur, copiosius dicetur. Oeniponte viri catholici egregieque docti iudiciis praesunt et quinque „reginae“, Ferdinandi I. imperatoris filiae, pietatis exemplis Tirolim illustrant (328. 708. 715). Atque ipse etiam Maximilianus earum frater, id quod Canisius laeto animo Romam Tridentumque refert, et Francofurti ad Moenum, dum rex Romanorum eligitur, impias principum protestantium petitiones neglegit, et postea Augustae catholicos prae se fert sensus (545. 562. 575). Imprimis autem Albertus V. Bavariae dux Pancratium de Freyberg aulae praepositum, quod protestantismo patrocinetur, honore privat (321. 323); idem ad munera publica probatae tantum fidei religionisque viros admittere statuit (87); in librorum venditores serio invigilat (410); ac postquam Neoburgi apud Wolfgangum Palatinum ducem sibi propinquum contionantem audivit Phauserum lutheranum, etiam magis catholicus domum redit, Staphylum et Eisengreinium muneratur etc. (320—321). Atque etiam Pius IV. „Germaniae cupit optime“ (23. 75. 502). Qui, ut Canisius non sine gaudii significatione scribit, romanam reformat curiam (330. 516), et a Lainio Societatis praeposito, ut „Indicem“ librorum prohibitorum „ad ius commune reduceret“ admonitus, coetum cogit cardinalium et theologorum — Lainius inter eos comparet —, in quo m. Februario a. 1561 coram ipso pontifice de Indice reformando agi incipitur (27. 48). Maximum autem Germaniae subsidium a Pio IV. praebitum est, cum eius opera, plurimis difficultatibus superatis, concilium tridentinum denuo congregatum est.

De epistulis monumentisque tridentinis, quae hic proponuntur, ut recte iudices, advertas velim, quid ad ea scribenda impulerit. Non enim, qui epistulas hasce dederunt, illud sibi potissimum proposuerant, ut historiam concilii universi narrarent; sed potius res a Lainio Societatis praeposito aliisque insignibus Societatis viris Tri-

denti gestas cum ceteris Sociis, qui illos patres fratresque in Christo suos habebant et singulariter colebant, volebant communicare. Primus e Societate Tridentum venit P. Ioannes Cuvillonius, theologiae professor ingolstadiensis, cum Augustino Paumgartner orator missus a Bavariae duce. Qui cum praeter alia calicem laicorum et matrimonium sacerdotum a concilio peteret, Cuvillonius (complures historici rem haud recte narrarunt) Canisio et Salmerone auctoribus impetravit, ut sibi oratoris munere liberato theologum tantum agere liceret (408. 737. 738). Lainius autem, cum pontificis iussu m. Augusto a. 1562 Tridentum venisset, et Cuvillonium et Salmeronem, qui inter theologos pontificios primum locum tenebat, „bonum odorem" Societatis spargentes invenit (476). Qui, omnium postremum inter ordinum religiosorum supremos moderatores locum pro modestia sua a legatis impetrare frustra conatus (531), non solum patribus Indici reformando destinatis ascriptus, sed etiam aliis quibusdam negotiis secretis gravibusque tractandis cum Salmerone et paucis aliis delectus est (477. 498. 565). Idem de quaestionibus, quae eo tempore Tridenti vehementer agitabantur, ut de sacrificio in ultima cena a Christo oblato, de sacro calice laicis concedendo, de origine iurisdictionis episcoporum, in generalibus episcoporum congregationibus orationes habuit copiosas, quae cardinalibus legatis atque etiam Lotharingiae cardinali et multis episcopis valde probabantur (477. 481. 497. 565); quorum rogatu Lainius eas etiam litteris consignare in animum induxit (497. 582). Doctrinam etiam et canones de sacramento ordinis patrum delectorum auctoritate Lainius composuit (496); quae tamen doctrina ab aliquot viris coetui illi postea adiunctis, locis sacrae Scripturae aliisque probationibus remotis, ad simpliciorem formam redacta est (496. 528—529). Neque, quod Lainius et Salmeron magnopere cupiebant definiri (448. 496. 527. 539), definitum est: episcopis iurisdictionem a Christo per summum pontificem tribui. „Si tamen", inquit Polancus Tridento 2. Novembris 1562 Canisio scribens, „peccata nostra veritatem tantum, quantum desideramus, illustrari non permittent, saltem nihil, quod verum non sit, in decretis erit" (523). Ceterum Societatis homines in concilio et multum laborasse et magnae apud episcopos auctoritatis fuisse Canisius, rebus ipsis spectatis, identidem testatus est. (539. 551). Multi patres, quodnam suffragium sibi ferendum esset, Lainium et Salmeronem consultare solebant. Concilii autem praesides publicas communesque dederunt litteras, quibus ipsius instituti Societatis approbatio quaedam pronuntiabatur; cui proximo anno alteram eamque etiam planiorem totum concilium additurum erat (498. 521. 531. 744).

Licet autem de rebus ad Canisii personam spectantibus seorsim agere mihi proposuerim, huic rerum tridentinarum vel potius rerum Tridenti per Societatis homines gestarum narrationi, ne quid ei desit, addam, quid Canisius a. 1561 et 1562 pro concilio praestiterit.

Canisius concilium (cui primum congregato ipse a. 1547 interfuerat cardinalis Augustani theologus) „necessarium ecclesiae remedium“ esse censebat (14) neque solum Augustae ex ecclesiae cathedralis suggestu, quanti momenti esset, exposuit et multas pro eius felici successu precationes et ipse faciebat et ab aliis faciendas curavit (622. 375. 392. 444. 457. 759), sed etiam episcopos Germaniae, ut Tridentum vel ipsi irent vel saltem oratores mitterent, compluries admonuit (383). Quos „cunctari more suo“ „mirum et miserandum“ ducebat. „Omnia metuimus magis quam solum Deum“ (317. 319. 395. 409. 437). Ac quae Hosius Tridento 10. Februarii 1562 Canisio de protestantibus scripserat: „Veniant, veniant, quocumque animo veniant, reperient hic viscera paternae charitatis plena“ (377), Canisius aliquot mensibus post sermone ardenti repetiit: Protestantes Tridenti „liberam“ habituros esse synodum „clementesque censores“ etc. (457). Eiusdem rei gratia etiam concilii praesidibus suasit, ut patrum theologorumque in concilio congregatorum nomina et elegantes aliquot sermones ab iis recitati typis evulgarentur (325. 346. 373). Cum tamen caesarem, cardinalem Augustanum, concilii legatos de Canisio Tridentum evocando cogitare audiret, valde recusabat; nam „ad rem tantam aeque idoneus atque ad lyram asinus“ et illic „idem, quod anser inter olores“ futurus esse sibi videbatur (347. 391. 2. 727) ideoque Augustae „frigide“ contionari quam Tridenti „inepte disputare“ malebat (255). At tandem ex communi cardinalium, qui synodo praeerant, suffragio „ob doctrinam et rerum experientiam“ pontificia auctoritate arcessitus (434. 725), m. Maio 1562 Tridentum advectus et theologis „minoribus“ annumeratus est. Quos ex variis nationibus ortos libere, modeste, copiose, doctissime disputare (455. 464) atque inter eos Salmeronem excellere ac „magnum honorem Societati attulisse“ (461) litteris Tridento Romam et in Germaniam missis affirmabat. Atque ipse etiam Canisius patrum theologorumque Indici reformando designatorum collegio ascriptus est, Antonio Brus archiepiscopo pragensi caesarisque oratori praecipuo nonnihil operae navavit, cardinalem Hosium, qui multa „arcana“ cum eo communicabat, saepe multumque adiuvit (442. 449. 753). In publicum quoque prodire et de quinque illis „articulis“ ad usum sacrae eucharistiae spectantibus, qui theologorum disputationi propositi erant, 15. Juni 1562 (post prandium) sententiam dicere coactus est (462. 743. 753). Qui sermo celebritatem quandam assecutus est eo, quod Canisius principibus calicem pro laicis petentibus aliquid concedendum esse opinatus est (749—754).

Canisius in epistula secreta ad Sanctum Franciscum Borgiam data de hoc sermone: „Successum“, inquit, „alii commendant. Dominus mihi adfuit per communia Societatis suffragia“ (461—462). Sermonem ipsum Angelus Massarellus, concilii secretarius, suis auribus exceptum more suo litteris consignavit, admodum tamen breviter ne-

que magis accurate, quam ab homine occupatissimo et laboribus fatigato exspectari (742—749) poterat. Ex qua brevi summa cognoscitur, Canisium non sine eruditione biblica, patristica, historica patribus, ut tria definirent, commendasse: Parvulis sumptionem eucharistiae necessariam non esse. Non plus gratiae utriusque quam unius speciei eucharisticae sumptione accipi. In capite sexto evangelii Ioannis de communione eucharistica, non de sola „manducatione spirituali", quae per fidem fieret, agi. Quorum primum a concilio definitum est, non reliqua. Calicem autem laicorum ut et Bohemis, quo in reliquis omnibus rebus ecclesiae catholicae iungerentur, et catholicis quibusdam „nutantibus", ne a fide deficerent, concederent, patribus, si quidem Massarello credimus, suasit (744—751). Certe patrum nonnullorum animos ad aliquid in ea re concedendum propensiores reddidit. Quamobrem haec oratio et a caesaris oratoribus et postea a compluribus historicis copioso illi sermoni opposita est, quo aliquanto post Lainius — hic, quo tempore Canisius Tridenti agebat, eo nondum advenerat — concilio, ut nemini prorsus calicem concederent, et acriter suasit et magnam partem persuasit (481. 752. 754). Ceterum Canisius, qui iam m. Martio a. 1562 in cathedrali templo augustano quattuor contionibus communionem sub una specie defenderat et „in Bohemia et alibi post usurpatum" sine superiorum auctoritate „calicem" „fructus sequi" pessimos asseruerat (642), Oeniponte 31. Iulii 1562, antequam rem cum Lainio conferendi opportunitatem nactus esset, Hosio cum dolore scripsit, „filios desertores" „modis omnibus pro calice pugnare" (471). Atque cum concilium calicis negotium ad pontificem rettulisset, Canisius a Ferdinando caesare, utrum calicem a pontifice peti conveniret necne interrogatus, copioso commentario eum vel pro hominibus probe catholicis vel pro iis, qui ab ecclesia catholica defecissent, petendum esse omnino negavit; peti tamen eum posse pro catholicis aliquibus in fide infirmis, siquidem eorum hac ratione ecclesiae conservandorum spes exstaret; exiguam vero hanc spem esse; ac certe condiciones quasdam concessioni illi adiungendas esse; inter quas hanc quoque ponit, ut romanae ecclesiae se fidem tenere profiteantur (499—513). Hoc quoque notatu dignum: Canisius commentarii huius exemplum Tridentum ad Lainium misit; cuius nomine Polancus commentarium „bene habere" neque, „quantum ad conclusionem pertineret", ita valde a responso illo discrepare rescripsit, quod de eadem re P. Victoria S. J. collegiorum pragensis et vindobonensis nomine Tridento, Lainio consulto eodemque probante, ad caesarem misisset. Quod responsum certe eiusmodi erat, ut ad calicem petendum Ferdinandi animus non incitaretur (521. 513 ad 514). Cupiebat quidem Lainius, ut praeter duo illa responsa orationis quoque de calice a se in concilio habitae exemplum imperatori traderetur; cum autem Canisio id haud ita probari intellexisset, traditione supersedendum esse et ipse iudicavit (521. 568. 583). Quare mirum

non est, 7. Novembris 1562, cum concessi revera calicis rumor spargeretur, Canisium, litteris ad Hosium datis, hac de re tristem potius se exhibere quam laetum (528).

Brevi post hanc orationem Canisius, Augustam in aedis maximae suggestum et a clero populoque catholico et ab Ottone cardinale iterum ac saepius repetitus, Tridento abeundi veniam impetravit (735. 739. 741). Neque tamen deinceps concilii adiuvandi curam dimisit. Hosium, ut in praesidis officio infracto animo persisteret, identidem per litteras hortabatur (485. 488). Eidem m. Augusto, quem petiverat, commentarium „de abusibus missae“ tollendis misit, mensibus Septembri et Octobri, ut „purgarentur filii Levi“, neve „solum de fidei doctrina, sed etiam de reformatione morum“ Tridenti quaedam „constituerentur“, iteratis litteris commendavit (474. 485. 489. 492. 516)[1]. Atque Canisius, cum eum qui super Petri cathedram „fundatus non esset“, „arundinem esse posse, Christianum non posse“ (331), atque Sociis, si opus foret, etiam sanguinem, ut Germania sedi apostolicae „restitueretur“, fundendum esse censeret atque huius sedis auctoritatem in concilio confirmatum illustratumque iri sperasset (140. 89), vehementer doluit, „gravem et odiosam conflictationem“ inter patres ortam esse de quaestione, quam magni ponderis esse et ipsi persuasum erat (443. 551): Num singuli episcopi, sicut „ordinis“, ita etiam iurisdictionis, qua suam quisque dioecesim regeret, potestatem ab ipso Deo, nullo interposito, acciperent. Canisius sane non solum in illo de calice commentario ad Ferdinandum I. dato pontificiae potestatis plenitudinem studiose extulit (510—512), loco illo Irenaei, praeter alios, adhibito, qui nunc quoque ad romani pontificis primatum demonstrandum imprimis adhibetur (Contra haer. l. 3, c. 3, n. 2), sed etiam litteris ad Hosium datis professus est, sententiam Lainii, iurisdictionem illam a Deo „pontifice mediante“ dari tenentis, sibi quoque placere, quamvis episcopis hispanis „ingrata“ esset (527). Qui cum eo tempore contrariam sententiam mordicus defenderent, Canisius Claudio comiti de Luna, Philippi II. ad concilium legato, per Augustam transeunti persuasit, ut iis scriberet, „modeste agerent“ neve cardinalibus concilii praesidibus molestias pararent (532—533). Quod cum a Canisio ad Hosium relatum esset, Canisii litterae Tridento

---

[1] Cum his factis conferenda sunt, quae *H. Ph. K. Henke*, consistorii in ducatu brunsvicensi praeses vicarius et „abbas in Königslutter“ protestans, scripsit: „Ohne den Einfluss der Jesuiten würde auch die Tridenter Synode einen andern Ausgang und Erfolg gehabt haben. Sie vornehmlich waren es, welche . . . jeder Verbesserung der Begriffe, jeder Abstellung alter Missbräuche, so tapfer entgegenarbeiteten. . . Ausser ihrem Ordensgenerale, Lainez, waren Peter Canisius und Alphonsus Salmeron, ein Spanier († J. 1585), bey dem allen vorzüglich betriebsam; und durch solcher Leute mehrere, durch listige Schleicher und stürmische Schreyer, ward der Mangel gelehrter Männer auf der Synode ersetzt, und jeder woldenkende Rathgeber zum Schweigen gebracht“: Allgemeine Geschichte der Christlichen Kirche nach der Zeitfolge. 4. Aufl. 3. Theil (Braunschweig 1806), p. 220—221.

Romam ad Sanctum Carolum Borromaeum missae et ab eo coram Pio IV. recitatae, hunc solacio affecerunt (534).

Cum monumenta in hoc opere posita in publicam cognitionem venerint, iam fieri posse non existimo, ut repetantur, quae *Paulus Drews,* theologus protestans, scripsit: „Dass das Tridentiner Konzil eine weltgeschichtliche Bedeutung gewonnen hat, ist nicht zum wenigsten auf den Einfluss, den hier die Jesuiten zu Gunsten der Papstgewalt ausgeübt haben, zurückzuführen.... Diese jesuitische Tendenz vertraten vor allem Laynez und Salmeron. Anders stand Canisius, und hier beginnt der tiefe Graben bemerkbar zu werden, der ihn von jenen trennte.... Ohne Zweifel tritt hier in Trient ein Gegensatz zwischen Canisius und der neuen Jesuitengeneration hervor, der sich nicht wieder ausgeglichen hat.... In vielen Punkten war er [Canisius] viel eher kaiserlich als jesuitisch-päpstlich": Petrus Canisius, der erste deutsche Jesuit (Halle 1892) p. 104. 106. 110 (Schriften des Vereins für Reformationsgeschichte Nr. 38).

2) Canisio gubernante provinciam Sociorum Germaniae superioris prospere inter varias difficultates progressam esse ex litteris huius voluminis colligitur. Haud secus atque praecipua illa Societatis collegia romanum et coloniense, ita ea quoque, quae ineunte a. 1561 provinciam Germaniae superioris constituebant: vindobonense, pragense, ingolstadiense, monacense, cum domuncula augustana rerum inopia premebantur (7. 18. 25. 52. 799). Atque a. 1562 Pragam, Vindobonam, Monachium pestilentia urere coepit. Accedebat hominum paucitas; unde singuli nimiis laboribus premebantur atque ita, quemadmodum Canisius ad Lainium rettulit, „graviter tum in spiritualibus tum in litterariis studiis impediebantur" (94. 129. 132). Complures igitur vel novicii vel adulescentes scholastici vel fratres laici corporibus animisque aegrotantes aut a Canisio dimittendi fuerunt aut sua sponte abierunt, Canisio gratias Deo agente, quod ab eiusmodi ineptis et „malae frugis hominibus" Societatem liberasset (90. 267. 461). Fieri tamen non poterat, quin duobus casibus funestis Canisii animus vehementer afflictaretur: P. Ionas Adler monacensis ac P. David Eckius, praeclari illius theologi Ioannis Eck ac potentissimi Bavariae cancellarii Simonis Thaddaei Eck propinquus, ex Societate egressi (174. 194. 305); controversiae vindobonensibus Sociis cum universitate ob scholam logicae in collegio apertam et cum „regimine" ob novicios, quos invitis parentibus admissos esse causabantur, exortae (52. 144. 367). Quae omnia non obstitere, quominus a Ferdinando caesare collegium pragense omnium in ea provincia primum bonis oibinensibus in commodiora mutatis, diplomate fundationis ornaretur (387[1]. 401), collegii vindobonensis et aedificia et reditus amplificarentur (248. 431[5]), in Hungaria collegium tyrnaviense, Olaho archiepiscopo strigoniensi operam conferente, institueretur (51. 220. 225). Imprimis vero oenipontanum collegium, a Tirolensibus avide expetitum, medio a. 1562 scholas, caesareo edicto per Tirolim commendatas, Canisio praesente, sollemniter aperuit (255. 705. 707). Canisius, qui collegium hoc maximi momenti esse ducebat (170. 205. 436), a. 1561 et 1562

ter Oenipontem venerat, ut longis cum caesaris „regimine“ tractationibus omnia pararet et constitueret (165. 421. 466); idem bibliothecae collegii copiam librorum caesaris pecunia coëmerat (700—715) atque homines selectos tam saepe tamque instanter pro eodem collegio a Societatis moderatoribus romanis petierat, ut tandem eorum reprehensionem incurreret (247. 255. 262. 435. 440); „reginae“, Canisii contionibus et colloquiis incensae, collegium beneficiis pene „obruebant“ (715). Ingolstadiense quoque et monacense collegia novis aedificiis amplificata (244. 681. 684. 206. 692); hoc ampla quoque bibliotheca instructum (206); illud a Canisio ad novos libros, ne ea in re ceteris collegiis inferius esset, comparandos incitatum (576). Utriusque dotandi atque novi collegii Straubingae condendi gratia decumae ex bonis cleri Bavariae Alberto V. duci a pontifice concessae (364. 380). Augustae monasterium quidem S. Georgii paene desertum in Societatem transferre frustra tentarunt (223. 670); attamen ibidem et plures Socii constituti et amplioris cum domus tum reditus certa spes facta (672. 675. 677). Archiepiscopus salisburgensis collegia, quae condere statuit, Sociis offert, quippe qui „tum propter mores compositos, tum propter eruditionem“ ad eam rem aptissimi esse censeantur (467). Cardinalis Augustanus cum iisdem de dilingani collegii sui cura suscipienda agit (819). Sunt etiam, qui ab iis petant, ut Landishuti, Passaviae, Pilsnae, Cremisii, in dioecesibus gnesnensi et plocensi collegia instituant (385[2]. 483[4]. 185. 78[3]. 17. 19). Et haec de Germaniae superioris provincia.

Ad aliarum quoque Societatis provinciarum historiam illustrandam saltem radii haud pauci ex his litteris effulgent. Romae fere 300 Socii degebant; Tusciae collegia omnino plena erant (286. 561). Quos Scotia primitias Societati offerebat, praeclaros viros Edmundum Hay et Guilielmum Creighton, Canisio, dum per Augustam transeunt, hospitio excipere contigit (524). Monte Regali in Pedemontio, Turnone, Lovanii, Antverpiae, Cameraci, Osnaburgi, Vratislaviae, Perusii collegia vel constituta vel parari coepta (122. 353. 559. 212. 551. 468). In coloniensi collegio et Sociorum et discipulorum numerus auctus; treverensi senatus, cleri, universitatis amor conciliatus (5. 6). Moguntiae ab archiepiscopo collegium institutum, cui ut Socii docti constantesque atque inter hos, qui archiepiscopi „consultor et admonitor“ esset, mitterentur, Canisius apud Societatis supremos praesides vehementer institerat (149. 192. 205). Magis etiam Canisio cordi erat, ut satisfieret episcopo herbipolensi, qui ipsius opera Socios, „opinione virtutum et doctrinae iam celebres“ in civitate sua, monasterio deserto iis sustentandis a pontifice impetrato, collocare cupiebat; atque Canisius se ipse, si alii deessent, ad collegii initia ponenda offerebat (127. 365. 422)[1].

---

[1] *Ioannes Franciscus Commendonus*, episcopus Zacynthi et apostolicus per Germaniam nuntius, Herculi Gonzagae, cardinali Mantuano et concilii tridentini

Externae huic Societatis amplificationi profectus interni iungebantur. Germaniae superioris Sociis variorum officiorum regulae vel primum missae sunt, ut „consultorum", vel saltem promissae, ut „coadiutorum temporalium" (177. 819). Societatis praepositus generalis, triennii lege, quam Paulus IV. tulerat, sublata, perpetuus esse, ut et in Constitutionibus praescriptum et Canisio visum erat, a Pio IV. iussus est (62. 109. 178). Cum Victoria rector vindobonensis professionem sollemnissime, caesare etiam et Maximiliano rege invitatis et Hosio ex ea pompa „scandalum passo", fecisset, Lainii praepositi litterae publicae per omnia provinciae collegia recitatae sunt, quibus Victoriae ob Societatis „simplicitatem" neglectam paenitentiam impositam esse denuntiabatur (116. 143. 153). Canisius praepositus provincialis singulis „consultoribus" suis aliquam provinciae partem singulariter ut eius „angelo" tradidit curandam (99). Ex provinciae collegiis pecunia collecta, ut noviciis domus separata constitueretur (133. 246. 253); cui regendae Canisius aliquot „sanctos patres" Roma mitti cupiebat; id nisi fieret, omnia irrita fore (190. 246. 253). P. Natalis, totius Societatis „visitator", a Canisio avide exspectatus, exeunte a. 1562 provinciam visere coepit et, praeter alia, in domum augustanam disciplinam religiosam pedetentim inducendam curavit. „Meliorem", scripsit Canisius, „optare visitatorem non debuimus" (415. 674. 553). De fratrum scholasticorum Societatis studiis ita distribuendis, ut in alio collegio omnes rhetoricae, in alio omnes philosophiae, in alio theologiae studiosi colligerentur, diligenter, frustra tamen tunc quidem, actum (51—53. 124). Spes etiam Canisio facta librorum scholasticorum (de grammatica, rhetorica etc.) praepositi generalis auctoritate conscribendorum, quibus et magistrorum et discipulorum labores minuerentur simulque „varietas doctrinae" cessaret (39. 47. 210. 541). In pragensis collegii „visitatione" coram amicis ad mensam adhibitis orationes non solum latinae, sed etiam bohemicae et germanicae recitatae (188). Vindobonae pueris nobilibus proprium contubernium sub Sociorum disciplina constitutum est (248. 267). Ibidem praeter convictores solitos primum semiconvictores, quos vocamus, comparuerunt (247—248). Pragae „convictores pauperes" Ferdinando II. archiduci a Canisio commendati (3. 188). Eodem auctore, ut et Ingolstadii et Monachii

---

primo praesidi, Lubecca 24. Iulii 1561 de Societatis hominibus scripsit: „Io per certo non ho ritrovato nelle chiese di Germania più fermo, nè maggior pressidio della religione cattolica che gli collegi di costoro, così piacesse a Dio che ce ne fossero molti" (*Miscellanea* di storia italiana VI [Torino 1865], 202). *Idem * Commendonus* de iisdem Sociis Bruxellis 13. Novembris 1561 Romam ad Sanctum Carolum Borromaeum cardinalem: „Veramente per quello che io hò veduto per Germania cosi inferiore come superiore, questa Compagnia con la vita esemplare, con le continue prediche et institutione de' giovani et con il frequente uso de' Sacramenti fà grandissimo servitio ala religione recuperando gli sedutti et confirmando i buoni" (ex harum litterarum apographo antiquo, quod exstat Londini in museo britannico, cod. MS. Egerton. 1077 f. 183^{b}—185^{a}).

pueri pauperes ducis impensis a Sociis ad litteras et pietatem instituerentur, constitutum (683. 131). Ingolstadii philosophiae in universitate tradendae officium uni de Societate ab ipsa academia delatum (37. 54), et totius universitatis „reformatio" magnam partem ex Canisii consiliis ab Alberto V. duce constituta et promulgata est (682—683). Ab eodem duce Canisius impetravit, ut Sociis monacensibus ad carceres et „xenodochia" adire liceret (131). Qui etiam catechismum „in gratiam rudioris populi" explicabant (131). Eorundem complures, pestilentia urbem urente, infectorum famulatui sunt mancipati (539). Sacris etiam „missionibus" Indiarum duo Societatis iuvenes pro Germaniae primitiis oblati nec tamen admissi; Germanos enim Germaniae necessarios esse (265. 295. 307. 328. 351. 398). Pro universae ecclesiae necessitatibus et maxime pro Gallia ab Hugonottis afflictata Socii germani non solum preces communes paenitentiaeque opera permulta ipsi susceperunt, sed etiam discipulos, aliorum ordinum religiosos, reliquos fideles, ut eadem facerent, vehementer sunt exhortati (77. 256. 269. 329. 720. 759).

In tam prospero rerum cursu Sociis aemulos calumniatoresque non defuisse facile intellegitur. Vergerius episcopus apostata et libellis excusis et litteris ad Christophorum Wurttembergae ducem eos, ac nominatim Canisium, ut homines „flagitiosissimos", „hypocritas", „diabolos" criminatus est (808. 809). Similia in libris ab Ioanne Anastasio, Henrico Artopoeo, Nicolao Gallo protestantibus editis leguntur; imprimis autem Martinus Chemnitius, protestantium brunsvicensium minister, in libro „Theologiae Iesuitarum praecipua capita" ostendere conatus est, Canisium (quem „Cynicum" vocat) reliquosque Iesuitas (quod nomen utrum „Iebusitas" aequet an „Suitas" an „Iesuwider" etc. copiose disserit) id agere, ut eruditionis specie crassissimos errores pontificios Germaniae rursus obtruderent (813. 799. 805. 810). Quae Ferdinandum I. caesarem non impediverunt, quominus et Carolo archiduci, filio suo, contionatorem de Societate provideret (522), et Societatis collegio romano 400 aureos quotannis submittere pergeret (1. 18. 355. 583). Atque etiam Maximilianus II. Societati benevolum se exhibuit; quae multis missarum sacrificiis Deo oblatis eum iuvare studebat (269. 270[6]. 562). In Bavaria dux ipse Societatis defensor esse volebat (6. 109. 118. 400). Augustae egregius ille ecclesiae propugnator Conradus Brunus bonorum spiritualium Societatis communicationem petiit (38. 61); quorum etiam Ursula Fuggera particeps effecta est (55. 61). Tridenti unus ex doctissimis concilii theologis, Didacus Payva de Andrada, Canisio adiuvante, Societatis adversus Chemnitium et Artopoeum apologiam scribebat (530. 563. 579). Pius IV., quam prospere Canisius Augustae laboraret, edoctus, non solum litteris Roma 5. Martii 1561 datis eum laudavit, sed etiam sua sponte gratias spirituales Societati obtulit et potestatem breve illud breviarium „Sanctae Crucis" sacerdotibus etiam ex-

ternis concedendi aliasque „facultates septentrionales" Sociis tribuit (64. 69).

3) Ex iis, quae dicta sunt, complura etiam ad Canisii personam spectant. Alia quaedam addi oportet. Duobus hisce annis Canisius sex fere menses in itineribus consumpsit; quae aut, ut praeposito provincialis officio, collegia singula „visitando" etc., satisfaceret, suscepit, aut saltem ad res Societatis una cum publica, quam tractabat, religionis causa amplificandas adhibebat. Praeter iter tridentinum et tria oenipontana Augusta, ubi sedem habebat, semel Vindobonam et Pragam, bis Monachium, quinquies Ingolstadium profectus est; Elvangae quoque in Suebia et Landsbergae in Bavaria fuit. In collegiorum autem „visitationibus" non solum exhortationibus cum publicis tum privatis, sed etiam exemplis fratres ad virtutis studium incitavit (692. 721. 760); velut cum Ingolstadii ipse ad „primam" et „secundam" mensam ieiunus iis ministravit (680). Neque minor in eo litterarum cura erat; ut cum rectori collegii vindobonensis scripsit, Societatis fratres scholasticos ad artem oratoriam melius instituendos curaret, atque etiam efficeret, ut iidem „litteras quadrimestres" „expedite et ingeniose" scribere possent (56). Similiter rectorem collegii ingolstadiensis monuit, ut fratres scholasticos „magis germanice" quam latine loqui et in scribendo diligenter exerceri iuberet (576). Atque eiusdem collegii Sociis, maxime doctoribus et professoribus, „vestes honestiores" dari iussit (576). In visitatione pragensi Socios infirmos complures in montem Oibinum rusticatum misit; alium in patria valetudinem aliquamdiu curare voluit (718). Collegii vindobonensis „ministro" sive rei domesticae administratori mandavit, videret, ne in victu cotidiano fratribus „quicquam deesset" (218. 219). Plurimum autem Canisii patientiam et caritatem exercebat P. Ioannes de Victoria, vir ille inter medios Germanos hispanus, qui certe neque magnis virtutibus neque agendi dexteritate sollertiaque destitutus erat — apud Maximilianum II. nemo Sociorum plus quam ille valebat; eum rectoris vindobonensis munus „magno cum fructu" administrare Canisius autumno a. 1561 testatus est (225) —; sed Canisio una cum romanis Societatis moderatoribus in ea hominum penuria potius collegia iam instituta confirmanda quam nova admittenda esse censente (416. 439), Victoria res novas in dies aggrediebatur; unde, cum vires nimium intenderet simulque in victus ratione „nimium rigidus sibi", ut Canisius ait (205. 225. 260), esset, in aegritudinem quandam animi corporisque incidit, qua fiebat, ut et subditos durius tractaret, et proceres quosdam offenderet (247. 262. 769). Imprimis autem, cum compluries accidisset, ut, quod rectori vindobonensi placuerat, a Canisio praeposito provinciali improbaretur, ille, ut fieri solet, in eam tandem opinionem devenit, Canisium adversus se minus recte affectum esse, multa bona impedire, ad provincialis munus esse ineptum (521. 771. 763). Quas querelas etiam repetebat, postquam

rectoris officio, ut ipse saepe petierat, levatus et collegiorum bona curare iussus, internis autem eorum rebus se ingerere a Societatis praesidibus omnino vetitus est (225. 270. 333. 425). Atque Canisius quidem eum „bona fide" esse, se, quod hominem „neque prudentius, neque diligentius tractasset", puniendum, illi vero, si quid „immodestius egisset", „condonandum" esse censuit (460. 429), atque etiam alterum ex Sociis suis augustanis, sacerdotem hispanum, quamvis carus necessariusque ei esset, Vindobonam misit, ut Victoriam sublevaret et consolaretur (254). Neque tamen eius animum omnino placavit. Ipse certe Canisius plenam illam absolutamque oboedientiam, quam in Victoria nonnumquam desiderabat, iis, qui ipsi praeerant, diligenter praestitit. Saepe in eius litteris, cum quid ab eis petit, verba adduntur, ut: „Quicquid visum erit maioribus, ego libens amplectar". „Obedientiae sanctae me totum permittam," vel cum quid ei negatum est: „Dei voluntas fiat". „Deo cura de nobis" (459. 347. 255. 432. 210). „Iuvet nos Reverentia Tua", inquit ad Lainium scribens, „ut magis fundemur in obedientia, quae circa intellectum versatur" (132). Huiusmodi virum a Lainio eiusque in Societate regenda adiutoribus maximi aestimatum esse facile credi potest. Qui eum etiam atque etiam per litteras monebant, ut valetudini diligenter consuleret laborique parceret (271. 294. 302. 359. 412), et cum eum Augustae adulescente quodam litterarum studioso simul et scriptore uti et coquo audissent, Societatis homines, qui Canisium adiuvarent eiusque valetudini prospicerent, miserunt (536[4]. 599. 600. 674). Iidem saepe dubia ad varia negotia pertinentia et a rectoribus ad ipsos delata Canisii arbitrio remittunt solvenda atque definienda (95. 173[2]. 270. 333. 386. 387. 538. 757. 770. 809), et Canisio novos saepe Socios pro collegiis suis petenti tam diligenter student satisfacere, ut Roma ad eum scribere possint: Ea in re „inter omnes, quotquot Societas habet, provincias nulla adeo liberaliter, ut germanica ista, habetur". „Affirmo, nos tantum" Germaniae superioris „provinciae, quantum fortasse reliquis omnibus Societatis provinciis in unum collectis praestare, ita ut aliud nobis curae non esse hic videatur, nisi ut homines in Germaniae utilitatem instituamus" (440. 451). Iteratis precibus Canisius idem, quod iam a. 1559 vehementer petierat (*Can.* Epp. II, 557), a. 1562 efflagitavit: Ut officium praepositi provincialis ab „inepto Canisio", per quem provinciae „utilitas male curaretur", in alium, ut P. Lanoium vel P. Victoriam, transferretur (417. 429. 431). At Canisio onus illud usque ad a. 1569 portandum fuit, multo nimirum diutius, quam ulli ex successoribus usque in praesens, excepto solo, qui eum proxime secutus est, Paulo Hoffaeo; cui eodem fere modo officium protractum est. Hoc tantum exeunte a. 1562 effectum est, ut Lainius praepositus per litteras pronuntiaret: Quoniam Germaniae superioris provincia adeo ampla esset et convenire videretur, ut a praepositis et eadem facilius saepiusque „visitari", et dubia occur-

rentia expeditius solvi possent, se ex Canisii aliorumque sententia eam proxime per P. Natalem in duas provincias dividere statuisse, iamque collegiorum pragensis, vindobonensis, tyrnaviensis rectoribus praecipere, ut in posterum de negotiis non iam ad Canisium, contionibus aliisque laboribus salutem publicam spectantibus occupatissimum, sed Tridentum ad ipsum praepositum generalem scriberent (820. 821).

Hoc Canisio tanto commodius accidit, quod sub 31. Decembris 1562 Ferdinandus I. imperator litteras ad eum dedit, quibus eum Augustae res ita disponere iubebat, ut vocatus statim Oenipontem ad se venire posset (586). Quae litterae semen aliquod fuerunt famosi illius „theologorum conventus oenipontani“ anno 1563 habiti, in quo Canisius et caesari et concilio tridentino egregiam operam navaturus erat.

Neque enim solis Societatis hominibus germanis regendis et iuvandis Canisii in Germaniam amor contineri poterat: Canisius, quantum poterat, toti Germaniae serviebat. Ita ineunte a. 1561 non solum ipse, ex Urbe monitus, sedulo, quibusnam rationibus Germanorum publica salus curari eorumque episcopi adiuvari possent, expendebat, sed etiam omnes provinciae sacerdotes singularibus antea ad Deum precibus institutis, quidnam eius generis sibi occurrisset, ad se scribere iussit (15); sicut etiam Iulium Pflugium episcopum naumburgensem rogavit, ut, quomodo Saxonia reliquaeque septentrionis partes iuvari possent, Romam referret (23). Eodem Germaniae amore motus Canisius Tridenti in secunda concilii sessione protestantes „in spiritu lenitatis“ tractatos esse (392) gaudebat, „Indicis“ „mitigationem“ vehementer desiderabat (490. 516. 527), potestates varias, ut ieiunii abstinentiaeque leges relaxandi, libros prohibitos externis etiam hominibus permittendi, sibi suisque petebat; amplissimas enim facultates in Germania necessarias esse, „si quis hominibus satisfacere nec cuiquam displicere ac tranquille vivere vellet“ (75. 130. 141. 144. 580). Ac pro Societatis confessariis in Austria et Bavaria versantibus facultates quasdam a cardinale Hosio quaerens: Peto hanc, inquit, „gratiam tractandi clementius nostros Germanos, ne linum fumigans exstinguamus“ (373). Laudabat haec P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, qui Lainii praepositi generalis mandatu Tridento 29. Decembris 1562 Canisio scribens: „Magno“, inquit, „solacio afficior, cum res Germaniae reverentiae vestrae tantopere curae esse video; id quod ego domino adiuvante imitari studebo“ (577).

Ad hanc Germaniae curam etiam Canisii labores litterarii pertinebant; ut cum a. 1561 „Parvum catechismum Catholicorum“ a se emendatum in Societatis collegio vindobonensi et Coloniae denuo excudendum curavit, novo impetrato Ferdinandi I. caesaris edicto, quo non iam in sola Austria inferiore, sed in omnibus provinciis Ferdinando subiectis solus Canisii catechismus — „Summa“, inquam, et „Parvus

Catechismus" — adhiberi iubebatur (775—777). Cui catechismo recognoscendo et locupletando Lainius, Natalis, Salmeron, viri theologiae scientia insignes, Canisii rogatu operam dederunt (3. 9. 552. 579. 799). Optabat etiam Canisius, ut idem catechismus a concilio tridentino „ut catholicus approbaretur", ita tamen, ut etiam alius isque melior conscriberetur, qui publica apud omnes ecclesias auctoritate valeret (384. 394); at neque hoc, si quidem de catechismo pro pueris loquamur, effectum neque illud concessum est (733). Solacio tamen Canisio esse poterat, quod eius catechismus annis 1561 et 1562 latine etiam Antverpiae, Cameraci, Cracoviae, Lovanii, Lugduni, hispanice Vallisoleti, italice Venetiis, vlamice Lovanii, atque etiam primum hungarice versus primatis Hungariae expensis Vindobonae in lucem emissus est (774. 777. 787. 790), quodque ex Sabaudia nuntiatum est, eundem librum ducis Sabaudiae sumptibus Venetiis, Genuae, Vercellis excusum pueris adeo placuisse, ut protestantium catechismos in ignem inicerent et parentes ipsi in fide catholica confirmarent (778). In scholarum etiam usum Canisius anno 1561 selectas S. Hieronymi epistulas novo ordine disposuit et una cum aliis aliquot Hieronymi libellis Dilingae volumine cum eleganti tum parvo pretio parabili evulgandas curavit; in cuius editionis (postea fere quadragies repetitae) praefatione Erasmum Rotterodamum graviter accusat, quod Patrum opera scholiis suis „conspurcarit", simulque queritur de aetatis suae „Erasmianis", qui religiosis „ordinibus obtrectando", „personas Ecclesiasticas satyrice et inimice perstringendo" etc. „vulgi aures ac mentes demulceant" (784. 280. 281). Grandius autem volumen Canisius editioni S. Cypriani ab Erasmo factae opponere cogitabat; fere 1000 iam habebat „lectiones variantes" in bibliotheca vaticana superioribus annis a se collectas; alias a. 1561 sibi comparabat, cum Romae Latinium in emendandum Cyprianum incumbere edoctus, ipse opere destitit (110. 134. 152. 781). Effecit autem, ut adversus protestantium gallorum ad Carolum IX. regem „Supplicationem" anno 1561 Norimbergae germanice evulgatam eodem anno ex typographia dilingana prodiret versio germanica „Supplicationis" catholicae, quam Galliae nobilitas libello illi obiecerat (779—781). Proximo anno Dilingae et germanicum suum precationum libellum (vide *Can.* Epp. II, 898—501) recognitum denuo curavit excudendum (in lucem emissus est a. 1563), et una cum Adamo Walassero Usuardi Martyrologium edidit germanice versum, ut „Germanis se accommodaret" (ita Hosio scripsit), et multis rebus locupletatum; qui liber postea quoque compluries evulgatus est (552. 394. 791). Sedulo etiam Canisius, quaenam de religione vel in Germania vel alibi a catholicis et protestantibus scriberentur, observabat. Et cum Georgius Willer bibliopola augustanus isque catholicus ad librorum mercatus francofurtenses diligenter adire soleret et Tubingae quoque et alibi suos procuratores haberet, Canisius ea opportunitate usus, ad externos etiam amicos, saepissime autem Tridentum ad Hosium, eius-

modi libros novos mittebat, imprimis, qui a protestantibus editi erant, ut Centuriatorum magdeburgensium Historiam ecclesiasticam, „Confessiones“ austriacam et belgicam, „Theses“ tubingenses, libros Chemnitii, Clebitii, Flacii, Rauscheri, Schmidelini, Spangenbergii, Timanni, Vergerii, Vermilii etc. (240. 322. 326. 363. 374. 393. 396. 409. 428. 485. 489. 492. 530. 575). Nec solum Hosium rogabat, ut iterum adversus protestantes scriberet (239. 516), sed etiam vehementer cum apud illum tum apud alios instabat, curarent, ut Tridenti, Romae, in reliqua Italia ad defendendam ecclesiam, nominatim contra Centuriatores, libri componerentur (30. 296. 372. 392), utque a Paulo illo Manutio, quem Pius IV. Romam arcessiverat, cum veteres Patres ex romanis bibliothecis eruti tum novi illi libri typis exscriberentur (392); quos methodo nova illique aetati accommodata componi volebat, ratione, inquam, adhibita non tantum scholastica, sed etiam historica et sermone castigato politoque (31). Colonienses quoque Socios novam conciliorum editionem parantes doctis Romae versantibus commendavit, ut eorum ope conciliorum acta tandem „integritati suae restituerentur“ (239. 242. 292. 296), cumque Albertus V. dux concilii ephesini acta graeca nactus P. Theodoro Peltano S. J., ut ea in latinum verteret, mandasset, Canisius effecit, ut Romae ipse Salmeron Societatis vicarius generalis collatione cum exemplo vaticano instituta laborem iuvaret (131. 302. 340). Similiter Canisium ad Cromeri, Noguerae, Payvae, Walasseri libros operam conferentem videmus (393. 557. 773); ac Staphylum etiam romanae curiae commendavit et ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu, cum Rauscheri „Centum mendacia papistica“ refutaret, defendit (396. 638) ac laudavit (haud sine dolore tamen postea animadvertit, eundem auctoritati pontificiae nonnihil detraxisse [556]). Magnam porro Germaniae suae utilitatem sperabat ex „Litteris indicis“, quibus, quantos quamque pulchros fidei et pietatis fructus Societatis viri apostolici in Indiis orientalibus, Iaponia, Brasilia etc. collegissent, enarrabatur; unde Lainius eas Romae in collegio Societatis a latine scribendi peritissimis quibusque, ut Perpiniano et Fulvio Cardulo, in latinum verti a. 1562 iussit, in Germania deinde typis exscribendas (303. 328. 344. 580).

Inter medios hosce labores Canisio a. 1561 et 1562 Augustae officium primarii contionatoris ecclesiae cathedralis sustinendum fuit, idque ita, ut ipse cum paucis admodum collegis adversus 13 vel 14 contionatores protestantes stare deberet. Canisius utroque anno et Adventus tempore quater singulis hebdomadis dixit et per Quadragesimam praeter 4 contiones singulis hebdomadis haberi solitas 2 vel 3 catecheticas in gratiam puerorum atque rudium, multis tamen etiam aliis adstantibus, habuit (593. 615—618. 626).

Diligens quidem erat Canisius in singulorum dierum evangeliis et in sacrorum temporum rationibus explicandis; simul tamen etiam alia quaedam, prout tempus exigebat, tractare solebat: indulgentias, concilium, supplicationes publicas, eucha-

ristiae usum; multis contionibus de Decalogi praeceptis 1., 2., 3., multis etiam de extremo iudicio, cum particulari, quod dicunt, tum universali agebat (619—623. 652). Protestantes, quorum etiam ministri sive contionatores nonnumquam inter auditores cernebantur (74. 81. 87. 589. 591), modeste de erroribus admonebantur. Fatebatur Canisius, superioribus annis nonnullos indulgentias vendidisse, praelatos aliquot sicut Iudam inter apostolos se gerere, ecclesiasticos complures pecuniae nimis, litteris parum studere; at simul populum serio saepeque monebat, ut sacerdotibus etiam minus bonis reverentiam et oboedientiam exhiberet; fenerationes atque divitum in vestitu, conviviis etc. luxuriam acriter vituperabat; simul tamen a rigorismo sibi cavebat; ut cum saltationes, per se spectatas, ne sacris quidem diebus illicitas esse plane pronuntiavit (632—635. 110. 628. 645. 646. 648). Religiosum statum valde laudabat, ita tamen, ut parentes peccare affirmaret, si filios ad caelibatum amplectendum vel ad monasterium intrandum cogerent (unde facile patet, perperam monialem quandam augustanam, postquam a. 1582 e monasterio clam elapsa ad protestantes transierat, sui excusandi gratia asseruisse: Se a. 1560 et 1561 a matre, quae Canisio pietatis magistro utebatur, ipsoque Canisio ad vitam monasticam compulsam esse [370. 665—668]). Pauperes, imprimis pueros in schola cathedrali litteris studentes, divitibus diligenter commendabat (595. 629. 644). Populum, ut, cum tempus et consuetudo ferrent, cantilenas germanicas in ipsis etiam templis cantaret, hortabatur (650).

Canisius Augustae, ut de contionibus Oeniponte et Elvangae habitis (678. 715) nihil dicam, 18 fere illis mensibus, quos a. 1561 et 1562 ibidem morabatur, 210 fere contiones habuit (623). Ante singulas fere contiones ad multam noctem vigilabat (600). Accedebat exceptio confessionum plurimarum, cura infirmorum in pauperum oppidulo illo intra muros augustanos condito, quod „Fuggeriam“ vocant (72. 596. 604), catecheses pro patriciorum filiis in Societatis domo a Canisio eiusque sociis habitae (596. 599. 608), exercitia spiritualia multis et viris et feminis atque etiam valde nobilibus explicata (587. 595. 597).

Quibus laboribus fructum non semper parem fuisse, vel ex eo intellegitur, quod Canisius a. 1562 Dominica Passionis ex aedis maximae suggestu apud auditores questus est: Usque ad id tempus paucos tantum per peccatorum confessionem proximo Paschatis festo christiane agendo se parasse; Quadragesimae tempore paucos ieiunasse, atque multos etiam „carnes vorasse“ (641). Attamen iam m. Ianuario a. 1561 cathedrale capitulum litteris Romam ad Ottonem cardinalem Truchsess missis testari potuit: Canisium ecclesiam cathedralem, „quantum ad cognitionem veritatis catholicae attineret, quodammodo restaurasse“; plurimos ad eius contiones „confluere“; „conuersiones, . . ex illius viri contionibus et priuatis colloquijs, quotidianas esse“ (589). Anno autem 1562 ineunte Romam relatum est: Iubilaei, concilii tridentini gratia proxime celebrati, tempore maiorem populi pietatem, quam 100 superioribus annis umquam conspecta esset, apparuisse (602. 603); multos totius vitae peccata confessos esse; publicis supplicationibus plurimos interfuisse; in templis ornandis multum praestitum esse; pauperes catholicos pecuniis apud ditiores collectis adiutos esse; reflorescere perpetuae virginitatis amorem; haud paucos monasteria ingressos esse (352. 601. 607—608). Atque ineunte

m. Maio 1562 Augustae ferebant, eo anno mille plus quam antea paschali communione esse refectos (608). Reformatum etiam a Canisio cardinalis Augustani caesarisque mandatu et Susanna Ehinger priorissa iuvante monasterium S. Catharinae, ordinis dominicani, eiusque sacrae virgines ad magnos in pietate progressus institutae (614). Ioannes Iacobus, anabaptistarum augustanorum dux, in carcerem coniectus, protestantium quidem ministris surdas aures praebuit, Canisii autem modestia caritateque victus ad ecclesiam sollemniter rediit (610. 611). Complures etiam proceres ad catholicam fidem pietatemque per Canisium reducti (607. 664); atque inter hos Ursula de Lichtenstein, Georgii Fuggeri uxor catholicis infesta, et Sibylla comitissa de Eberstein, coniux Marci Fuggeri, tota vita in lutheranismo enutrita eiusque tenacissima, feminae magnis naturae donis praeditae, ex quo tempore in Canisii disciplina versabantur, domum sancte regebant, suis manibus pauperibus vestimenta linteaque parabant, pretiosas vestes in altarium ornamenta convertebant (598. 653. 656). Unde magna Canisio apud ditissimam illam et potentissimam Fuggerorum familiam auctoritas addita est; qui et augustanum Societatis collegium meditabantur, et cardinalem Granvellanum ad Socios belgas in tutelam suam recipiendos moverunt (79. 675. 161). Quamquam autem protestantes augustani eos, qui ad catholicos transibant, clam palam persequebantur atque etiam „eorum fortunis detrahebant" (603. 607), catholica urbis pars continuum incrementum capiebat, et cum lectionibus senatus a. 1561 et 1562 habitis in complurium protestantium loca catholici substituti essent, exeunte a. 1562 respublica augustana, inter omnes imperii civitates liberas tunc maxima et spectatissima, catholicos senatores habebat 27, protestantes 18 (599. 601. 606. 815).

Haec qui consideraverit, non mirabitur, Canisium ab Achille Pirminio Gassaro, medico lutherano eorum temporum aequali et Centuriatorum Magdeburgensium adiutore augustano, in „Annalibus" augustanis „sophistam impudentissimum, novum pharisaeum[1], veteri more

[1] Inter nostrae aetatis protestantes plurimi, nisi fallor, aliter de Canisio iudicant. Ita *C. A. Witz*, unus ex praecipuis protestantium austriacorum ministris, in sermone Vindobonae a. 1897 in quodam eorum templo habito: „Vaterlandsliebe . . . war ihm in der That in hohem Masse eigen. . . Und mit welcher Nachsicht beurtheilt er doch die Deutschen! . . . Man hat ihn nicht mit Unrecht einen Apostel des Gebetes genannt. Im täglichen anhaltenden Gebete hat er sich den himmlischen Segen für seine Arbeiten erfleht": Petrus Canisius, der erste deutsche Jesuit, und die evangelische Kirche. Vortrag, gehalten in der evangelisch-reformierten Kirche zu Wien am 16. November 1897 (Wien 1897) p. 13. 15. Et *Gustavus Krüger*, theologiae protestantium professor in universitate giessensi, proximo anno de eo scripsit: „Kein Flecken verunziert seinen Charakter, und selbst die protestantischen Polemiker vermochten ihm nichts nachzusagen, als die unbeugsame Härte gegenüber den Feinden des katholischen Glaubens, die doch nur eine Konsequenz seines Standpunktes war. Er war ein edler Jesuit": Petrus Canisius in Geschichte und Legende (Giessen 1898) p. 10.

sadducaeum" (671), a Stanislao autem Hosio, episcopo varmiensi, in litteris 17. Iunii 1561 ad cardinales concilii tridentini praesides datis „virum et pium et doctum", ab Ottone Truchsess cardinale et episcopo augustano in litteris exeunte a. 1562 ad Albertum V. Bavariae ducem datis „virum sanctum" vocatum esse (722. 545) et, sicut illis annis suprema Societatis capita, Lainius, Sanctus Franciscus Borgias, Salmeron, Natalis, Canisium plurimi fecerunt, ita posteriores Socios usque in praesens elaborasse, ut et memoria Canisii, multis de eius vita scriptis libris, conservaretur, et nomen eius in beatorum caelitum album ab ecclesia referretur; penitus enim noverant, in Canisio non a se alienam quandam pietatem agendive genus, sed veram propriamque instituti sui rationem relucere, seque, si Canisii imitatores essent, id ipsum facturos esse, quod et a Sancto Ignatio in Societatis Constitutionibus praescriptum, et posterioribus Societatis legibus confirmatum atque illustratum esset.

III.

TABULAE CHRONOLOGICAE VITAE CANISII

ab 1. Ianuarii 1561 ad 31. Decembris 1562.

Quae ad libros Canisii et ad similia pertinent, cursivis litteris descripta sunt. Signo — 2 temporibus interposito (e. g. Febr. — Mart.*) indicatur tempus, quo aliquid factum sit, exacto numero exprimi non posse, sed 2 illis temporibus terminari. Numeri uncis inclusi, qui singulis sententiis adduntur, ostendunt, quibus potissimum libri paginis singula facta copiosius narrentur.*

1561	—	*Canisii „Summa" Lovanii [latine] denuo evulgatur* (774).
1561	—	*Codretti Grammatica latina, a Canisio Germanis accommodata, Dilingae editur* (775).
1561	—	*Canisii „Parvus catechismus Catholicorum" editur Antverpiae [cum officio „aeternae Sapientiae", meditationibus de Christi virtutibus etc.], Cameraci [?], Cracoviae [„Institutiones" etc.?]* (777 ad 778).
1561	—	*Canisii Catechismum „parvum" [vel minimum] Ant. Possevinus S. J. Vercellis, Genuae, Venetiis excudendum et per Sabaudiam [ducis impensis] disseminandum curat* (778).
1561	Ian. 1.	Die „Circumcisionis Domini" Canisius **Augustae Vindelicorum** in ecclesia cathedrali contionatur et ibidem sollemnem professionem P. Alphonsi Pisani S. J. excipit (618. 668).
1561	Ian. 5.	Die dominico ibidem contionatur (618).
1561	Ian. 6.	Festo „Epiphaniae Domini" ibidem sacrum sermonem habet (618).
1561	Ian. 11.	Relationem de rebus Germaniae Romam mittit (11).
1561	Ian. 11.	*Canisii „Parvus catechismus Catholicorum", Romae a PP. Natali et Lainio recognitus, inde ad ipsum remittitur* (3. 9).
1561	Ian. 12.	Dom. I. post Ep. Canisius in aede maxima dicit (618).
1561	Ianuario, ante medium	Canisius praepositus provincialis omnes provinciae sacerdotes tribus sacris factis, quomodo Germania iuvari possit, inter se deliberare iubet (15).
1561	Ianuario (medio et exeunte)	Canisius Sibyllam comitissam de Eberstein, Marci Fuggeri uxorem lutheranam, fidem

		catholicam privatim edocet, exercitiis spiritualibus excolit, generali peccatorum eius confessione excepta, ecclesiae reconciliat (20. 39. 595. 656).
1561	Ian. 19.	Dom. II. post Ep. in ecclesia cathedrali contionatur (618).
1561	Ian. 20.	Stephani Agricolae ad fidem conversi familiam Pflugio episcopo naumburgensi commendat, eundemque, ut de Germania iuvanda Romam scribat, monet (22).
1561	Ian. 25.	Festo Conversionis S. Pauli in aede maxima dicit (618).
1561	Ian. 26.	Dom. III. post Ep. ibidem e suggestu dicit (618).
1561	Febr. 2.	Dom. in „Septuagesima" ibidem contionatur (618).
1561	Febr. 3.	Die „Purificationis B. M. V." translato ibidem contionatur [?] (618).
1561	Ian. — Maio	Elisabetham de Weissenstein [?], Ioannis Fuggeri uxorem, Iacobum comitem de Montfort et Catharinam Fuggeram uxorem e protestantismo ad fidem catholicam reducit (663—665).
1561	Febr. (sub 10.)	**Ingolstadii** collegium visit et cum „consultoribus" consilia confert (50).
1561	Febr. 16.	Dom. Quinquagesimae **Augustae** in aede maxima contionatur (618).
1561	a 19. Febr. ad 5. Apr.	Quadragesimae tempore praeter 4 contiones singulis hebdomadis usitatas [quibus de extremo iudicio „particulari" agit] 3 catecheticas [in ecclesiis cathedrali et S. Ioannis] habet; diebus Veneris et sabbatis multas confessiones excipit (72. 594. 619).
1561	Febr. 19.	Die cinerum [in templo S. Ioannis?] contionatur (618).
1561	Febr. 20.	Contionatur [?] (618. 623. 624).
1561	Febr. 21.	Contionatur (72. 627).
1561	Februario vel ineunte Martio	Collegium coloniense per litteras Cartusianis et archiepiscopo commendat (66).
1561	Febr. 22.	Contionatur [?] (618. 627).
1561	Febr. 23.	Dom. I. Quadragesimae [bis?] contionatur (618. 627).
1561	Febr. 24.	Die S. Mathiae in aede maxima contionatur (618).
1561	Febr. 25.	Contionatur (618).
1561	Febr. exeunte	Pius IV. a cardinale Augustano de Canisii laboribus augustanis certior factus, gratias spirituales ei offert (61).
1561	Febr. 26.	Canisius contionatur; cathedrale capitulum Ottonem cardinalem per litteras rogat, ut efficiat, ne Canisius ad concilium avocetur (618. 589).
1561	Febr. 27.	Canisius contionatur (618).
1561	Febr. 28.	Contionatur (618).

1561	post Febr.	*Canisii „Summa" a Petro Calentino vlamice versa, Lovanii editur* (774).
1561	Martio	*Canisius epistulas S. Hieronymi ordine transcribendas curat, ut in usum scholarum excudantur* (111).
1561	Mart. 1.	Contionatur [?] (618. 627).
1561	Mart. 2.	Dom. II. Quadr. [bis?] contionatur (618. 627).
1561	Mart. 3.	Contionatur (618).
1561	Mart. 4.	Contionatur (618. 623).
1561	Mart. 5.	Contionatur (618).
1561	Mart. 5.	Pius IV. ad Canisium litteras dat laudis et amoris plenas (64).
1561	Mart. 6.	Canisius contionatur (618).
1561	Mart. 7.	Contionatur (618).
1561	Mart. 8.	Contionatur [?] (618. 627).
1561	Mart. 9.	Dom. III. Quadr. [bis?] contionatur (618. 627).
1561	Mart. 10.	Contionatur (618).
1561	Mart. 10.	Lainius et Canisius efficiunt, ut Pius IV. varias facultates sacras Sociis tribuat (69).
1561	Mart. 11.	Canisius contionatur (618).
1561	Mart. 12.	Contionatur (618).
1561	Mart. 13.	Contionatur (618).
1561	Mart. 14.	Contionatur (618).
1561	Mart. 15.	Contionatur [?] (618. 627).
1561	Mart. 16.	Dom. IV. Quadr. [bis?] contionatur (618. 627).
1561	Mart. 17.	Contionatur (618).
1561	Mart. 18.	Contionatur (618).
1561	Mart. 19.	Contionatur (618).
1561	Mart. 20.	Contionatur (618).
1561	Mart. 21.	Contionatur (618).
1561	Mart. 22.	Contionatur [?] (618. 627).
1561	Mart. 22.	Relationem de rebus Germaniae Romam mittit (84).
1561	Mart. 23.	Dom. Passionis [bis?] contionatur (618).
1561	Mart. 24.	Contionatur (618).
1561	Mart. 25.	Die Annuntiationis B. M. V. in aede maxima dicit (618).
1561	Mart. 26.	Contionatur (618).
1561	Mart. 27.	Contionatur [?] (618).
1561	Mart. 28.	Contionatur (618).
1561	Mart. 30.	Dominica Palmarum [bis?] contionatur (618).
1561	Mart. 31.	Contionatur (618).
1561	Apr. 1.	Contionatur [?] (618).
1561	Apr. 2.	Contionatur (618).
1561	Apr. 3.	Die „Coenae Domini" ad cathedrale capitulum latine dicit (109).
1561	Apr. 4.	Die „Parasceves" post prandium in templo cathedrali de s. communione frequentanda dicit (109).
1561	Apr. 6.	Dominica Paschatis in aede maxima contionatur (618).
1561	Apr. 7.	Feria II. Paschatis ibidem contionatur (617. 618).
1561	Apr. 8.	Feria III. Paschatis contionatur (617. 618).

1561	Apr. 13.	„Dominica in Albis" in ecclesia cathedrali contionatur (618).
1561	15.—19. Apr.	Iacobae ducissae rogatu **Monachium** proficiscitur (108).
1561	Aprili exeunte	Per 5 vel 6 dies cum Alberto V., Thaddaeo Eckio, Sociis monacensibus de rebus religionis agit (131. 691).
1561	Aprili exeunte	Tres dies **Ingolstadii** in Societatis collegio versatur (132. 680).
1561	Maio ineunte	**Augustam** revertitur (129).
1561	Maii 1.	Die SS. Philippi et Iacobi in aede maxima contionatur [?] (618).
1561	Maii 3.	Die Inventionis S. Crucis in aede maxima dicit [?] (618).
1561	Maii 4.	Dom. IV. post Pascha ibidem contionatur (618).
1561	Maii 11.	Dom. V. post Pascha ibidem contionatur (618).
1561	Maii 15.	Die Ascensionis Domini ibidem contionatur (618).
1561	Maii 18.	Dom. VI. post Pascha ibidem dicit (618).
1561	Maii 25.	Dom. Pentecostes in ecclesia cathedrali contionatur (618).
1561	Maii 26.	Feria II. Pentecostes ibidem dicit (618).
1561	Maii 27.	Feria III. Pentecostes ibidem dicit [?] (618).
1561	Iun. 1.	Die SS. Trinitatis ibidem dicit (618).
1561	Iun. 5.	Die Corporis Christi ibidem de eucharistia dicit (165. 616).
1561	Iun. 6.	De eucharistia contionatur (616).
1561	Iun. 7.	De eucharistia contionatur [?] (616. 427).
1561	Iun. 8.	Dom. II. post Pent. in aede maxima de eucharistia dicit (616).
1561	Iun. 9.	De eucharistia contionatur (616).
1561	Iun. 10.	De eucharistia contionatur (616).
1561	Iun. 11.	De eucharistia contionatur (616).
1561	Iun. 12.	Die octava Corporis Christi de eucharistia contionatur (616).
1561	Iun. 12. (?)	Caesaris iussu **Oenipontem** proficiscitur (165. 696. 697).
1561	Iun. 15.	Oenipontem advenit (165).
1561	a 16.—18. Iun.	Cum P. Lanoio et caesaris consiliariis collegio instituendo domum deligit etc. (165).
1561	Iun. 19.	Oeniponte cum Lanoio per Oenum et Danuvium **Vindobonam** vehitur (170. 698).
1561	sub 23. Iun.	Vindobonam advenit (170).
1561	inter 22. Iun. et 7. Iul.	Collegium visitat; cum caesare de collegio oenipontano agit; de rebus gravibus ab eo consulitur; operam ei in re litteraria

		navat; sacerdotem anabaptistam iuvat (191. 699. 760).
1561	Iul. — Sept.	*Adversus protestantium gallorum „Supplication" Norimbergae germanice editam Dilingae, Canisio curante, catholicae nobilitatis Galliae „Supplication" germanice evulgatur* (779).
1561	Iul. 1.	Canisius collegii vindobonensis „visitationem" absolvit (760).
1561	Iul. 2.	P. Caroli Grim professionem et aliorum Sociorum vota simplicia excipit (760).
1561	Iul. 7. (?)	Vindobona cum Lanoio et Urb. Frentzel S. J. discedit (185. 718).
1561	Iul. 11.	Cum iisdem Pragam advenit (718).
1561	ab 11.—15. Iul.	Collegium visitat. Cum Ferdinando II. archiduce de causa religionis, collegio, pauperum convictu agit (188. 718. 720).
1561	Iul. 13.	PP. Hoffaei et Blissemii, professorum S. J., vota simplicia excipit (188. 718).
1561	Iul. 13. (?)	Alexandrum Voyt ad vota scholasticorum S. J. admittit (718).
1561	Iul. 15.	Curru a Ferdinando archiduce accepto cum Lanoio Praga discedit (718).
1561	15.—17. Iul.	Pilsnae de collegio instituendo agit (181).
1561	Iul. 17.	In monasterio quodam inter Pilsnam et Thinam sito considit (182).
1561	sub finem Iul.	Elvangae aliquot contiones habet (678).
1561	sub m. Iul. et Aug.	*Canisii „Parvus catechismus Catholicorum" ab ipso recognitus et Vindobonae et Coloniae evulgatur* (775. 776).
1561	ante 3. Aug.	Augustam revertitur (616).
1561	Aug. 3.	Dom. X. post Pent. in ecclesia cathedrali de evangelio diei [opera misericordiae commendans, „solam fidem iustificantem" reiciens] dicit (617).
1561	Aug. 7.	Die S. Afrae contionatur, Afrae historiam ad fidem catholicam adversus protestantes confirmandam adhibens (617).
1561	Aug. 10.	Dom. XI. p. Pent. et festo S. Laurentii in ecclesia cathedrali ex utroque evangelio de ecclesiae calamitatibus dicit (633).
1561	Aug. 15.	Die Assumptionis B. M. V. ibidem de huius festi ratione contra protestantes contionatur (617).
1561	Aug. 17.	Dom. XII. p. Pent. ibidem de evangelio diei et de primo praecepto Decalogi [de superstitione vitanda] dicit (620).
1561	Aug. 24.	Dom. XIII. p. Pent. et festo S. Bartholomaei ibidem de evangelio Dominicae et de primo praecepto [cultu imaginum sacrarum] dicit (620).

1561	Aug. 24.—25.	**Monachium venit; collegium „visitat"; novas eius aedes consecrat (206. 692).**
1561	Aug. 29.	**Augustam revertitur (202).**
1561	Aug. 31.	Dom. XIV. p. Pent. in aede maxima de evangelio diei et de primo praecepto dicit, a protestantibus potius quam a catholicis falsos et alienos deos coli ostendens (620).
1561	Sept. 7.	Dom. XV. p. Pent. ibidem de evangelio et de primo praecepto [haeresi vitanda] dicit (620).
1561	Sept. 8.	Festo Nativitatis B. M. V. ibidem mane de ratione festi [contra protestantes] et de primo praecepto a Maria observato, post prandium de 7 eius verbis in evangelio propositis dicit (618).
1561	Sept. 14.	Dom. XVI. p. Pent. ibidem de evangelio diei et de primo praecepto [missam non esse idololatriam] dicit (620).
1561	Sept. 14.—15.	**Ingolstadium proficiscitur (215).**
1561	Sept. 15.—19.	**Collegium visitat; negotia cum „consultoribus" confert (224—225. 680).**
1561	Sept. 18.—19.	**Augustam revertitur (222).**
1561	Sept. 21.	Dom. XVII. p. Pent. et festo S. Matthaei in aede maxima de primo praecepto a Matthaeo servato et de novis idololatriis vitandis dicit (620).
1561	Sept. 28.	Dom. XVIII. p. Pent. et festo Dedicationis ecclesiae cathedralis ibidem templorum aedificationem, dedicationem, caerimonias defendit (620).
1561	Sept. 29.	Die S. Michaëlis ibidem de evangelio diei [malis exemplis] dicit (633. 646).
1561	Oct. 5.	Dom. XIX. p. Pent. ibidem de primo praecepto [quomodo a veteribus christianis servatum sit] dicit (620).
1561	Oct. 11. et 12.	**Cum PP. Lanoio, Cuvillonio, Theodorico Canisio de rebus provinciae consilia confert (248. 250. 256).**
1561	Oct. 12.	Dom. XX. p. Pent. in templo cathedrali de primo praecepto [ab ecclesia semper retento et commendato] et, ex evangelio diei, de peccatorum remittendorum potestate dicit (620).
1561	Oct. 14.	Ibidem P. Theodorici Canisii professionem excipit (669).
1561	Oct. (ante 19.)	In usum collegii oenipontani libros emit (262. 701).
1561	ab 18.—20. Oct.	Socios ex Italia Moguntiam missos excipit et liberaliter tractat (669).
1561	Oct. 19.	Dom. XXI. p. Pent. in templo cathedrali de evangelio diei et de primo praecepto [de caerimoniis ecclesiasticis] dicit (620).
1561	Oct. 26.	Dom. XXII. p. Pent. ibidem de ev. diei et de primo praecepto [caerimoniis ecclesiasticis] dicit (620).
1561	Oct. 28.	Die SS. Simonis et Iudae ibidem de primo praecepto [quanto cum detrimento caerimoniae ecclesiasticae aboleantur] et de diei festi ratione dicit (620).

1561	Nov. 1.	Festo Omnium Sanctorum ibidem de sanctis eorumque festis colendis [adversus protestantes] dicit (617[1]).
1561	Nov. 2.	Dom. XXIII. p. Pent. et die „Commemorationis defunctorum" ibidem de purgatorio et de animabus defunctorum iuvandis dicit (617).
1561	Nov. 9.	Dom. XXIV. p. Pent. ibidem de primo praecepto [caerimoniis libertatem christianam non tolli] et de ev. diei dicit (620).
1561	Nov. 11.	Die S. Martini ibidem contionatur (617).
1561	Nov. 16.	Dom. XXV. p. Pent. ibidem contionatur [?] (617).
1561	Nov. 23.	Dom. ultima p. Pent. ibidem de caerimoniis dicit et ex ev. diei auditores, ut egenos adiuvent et imprimis pauperes litterarum studiosos vestiant, rogat (620. 628).
1561	Nov. 30.	Dom. I. Adventus et festo S. Andreae ibidem de sacri Adventus ratione eoque recte agendo et de exemplo S. Andreae dicit (617).
1561	exeunte anno (m. Nov.?)	*Epistulas S. Hieronymi selectas in usum scholarum Dilingae evulgat* (783).
1561	Dec. 1.	Fer. II. contionatur in templo S. Ioannis de supremo iudicio [cur fiat, cur consideratione dignum sit] (619. 620. 622).
1561	Dec. 3.	F. IV. contionatur ibidem de supremo iudicio [incertum esse, quando futurum sit] et de „Epistola" diei (617. 619. 622).
1561	Dec. 4.	Nova ex Germania ac Timanni et (ut videtur) Mencelii lutheranorum libros Tridentum ad Hosium mittit (319).
1561	Dec. 5.	F. VI. contionatur in templo S. Ioannis de supremi iudicii „signis" et de „Epistola" diei (622. 646).
1561	Dec. 7.	Dom. II. Adv. in ecclesia cathedrali de Antichristo contionatur (622. 632).
1561	Dec. 8.	Festo Conceptionis B. M. V. contionatur de „Epistola" diei et de Maria sine peccato concepta (617).
1561	Dec. 10.	F. IV. contionatur in templo S. Ioannis, „Epistolam" diei ad primum et alterum Christi adventum (signa instantis supremi iudicii) accommodans (617. 622).
1561	Dec. 10.	Clebitii „Ruinam papatus saxonici" Tridentum ad Hosium mittit (325).
1561	Dec. 12.	F. VI. in templo S. Ioannis de ultimo iudicio [igne terram consumpturo] et de Epistola diei dicit (617. 622).
1561	m. Dec. (sub medium?)	Hercules cardinalis Gonzaga Tridento Campegii librum „De auctoritate conciliorum" Canisio mittit (346).
1561	Dec. 14.	Dom. III. Adv. Canisius in aede maxima de evangelio diei dicit et iubilaeum a Pio IV. concessum promulgat (603[6]. 622. 631. 632).
1561	Dec. 15.	F. II. in templo S. Ioannis de resurrectione mortuorum et de „Epistola" Domin. superioris dicit (622. 634).
1561	a 14.—28. Dec.	Dum Augustae iubilaeum agitur, plurimorum confessiones excipit multosque protestantes ad ecclesiam reducit (336. 601—605).

1561	Dec. 17.	F. IV. in templo S. Ioannis de indulgentiis et de „Epistola" diei dicit (622).
1561	Dec. 17.	Cardinales concilii tridentini legati a cardinale Augustano petunt, ut Canisium Tridentum venire concedat (725).
1561	Dec. 19.	F. VI. Canisius in templo S. Ioannis iterum de indulgentiis contionatur (622. 632).
1561	Dec. 21.	Dom. IV. Adv. et festo S. Thomae in templo cathedrali de conciliis dicit (726. 622).
1561	Dec. 22.	E templi S. Ioannis suggestu, quae contra concilium a protestantibus proferuntur, refutat (622).
1561	Dec. 25.	Festo Nativitatis Domini de ratione eam pie colendi, exemplo B. M. V. proposito, in aede maxima dicit (617. 650).
1561	Dec. 26.	Festo S. Stephani ibidem de Christo puero et de S. Stephano contionatur (619²).
1561	Dec. 27.	Festo S. Ioannis Ev. ibidem de praestantia virginitatis dicit (619²).
1561	Dec. 28.	Dom. post Nat. et festo SS. Innocentium ibidem de utroque evangelio contionatur (632).
1561	sub anni exitum	*Canisii „Parvus catechismus Catholicorum" Antverpiae a Sylvio et Plantino [1ª editio plantiniana] evulgatur* (787).
1562	sub initium anni	*Canisius preces quasdam [ex germanico suo precationum libro?] selectas evulgat* (785).
1562	—	*Canisii „Summa" Antverpiae et, hispanice versa, Vallisoleti evulgatur* (790. 791).
1562	Ian. 1.	Festo Circumcisionis Domini Canisius in ecclesia cathedrali contionatur (622. 651).
1562	Ianuario	Collegio Societatis Oeniponte condendo libros emit (702).
1562	Ian. 4.	Dom. post Circumcis. in templo cathedrali de evangelio diei dicit (620).
1562	Ian. 5.	Vigilia Epiphaniae de evangelio diei contionatur (617).
1562	Ian. 6.	Festo Epiphaniae in aede maxima de Christo magis manifestato dicit (617).
1562	post 6. Ian.	**Ingolstadium**, a Bavariae ducis consiliariis arcessitus, proficiscitur (683).
1562	sub med. Ian.	Ingolstadii de universitate reformanda et de collegio Straubingae condendo agit ac varia et pro Sociis et pro pauperibus studiosis impetrat (682—684).
1562	Ian. 18.	Dom. II. p. Ep. **Augustae** de sacramento matrimonii [contra protestantes] dicit (683).
1562	Ian. 25.	Dom. Septuagesimae et festo Conversionis S. Pauli mane in ecclesia cathedrali vim secundi praecepti Decalogi et evangelium diei explicat, post prandium in templo Dominicanorum de conversione Pauli dicit (619. 621).

1562	Ian. 29.	Tridentum ad Hosium nova ex Germania, Petri Martyris „Dialogum", alios libellos [„Preces" a se editas?] mittit (360).
1562	m. Ian. vel ineunte Febr.	Concilii legati decernunt, ut ex libro precum a Canisio selectarum aliqua litaniis Tridenti per Quadragesimam habendis inserantur (375).
1562	Febr. 1.	Dom. Sexag. Canisius in ecclesia cathedrali, quid secundum praeceptum Decalogi, quid evangelium diei praescribant, dicit (617).
1562	Febr. 2.	Festo Purificat. B. M. V. ibidem de sacra liturgia eius diei dicit et Rauscheri librum „Centum mendaciorum papisticorum" refutat (635).
1562	Febr. 8.	Dom. Quinquag. ibidem ex evangelio diei contra luxuriantes in Saturnalibus dicit (622).
1562	Febr. 9.	Tridentum ad Hosium nova ex Germania, Rauscheri „Centum mendacia papistica", „Confessionem belgicam" mittit (371).
1562	Febr. 11.	F. IV. Cinerum in ecclesia S. Ioannis auditores ex evangelio caerimoniisque diei ad ieiunia aliaque paenitentiae opera per Quadragesimam suscipienda hortatur (650).
1562	Febr. 13.	F. VI. ibidem de epistola et evangelio diei dicit et, quae de extremo iudicio dixerat, repetit (618. 622).
1562	Febr. 15.	Dom. I. Quadrag. in ecclesia cathedrali ex evangelio diei ieiunii praeceptum contra protestantes defendit et commendat (616. 627).
1562	Febr. 16.	F. II. in templo S. Ioannis de extremo iudicio e suggestu disserens, bonorum operum necessitatem adversus protestantes ostendit et maxime misericordiae opera commendat (618. 622).
1562	Febr. 17.	F. III. hora 2. post meridiem ibidem, quam necessaria sit catechismi explicatio, quid sit homo, quid christianus, quod eius signum, exponit (624. 627).
1562	Febr. 18.	F. IV. ibidem de evangelio diei et de extremi iudicii tempore et loco dicit (618. 622).
1562	Febr. 19.	F. V. hora 2. p. mer. ad S. Ioannis contionem catecheticam de symboli apostolici gravitate rectoque usu habet (627).
1562	Febr. 20.	F. VI. ibidem de mortuis in extremo iudicio resurrecturis dicit (618. 622).
1562	Febr. 22.	Dom. II. Quadrag. in ecclesia cathedrali evangelium diei exponit et [ad secundum praeceptum Decalogi explicandum] iusiurandum licitum et utile esse demonstrat (621).
1562	Febr. 23.	F. II. in templo S. Ioannis de evangelio diei et de Christo cum B. M. V. et angelis ad iudicium venturo contionatur (618. 622).
1562	Febr. 24.	F. III. [in aede maxima?] die S. Mathiae mane de „comitibus iuramenti" et de Mathiae electione dicit, post meridiem in templo S. Ioannis contionem catecheticam de rationibus fidei catholicae veritatem confirmantibus habet (617. 627).

1562	Febr. 25.	F. IV. in aede S. Ioannis ex evangelio diei de ambitione fugienda, paenitentia agenda dicit (618).
1562	Febr. 26.	F. V. ibidem contionem catecheticam de spe et de oratione dominica habet (627).
1562	Febr. 27.	F. VI. ibidem, quomodo Sancti in extremo iudicio apparituri sint, dicit (618. 622).
1562	Mart. 1.	Nova de rebus religionis Tridentum ad cardinalem Hosium mittit et, ut catechismus suus a concilio approbetur, petit (381).
1562	Mart. 1.	Dom. III. Quadrag. mane in ecclesia cathedrali, qua ratione iurando peccetur et [ex ev. diei] de daemonis potentia et in homines inimicitiis dicit, post
1562		prandium in templo S. Ioannis contionem catecheticam de caritate, decalogo universo, praecepto primo habet (619. 621. 624. 627).
1562	Mart. 2.	F. II., quid Sancti in extremo iudicio gesturi sint, dicit (618. 622).
1562	Mart. 3.	F. III. ad S. Ioannis contionem catecheticam habet (625. 627).
1562	Mart. 4.	F. IV. ibidem e suggestu traditiones ecclesiasticas defendit et, qua ratione in extremo iudicio Sancti impios accusaturi sint, exponit (618. 622).
1562	Mart. 5.	F. V. contionem catecheticam ibidem habet (627).
1562	Mart. 6.	F. VI. ibidem de evangelio diei et de daemonibus in extremo iudicio adfuturis contionatur (618. 622).
1562	Mart. 8.	Dom. IV. Quadrag. mane in cathedrali ecclesia de peccato blasphemiae, sacrae diei ratione, evangelio diei dicit [post prandium in templo S. Ioannis de catechismo contionatur?] (621. 628).
1562	Mart. 9.	F. II. ad S. Ioannis de evangelio diei et, in extremo iudicio quid de parvulis non iustificatis futurum sit et quibus in rebus electi et reprobi similes sint futuri, dicit (622. 633).
1562	Mart. 10.	F. III. ad S. Ioannis cont. catech. habet (626).
1562	Mart. 11.	F. IV. quam diverse boni et mali in extremo iudicio se habituri sint, ibidem ostendit (618. 622).
1562	Mart. 12.	F. V. ad S. Ioannis contionem catecheticam habet (626).
1562	Mart. 13.	F. VI ibidem, qua ratione Christus extremum iudicium instituturus sit, dicit (618. 622).
1562	sub med. Martium	*Dilingae Martyrologium ab Adamo Walasser, Canisio plurimum iuvante et copiosum de Sanctorum cultu commentarium addente, germanice editur* (791).
1562	Mart. 15.	Dom. Passionis Canisius mane in templo cathedrali de votis [ea licita esse], sacri temporis ratione, evangelio diei dicit [post prandium in templo S. Ioannis catechismum exponit?] (?) (621. 641. 628).
1562	m. Martio (post medium?)	Fridericum Staphylum curiae romanae commendat (396).
1562	Mart. 16.	Nova de rebus religionis, theses universitatum tubingensis et ingolstadiensis etc. Tridentum ad Hosium mittit (392).

1562	Mart. 16.	F. II. ad S. Ioannis de sententia in extremo iudicio ferenda contionatur (618. 622).
1562	Mart. 17.	F. III. ibidem contionem catecheticam habet [?] (627).
1562	Mart. 18.	F. IV. ibidem in simpliciorum gratiam, cur et quomodo eucharistia sumenda ac qui eius fructus sint, exponit (620. 627).
1562	Mart. 19.	F. V. ibidem contionem catecheticam habet [?] (627).
1562	Mart. 20.	F. VI. ibidem de variis Christum sumendi rationibus earumque necessitate dicit (642).
1562	Mart. 21.	Sabb. Festo Annuntiationis B. M. V. „anticipato" de ratione festi dicit et maxime communionem sub una specie defendit (642).
1562	Mart. 22.	Dom. Palmarum mane in ecclesia cathedrali de „processione palmarum" dicit et argumenta contra communionem sub una specie proferri solita confutat [, post prandium in templo S. Ioannis catechismum exponit?] (628. 642. 627).
1562	Mart. 23.	F. II. ad S. Ioannis de Christi passione ex evangelio diei dicit et, cur protestantes calicem adeo urgeant, exponit (642).
1562	Mart. 24.	F. III. ibidem sermonem catecheticum habet [?] (627).
1562	Mart. 25.	F. IV. ibidem [?] de excellentia passionis Christi dicit et primam eius partem enarrat (618).
1562	Mart. 26.	Die Coenae Domini [in aede maxima?] post prandium alteram partem passionis Christi exponit (617).
1562	Mart. 27. et 28.	Ob nimios labores susceptos febri correptus, die „Parasceves" contionari non potest (396. 606).
1562	Mart. 28.	Schmidelini „Abfertigung des Vortrabs Staphyli" Tridentum ad Hosium mittit (396).
1562	Mart. 29.	Dom. Paschatis in ecclesia cathedrali de Christi ad inferos descensione [contra protestantes] et [ex evangelio diei] de eius resurrectione contionatur (617).
1562	Mart. 30.	F. II. Paschatis ibidem de Christi atque electorum resurrectione dicit (617).
1562	Mart. 31.	F. III. Paschatis ibidem de eodem argumento dicens, qua ratione mortuorum animae nobis apparere possint, exponit (617).
1562	sub m. Mart.	*Canisio, ut videtur, monente Adam Walasser Dilingae veterem librum „Kleinot der Seelen" evulgat* (773).
1562	post m. Mart.	*Canisii „Summa" Lugduni iterum excuditur, cum privilegio ducis Sabaudiae* (790).
1562	Apr. 5.	Dom. in Albis Canisius in templo cathedrali de votis, maxime de caelibatu sacerdotum et de votis monasticis, dicit (621).
1562	Apr. 11.	Tridentum ad Hosium nova de rebus religionis et Spangenbergii librum „Wider die böse Sieben" mittit (407).
1562	Apr. 12.	Dom. II. p. Pascha in templo cathedrali de evangelio diei et de votis dicit (621).
1562	Apr. (sub med.)	Per P. Cuvillonium Tridentum ad Hosium libros mittit (408).

1562	Apr. 19.	Dom. III. p. Pascha in templo cathedrali de evangelio diei dicit et vota, maxime religiosa, commendat (621).
1562	Apr. 25.	Litteris ad P. Salmeronem vicarium generalem S. J. datis petit, ut pro se P. Lanoius praepositus provincialis nominetur (417).
1562	Apr. 26.	Dom. IV p. Pascha in aede maxima sacras peregrinationes defendit commendatque et de evangelio diei dicit (619. 643).
1562	Maio	*Guelpherbyti in ducatu brunsvicensi „Parvi catechismi Catholicorum" editio paratur* (787).
1562	Maii 1.	Canisius **Oenipontem** cum socio advenit (421).
1562	Maii 2.	De collegii sede, scholis incohandis etc. cum Ferdinandi I. caesaris „regimine" agit (421).
1562	Maii 4.	Tridentum ad Hosium relationem de „Saxonico prodigio" et libellum lutheranum mittit (427).
1562	Maii 4.	Iterum a Societatis supremis moderatoribus petit, ut praepositi provincialis officio liberetur (429).
1562	Maii 8.	Ab Hosio pontificis auctoritate Tridentum ad concilium evocatur (433).
1562	Maii 14. (?)	**Tridentum** advenit (442).
1562	sub 14. Maii (?)	Cardinalis Hosius, ubi Canisius comparet, e gravi morbo convalescit (442).
1562	a 14. Maii ad 20. Iun.	Antonio Brus archiepiscopo pragensi nonnumquam, cardinali Hosio saepissime operam navat (449).
1562	17.—25. Maii	Ad episcoporum theologorumque coetum, „Indici" Pauli IV. reformando operam dantem, adhibetur (449).
1562	Maii 24.	Canisius et Cuvillonius cum Petro Guerrero, archiepiscopo granatensi, prandent (450).
1562	Maii 30.	Cardinalis Augustanus, ut Canisius quamprimum Augustam remittatur, petit (735).
1562	Iun. 4.	Canisius concilii sessioni XX. interest (456).
1562	Iun. 10.	Congregationi theologorum „minorum" de usu eucharistiae [communione „sub utraque" etc.] dicentium interest (463. 742).
1562	Iun. 11.	Mane et post prandium congregatio eorundem theologorum (742).
1562	Iun. 12.	Mane et post prandium congregatio theologorum (742).

1562	Iun. 13.	Mane et post prandium congregatio theologorum (742).
1562	Iun. 15.	Canisius mane congregationi theologorum interest [ut videtur] (742).
1562	Iun. 15.	Post prandium in eadem congregatione de communione parvulorum et de sacro calice disserit (744).
1562	Iun. 16.	Mane et post prandium congregatio theologorum (742).
1562	Iun. 17.	Mane et post prandium congregatio theologorum (742).
1562	Iun. 18.	Mane congregatio theologorum (742).
1562	Iun. 19.	Mane et post prandium congregatio theologorum (742).
1562	Iun. 20.	Mane et post prandium congregatio theologorum 742).
1562	Iun. 20.	Canisius Tridento discedit (462).
1562	Iun. 23. (?)	**Oenipontem** advenit (462).
1562	Iun. 25.	Primus omnium in novo templo S. Crucis sacrum facit (707).
1562	Iun. 25., 26., 27.	In eodem templo sollemnibus collegii scholarumque Societatis initiis interest (707).
1562	8.—16. Iul.	Petri Kirchpuchler libros inspicit et, ut a caesare collegio oenipontano emantur, efficit (709. 710).
1562	sub m. Iul.	*Canisii „Parvus catechismus Catholicorum", a Telegdio hungarice versus, Vindobonae editur* (789).
1562	Maio — Augusto	Canisius Oeniponte aliquotiens contionatur et „Reginas" caesaris filias adit (715).
1562	Aug. 3.	Commentarium de abusibus missae Hosii monitu scriptum Tridentum mittit (474).
1562	Aug. 15.	Festo Assumptionis B. M. V. **Augustae** in templi cathedralis suggestum rediens de diei festi ratione ex eiusdem evangelio dicit, vitam religiosam defendens (618. 621).
1562	Aug. 16.	Dom. XIII. p. Pent. ibidem de evangelio diei contionatur et caerimonias ecclesiasticas defendit (617).
1562	post med. Aug.	Ioannes Iacobus, Anabaptistarum augustanorum antistes, a Canisio institutus, errores eiurat (609—611).
1562	Aug. 22.	Canisii opera Ant. Hilffrych anabaptista ad ecclesiam redit (611).
1562	Aug. 23.	Dom. XIV. p. Pent. Canisius in aede maxima de praestantia tertii praecepti Decalogi et de evangelio diei dicit (621).

1562	Aug. 24.	Festo S. Bartholomaei Ap. ibidem de sacris diebus „sanctificandis" et de evangelio dicit (634. 635).
1562	Aug. 30.	Dom. XV. p. Pent. ibidem sacris diebus laborandum non esse ostendit et ex evangelio diei sacerdotum dignitatem commendat (621. 644).
1562	sub m. Sept.	*Venetiis „Parvus catechismus Catholicorum" a P. Ang. Dovitio S. J. italice versus evulgatur* (788).
1562	Sept. 1.	Canisii, ut videtur, suasu Io. Schmid errores anabaptisticos palam retractat (612).
1562	Sept. 6.	Dom. XVI. p. Pent. Canisius in aede maxima, cur Deus sabbatum religiose agi iusserit, ostendit et adversus avaritiam dicit (621).
1562	Sept. 8.	Festo Nativitatis B. M. V., quae utilitas ex evangelio diei capi possit, et quam sancti Mariae mores fuerint, ibidem dicit (617).
1562	Sept. 13.	Dom. XVII. p. Pent. ibidem, quo iure sabbatum abrogatum sit, ostendit et [ex ev. diei] de mortuis honorandis et iuvandis dicit (621).
1562	Sept. 19.	Christophori Reuter, protestantium austriacorum ministri, librum „Bekanntnuss" Tridentum ad Hosium mittit (484).
1562	Sept. 20.	Dom. XVIII. p. Pent. in aede maxima „de privilegiis Dominicae" et de evangelio diei dicit (621).
1562	Sept. 21.	Festo S. Matthaei ibidem, quomodo Christus dominicum diem commendaverit, ostendit et de evangelio diei contionatur (621).
1562	Sept. 26.	Libellum novum ab Illyrico et Gallo scriptum Tridentum ad Hosium mittit (488).
1562	Sept. 27.	Dom. XIX. p. Pent., quomodo veteres Christiani dies dominicos egerint, in aede maxima dicit et evangelium diei exponit (621).
1562	Sept. 29.	Festo S. Michaëlis de templo eiusque caerimoniis et de angelis ibidem dicit (621).
1562	Oct. 1562 ad init. a. 1563	Canisio suadente et iuvante in monasterio S. Catharinae, O. Pr., priorissa severiorem instituit disciplinam (614).
1562	Oct. 3.	Canisius Tridentum ad Hosium librorum catalogum francofurtensem et Magdeburgensium „Centuriam" VI., ad Foscorarium episcopum mutinensem eandem Centuriam mittit (490—492).
1562	Oct. 4.	Dom. XX. p. Pent. de evangelio diei in aede maxima dicit (617).
1562	Oct. 11.	Dom. XXI. p. Pent. ibidem de supplicationibus ob pestilentiae periculum instituendis dicit et evangelium diei exponit (623).
1562	ab Oct. (post med.?) ad 9. Nov.	P. Hier. Natalis domum S. J. augustanam „visitat"; ipse et Canisius cum capitulo de collegio condendo agunt (516. 674).

1562	Oct. 18.	Dom. XXII. p. Pent. Canisius in aede maxima de sacris diebus eucharistiae sumptione etc. religiose agendis et de evangelio diei dicit (621).
1562	Oct. 24.	Tridentum ad Hosium novos libros mittit (516).
1562	Oct. 25.	Dom. XXIII. p. Pent. in aede maxima demonstrat contionem et missam diebus sacris audiendas esse, et evangelium diei exponit (621. 623[3]).
1562	26.—31. Oct.	**Ingolstadii**, dum collegium a P. Natale visitatur, tres dies moratur (685).
1562	Nov. 1.	Festo Omnium Sanctorum (et Dom. XXIV. p. Pent.) **Augustae** in aede maxima de Sanctis colendis eorumque diebus festis recte agendis dicit (617).
1562	Nov. 2.	In Commem. Defunctorum ibidem de varia animarum ex corporibus egressarum sorte dicit et fidelium animas a nobis iuvari et posse et debere adversus protestantes demonstrat (617).
1562	3.—9. Nov.	Apud P. Natalem visitatorem confessionem generalem instituit (674).
1562	Nov. 7.	Imagines in ecclesiae derisum Ratisbonae pictas Tridentum ad Hosium mittit (527).
1562	Nov. 8.	Dom. XXV. p. Pent. in aede maxima dicit, recte catholicos diebus sacris et Sanctos invocare et pro mortuis orare (500[1]. 640. 647).
1562	9. et 10. Nov.	PP. Natalis et Canisius **Landsbergae** cum Alberti V. consiliariis de collegiis bavaricis amplificandis et dotandis etc. agunt (686).
1562	Nov. 11.	Die S. Martini Canisius **Augustae** in aede maxima de Satana Sanctorum memoriam tollere conante, S. Martini exemplo, evangelio diei dicit (617).
1562	Nov. 15.	Dom. XXVI. p. Pent. ibidem de missae dignitate eiusque sacris diebus audiendae officio ac de evangelio diei dicit (621).
1562	Nov. 22.	Dom. ultima p. Pent. ibidem evangelium diei exponit et, quomodo missa audienda sit, dicit (621).
1562	Nov. exeunte	Collegio pragensi libros mittit (721).
1562	Nov. 29.	Dom. I. Adv. in aede maxima de iis, qui laborando dies sacros violent, dicit (621).
1562	Nov. 30.	Festo S. Andreae ibidem, quibus laboribus sacris diebus abstinendum sit, exponit ac de evangelio diei et de S. Andrea dicit (621).
1562	Decembri	*„Parvi catechismi Catholicorum" germanice versi una cum libro precationum germanicarum editionem alteram et emendatam Dilingae faciendam curat* (552).
1562	Dec. 2.	Augustae in templo S. Ioannis contionatur (618).
1562	Dec. 4.	In templo S. Ioannis contionatur (618. 621).
1562	Dec. 6.	Dom. II. Adv. in aede maxima dicit (618. 621).
1562	Dec. 7.	In templo S. Ioannis contionatur (618. 621).
1562	Dec. 8.	Die Conceptionis B. M. V. in aede maxima dicit (618).
1562	Dec. 9.	In templo S. Ioannis contionatur (618. 621).
1562	Dec. 11.	Ibidem contionatur (618).

1562	Dec. 13.	Dom. III. Adv. in ecclesia cath. contionatur (618).
1562	Dec. 14.	In templo S. Ioannis contionatur (618. 621).
1562	Dec. 16.	Ibidem contionatur (618).
1562	Dec. 18.	Ibidem contionatur (618).
1562	Dec. 20.	Dom. IV. Adv. in ecclesia cath. contionatur (618).
1562	Dec. 21.	Die S. Thomae ibidem de ratione diei festi et de eiusdem evangelio dicit (617).
1562	Dec. 23.	In templo S. Ioannis contionatur (618. 621).
1562	Dec. 25.	Die Nativitatis Domini in ecclesia cathedrali contionatur (618).
1562	Dec. 26.	Die S. Stephani ibidem dicit (618).
1562	Dec. 26.	Libellos quosdam protestantium Tridentum ad Hosium mittit (573).
1562	Dec. 27.	Die S. Ioannis Ev. in ecclesia cathedrali contionatur (618).
1562	sub Dec. 31.	Ferdinandus I. caesar Canisium ita se componere iubet, ut vocatus statim Oenipontem ad se venire possit (586).

IV.

CATALOGUS LIBRORUM.

ex quibus saepius in hoc volumine testimonia proferuntur.

Libri, qui una tantum alterave vice adhibiti sunt, suis locis indicabuntur.

Libri, qui operum manu scriptorum instar neque apud bibliopolas venales sunt, praeposito signo † notantur.

Numeris maioribus in ipso hoc opere titulo libri vel nomini auctoris adiciendis non capita nec paragraphi significabuntur, sed paginae vel columnae; cum autem bini numeri commate distinguentur, priore volumina sive partes operis, altero significabuntur paginae vel columnae. Minoribus numeris et litteris adnotationes indicabuntur.

Agricola, Ignatius, S. J., Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris quinque primas annorum complexa decades. Augustae Vindelicorum 1727.

Aschbach, Joseph v., Geschichte der Wiener Universität. 3 Bände. Wien 1865. 1877. 1888.

Baschet, Armand, Journal du Concile de Trente rédigé par un secrétaire vénitien [Antonio Milledonne] présent aux sessions de 1562 à 1563. Paris 1870.

Biographie, Allgemeine deutsche, herausgegeben durch die historische Commission bei der königl. [bayer.] Akademie der Wissenschaften. Bd. 1—45. Leipzig 1875—1900.

Boero, Giuseppe, S. J., Vita del Beato Pietro Canisio della Compagnia di Gesù detto l' Apostolo della Germania. Roma 1864.

Boero, Giuseppe, S. J., Vita del Servo di Dio P. Giacomo Lainez, secondo Generale della Compagnia di Gesù. Firenze 1880.

Braun, Placidus, Geschichte der Bischöfe von Augsburg. 4 Bände. Augsburg 1813. 1814. 1814. 1815.

Braun, Placidus, Die Domkirche [zu Augsburg] und der hohe und niedere Clerus an derselben. Augsburg 1829.

Braunsberger Otto, S. J., Entstehung und erste Entwicklung der Katechismen des seligen Petrus Canisius aus der Gesellschaft Jesu (Ergänzungshefte zu den „Stimmen aus Maria-Laach". — 57.). Freiburg i. Br. 1893.

Bucholtz, F. B. v., Geschichte der Regierung Ferdinand des Ersten. 9 Bände. Wien 1831. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1838. 1838.

Calinich, Robert, Dr. ph., Der Naumburger Fürstentag 1561. Gotha 1870.

[Ciaconius-Oldoinus] Vitae, et res gestae Pontificum Romanorum et S. R. E. Cardinalium, Alphonsi Ciaconii O. Pr. et aliorum opera descriptae, ab Augustino Oldoino S. J. recognitae. Tomus tertius. Romae 1677.

Colección de documentos inéditos, vide „Fuensanta".

† Constitutiones Societatis Jesu latinae et hispanicae cum earum declarationibus. Matriti 1892.

[Cyprianus, Ernest. Sal.] Tabularium Ecclesiae Romanae seculi decimi sexti, in quo monumenta, restituti calicis Eucharistici, totiusque concilii Tridentini historiam mirifice illustrantia, continentur. Omnia ad fidem autographorum bibliothecae Gothanae diligenter exacta nunc primum cum annotationibus suis publicavit Ernestus Salomon Cyprianus, Theologiae Doctor, et protosynedrii Gothani praeses vicarius. Francofurti et Lipsiae, 1743.

Döllinger, I., Die Reformation, ihre innere Entwicklung und ihre Wirkungen. 3 Bde. Regensburg 1846. 1848. 1848.

Döllinger, Joh. Jos. Ign. v., Beiträge zur politischen, kirchlichen und Cultur-Geschichte der sechs letzten Jahrhunderte. 1. Band. Dokumente zur Geschichte Karl's V., Philipp's II. und ihrer Zeit. Regensburg 1862.

Döllinger, J. v., Sammlung von Urkunden zur Geschichte des Concils von Trient. 1. Band. Ungedruckte Berichte und Tagebücher zur Geschichte des Concils von Trient. 2 Abtheilungen. Nördlingen 1876.

Eichhorn. Ant., Der ermländische Bischof und Cardinal Stanislaus Hosius. 2 Bände. Mainz 1854. 1855.

Eichhorn, Ant., Der ermländische Bischof Martin Kromer als Schriftsteller, Staatsmann und Kirchenfürst, in „Zeitschrift für die Geschichte und Alterthumskunde Ermlands". 4. Band, Jahrg. 1867—1869 (Braunsberg 1869), p. 1—470.

Epistolae Mixtae ex variis Europae locis ab anno 1537 ad 1556 scriptae, nunc primum a Patribus Societatis Jesu in lucem editae. Tom. I. II. Matriti 1898. 1899 (Monumenta historica Societatis Jesu; vide in hoc nomine).

[Ficlerus, Io. Bapt.] Historica Descriptio totius oecumenici Concilii Tridentini . . . annotata, juxtaque temporis seriem conscripta per Joannem Baptistam Ficlerum, in Judoci Le Plat „Monumentis" tridentinis (vide infra, sub v. „Le Plat"), Tomi VII. Parte altera p. 255—400.

[Fuensanta] Colección de documentos inéditos para la historia de España por el Marqués de la Fuensanta del Valle. XCVIII. Madrid 1891.

Gams, Pius Bonifacius, O. S. B., Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae. Ratisbonae 1873.

[Gassarus] Annales de vetustate originis, amoenitate situs, splendore aedificiorum, ac rebus gestis civium reipublicaeque Augstburgensis, . . collecti, et . . . digesti per Achillem Pirminium Gassarum, Lindaviensem, e codice autographo bibliothecae ducalis saxo-gothanae nunc primum editi, in I. B. Menckenii „Scriptoribus Rerum Germanicarum" (vide infra, sub v. „Menckenius") I, 1315—1954.

Goetz, Walter, Beiträge zur Geschichte Herzog Albrechts V. und des Landsberger Bundes 1556—1598. München 1898 (Briefe und Akten zur Geschichte des sechzehnten Jahrhunderts mit besonderer Rücksicht auf Baierns Fürstenhaus. 5. Band).

Graesse, Jean George Théodore, Trésor de livres rares et précieux. Tomes VII. Dresde 1859. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865—1867. 1869.

Häberlin, Franz Dominicus, Neueste Teutsche Reichs-Geschichte. 3. und 4. Band. Halle 1770. 1777.

Hansen, Joseph, Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542—1582. Bonn 1896.

Hartl, Wenzel, und Schrauf, Karl, Nachträge zum dritten Bande von Joseph Ritter von Aschbach's Geschichte der Wiener Universität. 1. Band. 1. Hälfte. Wien 1898.

Hartzheim, Iosephus, S. J., Bibliotheca Coloniensis. Coloniae 1747.

Hefele, Carl Joseph v., Conciliengeschichte. 7 Bände (Bd. 1—6 2. Aufl.: 5—6 besorgt von Al. Knöpfler). Freiburg i. Br. 1873. 1875. 1877. 1879. 1886. 1890. 1869.

Hirn, Joseph, Erzherzog Ferdinand II. von Tirol. Geschichte seiner Regierung und seiner Länder. 2 Bände. Innsbruck 1885. 1887.

[Hosius, Stan.] Stanislai Hosii S. R. E. Cardinalis Maioris Poenitentiarii Episcopi Varmiensis (1504—1579) et quae ad eum scriptae sunt Epistolae tum etiam eius Orationes Legationes. Tom. I. 1525—1550. Editionem curaverunt Dr. Franciscus Hipler et Dr. Vincentius Zakrzewski. Cracoviae 1879. Tom. II. 1551—1558. Ediderunt Hipler et Zakrzewski. Cracoviae 1886. 1888. (Acta historica res gestas Poloniae illustrantia ab anno 1507 ad annum 1795. Tom. IV. et IX.)

Hurter, H., S. J., Nomenclator literarius recentioris theologiae catholicae. Tom. I ad III. ed. altera. Oeniponte 1892. 1893. 1895. Tom. IV. Oeniponte 1899.

Janssen, Johannes, Geschichte des deutschen Volkes seit dem Ausgang des Mittelalters. Freiburg im Breisgau. I. Bd., 17. u. 18. Aufl., besorgt von Ludwig Pastor 1897; II. Bd., 17. u. 18. Aufl., bes. von L. Pastor 1897; III. Bd., 17. u. 18. Aufl., bes. von L. Pastor 1899; IV. Bd., 15. u. 16. Aufl., bes. von L. Pastor 1896; V. Bd., 13. u. 14. Aufl., bes. von L. Pastor 1893; VI. Bd., 13. u. 14. Aufl., bes. von L. Pastor 1893; VII. Bd., 1.—12. Aufl., ergänzt und herausgegeben von L. Pastor 1893; VIII. Bd., 1.—12. Aufl., ergänzt und herausg. von L. Pastor 1894.

[S. Ignatius] Cartas de San Ignacio de Loyola, Fundador de la Compañía de Jesus. Tomos VI. Madrid 1874. 1875. 1877. 1887. 1889. 1889.

[S. Ignatius] Constitutiones S. J., vide „Constitutiones" et „Institutum".

† Institutum Societatis Iesu. 3 voll. Florentiae 1892. 1893. 1893.

Kapp, Friedr., Geschichte des deutschen Buchhandels bis in das siebzehnte Jahrhundert. Leipzig 1886.

[Kirchenlexikon] Wetzer und Welte's Kirchenlexikon oder Encyklopädie der katholischen Theologie und ihrer Hülfswissenschaften. 2. Auflage, begonnen von Joseph Cardinal Hergenröther, fortgesetzt von Dr. Franz Kaulen. Freiburg im Breisgau 1882 ff.

Knöpfler, Alois, Die Kelchbewegung in Bayern unter Herzog Albrecht V. München 1891.

Kröss, Alois, S. J., Der selige Petrus Canisius in Österreich. Wien 1898.

Lagomarsinius, vide „Pogianus".

[Latinius, Lat.] Latini Latinii Viterbiensis Epistolae, Coniecturae, et Obseruationes Sacra, Profanaque Eruditione Ornatae. Ex Bibliotheca Cathedralis Ecclesiae Viterbiensis a Dominico Magro Melitensi eiusdem Ecclesiae Canonico Theologo . . . collectae. T. I. Romae 1659. T. II. Viterbii 1667.

[Le Plat] Monumentorum ad historiam Concilii Tridentini potissimum illustrandam spectantium amplissima collectio . . . Studio et opera Judoci Le Plat. Tomi VII. [tomus VII. duas partes habet] Lovanii 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1787.

Litterae Apostolicae, quibus institutio, confirmatio, et varia Privilegia continentur Societatis Iesu. Antverpiae 1635.

Litterae Quadrimestres ex universis praeter Indiam et Brasiliam locis, in quibus aliqui de Societate Jesu versabantur, Romam missae. T. I.—IV. Matriti 1894. 1895. 1896. 1897 (Monumenta historica Societatis Jesu; vide in hoc nomine).

Martène, Edm., et Durand, Urs., O. S. B., e Congregatione S. Mauri, Veterum Scriptorum et Monumentorum historicorum, dogmaticorum, moralium, amplissima collectio. Tomus VIII. Parisiis 1733.

Massarellus, vide „Theiner".
Mayer, Anton, Wiens Buchdrucker-Geschichte 1482—1882. 2 Bände. Wien 1883. 1887.
Mederer, Ioannes Nepomucenus, Annales Ingolstadiensis Academiae. Partes 4. Ingolstadii 1782.
Menckenius, Io. Burchardus, Scriptores Rerum Germanicarum, praecipue Saxonicarum. Tomus I. Lipsiae 1728.
Michel, L., S. J., Vie du Bienheureux Pierre Canisius, Apôtre de l'Allemagne et de Fribourg, d'après le P. J. Boero et des documents inédits, illustrée de nombreuses gravures. Société de Saint-Augustin 1897.
Migne, J.-P., Patrologiae Cursus completus. Series Latina, tomi 221, Parisiis 1844 ad 1864. Series Graeca, tomi 161, Parisiis 1857—1866.
Milledonnius, Antonius, Diarium tridentinum, vide supra sub v. „Baschet."
Monumenta historica Societatis Jesu nunc primum edita a Patribus ejusdem Societatis. Matriti 1894—1900. Cf. supra, „Epistolae Mixtae" et „Litterae Quadrimestres", atque infra, sub v. „Nadal" et „Polanco".

[Nadal] Epistolae P. Hieronymi Nadal Societatis Jesu ab anno 1546 ad 1577 nunc primum editae et illustratae. Tom. I. II. [fasc. 1]. Matriti 1898. 1899.

Orlandinus, Nicolaus, S. J., Historiae Societatis Iesu prima pars. Romae 1615.

Pachtler, G. M., S. J., Ratio Studiorum et Institutiones Scholasticae Societatis Jesu per Germaniam olim vigentes. Voll. 4. Berlin 1887. 1887. 1890. 1894 (Monumenta Germaniae Paedagogica. Schulordnungen, Schulbücher etc. herausgeg. von Karl Kehrbach. Bd. II. V. IX. XVI.).
Paleottus, Gabriel, Acta concilii tridentini, apud Theiner, Aug., Acta Concilii Tridentini (vide infra, sub v. „Theiner") II, 523—680.
Pallavicino, Sforza, S. J., Istoria del Concilio di Trento, illustrata con annotazioni da Francesco Antonio Zaccaria. Tomi IV. Roma 1833.
Phola Torellus, Diarium tridentinum, apud Le Plat, Monumentorum tridentinorum collectio (vide supra, sub v. „Le Plat") T. VII, P. 2, p. 159—254.
[Pogianus, Jul.] Julii Pogiani Sunensis Epistolae et Orationes olim collectae ab Antonio Maria Gratiano, nunc ab Hieronymo Lagomarsinio e Societate Jesu adnotationibus illustratae ac primum editae. Voll. II. III. Romae 1756. 1757.
Polanco, Joannes Alphonsus de, S. J., Vita Ignatii Loiolae et rerum Societatis Jesu historia. Chronicon Societatis Jesu. Tom. I.—V. Matriti 1894. 1894. 1895. 1896. 1897 (Monumenta historica Societatis Jesu; vide in hoc nomine).
Prantl, Carl, Geschichte der Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München. 2 Bände. München 1872.
Preger, Wilh., Matthias Flacius Illyricus und seine Zeit. 2 Theile. Erlangen 1859. 1861.

Raderus, Matthaeus, S. J., De vita Petri Canisii de Societate Iesu, Sociorum e Germania primi, religiosissimi et doctissimi viri, bono rei Catholicae nati, libri tres. Monachii 1614.
Raynaldus, Odoricus, Congreg. Orator., Annales ecclesiastici ab Anno quo desinit Card. Caes. Baronius M.C.XCVIII. usque ad Annum M.D.LXV. continuati. Tom. XXI, Partes 2. Coloniae Agrippinae 1727.
Reiffenbergius, Fridericus, S. J., Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem. Tom. I. Coloniae Agrippinae 1764.
Reimann, Ed., Die Sendung des Nunzius Commendone nach Deutschland im J. 1561, in „Forschungen zur deutschen Geschichte" VII (Göttingen 1867), 237—280.
Riess, Florian, S. J., Der selige Petrus Canisius aus der Gesellschaft Jesu. Aus den Quellen dargestellt. Freiburg im Breisgau 1865.
Riezler, Sigmund, Geschichte Baierns. IV. Band. Gotha 1899.

Sacchinus, Franciscus, S. J., De Vita et Rebus gestis P. Petri Canisii, de Societate Jesu, Commentarii. Ingolstadii 1616.

Sacchinus, Franciscus, S. J., Historiae Societatis Iesu pars secunda, sive Lainius. Antverpiae 1620.

Saftien, Karl, Die Verhandlungen Kaiser Ferdinand I. mit Papst Pius IV. über die fakultative Einführung des Laienkelches in einzelnen Teilen des deutschen Reiches. Göttingen 1890.

Salig, Christian August, Vollständige Historie der Augspurgischen Confession und derselben zugethanen Kirchen. 3. Theil. Halle 1735.

[Sarpi, Paolo] Petri Suavis Polani Historiae Concilii Tridentini Libri Octo. Ex Italicis summa fide ac cura Latini facti. Editio quinta et ultima. Gorinchemi. Anno 1658.

Schelhornius, Jo. Georg., Amoenitates historiae ecclesiasticae et literariae. Voll. 2. Francofurti et Lipsiae 1737. 1738.

Schmidl, Joannes, S. J., Historiae Societatis Jesu Provinciae Bohemiae pars prima ab anno Christi MDLV. ad annum MDXCII. Pragae 1747.

Schrauf, vide „Hartl".

Sickel, Th., Zur Geschichte des Concils von Trient. Actenstücke aus österreichischen Archiven. Wien 1870.

Socherus, Antonius, S. J., Historia Provinciae Austriae Societatis Jesu. Pars prima. Viennae Austriae 1740.

Sommervogel, Carlos, S. J., Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Nouvelle édition. Bibliographie. T. I.—IX. Bruxelles-Paris 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1898. 1900.

Sommervogel, Carlos, S. J., Les Jésuites de Rome et de Vienne en M. D. LXI d'après un Catalogue rarissime de l'époque. Bruxelles 1892.

Stälin, Christoph Fried., Aufenthaltsorte K. Ferdinands I. 1521—1564, in „Forschungen zur deutschen Geschichte" I (Göttingen 1862), 384—395.

Steinherz, S., Nuntiaturberichte aus Deutschland 1560—1572. I. Band: Die Nuntien Hosius und Delfino 1560—1561. Wien 1897.

Steinhuber, Andreas, Cardinal, S. J., Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom. 2 Bände. Freiburg i. Br. 1895.

Stengelius, Carolus, O. S. B., Rerum Augustan. Vindel. Commentarius. Ingolstadii 1647.

Stetten, Paul von, iun., Geschichte der adelichen Geschlechter in der freyen Reichs-Stadt Augsburg. Augsburg 1762.

[Theiner, Aug.] Acta genuina SS. oecumenici Concilii Tridentini ab Angelo Massarello Episcopo Thelesino ejusdem Concilii Secretario conscripta. Nunc primum integra edita ab Augustino Theiner. Tomi II. Zagrabiae [1875].

Torellus, vide „Phola".

Turba, Gustav, Venetianische Depeschen vom Kaiserhofe (Dispacci di Germania), herausgegeben von der historischen Commission der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften. III. Bd. Wien 1895.

Weber, Antonius, Literae a Truchsesso ad Hosium annis 1560 et 1561 datae. Ratisbonae 1892.

Wiedemann, Theodor, Geschichte der Reformation und Gegenreformation im Lande unter der Enns. I. Bd. Prag 1879; II. Bd. Prag 1880; III. Bd. Prag 1882; IV. Bd. Prag und Leipzig 1884; V. Bd. Prag und Leipzig 1886.

V.

DESCRIPTIO CODICUM MANU SCRIPTORUM IN HOC VOLUMINE ADHIBITORUM.

Praeter codices, qui infra describentur, multi alii codices, fasciculi etc. huic volumini componendo sunt adhibiti, qui exstant Augustae Vindelicorum, Cracoviae, Francofurti ad Moenum, Gothae, Hannoverae, Londini, Monachii, Oeniponte, Pragae, Romae, Treveris, Tridenti, Vindobonae etc.; sed quia rarius adhibiti sunt, hic omittuntur, ubi adhibentur, nominandi vel describendi.

Codices omnes chartacei sunt et, exceptis codicibus Societatis Iesu, ab urbibus denominantur, in quibus nunc asservantur. In descriptione singulorum codicum verba prima, signis „ “ inclusa, nomen sive notam significant illam, quae in hoc ipso volumine, post nomen urbanum, codici designando adhibetur.

Hic etiam moneo, codicem, quem in voluminibus I et II verbis „Epistt. B. Petri Canisii I“ designavi, in posterum, brevitatis gratia, ita signatum iri: „E. C. I.“

1. Codex augustanus.

Augustae Vindelicorum in archivo curiae episcopalis („Ordinariats-Archiv“).

„Registr.“ Codex descriptus in huius operis vol. II, pag. XLVIII ad XLIX.

2. Codices colonienses.

Coloniae in archivo studiorum fundatorum („Archiv des Verwaltungsraths der Studienstiftungen“, „Archiv des Gymnasial- und Studienstiftungsfonds“).

1. **„Epp. ad Kess. I.“** Codex in huius operis voluminibus I et II signatus „Epistt. ad Kessel. I.“; descriptus in vol. I, pag. LIII—LIV.

2. **„Kess.“** Codex descriptus in vol. II, pag. XLIX—L.

3. **„Epp. ad Reth.“** Inscriptio antiqua in dorso: „EPISTO[LAE AD REV. P.] IO. RHETIVM S. J. | I.^{m} Regent. GYM. novi | CORONARVM S. J. | ab 1543 ad 1574. | V.“ In pagina 1 (manu P. Iosephi Hartz-

heim S. J.?): „Continet hoc Volumen αυτογραφα Praestantissimorum tota Europa Doctrina et virtute Virorum qui cum Rhetio Commercium Epistolarum habuerunt. Rarum opus et Historiae litterariae hujus saeculi perficiendae opportunissimum.“ 2⁰; ff. 356; olim foliorum signatio tantum usque ad nr. 170 perducta neque certo ordine facta erat.

Continet epistulas archetypas ad P. Ioannem Rethium S. J. datas a Beato Petro Canisio, Gabriele cardinale Paleotto, Benedicto Aria Montano, Edmundo Augerio, Gaspare Cardillo Villalpando, Petro Maffeio, Leonardo Rubeno etc. Quibus haud pauca Rethii ipsius iudicia, epistulae, commentarii etc. et multa alia monumenta ad Rheni inferioris historiam cum religiosam tum scholasticam pertinentia (a. 1553—1574) inserta sunt, inter quae multae eminent litterae a. 1570 a Coloniensibus ad ducem Albae et ab hoc ad illos datae. Omnia ordine temporum digesta sunt. Antecedit apographum epistulae ab Erasmo Roterodamo Basilea 1. Octobris 1528 ad Ioannem Rethium, senatorem coloniensem et P. Ioannis Rethii S. J. patrem, datae.

Codex usque ad a. 1773, quo Societas Iesu a Clemente XIV. exstincta est, collegii S. J. coloniensis fuit. *Jos. Hansen* in libro „Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542—1582“ (Bonn 1896) codicem descripsit (p. XXVIII) saepeque eo usus est. Erasmi epistulam ex eodem typis exscripserunt *K. et W. Krafft,* Briefe und Documente aus der Zeit der Reformation (Elberfeld s. a.) p. 164—165.

3. Codex cracoviensis.

Cracoviae in bibliotheca universitatis iagellonicae.
„**Cromeri epistt.**“ Descriptus in vol. I, pag. LIV—LV.

4. Codex eystettensis.

Eystadii (Eichstätt) in archivo curiae episcopalis.
„**Hist. coll. Ing.**“ Descriptus in vol. II, pag. LI.

5. Codex friburgensis.

Friburgi Helvetiorum in bibliotheca reipublicae et universitatis.
„**Hist. coll. Aug.**“ Descriptus in vol. II, pag. LI—LII.

6. Codex gothanus.

Gothae in bibliotheca ducum saxo-gothanorum.

„**E. H. 2.**“[1] Inscriptio recens in dorso: „Commercium epistolicum | Stan. Hosii | Card. | II.“ Signatura recens: „Nr. 382.“ 2⁰; ff. sign. 187, ac praeterea in initio ff. 4 non sign. (in 3. et 4. indiculus chronologicus epistularum), et in extremo codice complura ff. non sign., eaque vacua.

---

[1] P. 319 vers. 6 et p. 324 vers. 29 pro „E. H. 2.“ legendum est „E. H. 1“ (= Cod. „Nr. 381“ ducalis bibliothecae gothanae).

Continet 94 epistulas, easque fere omnes archetypas vel etiam autographas, a 7. Ianuarii a. 1562 usque ad 13. Decembris a. 1563 ad Stanislaum cardinalem Hosium, episcopum varmiensem et imperii principem, qui tunc Tridenti unus ex concilii „legatis“ sive praesidibus erat, datas a Sancto Carolo Borromaeo cardinale Pii IV. nepote, Beato Petro Canisio, cardinalibus Ioanne Morono, Ottone Truchsess, Iacobo Puteo, Henrico Infante Lusitaniae, Christophoro et Ludovico Madrutiis, ab Ioanne Kolosváry episcopo csanadiensi (Csanád), Martino Cromer canonico cracoviensi et Poloniae regis apud caesarem oratore, Ioanne Francisco Lombardo, Caesare Ferrantio etc.

Ernestus Salomon Cyprianus, „Theologiae [protestantium] Doctor, et protosynedrii Gothani praeses vicarius“, plerasque ex his epistulis una cum multis aliis eiusdem generis primus ex archetypis evulgavit in libro „Tabularium Ecclesiae Romanae seculi decimi sexti“, Francofurti et Lipsiae 1743.

Cyprianus in huius libri epistula dedicatoria, ad Fridericum III. ducem saxogothanum data, scribit: „Fridericus II. Gothanus . . . bibliothecae tuae . . . Hosianum literarum commercium“ adiecit (f. b[b]). Fridericus II. ab a. 1691 ad 1732 regnavit. In libri autem praefatione idem Cyprianus de „monumentis“ a se typis exscriptis: „Collegeram“, inquit, „ac magno pretio . . . coëmeram“ (f. b 3[a]).

Franc. Hipler et *Vinc. Zakrzewski*, epistularum Hosii editores, dubium non esse asserunt, quin hae epistulae una cum aliis haud paucis olim a Suecis bellum gerentibus ex Varmia raptae sint. Atque ipsi quidem in bibliothecae gothanae cod. „Nr. 384“ epistulas exstare scribunt, ex quibus intellegatur, hunc codicem (E. H. 2) una cum codd. „Nr. 381“ et „Nr. 383“ a. 1722 Stettini pro Friderico II. duce anhaltino-zerbstensi empta esse (Stanislai Hosii Epistolae I [Cracoviae 1879], XVII*); *Ioannes Georgius Schelhornius* („senior“) autem (qui Memmingae protestantium „ecclesiasten“ et bibliothecarium agebat) in libro „Amoenitates historiae ecclesiasticae et literariae“ I (Francofurti et Lipsiae 1737), 188—189: „Narravit“, inquit, „aliquando mihi vir fide dignus, Carolum XII. Suecorum Regem gloriosissimae memoriae, cum in expeditione Polonica Heilspergae in Borussia, quae sedes olim et domicilium Hosii erat, versaretur, praeter alia commercium hujus Cardinalis epistolicum ac nonnulla volumina manuscripta jure belli sibi vindicasse, iisque“ Ioannem Fridericum „Mayerum, multum apud eum gratia valentem, munificentissime donasse.“ Mayeri autem huius, „Theologi Gryphici“ (Greifswalde), „bibliotheca . . . Berolini A. MDCCXVI. plus licitantibus divendita“ (l. c. I, 188), „tria volumina, epistolas Card. Hosii aliorumque complectentia“ cura „Ern. Sal. Cypriani in Bibliothecam Ducalem Gothanam pervenere“, ut quidem idem *Schelhornius* affirmat in libro „Commercii epistolaris Uffenbachiani selecta“, P. IV (Ulmae et Memmingae 1755), p. 343—346; ubi etiam (l. c. IV, 345) scribit in Catalogo bibliothecae mayerianae p. 726 comparere Hosii aliorumque ad Hosium et alios epistulas archetypas ab a. 1545 ad 1610 datas, atque inter has S. Caroli Borromaei 52, Petri Canisii 33, Ottonis cardinalis Augustani 53, „Petri Fabri 4“ etc.

7. Codex guelpherbytanus.

Guelpherbyti (Wolfenbüttel, in ducatu brunsvicensi) in bibliotheca ducali.

„36. 24. Aug.“ Signatura recens in dorso: „36. 24. | Aug.“ Incipit: „† p. 2. Aegidius Faber. 1556. Messanae“; terminatur: „sagittis gratias egerunt.“ 2⁰; codicis folia duplicem habent signationem, al-

teram in suprema parte (1—226; aliquot ff. signata non sunt), alteram in infima (1—238); ego priorem illam, quippe quae cum communi signandi ratione magis congruit, sequar.

Continet multas litteras inter a. 1556 et 1572 a Societatis hominibus scriptas, easque partim archetypas, partim eodem fere tempore ex archetypis exscriptas. Quarum maxima pars e litteris illis communibus et historicis pietatisque excitandae causa scriptis est, quae certis temporibus, ut quarto quoque mense, singulis annis etc. (litterae „quadrimestres", „annuae" etc.: cf. *Can.* Epp. I, 304[2]. 336) ex singulis Societatis domibus ad reliquam Societatem mittebantur; quarum multae ex Hispania, aliae ex Belgio, Germania, Italia, Lusitania missae sunt. Quibus intermixtae sunt et privatae aliquot Sociorum epistulae, et litterae aliquot a Ferdinando I. caesare, Sigismundo Augusto Poloniae rege, Alberto V. Bavariae duce datae. Notatu dignae esse videntur, praeter alias, Sociorum litterae „ex Mallucis insulis" a. 1564 et 1566, aliae „indicae" a. 1569 et 1572, relationes de rebus religionis ex Badena a. 1571 et 1572 missae, collegii vindobonensis S. J. litterae quadrimestres 28. Ianuarii 1562 germanica lingua scriptae (f. 169. 170. 184—187. 225—226. 195. 196. 215—218. 70—72); accedunt epistulae a PP. Paschasio Broeto [?], Ioanne de Polanco, Petro de Ribadeneira etc. Augustam ad Canisium datae, e quibus complures archetypae sunt. E reliquis quoque litteris multae a viris illustribus, ut Iosepho Acosta, Adriano Adriani, Francisco Costero, Christophoro Herrera, Leonardo Kesselio, Laurentio Magio, Henrico Somalio scriptae sunt. Quod autem ad litteras quadrimestres earumque similes attinet, codex illa earum exempla continet, quae Roma etc. ad Germaniae superioris praepositum provincialem (quod munus Canisius 1556—1569, Paulus Hoffaeus 1569—1582 tenuerunt), ab hoc per varia huius provinciae collegia missa, tandem Augustam quasi redierunt: ita e. g. collegii vindobonensis litteris quadrimestribus 26. Aprilis 1562 datis manu P. Guilielmi Elderen, qui Augustae cum Canisio versabatur, adnotatum est: „Mittantur Jngolstadium, inde ad nos Augustam." Alteris autem litteris (f. 55^a—56^b) Canisius ipse inscripsit: „† Collegium Coloniense. Martius 1560, Mittatur Jngolstadium, inde Viennam." In complurium etiam litterarum dorsis haec adnotatio (f. 94^b) vel similis comparet: „Lectae Monachij et Dilingae et Jngolstadij et OEniponti"; ubi singula urbium nomina a Sociis illic degentibus scripta sunt.

Haec omnia satis clare ostendunt, codicem hunc vel potius hoc litterarum corpus — quando enim conglutinatum sit, non constat — initio Augustae apud Socios fuisse. Guelpherbytum autem curante Augusto „iuniore", duce brunsvico-luneburgensi († 1666), librorum amantissimo et bibliothecae illius, quae etiam „Bibliotheca Augusta" ex ipso vocatur, praecipuo institutore, et operam interponente Lutheranorum augustanorum ministro quodam a. 1664 transmissum est. Augustus enim dux in codicis folio 2 (signaturae inferioris) sua manu scripsit: „Dise Screiben der Jesuiter

hat M. Goebelius Diaconus bey St. Annen in Augsburg übersandt, welche alhie angelanget den 19[t] Nouembris 1664. Ist in einer Fuggerischen Bibliothec colligiret geworden." Codicem primus descripsit et, quando a quibus singulae epistulae datae essent, notavit *Otto v. Heinemann*, Die Handschriften der herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel, 2. Abth., Bd. III (Wolfenbüttel 1898), p. 128—131.

8. Codices monacenses.

Monachii in archivo regni bavarici („Reichsarchiv").

1. „**Augsb. Domk.**" Descriptus in vol. II, pag. LII—LIII.

2. „**Ies. Ing. 1359/I.**" Descriptus in vol. I, pag. LV.

9. Codex oenipontanus.

Oeniponte (Innsbruck) in archivo praefecturae caesareae („Statthalterei-Archiv").

„**Rait. 61.**" Titulus eodem tempore scriptus (f. 2): „Hannsen Schaübers | Tirolischen Camermaisters | Ambts Raitüng . vom Ersten tag | Monats Ianüari . vntzt aüf vlti | ma Decembris des gantzen 1561[ten] | Jars." 2°; 437 ff. sign.; antecedit rerum index alphabeticus, qui 57 ff. non sign. occupat; praeterea et in prima, et in extrema codicis parte complura folia non signata eaque fere vacua comparent.

Exhibet, quae toto anno 1561 ab Ioanne Schaüber sive Schauber „camerae magistro" sive quaestore iussu caesareae „camerae tirolensis", reditus publicos Austriae superioris Oeniponte curantis, data et accepta sint, eaque per „titulos" sive capita digesta.

Codice usus est *Al. Kröss* S. J., Der selige Petrus Canisius in Österreich (Wien 1898) p. 145.

10. Codex romanus.

Romae in archivo collegii germanici et hungarici.

„**All. coll. Germ.**" Descriptus in vol. I, pag. LVII—LVIII.

11. Codices Societatis Iesu.

Notandum est codices infra describendos et ceteros, quorum per hunc librum mentio fiet, Societatis Iesu codices, fasciculos, folia singularia etc. nequaquam uno loco collecta esse, sed in diversis variarum terrarum bibliothecis etc. asservari.

1. „**Annal. Vienn.**" Codex descriptus in vol. I, pag. LVIII.

2. „**Antiqu. Ingolst.**" Descriptus in vol. I, pag. LVIII.

3. „**Can. X. Aa.**" Codex in 4°, in fusco corio, figuris impresso, ligatus. Signatura recens in dorso: „Scripta | B. P. Canisii. | X. Aa." Signatura in suprema parte paginae prioris folii 1. posita (postea, linea transmissa, deleta): „Scripta V. P. Canisii 29. Gorheim 22. Sept.

1860." Incipit in pagina altera involucri adversi: „Amor sui priuatus et proprius." Terminatur in pagina priore involucri aversi: „quam regni Romani defectio fiat et appareat Antichristus." Continet ff. sign. 195, e quibus ultimum involucro averso iunctum est.

Continet commentaria contionum, quas Canisius a 3. Augusti ad 17. Decembris 1561 Augustae Vindelicorum, ubi tunc cathedralis ecclesiae contionatorem agebat, in ea ecclesia et in templo S. Ioannis eidem contiguo habuit. Post quae commentarium contionis „de Zacheo" et „de vsura" die festo, ut videtur, Dedicationis ecclesiae alicuius a Canisio habitae positum est. Commentaria maximam partem, Canisio (ut videntur) dictante, a 2 vel 3 hominibus externis scripta sunt; complura P. Guilielmus Elderen S. J. (ut f. 19^a—22^a. 24^b—26^a. 29^a—34^b. 35^b—36^b. 174^b—176^a), aliqua P. Hurtadus Perez S. J. (f. 40^b—43^a), alia Canisius ipse (ut f. 35^a. 36^b—37^a. 69^b—70^a. 162^b—163^a etc.) scripserunt. Atque hic omnia recognovit et plurimis locis emendavit et amplificavit. Praeterea Canisius et 3 primis et 2 postremis codicis paginis sententias quasdam theologicas, indiculum „Errorum Philippi" [Melanchthonis], similia partim ipse scripsit, partim scribenda curavit.

Annus quidem in toto codice notatus non est; at eum ad a. 1561 spectare, res ipsae, quae in eo continentur, ostendunt, maxime contio „Dominica tertia aduentus" habita. In qua *Canisius* „Summus", inquit, „Ecclesiae pastor ab initio sui regiminis magna seriositate usus est, uerbis, scriptis et operibus, ut Concilium inchoaretur; . . . misit idcirco legatos per totum orbem . . . etiam ad eos qui se a Petri Ecclesia separauerunt; . . . obtinuit, . . . ut nunc centum fere Episcopi, ut omittam doctos, sint Tridenti congregatj . . . Haec dixerim idcirco ut quisque uideat non esse frustra quod ante annum hoc praecise tempore Dominum rogauimus, ut excitaret corda ad inchoandum Concilium. Nunc accedit noua indulgentia" (f. 182^a). Cf. *Can.* Epp. II, 616. 660. 704. 712. 776, et infra p. 328. 330. 331. 601.

Codex olim collegii S. J., quod erat Friburgi Helvetiorum, fuit ibique (ut videtur) a Canisio ad librum „Notae" etc. adhibitus est; cf. *Can.* Epp. II, LVI. Aliqua ex eo posuit *Flor. Riess* S. J., Der selige Petrus Canisius (Freiburg i. Br. 1865) p. 287—289.

4. „Can. X. Sa." Codex in vol. II. signatus „Scripta B. P. Can. X. Sa"; descriptus ibidem pag. LVII—LVIII.

5. „Can. X. T." Codex in 4⁰, in fusco corio, figuris impresso, ligatus. Signatura recens in dorso: „Scripta | B. P. Canisii | X. T." Signatura in suprema parte paginae prioris folii 1: „Scripta V. P. Canisii 24."; at numerus „24" postea, lineis transmissis, oblitteratus est. Incipit in pagina altera involucri adversi: „Conciones Annj 62 | Dominica 1. Aduentus." Terminatur in pagina priore involucri aversi: „sin autem in futurum succides illam". Continet ff. sign. 191; e quibus ultimum involucro averso iunctum est.

Continet commentaria contionum, quas Canisius a 19. Decembris 1561 ad 31. Martii 1562 Augustae Vindelicorum, ubi tunc cathedralis ecclesiae contionatorem agebat, in ea ecclesia et in templo S. Ioannis, eidem contiguo, habuit, exceptis tamen catecheticis contionibus, per

Quadragesimam a. 1562 ibidem habitis; de quibus infra p. 623—628. Accedunt: 1. (in pag. 2. involucri adversi) indiculi antiqui contionum et „Locorum communium"; 2. (f. 1) pars contionis a Canisio a. 1561 tempore sacri Adventus, die incerto, habitae; 3. (f. 187ª—189ᵇ) contio a Canisio Dominica I. Adventus anno incerto, post 1561, habita; 4. (f. 190) aliqua de tentationibus manu ignota notata; 5. (f. 191ª) proposita quaedam aliaque a Canisio ipso notata. In codice autem plerumque quidem temporum, aliquamdiu vero rerum (contiones de iudicio — contiones de Decalogo) ordo servatus est (f. 119ᵇ—148ᵇ). Ac contionum commentaria partim quidem a Canisio ipso, longe maximam vero partem ab Andrea Stör, iuvene litterarum studioso, quo Canisius tunc et scriba et coquo utebatur (vide infra p. 235. 674), scripta sunt; f. 146ª—148ª manus P. Guilielmi Elderen S. J. adiuvabat; in indiculis et f. 190 quarta, f. 187ª—189ᵇ quinta manus apparent. Contiones omnes a Canisio recognitae multisque modis emendatae et amplificatae sunt.

Codex olim collegii friburgensis erat ibique a Canisio, ut „Can. X. Aa", adhibitus esse videtur: v. supra p. LXIII. Aliqua ex eo germanice edidit *Riess* l. c. p. 290 ad 293. 297—299.

6. „Can. X. U." Codex in 4⁰, ligatus sicut „Can. X. Aa". Signatura recens in dorso: „Scripta | B. P. Canisii | X. U." Signatura paulo antiquior, in pagina priore folii primi, non signati: „Scripta V. P. Canisii 11. Gorheim 22. Sept. 1860." Incipit in pagina altera involucri adversi (manu Canisii): „Nota 1⁰ de differentia inter opus creationis et redemptionis." Terminatur in pagina altera folii postremi (manu Canisii): „De ieiunijs 4 temporum 48." 4⁰; foliorum signandorum duplex est ratio: altera usitata (1—199. 110; folia primum et postremum non signata); altera signatio in summis foliis ex adverso posita est (101—190); ego priorem sequar.

Continet commentaria contionum, quas Canisius a die 5. Aprilis 1562 usque ad 29. Martii 1563 Augustae Vindelicorum in ecclesia cathedrali (et in templo S. Ioannis eidem contiguo?) habuit; atque usque ad initium sacri Adventus contiones omnes, postea autem, Andrea Stör, Canisii scriba, Augusta Italiam versus profecto, paucae tantum notatae esse videntur; in qua notatione ordo temporum servatur usque ad f. 171ᵇ; sequuntur: complures contiones de 3. Decalogi praecepto inde a 23. Augusti 1562 habitae; duae contiones, quarum altera a. 1562 ante sacrum Adventum, altera vel anno 1563 vel postea die festo Corporis Christi recitata est. Contionem diei Omnium Sanctorum (1. Novembris) P. Guilielmus Elderen S. J. (f. 86ᵇ—89ª), reliquas ante Adventum habitas fere Andreas Stör, postea recitatas duo tresve ignoti scripserunt; atque ipse etiam Canisius multas contionum partes particulasque scripsit, omnia recognovit et emendavit. Plura vide infra p. 616—623.

Codex similiter ac „Can. X. Aa" et „Can. X. T." et collegii friburgensis fuit et libro „Notae" adhibitus esse videtur. Eodem usus est *Riess* l. c. p. 306.

7. „G. C. 67." Inscriptio recens in dorso: „Germania | CATAL. 1567—76. | I." Incipit in p. 4. non sign.: „Catal. 1567 Rheni Superioris. Spire cum P. Lamberto Auero sunt:" Terminatur p. 531 non sign.: „17 cosmo Filiarchi." 2⁰; pp. sign. 28—530, et in initio 3, in fine 4 pp. non sign.

Continet collegiorum Societatis Iesu coloniensis, dilingani, halensis, herbipolensis, moguntini, monacensis, oenipontani, posnaniensis, pultoviensis, spirensis, treverensis, tyrnaviensis, vindobonensis etc. „Catalogos" eosque varii generis; accedunt indiculi similes, „Informationes" de compluribus Societatis hominibus singulatim scriptae, pauci „Ordines lectionum". Quae omnia fere inter a. 1556 et 1577 scripta atque archetypa sunt; multa a praeclaris Societatis viris, ut Ioanne de Polanco, Hieronymo Natale, Paulo Hoffaeo, Laurentio Magio, Theodorico Canisio etc., scripta sunt.

8. „G. Ep. II." Inscriptio recens in dorso: „G | Ep. | II | 1561." Titulus paulo antiquior in folio primo eoque non signato: „1561 T. 17. | X." Incipit f. 1ᵃ (sign.): „Jhesus Pax christi etc. La setimana pasata scrisse." Terminatur f. 375ᵇ: „et amico suo semper Colendo . P. mt". 2⁰; codex olim conglutinatus erat; nunc folia partim soluta sunt, compluribus epistulis ex codice sublatis; ff. recenter signata 375 et in initio 1 non sign.; quibus accedunt 2 indiculi monumentorum, quae in codice sunt: recens (2⁰; 4 pp.) et antiquior (2⁰ dimidiato; 8 pp.).

Continet epistulas plurimas easque (nonnullis, quae eodem tempore ex archetypis descriptae sunt, exceptis) archetypas, anno 1561 (paucae ad alios annos spectant) a Sociis in Austria, Belgio, Germania etc. versantibus, et maxime a Societatis superioribus, ut Adriano Adriani, Lamberto Auer, Beato Petro Canisio, Theodorico Canisio, Guilielmo Elderen, Carolo Grim, Paulo Hoffaeo, Ferdinando Jaën, Leonardo Kessel, Nicolao Lanoio, Everardo Mercuriano, Ioanne Mortaigne, Hurtado Perez, Ioanne Rethio, Henrico Somalio, Antonio Vinck, Ioanne de Victoria, Davide Wolfio etc., de Societatis Iesu rebus multisque aliis religionis negotiis ad Iacobum Lainium, Societatis praepositum generalem, vel ad Alphonsum Salmeronem, qui Lainio Pii IV. iussu in Galliam profecto inde a m. Septembri 1561 ipsius loco Romae Societatem cum vicarii nomine administrabat, datas; aliquae tamen ad alios Socios, ut ad B. Petrum Canisium, Christophorum Madridium, Hieronymum Natalem, Ioannem de Polanco, Petrum de Ribadeneira, datae sunt. Quibus complura alia monumenta ad a. 1561 pertinentia accedunt: Litterae quadrimestres, bimestres etc. collegiorum S. J. coloniensis, ingolstadiensis, monacensis, pragensis, treverensis, vindobonensis etc., „Catalogi" Sociorum et „lectionum" etc.

Codice usi sunt: *Franc. Sacchinus* S. J., De Vita et Rebus gestis P. Petri Canisii (Ingolstadii 1616) p. 169. 173—182, et Historiae Societatis Iesu pars secunda (Antverpiae 1620) l. 4, n. 119; l. 5, n. 160 etc.; *Kröss* l. c. p. 138. 146.

9. „G. Ep. III." Signatura recens in dorso: „G | Ep. III | 1562." 2⁰; non conglutinatus; ff. 126 sign.; accedit index epistularum recens (2 pp.).

Continet collegiorum Societatis Iesu coloniensis, ingolstadiensis, moguntini, monacensis, oenipotani, pragensis, tyrnaviensis, vindobonensis ac domus S. J. augustanae litteras „quadrimestres" vel similes easque ad supremos Societatis moderatores missas; quibus accedunt litterae ab Ioanne de Hoya, episcopo osnaburgensi, Martino Cromer, canonico cracoviensi, Henrico Dunghen, canonico antverpiensi, et a Sociis in Germania, Austria, Belgio degentibus, ut Adriano Adriani, Lamberto Auer, Nicolao Goudano, Dominico Mengino, Alphonso Pisano, Ioanne de Victoria etc., ad PP. Iacobum Lainium, Hieronymum Natalem, Alphonsum Salmeronem etc. datae et aliquot monumenta similia. Quae litterae fere omnes a. 1562 datae et maximam partem archetypae, reliquae eodem tempore fere ex archetypis exscriptae sunt; litterarum quadrimestrium nonnumquam bina vel plura comparent exempla.

Codice usi sunt *Sacchinus,* Can. p. 192, et editores libri „Epistolae P. *Hieronymi Nadal*" I. II [fasc. 1] (Matriti 1898. 1899); cf. ibidem I, LXII.

10. „Germ. 1559." Descriptus in vol. II, pag. LV—LVI.

Codice usus est *Kröss* l. c. p. 136. 140.

11. „Germ. 1561." Inscriptio antiqua in dorso: „German. | Flandria | Gallia | Ab 1561 ad | 1565." Incipit f. 1ª (sign.): „Jhesus Pax Christi etc. Alemagna Padre Canissio. Si fara risposta a quelle di V. Reuerentia di 10. del presente." Terminatur f. 304ᵇ: „gratiae suae donis ornare dignetur. Romae tertio Calendas Septembris 1565". 2⁰ min. („formae romanae"); ff. 304 sign., et cum in initio tum in fine 1 f. non sign.

Continet apographa eodem tempore scripta (vel eorum loco summas aliquot breves vel commentaria) epistularum, quas Roma a 24. Maii 1561 ad 30. Augusti 1565 Iacobus Lainius (Laynez) et Sanctus Franciscus Borgias, cum Societatis Iesu praepositi generales essent, et P. Christophorus Madrid ac P. Alphonsus Salmeron atque idem ille Borgias, cum Romae vicarii generalis vel „commissarii" Societatis munus administrarent, vel ipsi, vel per alios, ut PP. Ioannem de Polanco, Petrum de Ribadeneira, Franciscum Petrarcha, linguis latina, italica, hispanica dederunt tum ad Socios in Belgio, Gallia, Germania, Polonia etc. degentes (maxime ad eorum praepositos sive provinciales sive locales), ut ad Lambertum Auer, Edmundum Augerium, B. Petrum Canisium, Nicolaum Goudanum, Edmundum Hayum, Leonardum Kessel, Nicolaum Lanoium, Oliverium Manareum, Everardum Mercurianum, Antonium Possevinum, Antonium Vinck, tum ad alios quosdam, ut Mariam Maximiliani II. uxorem, Albertum V. Bavariae ducem, archiepiscopos Armachanum, Moguntinum, Treverensem etc. Aliqua exempla

a Polanco ipso, reliqua a librariis aliquot iisque parum eruditis (altero, ut videntur, dictante) scripta sunt. Ad annum 1563 tres tantum epistulae spectant.

Codice usi sunt *Kröss* l. c. p. 132. 137 etc. et editores „Epistolarum P. *Hieronymi Nadal*“ I. II; cf. ibidem I, LXIV.

12. **„Germ. Sup. Cat. 1566. 1599.“** Descriptus in vol. I, pag. LIX.

13. **„V. P. 62.“** Inscriptio antiqua in dorso: „Epist. | Var. Pro: | 1562 | 1563.“ In p. 3. non sign. manu paulo recentiore: „Variarum Prouinciarum 1562. 1563“; in p. 4. non sign. manu antiquiore (eiusdem temporis): „Lettera commune per passaggieri.“ Terminatur: „si mandorno à Roma, Napoli et Sicilia et à Lombardia etc.“. 2⁰ min. („formae romanae“); charta densa conglutinatus; ff. sign. 308, et tum in initio tum in fine 2 non sign.

Continet registrum epistularum, quas Iacobus Lainius (Laynez) praepositus generalis Societatis Iesu vel ipse vel (ut plerumque faciebat) per P. Ioannem de Polanco, Societatis secretarium, ab 16. Augusti 1562 ad 4. Maii 1563 Tridento, ubi Pii IV. iussu concilio intererat, cum ad Socios in variis mundi partibus degentes, et maxime ad Societatis praesides, ut Sanctum Franciscum Borgiam, Canisium etc., tum ad alios, velut cardinales Michaëlem Gislerium O. Pr. (S. Pium V.), S. Carolum Borromaeum, Henricum Infantem Portugalliae, archiepiscopos et episcopos Cameracensem, Herbipolensem, Osnaburgensem, Salisburgensem etc., ad Albertum V. Bavariae ducem, Ioannam reginam Lusitaniae etc., linguis latina, italica, hispanica dedit. Ac complures epistulae ex iis, quae ad a. 1562 pertinent, ob temporis angustias in breves summas contractae, reliquae fere integrae vel ex ipsis archetypis, antequam haec tabellariis traderentur, vel ex commentariis exscriptae sunt a tribus potissimum librariis; atque usque ad exeuntem m. Augustum 1562, si non diutius, Lainius et Polancus unum tantum habebant librarium „Ioannem Fernandez“ (de quo plura infra); nonnullas epistulas Polancus ipse vel scripsit vel correxit. His epistulis accedunt apographa et commentaria diplomatum vel litterarum publicarum, a Lainio variarum rerum, ut donationis confirmandae, hominis e Societate dimittendi, gratia a 7. Septembris 1562 ad 11. Octobris 1563 datarum, et institutionis cuiusdam P. Oliverio Manareo in Galliam eunti traditae.

Codice usi sunt: *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 6, n. 80—82. 85. 86 etc.; *Kröss* l. c. p. 155. 163. 164 etc.; editores „Epistolarum P. *Nadal*“ I. II; cf. ibidem I, LXIV.

12. Codex vindobonensis.

Vindobonae in bibliotheca palatina („Hofbibliothek“).

„Hist. coll. Vienn.“ Codex descriptus in vol. II, pag. LVIII—LIX.

VI.

EXPLICATIO

notarum („abbreviationum") saepius occurrentium.

Notae quaedam ad complura et sat diversa vocabula significanda adhibentur; attamen quid singulis locis significent, ex contextu orationis dignosci potest. Ex eodem intellegitur, utrum v. g. „P." significet „Pater" an „Patris", „Patri" etc. Hic verba fere casu tantum recto ponuntur.

a. = annus.
adn. = adnotatio.
ap. = apud.
b. = beata, beatus.
B. = Beata, Beatus.
B. M. V. = Beata Maria Virgo.
c. = caput.
C. = Caesareus, Canisius, Cesareo, Compagnia.
Cel. = Celsitudo.
cf. = confer.
d. = dies, doctor, dominus.
D. = Divus (ante nomina Sanctorum), Doctor, Dominatio, Dominus, Dottore.
D. D. = Dominus Doctor.
D. T. = Dominatio Tua.
D. V. = Dominatio Vestra.
Dec. = Decas, December.
Dr. = Doctor.
E. = Erwürdig, Euer, Ewer.
E. F. G. = Ewer Furstlich Gnaden.
e. g. = exempli gratia.
E. L. = Ewer Lieb (Euere Liebden).
Ex. = Examen.
f. = folium, furstlich.
F. = Furstlich (Fürstlich).
F. G. = Furstliche Gnaden.
ff. = folia.
fl. = florenus, florin.
fgn. = furstliche gnaden.
gn. = gnaden.
Gn. = Gnaden.
h. = heilig.
H. = Heilig.
I. = Iesus.
J. = Jesus.
i. e. = id est.
inscr. = inscriptio.
Io. = Ioannes.
Kay. = Kayserlich.
l. = liber.
l. c. = loco citato.
L. g. = Lieber getrewer.
libr. = librarius.
m. = mensis.
M. = Maestro, Magnificus, Maiestà, Maiestät, Maiestas.
M. V. = Maiestas Vestra.
Mg. = Magister, Magnificus.
mai. = maior.
marg. = margine.
min. = minor.
ms. = manu scriptus.
Mt. = Maiestet.

n. = numerus.
N. = Noster, Nostro, Nuestro.
N. P. = Nostro Padre, Nuestro Padre.
N. S. = Nostro Signore.
O. = Ordo.
O. Min. = Ordinis Minorum.
O. Pr. = Ordinis Praedicatorum.
O. S. B. = Ordinis Sancti Benedicti.
om. = omittit, omittunt.
p. = padre, pagina, pater.
P. = Padre, Pars, Pater, Paternità, Paternidad, Paternitas.
p. m. = piae memoriae.
P. M. = Pontifex Maximus.
P. T. = Paternitas Tua.
p. v. = paternitas vestra.
P. V. = Paternità Vostra, Paternitas Vestra.
pp. = paginae.
PP. = Padres, Padri, Patres.
PP. GG. = Patres graeci.
PP. LL. = Patres latini.
r. = reverencia, reverendo, reverendus, reverentia, reverenza.
R. = Reverencia, Reverendo, Reverendus, Reverentia, Reverenza.
R. D. = Reverendissimus Dominus, Reverendus Dominus.
R. M. = Regia Maiestas.
R. P. = Reverendo Padre, Reverendus Pater.
R. P. T. = Reverenda Paternitas Tua.
R. P. V. = Reverenda Paternità Vostra, Reverenda Paternitas Vestra.
R. T. = Reverentia Tua.
Resp. = Respublica.
Rev. = Reverencia, Reverendo, Reverendus, Reverentia, Reverenza.
Rö. = Römisch.
Röm. Kays. Maj. = Römische Kayserliche Majestet.
Rom. = Romanus.
RR. = Reverendi, Reverendos.
RR. PP. = Reverendi Padri, Reverendi Patres, Reverendos Padres.
RR. VV. = Reverentiae Vestrae.
RV. = Reverentia Vestra, Reuerenza Vostra.
S. = Sacer, Sacratissimus, Sancta, Sanctus, Señor, Signore, Societas.
S. C. M. = Sacra (Sacratissima) Caesarea Maiestas.
S. D. = Servus Dei.
S.D.N. = Sanctissimus Dominus Noster.
S. J. = Societas Iesu.
S. P. = Salutem Plurimam, Sanctus Pater.
S. P. N. = Sanctus Pater Noster.
S. R. C. = Sacra Rituum Congregatio.
S. R. E. = Sancta Romana Ecclesia.
S. S. = Sancta Sedes.
sig. = sigillum.
sign. = signatus.
Soc. = Societas.
sq. = sequens.
sqq. = sequentia.
t. = tomus, tuus.
T. = Tomus, Tuus.
tom. = tomus.
v. = verbum, vester, vide, vostro, vuestro.
V. = Verbum, Vester, Vide, Vostro, Vuestro.
v. g. = verbi gratia.
V. I. = Vtriusque Iuris.
V. M. = Vestra Maiestas.
V. P. = Vestra Paternitas, Vostra Paternità, Vuestra Paternidad.
V. R. = Vestra Reverentia, Vostra Reverenza, Vuestra Reverencia.
V. R. P. = Vestra Reverenda Paternitas, Vostra Reverenda Paternità, Vuestra Reverenda Paternidad.
Ven. = Venerabilis.
Vol. = Volumen.
vv. = verba.
VV. = Verba.

VII.

EPISTULAE A CANISIO ET AD CANISIUM DATAE 1561. 1562.

498.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 4. Ianuarii 1561 [1].

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Augusta Padre D. Canisio". Cod. „Germ. 1559", p. 280.

Socii romani stipem caesaream exspectant. Ipsene Canisius aliique Socii germani ad concilium mittendi? P. Thyraeus. Facultates ad „Indicem", ieiunium etc. spectantes. Husitae in collegium non admittendi. Valetudinarium vindobonense. Canisii catechismus a Lainio recognoscetur. Iubilaei indulgentia Augustae studiose usurpata.

Riceuete nostro Padre [2] quella di V. R. di 21. del passato [3], et atutte leprecedenti si è fatta risposta, et spero l' hauera riceuute tutte. Aspetariamo quella elemosina [a] di sua .M. secondo che era estata data intentione per hauerne molto di bisogno [4] · forsa uerra, questa settimana che uiene.

Perlatae sunt ad patrem nostrum [2] R. V. litterae die 21. mensis superioris datae [3]; responsum est autem ad superiores R. V. epistulas omnes; quae responsa R. V. allata esse spero omnia. Stipem illam maiestatis suae, quam nobis obventuram esse certiores facti sumus, exspectamus; magnopere enim ea pecunia indigemus [4]; quae fortasse proxima hac hebdomade ad nos perferetur.

---

[a] elemosino *apogr.*

---

[1] Canisius hoc tempore et contionatoris ecclesiae cathedralis munus Augustae et praepositi provincialis Societatis Iesu officium per Germaniam superiorem administrabat.

[2] Praepositum generalem significat. [3] Hae litterae superesse non videntur.

[4] Ferdinandus I. a. 1555 constituerat, ut romano Societatis collegio suo no-

Quanto al uenir al concilio[1] li ṅostri essendo ricercati dalli Principi d' Alemagna. A nostro Padre pareria conueniente se fossero persone tali che potessino far nel Concilio quel che si pretende et si aspetta dalli nostri. se non fossino tali è meglio che non uengano. sepùr il principe che tiene collegio nel suo stato recercassi nominatim alcuno non pare se li potria mancare. Circa li Vescoui uicini si ricercassino qualchuno diase auiso in particular et si fara risposta. Della persona di V. R. il Cardinal di Augusta[2] si contenta che se 'l Jmperatore lo ricerca serua asua .M. inseruicio Diuino', ma ben uoria essere certificato di questo pertempo accio se ne possa preualer d' un altro; et credo si contentarebbe del Dottor Lanoy. V. R. adunche con el primo spacio auisi se è stato ricercato dal Jmperator òuero sepensa lo ricercara. Quanto aquelli di Colonia et Treuere marti di perla posta penso si scriuira. et per quel di Treuere si nominara il D. Gaudano se potra farlo, a quel di Colonia si permettera il D. Henrico[3].

Fece ben la R. V. in riciamar al D. Hermano meglio che loro in ritenerlo[4].

Ut nostri, si a Germaniae principibus expetiti sint, ad concilium[1] adeant, id quidem patri nostro convenire sic videtur, si eiusmodi homines illi sint, qui, quae nostros in concilio praestare volunt et praestituros esse sperant, praestare possint; sin autem eiusmodi non sint, eos illuc non adire praestat; si qui tamen forte princeps, qui collegium in suo regno habet, aliquem nominatim petierit, huic deesse posse non videmur. Quodsi quos forte expetierint episcopi vicini, de singulis ad nos referetis; nos rescribemus. Quod ad te, R. P., attinet, cardinalis Augustanus[2] boni consulit, te, si ab imperatore expetitus sis, maiestati suae ad divinam gloriam augendam operam navare; mature tamen ea de re certior fieri cupit, ut alterum asciscere possit; quem doctore Lanoio contentum fore existimo. R. V. igitur, ubi primum tabellarius huc proficiscetur, ad nos scribat, utrum ab imperatore expetita sit an fore putet, ut expetatur. De Coloniensi et de Treverensi die Martis per tabellarium litteras missum iri puto. Treverensi D. Goudanus operam praestare, si poterit, iubebitur; Coloniensi D. Henricus concedetur[3].

R. V., quod D. Hermannum revocavit, recte fecit ac melius quam ipsi, quod eum retinuerunt[4].

---

mine 400 scutati aurei singulorum annorum initio solverentur (*Io. A. de Polanco* S. J., Chronicon Societatis Iesu V [Matriti 1897], 32. 246. *Canisii* Epistulae II, 782—783). [1] Ad concilium tridentinum, 29. Novembris 1559 a Pio IV. indictum.

[2] Otto Truchsess de Waldburg.

[3] Coloniensis archiepiscopus tunc erat Ioannes Gebhardus a Mansfeld, treverensis Ioannes a Petra (von der Leyen). P. Nicolaus Lanoius collegium Societatis ingolstadiense regebat; PP. Nicolaus Goudanus et Henricus Dionysius in coloniensi morabantur.

[4] P. Hermannus Thyraeus, ex collegio ingolstadiensi negotiorum causa in Germaniam inferiorem missus, m. Novembri a. 1560, cum ad Canisium redire pararet, a P. Everardo Mercuriano, Societatis per Germaniam inferiorem praeposito, retentus erat, ut „ad menses aliquot primordia iuvaret Treverensis gymnasii" a Societate incohati (*Jos. Hansen*, Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542—1582 [Bonn 1896] p. 374).

Per Praga et altri luoghi si procura licencia piu larga quanto alli libri prohibiti, et anche circa il delecto di ciui et diiuni, faculta di dispensar et speramo di obtenerla presto hauendo presso uolontieri l' assumtto il Cardinal Morone.

Nel collegio de Poueri di Praga [1] non pare a nostro Padre s' accettino l' Husite si nonsi riducessero al uiuer catholico, et conuiene far capace l' Jmperator et Arciduca [2], et qualsiuoglia altro che tal cosa ricercassi che non conuiene tal mistura etc.

La cura del Hospitale di Vienna in spiritualibus che sua M. ha uoluto pigliasi il collegio nostro sta bene che sia accettata al modo che V. R. scriue. estando ui in quello un Capellano secolare.

Non si è mancato di rimandar il catechismo [3] perche la Doctrina di quello non piaccia, et nonsi reputi utili etc . ma per le molte ocupatione piu forsa che V. R. creda de nostro Padre Preposito per le quali ha diferito insino afatta la Epifania certi punti che lascio anotati il Padre Natale, questa settimana che uiene sera facil cosa si spedisca et si rimandi.

Del concorso del popolo Augustano, et deuotione alle confessioni et indulgentie si siamo specialmente consolati in Domino [4], et nostro Padre con tutti gl' altri ci reccomendiamo molto nelle orationi di V. R. Di Roma li .4. di Gennaio. 1561.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 19. Ianuarii 1561.

Pragensibus et aliorum locorum Sociis de libris prohibitis ampliorem licentiam atque etiam legum delectus ciborum et ieiunii relaxandarum facultatem impetrare studemus; quam nos brevi impetraturos esse speramus, cum cardinalis Moronus eam curam libenter in se susceperit.

In pauperum collegium pragense [1] Husitae admittendi esse patri nostro non videntur, nisi catholice vivere in animum induxerint; atque cum imperatori tum archiduci [2] tum cuilibet alteri, qui eiusmodi rem petierit, exponi convenit, eiusmodi permixtionem non convenire etc.

Rerum spiritualium valetudinarii vindobonensis curam, quam a collegio nostro suscipi maiestas sua voluit, ita, ut R. V. scripsit, admitti nobis probatur, cum capellanus saecularis illic degat.

Catechismum [3] ad vos remittere non omisimus eo quod doctrina in eo proposita nobis displiceret et librum utilem non esse censeremus etc., sed quia pater noster praepositus valde ac fortasse magis quam R. V. forsitan existimet occupatus erat; quare ipse capitum quorundam, quae pater Natalis adnotata reliquit, recognitionem post Epiphaniam distulit; proxima autem hac hebdomade facile fieri poterit, ut liber absolvatur et remittatur.

Quod populus augustanus tanta frequentia et pietate ad sacras confessiones et indulgentias accessit, singulari in domino solacio affecti sumus [4]. Pater noster ceterique omnes R. V. precibus magnopere nos commendamus. Roma 4. Ianuarii 1561.

---

[1] De hoc v. *Can.* Epp. II, 365. 716.

[2] Ferdinandus archidux, Ferdinandi I. caesaris filius, Bohemiam administrabat.

[3] Canisii „Parvum catechismum Catholicorum"; v. *Can.* Epp. II, 606. 677. 778. 890—892.

[4] Tridentini concilii gratia indulgentia „iubilaei" quam dicunt m. Novembri

499.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 4. Ianuarii 1561.

Ex apographo epistulae Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559“ f. 290b—291b.

Polancus Roma 18. Ianuarii 1561 P. Ioanni de Victoria S. J., collegii vindobonensis rectori, de Canisio scribit: „Il Padre Prouincial scriue hauer intesso che [il D. Lamberto] stia indisposto, et che la mutatione del area li giouarebbe.“

Canisium 4. Ianuarii 1561 haec de P. Lamberto Auer S. J. (qui Vindobonae in universitate theologiam tradebat, contionabatur etc.; v. *Can.* Epp. II, 472[5]. 737. 762) scripsisse, ex Polanci epistula 18. Ianuarii 1561 ad Canisium data conici potest.
Lainius Canisio per Polancum rescripsit 18. Ianuarii 1561.

500.

P. ALPHONSUS PISANUS S. J.

nomine Canisii

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

rectori collegii vindobonensis.

Augusta Vindelicorum initio anni 1561.

Ex Victoriae epistula autographa. Cod. „G. Ep. II“ f. 4b.

De PP. Aueri, Rivii, Grimii valetudine curanda.

Victoria de PP. Lamberto Auer et Christiano Rivio, qui in Societatis collegio vindobonensi theologiae professores, contionatores, catechetas agebant (Can. Epp. II, 472—473 etc.), et de P. Carolo Grimio, eiusdem collegii „ministro“ (l. c. p. 305[5]. 394[1] etc.), Vindobona 15. Ianuarii 1561 ad Iacobum Lainium, praepositum generalem, scribit: „Parena anche al Padre prouinciale che questi trei D. Lamberto Dottor Christiano et Maestro Carolo per sua salute etc. si douessino mutare et maxime Do. Lamberto quem timet pater *(ait A. pisa nomine ipsius)* in hoc iuuentutis flore posse opprimi immodicis laboribus *etc.*“

Pisanus (de quo *Can.* Epp. II, 503[7] etc.) Ingolstadio Augustam venerat, ut kalendis Ianuariis a. 1561 sollemnia Societatis vota ibidem coram Canisio praeposito provinciali nuncuparet; v. infra, monum. 273.

---

a. 1560 a Pio IV. proposita erat (*Od. Raynaldus*, Congr. Or., Annales ecclesiastici t. XXI, P. 2 in a. 1560, n. 68). Vide *Can.* Epp. II, 776. 781.

501.

P. IOANNES RETHIUS S. J.,

coloniensis gymnasii trium coronarum „regens“,

CANISIO.

Colonia Agrippina 5. Ianuarii 1561.

Ex apographo, eodem fere tempore Coloniae a P. *Leonardo Kessel* S. J. scripto; qui eidem inscripsit: „ad p. Canisium“. Cod. colon. „Kess.“ in a. 1560 f. 65.
Maximam epistulae partem edidit *Hansen* l. c. p. 379—380.

Collegii trevirensis constitutio; archiepiscopus liberalissimus; Treverenses amantissimi Sociorum; horum contiones. Colonienses erga Societatem melius afficiuntur; discipulorum coloniensium virtus; novicii; convictores; disciplina religiosa; efficiendum, ut Sociis coloniensibus et archiepiscopus et Carthusiani opem ferant. Canisii liber precationum et catechismus. Litterae indicae. Martialis poeta. Pecuniae a Sociis quibusdam relictae.

Ihesus

pax Christi.

pridie natalis[a] redemptoris Christi Treueri Coloniam sum reuersus[b] [1] Reverende pater, vtrobique quidem salua sunt omnia: sed vtinam Coloniensi Collegio talis patronus contingeret, qualis est Reuerendissimus Archiepiscopus Treuerensis[2], is enim non solum in nostrorum uictum mille[c] quotannis Francfordienses aureos conferet, neque tantum duas amplas et commodas domus Societati assignauit, in quarum vna nostri habitabunt, in altera vero docebunt, et si velint conuictores collocabunt: verum etiam pro maiore et nostrorum et conuictorum commoditate, tres alias, quae admodum oportune nobis sunt, prioribus adiuncturus putatur. Adornaturus praeterea sacellum est non modo ornamentis necessarijs sed etiam Sanctorum reliquijs:
atque vt Sacramentorum, poenitentiae et Eucharistiae administratione, etiam iuuetur populus, de iustae magnitudinis templo Societati prospiciet. Denique quia omne principium est difficile: ipse tantisper sumptus omnes facturus videtur, donec ijs rebus, quae necessariae erunt, domus instructa fuerit. Dat ergo supellectilem, dat vinum, farinam, boues, porcos, vestes, libros, et similia partim per suos ministros collegio procurat, partim autem nostris dat pecuniam vt ea, quibus opus est, emant. Viaticum denique soluit, et dolium vini Coloniensi Collegio donauit, breuiter tantam liberalitatem Re-

[a] *Duo verba sqq. non sunt apud Hansen.* [b] *2 vv. sqq. ap. H. non sunt.*
[c] *Vel:* in nostrorum usum mille, *ut correxit H.;* in nostrorum mille mille *Kess.*

[1] Rethius m. Iunio a. 1560 Treverim venerat ad fundamenta collegii Societatis iacienda (*Frid. Reiffenbergius* S. J., Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem [Coloniae Agrippinae 1764] p. 81. *Hansen* l. c. p. 353. 359).
[2] Ioannes a Petra.

uerendissimus Archiepiscopus[a] et tantam clerus, Senatus, et Vniuersitas Charitatem et beneuolentiam Societati exhibuerunt, vt decens plane videatur, eos ipsis in hoc principio dare concionatores ac praeceptores, qui illis satisfaciant.

Hoc autem tempore solus P. Jonas[1] gratia concionandi pollet, si D. Hermannus[2] ipsis subtraheretur. Nam p. Andreas[3] non satis gratus est: et p.[b] [?] petrus Fahe[c] vix liberari a parochia poterit, nisi successorem bonum inueniat[4]. Quare rogamus R. V. vt sinat D. Hermannum ad breue tempus in hoc principio Treueris esse.

Coloniae quoque omnia spero recte succederent si noster Archiepiscopus[5] aliquid pro stabiliendo Collegio faceret. Nam in Senatu, et inter ciues multi sunt, qui nobis fauent et plures etiam, quam ante fuerint. Paulatim etiam aliarum bursarum[6] Professores, et tota Vniuersitas, melius erga societatem afficiuntur. Conuictorum et discipulorum numerus est amplissimus, qui tantum in literis et pietate proficiunt, ut edificationem et gaudium spectantibus afferant . atque ex ijs tot bone spei, et docti adolescentes se Societati adiungunt vt hoc anno 12 fratres in artium Magistros promouendi sint. Spero quod alijs collegijs aliquando doctos, et exercitatos magistros Colonia suppeditabit.

Versatur p. leonardus[7] in hoc, vt paulatim magis fratres a conuictoribus segregentur et accuratius constitutiones Societatis obseruentur[8]. Nam domus Societatis ita tabulis et januis a bursa separata est, vt ab ea excludi conuictores possint. Officia quoque ita distributa sunt, vt speremus deinceps omnia recte, et ordine futura. Rectius haud dubie omnia fierent, si vt Vienne et prage Imperatorem, Ingolstadij et Monachij ducem[9]: ita Coloniae Archiepiscopum defensorem et patronum haberemus. quamobrem occasiones querimus sepius dein-

[a] Treverensis archiepiscopus *H. Kessel obscurius scribere solebat.*

[b] *Ita quidem (=* pater*) K.; sed fortasse legendum:* d. *(=* doctor*); nam Fahe Societatem nondum erat ingressus; v. infra, adnot. 4. Rethius in litteris 16. Aug. 1560 datis eum* d. Petrum Fahe *appellasse videtur (Hansen l. c. p. 367).*

[c] petri fahi *K.*

[1] Adler; vide *Can.* Epp. II, 61[3]. 745.

[2] P. Hermannus Thyraeus (Dorkens); vide supra p. 2[4]. Hic in templo B. M. V., Adler in metropolitano dicebant (*Christoph. Browerus* S. J. et *Iac. Masenius* S. J., Metropolis Ecclesiae Trevericae, ed. *Chr. de Stramberg* II [Confluentibus 1856], 264).

[3] Valkenburgius (*Hansen* l. c. p. 353. 359 etc.).

[4] Petrus Fahe (Phaë, Vahe), theologiae doctor et parochus boppardiensis (Boppard), Societatem ingredi vehementer cupiebat (*Can.* Epp. II, 488—494. *Hansen* l. c. p. 353—354. 367. 453).

[5] Ioannes Gebhardus a Mansfeld.

[6] Praeter bursam (gymnasium) trium coronarum Coloniae tunc bursae montana et laurentiana exstabant.

[7] Kessel, collegii coloniensis rector. [8] Cf. *Can.* Epp. II, 155.

[9] Albertum V.

ceps et familiarius cum eo agendi. In quo R. V. suis literis nobis posset esse auxilio. liber precationum quem R. V. miserat ualde gratus ipsi fuit [1].

Si cathechismum [2] R. V. recognouisset, libenter eum etiam librum [a] [?] Maternus [3] curabit imprimi, hic vel antuerpiae, pro vt R. V. voluerit,

literas Indicas [4] expectamus, et si quid amplius istic est, quod nobis possit esse vsui.

Marcialem Romae correctum habemus [5]: vbi excusus fuerit mittemus: nunc chartam de institutione Vniuersitatis Treuerensis mittimus [6].

pecuniam fratris tui D. Theodorici Canisij et D. Hermanni [b] [?] Blissemij recepimus. Sed exposuimus [7], et eam etiam quam M. Martinus [8] hic reliquerat. Verum mense futuro dabimus operam, vt de ea pecunia, quam recepturos nos speramus, vobis reddatur, et Romam transmittatur.

Gratum nobis foret si R. V. aliquoties Collegium nostrum Carthusianis [9] commendaret, vt ipsorum abundantia nostrae subueniret [c] inopie.

Coloniae pridie trium regum 1561.

Ioannes Rethius.

---

[a] *Vel:* libenter eum et bene*; id quod habet H.*

[b] *Sic; sed videtur esse corrigendum* Henrici*; v. Can. Epp. II, 709—710. 720*[2].

[c] subvenirent *H.*

---

[1] Canisius m. Novembri a. 1560 librum precationum germanicarum una cum „Parvo catechismo Catholicorum" germanice verso paulo ante a se editum Mansfeldio archiepiscopo per Socios colonienses miserat (*Can.* Epp. II, 766[3]).

[2] Rethius Canisii „Summam" et fortasse etiam eiusdem „Parvum catechismum Catholicorum" dicit. V. *Can.* Epp. II, 745.

[3] Cholinus, typographus coloniensis; de quo l. c. II, 134[4] etc.

[4] De his v. l. c. I, 119[2]; II, 206[2]. 281[2] etc., et *Reiffenberg* l. c. I, 95—96.

[5] De Martialis „Epigrammatis" a P. Andrea Frusio S. J. „ab . . obscoenitate . . vindicatis" et a P. Edmundo Augerio S. J. a. 1558 in collegio Societatis Iesu romano evulgatis v. *Carl. Sommervogel* S. J., Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Nouv. éd. Bibliogr. III (Bruxelles-Paris 1892), 1047. 1049, et *Can.* Epp. II, 441[2]. 460[1].

[6] Nescio utrum Rethius diploma Roma 2. Februarii 1454 datum, quo Nicolaus V. Treveris „studium generale" constituit (exstat apud *Christoph. Browerum* S. J. et *Iac. Masenium* S. J., Antiquitatum et Annalium Trevirensium libri XXV, t. II [Leodii 1670], 288), an „edictum" illud „publicum" significet, quo kalendis Februariis 1561 evulgato „nova studiorum exordia in tertium ejusdem mensis constituta" esse scribit *I. N. de Hontheim,* Historia Trevirensis diplomatica et pragmatica II (Augustae Vind. et Herbipoli 1750), 545.

[7] I. e. impendimus, erogavimus (*C. du Cange,* Glossarium mediae et infimae latinitatis, ed. *L. Favre,* III [Niort 1884], 375).

[8] Stevordianus (Gotfridius, Gewarts). Hi tres provinciae Germaniae superioris Socii exeunte a. 1560 facultates suas reliquerant. De qua re vide *Can.* Epp. II, 413[2]. 507. 510. 514. 556. 720. 722. 739. In collegio romano tunc multi Societatis iuvenes ad litteras instituebantur, postea in germanicam messem redituri; cf. l. c. p. 514.

[9] Canisius in Carthusianorum coloniensium familiaritatem adulescens venerat (*Can.* Epp. I, 37 etc.).

Haec Rethii epistula partim illustratur et confirmatur litteris, nondum (quod equidem sciam) evulgatis, quas *Ioannes Franciscus Commendonus,* episcopus Zacynthi, cum a. 1561 nuntii apostolici munus administrans Germaniam peragrasset, Bruxellis 13. Novembris 1561 Romam ad Sanctum Carolum Borromaeum cardinalem misit. In quibus Commendonus scribit:

„Di Colonia specialmente mi dà assai mal' inditio, che dopo tanti officii non vogliono admettere la Compagnia de' Jesuiti. Concessero già ad un loro cittadino ch' è di quella Compagnia [1] un de' Collegii dell' università come fanno ad altri dottori, et così vi stanno come dottori, non come Jesuiti, et non vi hanno nè chiesa, nè monasterio proprio, tal che non vi possono fare molto progresso." Ac licet archiepiscopus iam ante complures menses sibi promiserit, se curaturum, ut ipsi Societati et collegium illud et templi aedificandi facultas a republica coloniensi tribueretur, nondum quicquam effectum esse. „Monsignor di Treveri quest' Aprile mi disse, di riconoscere in gran parte la presente quiete de la città sua di Treveri già pochi anni tanto ribelle dal Collegio di costoro, che ivi ha fondato." Atque huius exemplo motum [Danielem a Brendel] archiepiscopum moguntinum et Moguntiae Societatis collegium condidisse et alterum Erfordiae condere velle, quod adversus vicinas universitates ienensem, lipsiensem, vitembergensem fidei quoddam esset propugnaculum (ex litterarum apographo antiquo, quod est Londini in museo britannico, Cod. MS. Egerton 1077 f. 183^b—185^a). Quae autem de erfordiensi (Erfurt) collegio Commendonus dicit, litteris confirmantur a *Polanco* Roma 25. Ianuarii 1561 ad P. Hier. Natalem S. J. datis, quae exstant in „Epistolis P. *Hieronymi Nadal* Societatis Jesu" 1 (Matriti 1898), 378—381.

502.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 11. Ianuarii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis, ab ipso *Polanco* (ut videtur) recognito; in margine adnotatum est priori epistulae parti: „Alemagna al Padre Canisio", alteri: „Alemagna Padre Canissio posteritta". Cod. „Germ. 1559" p. 286. 288.

Epistula usus est *editor* in „Entstehung und erste Entwicklung der Katechismen des seligen Petrus Canisius" (Freiburg i. Br. 1893) p. 122—123.

Canisii catechismus recognitus. Facultates. Socius quidam ad contionandum excitandus; aliqui ad gradus academicos promovendi. Collegium Vallis Tellinae. Canisii iter tridentinum et fructus augustani. Num pecuniam ab altero collegio alteri donari liceat.

Pax Christi.

Riceuemo quella di V. R. di 28. del passato [2]. *Socium quendam alio mitti oportet.*

Pax Christi. Perlatae sunt ad nos R. V. litterae die 28. mensis superioris datae [2]. *Socium [etc., ut supra].*

---

[1] P. Ioanni Rethio; vide *Can.* Epp. II, 154. [2] Hae perisse videntur.

Jl picciolo cathechismo di V. R. si rimanda qui alligato essendosi prima uisto[a], et quando sia stampato haueremo caro di hauer alcuna copia et un' altra[b] si mandi a genoua[1].

Legum „Indicis", ieiunii etc. relaxandarum facultates a summo pontifice impetrare et studuimus et diligenter studebimus.

Pigli il Padre Dirsio in buon hora il grado de licentiato[2]: et pare che V. R. lodoueria animare al predicare; et a non lasciar perdere il talento che per questo ha attendendo solamente alle confessione.

Se quelli Nostri di Vienna chesi hanno anche apromouere, non potessero iui pigliar li gradi per la Vniuersita dimostrarsi auersa si potriano chiamare in Jngolstadio per questo effetto[c] se paressi ben alla R. V.

Videndum, ut pecuniae quaedam cito Romam mittantur.

La lettera del Duca di Babera per li grissoni sara molto al proposito[3], et anche alcune altre di sua Maesta, specialmente adesso che intendiamo habbino in una piccola congregatione ò dieta fatto

---

R. V. catechismum parvum a nobis recognitum cum his litteris ad vos remittimus; qui cum typis exscriptus erit, aliquod eius exemplum ad nos mitti cupimus; alterum Genuam mittatur[1].

Legum [etc., ut supra].

Probatur nobis, patrem Dyrsium ad licentiati gradum promoveri[2]; et R. V. eum exhortari debere videtur, ut contionetur neve, dum tantum confessionibus sacris excipiendis operam dat, dicendi facultatem, qua pollet, pessum ire patiatur.

Si forte illi e nostris Vindobonae degentibus, quos et ipsos ad gradus promoveri oportet, ibidem eo, quod academici aversos a nobis se praebent, promoveri non poterunt, eius rei gratia Ingolstadium, si R. V. visum erit, evocari poterunt.

Videndum [etc., ut supra].

Litteras istas a Bavariae duce ad Grisones mitti valde opportunum erit[3], itemque aliquot maiestatis suae litteras, idque maxime hoc tempore; Grisones enim in parvo quodam conventu vel contione constituisse cognovimus, ut nostri e republica

---

[a] *VV. sqq. usque ad* genoua *incl. a Pol. in margine addita sunt.*
[b] altro *ap.* [c] *6 vv. sqq. a P. in marg. addita sunt.*

---

[1] Genuae a. 1561 P. Antonius Possevinus S. J. catechismum Canisii Emmanuelis Sabaudiae ducis impensis excudendum curavit (*Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars secunda [Antverpiae 1620] l. 5, n. 87. Plura v. infra, monum. 389).

[2] P. Ioannes Dyrsius (Dirschius, Dursius) S. J. (de quo *Can.* Epp. I, 380[6]. 399[2]; II, 149[1]. 727. 762. 779 etc.) Ingolstadii theologiae licentiatus creandus erat; de qua re plura infra.

[3] Canisius, quod Polancus ab eo petierat, effecisse videtur: ut Albertus V. collegium Societatis Ponte in Valle Tellina a. 1560 institutum Grisonibus, quibus ea Vallis tunc subiecta erat, commendaret. Cf. *Can.* Epp. II, 399[1]. 781[2].

decreto che li nostri sipartano dalli suoi stati[a]. benche si tratteranno insino alla dieta grande che si fa al fin di questo mese[1].

R. V., si ad concilium tridentinum (quod ante Pascha non incohabitur)[2] *ire debebit, alterum Socium eumque ad contionandum idoneum Augustae in locum suum substituat. P. Lambertum [Auer] vero, cum in contionando Vindobonensibus iam coeperit esse gratus, ab iis avocari non convenit. Cuius laboribus P. Victoria modum imponere iubetur, quo diutius ille in divino famulatu perstare possit.* Molta consolatione sentiamo in Domino di ueder quanto creschi in Augusta il culto diuino, et la pieta christiana ne gl' animi di quella gente. Nostro Signor Jddio si degni di acrescere alla giornata il frutto: et atutti dar gratia di sentir sempre et adimpir sua santissima uolonta. Molto ci reccomendiamo tutti nelle orationi di V. R. etc. Di Roma li .11. di Gennaio 1561.

Ci scriue il Padre Vittoria che uoldria esser auisato delli denari che puo un collegio dar ad un altro, aproposito di quello che V. R. li haueua scritto, tocando qualche importunita, che forsa li pareua usasi in essigere denari datti ad altrj collegij. Quello che N. Padre giudica è quod haberi oportet rationem dati, et accepti.[b] et chesi ben un collegio puo prestar, si tiene la commodita ad un altro, et dar[c] anche qualche coseta de Viatico se può che finalmente ogni collegio deue rihauere il suo, poi che gli è stato datto per sustenta-

---

sua discederent; qui tamen illic durabunt usque ad maiora comitia, quae exeunte hoc mense habebuntur[1].

R. V. [etc., ut supra]. Magno solacio in domino afficimur intellegentes, quantopere Augustae in hominum istorum animis cultus divinus pietasque christiana augeantur. Deus et dominus noster fructus istos in dies augere et omnibus gratiam tribuere dignetur, qua sanctissimam voluntatem suam semper et cognoscamus et exsequamur. R. V. sacris precibus omnes vehementer nos commendamus etc. Roma 11. Ianuarii 1561.

Scripsit nobis pater Victoria, se, quantam pecuniam ab uno collegio alteri dari liceret, edoceri cupere, idque propter litteras a R. V. ad se datas, importunitatem quandam significans, qua fortasse R. V. ipsi videbatur uti in exigendis pecuniis, quae aliis collegiis datae sunt. Pater noster sic censet: Haberi oportet rationem dati et accepti; et licet unum collegium, cum commodum ipsi est, alteri mutuum dare atque etiam paululum pro viatico, si ipsi suppetit, tribuere possit, singulis tamen collegiis reddi tandem oportet, quae ipsorum sunt; ea enim ad do-

---

[a] *VV. sqq., usque ad* mese *incl., a P. in marg. addita sunt.*
[b] acepti *ap.* [c] dal *ap.*

---

[1] *Polancus* Victoriae, Roma 11. Ianuarii 1561: „Si è procurato si suspenda il detto decreto in sino alla Dieta" (Ex * apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" p. 288).

[2] In id tempus indictum erat (*Od. Raynaldus,* Annales ecclesiastici t. XXI, P. 2 in a. 1560, n. 69).

tione di suoi collegiali, et per spendere con altri non ha il Rettor authorita se non come ho detto in cose minute.

Delli ufficij del Prouincial et Rettore[1] si potra hauer anche piu lume di questo.

---

mesticos alendos iis data sunt, neque rectoribus facultas est in alios ea impendendi, nisi in rebus parvis, sicut dixi.

Ex praepositi provincialis et rectoris[1] officiis etiam clarius haec intellegi poterunt.

503.

CANISIUS
IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 11. Ianuarii 1561.

Ex apographo, eodem fere tempore Coloniae a P. *Leonardo Kessel* S. J., collegii illius rectore, scripto. Cod. colon. „Kess." f. 71 (in a. 1561 f. 3).

[Relatio de rebus Germaniae.] Principes protestantes Naumburgi congregantur. Catholici gaudent, quod Pius IV. concilio Tridenti iterum cogendo operam dat. Quod protestantes valde oppugnant. Iubilaeum Augustae magna cum pietate celebratum. In Livonia, quae ad protestantes defecit, Moscovitae Tartarique nefanda perpetrant. Austriaci, ne Turcae terram denuo invadant, metuunt. Sinistra omina de caelo fiunt.

De rebus Germaniae.

Hoc ipso mense suum habuerunt Conciliabulum Principes Lutherani, idque in oppido Saxoniae[2]: adeo eos offendit indictum Tridenti Concilium Oecumenicum, quod multis artibus si viribus non possunt, oppugnaturi creduntur. Catholicos interim maiorem in modum consolatur hic zelus, et constans pietas pij Pont: Max . qui humanae Sapientiae consilia uelut obiectos Concilio fumos tandem depellens ad hanc effulgentis concilij[a] lucem nobis viam patefecit[3]. Aduersarij quoniam suis tenebris adeo delectantur, tantum splendoris vel procul ostendi egre patiuntur, nec desinunt hoc Synodi institutum et optimi

---

[a] *A Kess. ipso correctum ex* Consilij.

---

[1] Horum officiorum „regulas" significat; cf. *Can.* Epp. II, 438[5]. 687. 741.

[2] Conventus hic ad d. 18. vel 20. Ianuarii 1561 indictus Naumburgi (Naumburg an der Saale) 21. Ianuarii 1561 haberi coeptus est. In quo haec potissimum agebantur: Ut plurimae gravissimaeque controversiae, quae de rebus sacris inter ipsos protestantes exortae erant, componerentur; ut principes politico quodam foedere coniungerentur; ut Germaniae episcopi impedirentur, quominus ad concilium adirent. Postremum hoc effectum est, cetera frustra tentata.

[3] *Canisius* in contione 14. Decembris 1561 Augustae habita: „Summus", inquit, „Ecclesiae pastor ab initio sui regiminis magna seriositate usus est, uerbis, scriptis, et operibus, ut Concilium inchoaretur". (Ex contionis commentario, a Canisio correcto. Cod. „Can. X Aa" f. 182[a]. Germanice vertit *Riess* l. c. p. 289.)

pontificis Consilium maligne interpretari suoque more calumniari. Potissimum verentur Catholicos monarchas, quos coniunctis animis et studijs in Synodum conspirare vident ac dolent, uelut hac ratione non modo vetus religio praeclare confirmari, verumetiam noua Sectariorum studia retundi atque profligari possint.

Augustae magno commodo fuere piae et publicae Supplicationes[a], quas pro Synodo et pace principum institui Pontifex iussit[1]. Multis enim abhinc annis maior hominum tum ad comprecandum tum ad accipienda Sacramenta numerus repertus non est: mira omnibus religio et insolita quaedam in templo pietas videbatur.

Moscouitae in Liuonia occupanda progressi dicuntur, tanta est illorum ac Tartarorum crudelitas, vt Mamillas feminarum exscindendo et infantium Carnes deuorando suam expleant crudelitatem. Princeps Moscouitarum[2] a Caesare monitus, de antiquis federibus, grauiter illi respondit, cur Lituoniensibus [*sic*] nec velit nec possit parcere, postquam hij [*sic*] Deo et Ecclesiae datam fidem[b] violarunt, ac Lutheranismum amplexi sunt tanta impietate, vt templa prophanare, aras euertere, sacras imagines demoliri, omnemque veterem religionem et in sacris reuerentiam abijcere atque conculcare non dubitauerint[3].

Jngens metus est Hungaris et austriacis ab impendente Turca, qui ad acre bellum se suosque rursus terra marique instruere dicitur. O miseram et infaelicem Germaniam, si vno eodemque tempore a Moscouitis, Tartaris, Turcis et hereticis impetita, totque modis ad poenitentiam excitata non agnoscit tempus visitationis[4]. Nec desunt infausta quaedam omina, dum alibi eructatus gladius vt audimus Caelo claro cernitur, et terremotus fiunt, alibi corruscationes igneae suum metum et horrorem adferunt spectantibus. Sit propitius peccatis nostris[5] Deus, et meritas illorum penas auertat restituta Germanis adeoque toti Europae et orbi concordia religionis, quam certe per Synodum, et pium IIII ponti. Max. boni omnes ardenter expectant, et summis[c] a Deo votis precari omnes debemus. Januario Mense. 1561.

Lainius 24. Februarii 1560 omnibus Societati Iesu per Germaniam et Galliam praepositis praeceperat, ut de rebus religionis singulis mensibus ad se referrent; se

[a] *A K. correctum ex* processiones.
[b] *Sequitur vocabulum a K. ipso, ut videtur, oblitteratum, quod iam legi non potest.*
[c] sumis *K.*

[1] Vide supra p. 3. [2] Ivanus IV., Russorum imperator.
[3] De imaginibus Dei et sanctorum eius Rigae, Dorpati etc. eversis deletisque et de similibus factis refert *Th. Schiemann*, Russland, Polen und Livland bis ins 17. Jahrhundert II (Berlin 1887), 209.
[4] Luc. 19, 44. [5] Ps. 78, 9; 2 Par. 7, 14.

pontifici ea renuntiaturum (*Can.* Epp. II, 599—600). Atque anno quidem 1560 postrema eiusmodi relatio inter 1. et 7. Decembris a Canisio Romam missa erat (ibid. II, 766—769). Cum autem Polancus Lainii nomine Roma 25. Ianuarii 1561 Canisio scribit: „Hoggi si è riceuuta quella di V. R. di .11. del presente. insieme con li auisi delle cose di Germania", hanc relationem ab eo significari satis certum est. Neque obstat, quod Canisius principes protestantes Naumburgi conventum habuisse scripsit; sciebat enim, litteras suas ante 23. vel 24. Ianuarii Sociis romanis traditum non iri.

Quod porro Canisius „coruscationes igneas" similiaque visa esse narrat, notatum iam est (ibid. II, 714[8]), multas eiusmodi relationes tum circumlatas iisque facilius fidem habitam esse. Atque 28. Decembris 1560 per totam fere Germaniam eiusmodi portenta de caelo facta esse *Christianus Wurstisen*, protestans ille rerum mathematicarum in universitate basileensi professor, in Chronico basileensi a. 1580 Basileae primum excuso notavit (Bassler Chronick [3. Aufl., Basel 1883] p. 448). Facile tamen credi possunt, quae de sceleribus nefandis a Moscovitis in Livonia patratis Canisius dicit. Nam *Guilielmus Brandenburgensis*, archiepiscopus rigensis, a. 1559 de iisdem Moscovitis affirmavit: [Sie haben] „viel Jungfrauen vnd ehrliche Matronen peinlichen geschendet, . . . die kleinen vnschuldigen kinderlein . . . in viel stucke zerhauen" etc. (Monumenta Livoniae antiquae V [Riga und Leipzig 1847], 562—563). Cum qua narratione congruunt, quae *Balthasar Russow* revaliensis in „Chronica der Prouintz Lyffland" (Bart 1584) f. 46^b—49^b etc. scribit. Atque etiam *Th. Schiemann* (l. c. p. 294. 302—303) mentionem facit „der Bestialität . . ., mit der die tatarisch-russischen Heerhaufen . . . auf livländischem Boden gehaust". Turcarum porro metum etiam *Ferdinandus I.* caesar declaravit litteris Vindobona 5. Ianuarii 1561 ad Prosperum ab Arco, oratorem suum romanum, datis, de quibus scripsit *Th. Sickel,* Zur Geschichte des Concils von Trient (Wien 1870) p. 154—155. Ac Philippo II. *Claudius comes de Luna,* eius apud caesarem orator, Vindobona 2. Martii 1561 de caesare scripsit: „Está con harto temor [del Turca], por no se haber concluído la paz" etc. (Marqués *de la Fuensanta del Valle*, Colección de documentos inéditos para la historia de España XCVIII [Madrid 1891], 198).

Ex Polanci litteris, quas supra dixi, colligere licet, relationis huius apographum per Ottonem cardinalem Augustanum Pio IV. ostensum esse.

504.

P. IOANNES DE VICTORIA S. J.,

rector collegii vindobonensis,

CANISIO.

Vindobona ante medium m. Ianuarium a. 1561.

Ex *Victoriae* epistula ad Lainium data eaque autographa. Cod. „G. Ep. II." f. 4^b.

Collegium oenipontanum. P. Carolus Grim.

Victoria Vindobona 15. Januarii 1561 de P. Carolo Grimio, collegii vindobonensis „ministro", Oenipontem mittendo ad Lainium scripsit: „Ho scripto al Padre Prouinciale che douendosi fare il Collegio di Heispruch che forsse non saria fuori di proposito Maestro Carolo, per Rettore parte per esser lui sì essercitato in questo negotio domestico parte per sua salute per che pare che qua li offende assai questo vento et fredo per il che tutta questa hibernata quasi non e vscito di casa vix della stupha."

505.

CANISIUS

P. NICOLAO GOUDANO S. J.

ceterisque Sociis coloniensibus.

Augusta Vindelicorum 14. Ianuarii 1561.

Ex apographo eiusdem fere temporis. Coloniae a P. *Leonardo Kessel* S. J. ex archetypo descripto et sic inscripto: „pater Canisius ad Colonienses et ad p. gaudanum.“ Cod. colon. „Kess.“ f. 72. Epistulam archetypam „ex commissione“ Canisii (ipso dictante ac nomen postremaque verba subscribente) a P. Guilielmo Elderen S. J. scriptam esse ex Kesselii litteris 10. Februarii 1561 ad Canisium datis coniectari potest.

Maximam epistulae partem posuit *Hansen* l. c. p. 381.

Collegia lovaniense et leodiense; coloniense ad Societatis constitutiones magis accommodandum. Deus orandus, ne concilio daemon moram inferat. Litterae quadrimestres. Sociorum labores. Romam scribendum, quibus rationibus religio defendi Germaniaeque episcopi iuvari queant. Goudano adversa valetudo patienter ferenda, mors fortiter exspectanda, in Christo solacium omne constituendum. Comitissae ad ecclesiam rediturae. Collegium monacense. PP. Theodorius Canisius et Henricus Dionysius. Romanorum Sociorum inopia sublevanda.

— — De rebus leodij confectis libenter audiui [1]. Louaniensi Collegio successum det dominus quemadmodum et Leodiensi. De Coloniensi autem nihil dubitamus, quin [a] aptior et decentior quaedam [b] forma Collegij sit apparitura breui [2], cum ita Romani patres decreuerint. Audistis porro de Concilij Tridentini continuatione ad festum Paschatis futura [3] · oremus dominum vt hoc pium pij ponti. institutum et necessarium Ecclesiae remedium rite procedat. Nam alij varia hic metuunt impedimenta, quae Sathan haud dubie [c] nobis opponet, vt christi regno aduersetur, et ipse maiore interim licentia pergat grassari [4].

Mittimus acceptas ex vrbe literas varijs e locis datas Quadrimestres vt habeant fratres quo se mutuo consolentur atque confirment in domino qui tam multa et magna per Societatem hanc sui nominis passim operari dignatur, vt pios omnes eterne bonitati gratias agere

[a] quia *H.* [b] quadam *H.* [c] dubiae *K.*

[1] Goudanus exeunte m. Novembri a. 1560 apud Robertum de Bergis, episcopum leodiensem, effecerat, ut is Societatis collegium quam primum constituere et dotare in animum induceret (*Hansen* l. c. p. 376).

[2] Formam dicit domus religiosae, sive constitutionibus Societatis accommodatam: vide supra p. 6. [3] 6. Aprilis.

[4] Bullae indictionis et Galliae Hispaniaeque reges et caesar magnopere adversabantur. Neque ante m. Maium 1561 Ferdinandus I., ante Iunium 1561 Philippus II., ut ei plene assentirentur, permoti sunt (*S. Steinherz,* Nuntiaturberichte aus Deutschland 1560—1572 I [Wien 1897], xc—cv).

deceat, et nomen Jesu Sanctissimum glorificare. Ex Vrbe moneor obseruare diligenter quae ad causam religionis, praesertim in Germania tuendam et promouendam spectant. Itaque maiorem in modum oro charitatem tuam, vt scribas ad me non solum aperte sed etiam studiose quicquid suggeret Dominus, aut Sapientes viri significabunt ad hoc institutum conferens, nimirum vt praestantibus viris qui rome volunt et possunt prodesse Ecclesiae, causam praebeamus, pro dei vinea tot modis afflicta foeliciter laborandi. Tum si quid Episcoporum et Germaniae nostrae commodum publicum prouehere posse videbitur, vtiliter sane nunciabitis. In Collegijs nostris[1] quotquot sacerdotes degunt 3[a] celebrare[a] sacra iubentur, et post sacra triduana conferre sua debent consilia, quibus ipsi rationibus religionem adiuuari posse confidant vt eadem deinde ad me perscribant. Quid autem istic fieri possit et conueniat iudicandum relinquo R. T. quam scio fidum esse procuratorem in eiusmodi negotijs promouendis, que christi laudem et Ecclesiam tangunt. Video sic Deo visum esse vt hanc imbecillitatem circumferat R. T.[2] que suum currum non eodem semper vigore potest ducere, sed hactenus merito sibi in domino placere potest, quod praesentes habeat aurigas et comites multos, qui currum quamuis tardum, impeditum, grauatum et labescentem sustentent. et a graui casu defendant. Si currus diu vehi non potest quod multis quidem contingit et christiano nunquam nouum videri queat, quid est obsecro cur discrutiemur: cum eo sumus progressi vt neque uita huius viae [?][b] nos oblectare debeat, neque transitus ad veram vitam nobis debeat displicere. Habeat interim charitas tua aliquid viatici loco vt se magis confirmet ac erigat, quantumuis deficiant vires et horrorem mors ingerat. Viaticum loquor viuam passionis dominicae imaginem, vt christi cruorem vulnera, sudorem, crucem et mortem ob oculos nobis proponamus, et in christo crucifixo cum vera et ardenti fide requiescamus, de illius fontibus aquas vitae hauriamus[3], talis Domini meritis gloriemur, illum vitam et resurrectionem esse[4] nostram ac pro peccatis totius mundi propitiationem[5], imo et caput nostrum[6] ex animo gaudeamus, siue viuentes, siue morientes[7]. Sed desino concionari, dabit et dedit dominus intellectum[8] R. T. vt hec non modo secum tempore suo meditetur verum etiam vt fructum inde legittimum referat. De augustana messe iam ante didicistis, orate deum[c] pro varijs neophitis qui se nobis hic

[a] celebrari *H.* [b] *Sic K.; sed scribendum ei fuisse videtur:* uia huius vitae. [c] dominum *H.*

[1] I. e. provinciae S. J. „Germaniae superioris", cui Canisius praeerat.
[2] Goudanus multum aegrotabat (*Can.* Epp. II, 694. 735. 742. *Hansen* l. c. p. 377. 381[3]). [3] Is. 12, 3. [4] Io. 11, 25. [5] 1 Io. 2, 2. [6] 1 Cor. 11, 3. Eph. 4, 15 etc. [7] Cf. Rom. 14, 8. [8] 2 Tim. 2, 7.

offerunt, et inter eos duae Comitisse praestantes quas breui (vt speramus) Christo et Ecclesiae restituemus[1]. Monachii[a] magno cum fructu nostri versantur, vt ex literis illorum fit perspicuum. Ex vrbe scribunt vt res fratris cito expediendas in patria curemus, ne differatur illius professio[2], qua in re plurimum potest D. Henricus cui nouae promotionis ego[b] [?] valde gratulor[3]. Deinde monent de pecunia si que isthic collecta sit P. Martini[4] nomine, vt mature illa quoque mittatur in vrbem, ob grauem quae nostros modo premit necessitatem[5]. vtrumque negotium promoueat quaeso R. T., et pro nobis oret Deum sedulo, is gratiam nobis suam vt ipsi vere placeamus, et in tempore sancte moriamur conferre dignetur. Salutem ex me patribus et fratribus omnibus dici velim. Augustae 14 Januarij 1561.

seruus in Christo Pet. Canisius
qui se patribus et fratribus commendat.

Kessel Canisio rescripsit 10. Februarii 1561.

506.

CANISIUS
P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,
collegii vindobonensis rectori.

Augusta Vindelicorum medio fere m. Ianuario a. 1561.

Ex *Victoriae* epistula autographa. Cod. „G. Ep. II" f. 7[b].

Victoria Lainio, Vindobona 25. Ianuarii 1561: „Mi ha scripto il Padre Prouinciale che sono gia mandati li 400 ducati d' Augusta." [6]

[a] *Ita etiam H. correxit ex* Monachi. *quod posuit K.*
[b] *Sic K.; sed Canisius scripsisse videtur aut* nouam promotionem ego, *aut (id quod mihi magis probatur)* nouae promotionis ergo.

[1] Harum una erat Sibylla de Eberstein, Marci III. Fuggeri uxor, altera fortasse Elisabeth de Weissenstein, Ioannis II. Fuggeri uxor; vide infra, monum. 269. 270. 271.

[2] P. Theodoricus Canisius, collegii monacensis rector, a Lainio, prout Societatis constitutionibus (Ex. c. 4, n. 1. 2. 5; P. 4, c. 4, E; P. 6, c. 2, n. 11, H etc.) sancitum erat, et canonicatu suo xantensi et patrimonio, antequam Societatis vota sollemnia nuncuparet, se levare iussus erat; de qua re vide *Can.* Epp. II, 701. 708. 709. 720. 722.

[3] P. Henricus Dionysius S. J., noviomagus, 16. Novembris 1560 in universitate coloniensi ad theologiae doctoratum promotus (*Reiffenberg* l. c. p. 91. *Hansen* l. c. p. 376[1]), 3. Februarii 1562 Colonia Noviomagum, ut Theodorici Canisii negotia procuraret, profectus est (*Hansen* l. c. p. 382. 383).

[4] Stevordiani. [5] Vide supra p. 7[8].

[6] Vide supra p. 1 et infra p. 18.

507.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 18. Ianuarii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine adnotatum: „Alemagna Prouincial". Cod. „Germ. 1559" f. 292b.

Epistula usus est *Franc. Sacchinus* S. J., De Vita et Rebus gestis P. Petri Canisii (Ingolstadii 1616) p. 366—367.

Concilium. P. Auer. Professiones. Nec gnesnensi episcopo nec plocensi Socii mitti possunt. Inopia stipe caesaris sublevata. Collegium pragense certis cum condicionibus de Oibini possessione decedere expedit. Epistulae.

Respondero in breue aquella di V. R. di 4. di gennaio per esser tardi. *Necesse non est R. V. ante Pascha ad concilium adire.*

Vindobonensibus Sociis curandum, ut P. Lambertus Auer bene valeat.

Acetti D. N. S. il sacrificio del Padre Pisa in odorem suauitatis[1], gl' altri che stanno discosto di V. R. lo possono far in mano d' altri[2], et per quelli di Praga bastera il Praeposito Pragense[3].

N. Padre scriue sopra il mezzo collegio del Reuerendissimo gnesnense al Padre Vittoria, diferendo, et anche scriuendo al Riuerendissimo Warmiense si scusa di mandar altri che ricercaua il Vescouo Plucense[4].

Breviter, quia multa iam dies est, ad R. V. litteras 4. Ianuarii datas rescribam. *Necesse [etc., ut supra].*

Vindobonensibus [etc., ut supra].

Deus et dominus noster sacrificium patris Pisani in odorem suavitatis suscipiat[1]. Quod ceteris, qui a R. V. disiuncti sunt, in aliorum manibus deponere licet[2]; Pragensibus praepositus pragensis[3] sufficiet.

Pater noster de dimidio illo collegio reverendissimi Gnesnensis ad patrem Victoriam scribit ita, ut rem in posterum differat, atque etiam reverendissimo Varmiensi per litteras se excusat, quod non mittat eos, quos reverendissimus Plocensis petebat[4].

---

[1] Ez. 20, 41. Lev. 8, 28 etc. P. Alphonsus Pisanus 1. Ianuarii 1561 sollemnem quattuor votorum professionem in Canisii manibus, ut dici solet, Augustae emiserat; vide infra, monum. 273.

[2] PP. Ioannes de Victoria, Theodoricus Canisius, Paulus Hoffaeus, collegiorum vindobonensis, monacensis, pragensis rectores, ac P. Henricus Blissemius, qui Pragae et ipse degebat, professionem illam facere a Lainio haud multo ante iussi erant; vide *Can.* Epp. II, 660. 683. 701.

[3] Henricus Scribonius (Píšek), metropolitani capituli pragensis praepositus et archidioecesis pragensis administrator; de quo vide *Can.* Epp. I, 599[1]; II, 716 etc.

[4] Archiepiscopatum gnesnensem (Gnezna, Gniezno, Gnesen, nunc Poloniae borussicae urbs) tunc administrabat Ioannes Przerembski, episcopatum plocensem

La poliza delli 400. scudi uenne oportunissimamente[1] che altri tanti haueuamo di pagar hoggi et non li trouauamo. benedictus[a] Deus[2].

Molto ci consolamo in Domino del fructo spirituale de Monachio et Augusta, a lui piaccia augmentar lo alla giornata.

Del monasterio di Oybin presuposto che la compagnia sia scarricata della cura di anime et che aquelle si proueda per altra uia, et che la intratta si aumenti si rimette[b] al padre Vittoria che concluda il negocio come meglio li parera uenendo li cittadini a Vienna doue li aspetauano[3]. Se li è pur scritto seria ben intendessi quel che sentono li nostri di Praga, et anche che si la R. V. li da alcun ordine lo seguiti: scriuali adunche la R. V. quel che li pare, et ueda di consolar più spesso con sue lettere quel collegio[4] si ben li faccia scriuere al padre guigliermo[5]. Christo N. S. sia contutti. Di Roma li .18. di Gennaio 1561.

Syngrapha ista 400 scutatorum opportunissime ad nos perlata est[1]; totidem enim hodie solvere debebamus neque inveniebamus. Benedictus Deus[2].

Magno solacio afficimur in domino pietatis fructus, quos et Monachii et Augustae colligitis, cernentes; quos idem in dies augere dignetur.

Quod ad monasterium oibinense attinet, ea condicione, ut Societas animarum cura liberetur hisque altera ratione provideatur ac reditus augeatur, patri Victoriae permittimus, ut, qua ratione ipsi visum sit, negotium istud expediat, cum cives illi Vindobonam, ubi exspectabantur, venerint[3]. Scripsimus tamen ei convenire, ut nostrorum pragensium sententiam intellegeret, ac, si quid R. V. ei praeciperet, id cum exsequi iussimus. R. V. igitur ei, quae convenire censuerit, scribat ac faciat, ut collegium illud[4] frequentius per litteras consoletur, etiamsi patrem Guilielmum[5] suo nomine scribere iubeat. Christus dominus noster cum omnibus sit. Roma 18. Ianuarii 1561.

---

[a] beneditus *ap.* [b] rimetti *ap.*

(Płock, nunc Poloniae russicae urbs) Andreas Noskowski. Ceterum vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[1] *Polancus* eodem hoc die 18. Ianuarii 1561 Victoriae* scripsit: „Si riceuette la poliza di quelli 400. scudi del Jmperatore, Dio laudato“ (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559“ f. 291[a]). De qua stipe vide supra p. 1. 16.

[2] 2 Cor. 1, 3. Eph. 1, 3 etc.

[3] Collegio Societatis pragensi et cura bonorum deserti huius Coelestinorum monasterii, quod Ferdinandus I., pontifice probante, ei attribuerat, maxima agrorum etc. parte Zittaviensibus (Zittau) lutheranis elocata, et administratio rerum sacrarum in pagis Oibino subiectis multas magnasque difficultates ac molestias parabant (*Can.* Epp. II, 43. 113. 373. 418. 419 etc.). P. *Henricus Blissemius* S. J. in *litteris quadrimestribus collegii pragensis Praga 4. Septembris 1560 datis: „Iam“, inquit, „S. C. M. plane decreuit ac Reuerendo p. Prouinciali atque Reuerendo Rectori nostro porrecta manu promisit propediem fore, vt pro Oybinensi Monasterio commodiores Collegio reditus adscribantur“ (ex archetypo Romam ad Lainium misso. Cod. „G. Ep. I“ f. 88[a]).

[4] Vindobonense. [5] Elderen; cf. *Can.* Epp. II, 607[2]. 739. 763 etc.

Non so come non riceue le lettere che ogni settimana le screuiamo per uia dil Cardinale[1].

Nescio unde fiat, ut epistulae tibi non afferantur, quas singulis hebdomadis per cardinalem[1] ad te mittimus.

Nota: Eodem hoc die 18. Ianuarii 1561 et *Polancus* Lainii nomine italice Victoriae, et ipse *Lainius* latine Stanislao Hosio, episcopo varmiensi, qui tunc Pii IV. legatione Vindobonae apud Ferdinandum I. caesarem fungebatur, scripserunt. Quae *epistulae cum multa, quibus litterae hae nostrae illustrentur, contineant, pauca saltem ex iis exscribere libet. Victoriae *Polancus:* „Si è uista quella poliza del Reuerendissimo GNesnense nella quale mostra desiderar mezzo collegio, et che la R. V. uada fin la, per tratar delle cose apertenenti aquello . . . la R. V. faccia una scusa la piu honesta che potra mostrando como alpresente per non hauer gente nonsi aceta quel assumto, ma che coltempo si potra acettare, guadagnandosi anchora alcuni supositi di quella natione, massime sesi fara collegio intiero doue si possa oseruar nostra disciplina come si è detto. L' Andar di V. R. in la non pare conueniente non hauendo animo di acettar per questo anno tale assumto . et si ben potria essere si accetassi l' anno seguente è meglio non prometere perche siamo incerti delle forze che haueremo". Hosio *Lainius* de episcopo plocensi scribit: Reuerendissimus ille Episcopus . . . duos tantum Magistros uel Bachalaureos petere uidetur." At „statuimus nullum in posterum admittere collegium, in quo ad minimum .20. ex nostris sustentari non possint, ex quibus alij sunt operarij, alij scholastici, alij ad externa ministeria coadiutores. Pauciores quidem initio mitti aliquando solent, dum res praeparantur, sed hunc numerum breui expleri oportet: aut maiorem, ut domesticae disciplinae, et externae aedificationis, et perpetuitatis etiam ratio habeatur" (Ex apographis eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 290^{b}—292^{a}).

Canisius Lainio rescripsit 1. Februarii 1561.

508.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 19. Ianuarii 1561.

Ex apographo recenti (A), eoque exscripto ex archetypo, in cod. „E. C. I"[2] f. 146^{a}—148^{b} posito, quod a P. *Guilielmo Elderen* S. J. (Canisio dictante, ut videtur) scriptum et a Canisio ipso subscriptum est („Servus" etc.).

Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 curante P. *Iosepho Boero* S. J. ex archetypo descriptum, idque ad nostram scribendi et interpungendi rationem accommodatum.

Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 173, et P. *L. Michel* S. J., Vie du Bienheureux Pierre Canisius (Lille 1897) p. 247.

Litterae quadrimestres. P. Thyraeus. Sibylla Fuggera, ad fidem catholicam reducta, sacris exercitiis excolitur; eius virtus; aliae conversiones. Societatis domus

---

[1] Otto cardinalis Augustanus Romae tunc morabatur; vide *Can.* Epp. II, 913. 914.

[2] Sic brevitatis gratia in posterum quoque codicem hunc, quem in voll. I. et II. „Epistt. B. Petri Canisii I." signaveram, statui signare.

Augustae paratur. Deus pro Sociis orandus. Concilium. Canisii iter tridentinum. Cardinalis Augustanus. Libri prohibiti. Ieiunium. Canisii catechismus frequentissime adhibetur. Melior catechismus pro tota Europa scribendus.

†

Pax christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

Accepi 21 Decembris datas [1], quibus haud opus est multa respondere. Curabitur de quadrimestribus, ut septenae mittantur ex singulis Collegijs; Reliquae duae in Franciam [a] et Germaniam inferiorem.

D. Hermannum [2] expectamus, sed iam tertio mihi treuirim scribenti, nihil unquam responsum est.

Agimus gratias aeternae bonitati, quae nobis Comitissam D. Marcj Fuggeri coniugem [3] tota uita Lutheranam, postquam nos audire coepit, ad catholicam lucem paulatim conuersam, nunc ita nostram fecit, ut in Exercitijs uersetur spiritualibus. Lutherani hanc praedam eripi sibi aegerrime ferunt, Catholicj uero gaudent plurimum. Est matrona magnis animi dotibus conspicua, quae nunc [b] animum ad purgandam familiam adjecit, ut Lutheranas feces abijciat plane. Ad sacram quidem confessionem et communionem hucusque [c], nunquam accessit, iuxta ritum Catholicum. Speramus alteram quoque Comitissam [d] [4], quae in ijsdem uersatur aedibus, eodem dei munere, breui catholicam fore una cum Comite, qui et ipse Fuggeranae familiae vxorem habet filiam [5]. Catholicorum numerus hic [e] magis magisque uidetur augerj. Colliguntur Eleemosijnae, in usum fratrum, quos sic cupiunt alere uehementer, nihil dubitantes, quin operariis pluribus in tali messe [f] sit abunde futurum [g] negotium, ad animas multas christo et Ecclesiae lucrifaciendas. Metuunt passim breui me hinc abstractum irj prope [h] [?] Synodum. Egemus magnopere christi gratia in hac ampla messe bene curanda, ideoque rogamus enixe, ut R. T. fratrumque [i] aliorum sacrificijs et precibus simus commendatj. Mittimus quadrimestres nonnullas. Dominus JESVS gratiam nobis suam augere dignetur. Augustae 19 Januarij 1561.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

[a] Franicam *A.* [b] munc *A.* [c] hucasque *A.* [d] Comitissum *A.*
[e] sic *B.* [f] messi *B.* [g] faturum *A.*
[h] *Sic B atque, ut videtur, etiam A.; in illo tamen Boero correxit:* propter. *An recte?* [i] fratresque *B.*

[1] Has vide in *Can.* Epp. II, 782—784. Quibus in Polanci registro dies 20. Decembris ascripta est. [2] Thyraeum; vide ibid. 783 [5].

[3] Sibyllam comitissam de Eberstein (*Franc. Ant. Veith*, Bibliotheca Augustana VII [Augustae Vindelicae 1791], 65—74). De qua plura infra, monum. 269. 270.

[4] Elisabetham de Weissenstein, Ioannis II. Fuggeri uxorem? Vide supra p. 16.

[5] Catharinam, Antonii I. Fuggeri filiam, dicere videtur, quae sub a. 1552 Iacobo comiti de Montfort nupserat; vide infra, monum. 271.

Nunc adferuntur 4. Januarij datae, 400 D. Velsero numerauimus, et iam isthuc peruenisse confido[1].

Sequar sententiam R. T., si forte nostrj ad Synodum expetantur[a]. Doleo sane quod scribit ad me Cardinalis[2] frigide cogitari de Concilio inchoando. Ego uero a Caesare nondum expetor, sed monuj tamen, ut scirem quid urgente Caesare mihi faciundum[b] esset, neque possum intelligere, quid Caesar facturus sit, ut idcirco iustum forte non sit negare Cardinalj meam operam, si illi semel promissa est, nisi aliter T. R. uideatur.

Valde commodum, imo necessarium nobis erit beneficium, quod Cardinalis Moronus circa Catalogum[c] et legem ieiuniorum promittit, oramus autem, ut in[d] tempore nobis haec[e] gratia impetretur[3].

Gaudeo tandem de Catechismo intellectam mihi esse sententiam R. T. et promitto me nunquam commutaturum esse uerba, ut aedatur. si de integro queat recognosci et a calce ad caput usque corrigi, id ego uiderem lubenter propterea, quod liber, me licet inscio et inuito, in lucem prodierit sub meo nomine[4]. Faciat autem R. T. quod ad maiorem aedificationem pertinere putabit, Liber in tot millena transfusus est exemplaria, teritur in scholis, Viennae, Pragae et alibi, praesertim in Germania inferiori, Operepretium facturi uidebimur, si in tanta Theologorum copia unus e nostris aedat optimam Catechismi doctrinam, eamque spargamus per totam Europam, ut habeant paruulj panem uitae et intellectus[5]. Jterum atque iterum nos commendamus[f] R. T. orationibus in Christo domino.

†

Al molto Reuerendo Padre mio il Padre M. Jacomo Laynez Prae[po]sito Generale della Com[pagnia di] Jesv

Jn Roma.

Lainius per Polancum Canisio rescripsit 1. Februarii 1561.

---

[a] *B. minus recte:* expectantur. [b] faciendum *B.*
[c] Cathalogum *B.* [d] *Sic B;* oramus autem, in *A.*
[e] hac *B.* [f] comendamus *A.*

---

[1] Vide supra p. 1. 16. [2] Augustanus, Otto Truchsess de Waldburg.

[3] Eo anno sollemne illud ieiunium „quadragesimale“ 19. Februarii incipiebatur.

[4] Canisii auctoris nomen ascriptum est „Catechismo Catholico“ (Parvo catechismo Catholicorum) anno 1559 Antverpiae apud Ioannem Bellerum edito et „Summae“ ab Angelo Dovitio S. J. italice versae et a. 1560 Venetiis per Michaëlem Tramezinum excusae (*Sommervogel,* Bibl. II, 633. 634. *Can.* Epp. II, 606[4]. 681[1]).

[5] Eccli. 15, 3. Cf. Thren. 4, 4.

509.

CANISIUS
IULIO DE PFLUG,

episcopo naumburgensi et imperii principi [1].

Augusta Vindelicorum 20. Iannarii 1561.

Ex archetypo, cui Canisius ipse nomen subscripsit (2°; 2 pp.; in p. 4. inscr. et sig.), quodque Gothae exstat in bibliotheca ducali, Cod. 385 (Append. II. epistularum Hosii) p. 91—94.

Epistulam primus ex archetypo edidit *Ern. Sal. Cyprianus*, Tabularium Ecclesiae Romanae seculi decimi sexti (Francofurti et Lipsiae 1743) p. 551—553. Particulas (ex Cypriano) posuerunt: *Hieron. Lagomarsinius* S. J., Julii Pogiani Sunensis Epistolae et Orationes II (Romae 1756), 107[c]; *Flor. Riess* S. J., Der selige Petrus Canisius (Freiburg i. Br. 1865) p. 281. 297 (germanice).

Eadem epistula usus est *P. Drews*, Petrus Canisius, der erste deutsche Jesuit (Halle 1892) p. 96.

Stephanus Agricola Romae gratus; eius familia a lutheranismo ad ecclesiam reditura. Principum conventus naumburgensis. Concilium eiusque praesides. Pii IV. virtus. De Germaniae iuvandae rationibus Romam scribendum. Augustanorum pietas. Sacerdotum paucitas. Novi libri Augustam mittendi. Liber Cromeri. Flacius. Collegia trevirense et augustanum.

†

Pax[a] Christi nobiscum Reuerendissime Domine.

Stephanus Agricola noster[2], cuius gratia nunc isthuc mittitur tabellarius, est Romae pergratus Cardinalibus, sed precipue amatur ab Augustano, qui non solum illi, sed etiam vxori recte consultum cupit. Cum uero ita constitutum uideam, ut vxor, frater et proles eiusdem Agricolae huc proficiscantur, nec solum aerem sed etiam Religionem hac occasione mutent, etiam atque etiam pietatem tuam precor, ut huic praeclaro Cardinalis instituto faueat, illis[que] abeuntibus suam declaret beneuolentiam atque charitatem.

[a] *Hoc v. et 4 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

[1] De hoc vide *Can.* Epp. I, 384[2].

[2] Stephanus Castenpaur, vulgo Agricola „iunior", Augustae Vindelicorum patre Stephano Agricola „seniore", Lutheranorum contionatore, natus et Vitembergae, ut videtur, a Melanchthone institutus, ac Naumburgi in ecclesia cathedrali Lutheranorum contionator a. 1557 constitutus, a. 1560 opera Canisii Sociorumque ingolstadiensium ad ecclesiam catholicam redierat. Otto autem cardinalis Augustanus Roma 21. Decembris 1561 Pflugio scripsit, Agricolam „accersitu suo" Romam ad se venisse, simulque Pflugium rogavit, ut „uetera sua in Agricolam merita noua hac accessione cumulare uellet, ut eius familiam . . . Augustam . . . deduci iuberet, iuuaretque", si opus esset, „uiatico". Ibi enim se eam „familiam recte et excipiendam et collocandam curauisse, eam curam et cogitationem suscipiente . . . Canisio". Plura vide *Can.* Epp. II, 909—914.

Esset mihi certe non iniucundum, cum dignitate tua saepius literis agere, ac de rebus Germaniae nostrae conferre familiariter, sed non satis constituere possum, quid deceat, et qua ratione liceat huic meo uoto facere satis. Offendit Catholicos haud parum Principum iste conuentus, qui Numburgae futurus dicitur ad causam indicti Concilij malis artibus, si non apertis uiribus, labefactandam [1]. Qui [in] Synodo Praesides futuri sint e Cardinalibus, Romae constitutum non est. Moronus, Puteus et Mantuanus delatum hoc sibi munus recusarunt [2]. Varmiensem inter alios unum fore putant, simulque galerum [3] illi promittunt. Orandus Deus, ut confirmet quod coepit in hoc uere pio Pontifice, qui cum Germaniae nostrae, tum Ecclesiae uniuersae cupit optime. Caesaris et Regum uoluntates declarabit euentus. Mihi nullum esset dubium, quin Romae magis curarent Germaniam, si Germani nonnulli de statu rerum subinde monerent, et sana impertirent consilia [4], ut reliquias istas Jsraelis [5] rectius conseruaremus. Vtinam Amplitudo tua tum scriptis, tum nuncijs Cardinalem nostrum [6] saepe et aperte compellaret, deque Saxonia et reliquo Septentrione iuuando suis instrueret consilijs, quae scio haud parum ponderis in Vrbe habitura.

Mitto quaedam ad Concilij causam spectantia. Diploma Pontificis, quo publicae supplicationes decernuntur [7], Augustae publicauimus, et admirabili quidem successu: adeo frequens hominum ad sacram confessionem et sinnaxin [*sic*] accedentium turba fuit [8]. Deo gratia, qui rem catholicam hic maiorem in modum auget. Illa est una, ut mihi uidetur, summe in his Ecclesijs deploranda calamitas, quod probis et idoneis ministris passim destituantur Episcopi.

Postremo uehementer oro, ut si noui de religione libri prodierint in Saxonia, qui alicuius esse momenti uideantur, eorum huc mittatur exemplum. Hic quod sciam, nihil extat nouorum Scriptorum [a], nisi

[a] *8 vv. sqq. in margine addita sunt.*

[1] Vide supra p. 11[2].

[2] Herculem Gonzagam, cardinalem Mantuanum, id muneris suscipere nolle etiam a *Gal. Cusano* Roma 1. Februarii 1561 ad Maximilianum Bohemiae regem relatum est (*Sickel*, Trient p. 168); idem asserit *Sf. Pallavicino* S. J., Istoria del Concilio di Trento l. 15, c. 6, n. 2. At in consistorio 14. Februarii 1561 habito concilii praesides sive „legati" nominati sunt cardinales Hercules Gonzaga et Iacobus Puteus; hic tamen ob adversam valetudinem Tridentum venire non potuit.

[3] Cardinalicium; de qua re plura infra dicentur.

[4] Cf. supra p. 12. 15. [5] Ier. 31, 7. Mich. 2, 12. Soph. 3, 13 etc.

[6] Augustanum.

[7] Diploma hoc, concilii causa evulgatum, vide apud *Raynaldum* l. c. in a. 1560, n. 68.

[8] Cf. *Can.* Epp. II, 776. 781—782. *Hosius* Vindobona 22. Ianuarii 1561 S. Carolo Borromaeo de Ferdinando I. caesare scripsit: „XIII. calendas Februarii conveni Maiestatem eius . quanta cum solemnitate quantaque cum religione gratia ista iubilei recepta fuerit Augustae narravi" (*Steinherz* l. c. p. 198).

quod Cromerus jam tertium edit colloquium Dilingae[1]. Jllíricum opinamur adhuc cum Wittenbergensibus belligerare. Archiepiscopi Treuirensis[2] et Moguntinus[3] adiecerunt animos ad Collegia ex nostris hominibus constituenda, ut habeant Theologos simul et praeceptores atque professores. Dominus in gloriam sui nominis uertat nostros conatus, diuque conseruet in Ecclesiae commodum tuam dignitatem. Augustae 20 Januarij M. D LX[a].

Seruus in Christo Petrus Canisius.

† Reuerendissimo in Christo Patri et Domino, D. Episcopo Numburgensi etc. Patrono suo amplissimo. Ad manus proprias.

Archetypo quidem d. 20. Ianuarii M.D.LX ascriptus est; sed quae de Agricola, de concilio tridentino, de conventu naumburgensi in eo referuntur, facile ostendunt, nos, si nostram temporum rationem sequi velimus, in locum anni M.D.LX annum M.D.LXI substituere debere, sive Canisium „calculo florentino“, quo annus 1561 proximo die 25. Martii incipiebatur, usum esse existimamus (Pius IV. eo utebatur [*A. I. Weidenbach*, Calendarium Historico-Christianum medii et novi aevi, Regensburg 1855, p. 221]), sive vel ipsum Canisium vel eius scribam memoria calamove lapsum esse dicimus; atque hoc mihi longe magis probatur.

Canisium hanc epistulam Citzam (Zeitz, nunc provinciae saxonicae regni borussici) misisse puto; ubi Pflugius episcopus sedem habebat.

510.

CANISIUS

P. LEONARDO KESSEL S. J.,

rectori collegii coloniensis.

Augusta Vindelicorum 21. Ianuarii 1561.

Ex apographo, eodem fere tempore Coloniae ab ipso *Kesselio* scripto et sic inscripto: „pater Canisius“. Cod. colon. „Kess.“ f. 73[a].

Particulam posuit *Hansen* l. c. p. 381[4].

Privilegium pro catechismo concessum. Romani Socii iuvandi. Socius cum pontificis nuntio in Saxoniam profectus. Turcae.

— — Habe[b] nunc Caesaris priuilegium, vt maternus recognitum et auctum Catechismum in lucem proferat[1].

[a] *Quae sequuntur, a Cypr. omissa sunt.* [b] Habeo *H.*

[1] Martinus Cromer, canonicus cracoviensis, cum iam inde ab a. 1551 quattuor Colloquia sive Dialogos de falsa et vera religione polonice edidisset, duos eorum priores latine a se versos ac recognitos a. 1559 Dilingae in lucem emisit; tertius ibidem autumno a. 1560 excudi coeptus, anno 1561 in 4° evulgatus est, „De ecclesia Christi“ inscriptus (*Ant. Eichhorn,* Der ermländische Bischof Martin Kromer, in „Zeitschrift für die Geschichte und Alterthumskunde Ermlands“ IV [Braunsberg 1868], 107—108. *Fr. Hipler,* Literaturgeschichte des Bisthums Ermland [Braunsberg und Leipzig 1873] p. 140—141). [2] Ioannes von der Leyen.

[3] Daniel Brendel a Homburg. [4] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

Romani necessitate coacti monent de mittenda cito pecunia, qualemcunque aut mei fratris, aut aliorum nomine collegeritis [1].

Venturus est istuc breui D. Lambertus, quem ex Vienna Legatus Apostolicus duxit in Saxoniam [a], Lutheranos principes in Numburgensi conuentu, ad Concilium inuitaturus Tridentinum [2]. Illum ad nos redire incolumem optamus. Est autem Legatus in Germaniam porro inferiorem descensurus. Magnus est Austriacis metus ab imminenti Turca [3], orate Dominum pro Caesare et pro germania nostra. 1561 .21 Januarij. p. Canisius.

Ad Kesselium has litteras datas esse, et ex rebus, quas continent, et ex eo coniici posse videtur, quod Kessel apographis epistularum ad Goudanum a Canisio datarum Goudani nomen adnotare solitus (*Can.* Epp. II, 734. 741, et supra p. 14) huic nihil eiusmodi adnotavit.

Ex his litteris intellegitur, una cum ipsis a Canisio Coloniam ad Kesselium missas esse litteras sive edictum Ferdinandi I. caesaris Vindobona 10. Decembris 1560 datum, quo is catechismum („Summam" dicit et „Parvum catechismum Catholicorum") a Canisio, quem cum laude nominabat, conscriptum solum in omnibus omnium provinciarum suarum scholis pueris proponi iubebat, simul pronuntians: „Vtriusque [Catechismi] tam maioris quam minoris editionem nostro et sacri Imperii fideli, dilecto Materno Cholino Typographo Colonien. demandatam benigno nostro fauore et priuilegio aduersus sinistras aemulorum artes tuendam et fouendam" suscepimus. „Inhibendo, ne quis alius eundem hunc librum ante exactum integrum decennium imprimere, vel alibi impressum vaenumdare [b] audeat, sub poena decem marcharum auri puri" (Ex *Canisii* „Summa Doctrinae Christianae" Coloniae apud Maternum Cholinum a. 1566 edita, f. A 6[b]). Cholinus hoc edictum, si non in editione „Parvi catechismi Catholicorum" ipso hoc a. 1561 vulgata (de qua infra, monum. 389), certe a. 1564 typis exscripsit in duabus editionibus „Parvi catechismi Catholicorum" Coloniae, in 8⁰ et in 12⁰, ut dicunt, a se vulgatis (f. A 3[a]—A 6[a]. A 3[a]—A 5[b]). Idem exstat apud *Reiffenberg* l. c., Mant. p. 18—19. Cf. etiam *Can.* Epp. I, 751—754.

511.

CANISIUS

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

rectori collegii vindobonensis.

Augusta Vindelicorum m. Ianuario (post medium?) a. 1561.

Ex *Victoriae* epistula autographa. Cod. „G. Ep. II" f. 12[a].

De „Parvo catechismo Catholicorum" recognito.

---

[a] Saxonia *K.* [b] vaenumdari *Ed. col.*

---

[1] Vide supra p. 7. 16. 18.

[2] Ioannes Franciscus Commendone (de quo *Can.* Epp. II, 772[4]) P. Lambertum Auer S. J. Vindobona itineris socium et adiutorem secum abduxerat (*Anton. Socher* S. J., Historia Provinciae Austriae Societatis Jesu I [Viennae Austriae 1740] p. 93—94. *W. Hartl* und *K. Schrauf*, Nachträge zum dritten Bande von Joseph Ritter von Aschbach's Geschichte der Wiener Universität I. Bd., 1. Hälfte [Wien 1898], p. 31—32). [3] Vide supra p. 12. 13.

Victoria Lainio, Vindobona 1. Februarii 1561: „Il catechismo latino picolo ci e molto necesario che gia non si troua in questa casa quasi nessuno et li scholari, qua et in praga stano senza . il padre prouinciale mi scrisse che lo aspettaua di Roma emendato.“

Canisii „Parvus catechismus Catholicorum“, a PP. Hieronymo Natali et Emmanuele Sa et ab ipso Iacobo Lainio praeposito generali recognitus (*Can.* Epp. II, 778, et supra p. 3), sub finem mensis Ianuarii a. 1561 ad Canisium perlatus esse videtur (cf. supra p. 9).

512.

P. IOANNES DE VICTORIA S. J.,

rector collegii vindobonensis,

CANISIO.

Vindobona post medium m. Ianuarium a. 1561.

Ex autographa *Victoriae* epistula ad Lainium data, quae infra memoratur Cod. „G. Ep. II“ f. 7ᵃ.

De Societatis collegio Oeniponte parando et sustentando.

De collegio Oeniponte instituendo, cui Ferdinandus I. caesar exeunte a. 1560 aedes comitum de Lichtenstein destinaverat et singulis annis 1000 florenos se daturum promiserat (Can. Epp. II, 750—752. 881—882), Victoria Vindobona 25. Januarii 1561 ad Lainium scripsit: „Quanto al Collegio di Oeniponte sua maiesta mostra voler anche dare piu di mille fiorini se quelli non vastano, et cosi ha detto che si mettano in scripto le difficolta sopra di cio et si prouedera quanto sara possibile il che ho scripto al padre prouinciale significando come anche la casa sia prouista et consignata, dil resto non so niente.“

513.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 25. Ianuarii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine adnotatum: „Augusta Padre Canissio.“ Cod. „Germ. 1559“ f. 292ᵇ—293ᵃ.

Relatio de rebus Germaniae. Facultates ad ieiunium et ad protestantes ecclesiae reconciliandos spectantes. De „Indice“ ad ius commune reducendo tractatum. Pecuniae. PP. Thyraeus et Hurtadus. „Familiaritas“ sacerdotibus Societatis vitanda. Litterae.

Hoggi si è riceuuta quella di V. R. di .11. del presente . insieme con li auisi delle cose di Germania[1] delli qualli uolse una copia il Cardinal di Agusta per mostrar al Papa. Dio N. S. usi misericordia uerso quelli paessi che dentro et fuora ci sonno trauagli.

Gia si hebbe dal Papa quel che si ricercaua circa dellectum ciborum con faculta di reconciliar Apostatas a fide redeuntes ad gremium Ecclesiae, come si uedera per il scritto[2]. Domando N. Padre la reducione di quel Jndice delli libri prohibiti ad ius comune[3], et il papa si mostro ben inclinato a farlo, ma disse uoleua far congregacione sopra cio nella quale interuenessi N. Padre, come altro haueremo si dara auiso.

Coloniensibus denuo scribetur, ut pecuniam illam nobis mittant[4].

P. Hermannus [Thyraeus] Treveris in Germaniam superiorem remittendus est.

Hodie R. V. litterae die 11. huius mensis datae nobis allatae sunt una cum relatione de rebus Germaniae scripta[1]; cuius cardinalis Augustanus petiit exemplum, quod summo pontifici ostenderet. Deus et dominus noster misericordem se praebeat erga terras istas, quae et internis et externis calamitatibus premuntur.

Ex scripto, quod accipietis, intellegetis, nos a summo pontifice, quae de delectu ciborum petieramus, iam impetrasse cum facultate eos, qui a fide defecissent, si ad gremium ecclesiae redirent, eidem reconciliandi[2]. Cum pater noster, ut index ille librorum prohibitorum ad ius commune reduceretur[3], petisset, pontifex animum quidem ad id efficiendum satis propensum prae se tulit, sed huic rei tractandae se instituturum congregationem, cui pater noster interesset, dixit. Ubi autem plura compererimus, ad vos referemus.

Coloniensibus [etc., ut supra].

P. Hermannus [etc., ut supra].

---

[1] Hanc relationem vide supra p. 11—12. Familiares autem illae Canisii litterae perisse videntur.

[2] Cf. infra, Polanci litteras 11. Martii 1561 ad Canisium datas.

[3] *Polancus* nomine Lainii Roma 16. Februarii 1561 P. Hieronymo Natali S. J. de eodem Lainio scripsit: „Estos días habló nuestro Padre al papa sobre el índice de los libros prohibidos, con que se enlazauan muchas ánimas y pocas se aprouechauan, specialmente fuera de Italia“ (Epistolae P. *Nadal* I, 388, n. 2). *Onuphrius* ille *Panvinius* O. Er. S. Aug., rerum romanarum peritissimus, a. 1562 testatus est, Pium IV. multa, quae Paulus IV. „praeter vulgatos Ecclesiasticos canones, et iam receptam a superioribus Pontificibus consuetudinem“ novis legibus statuisset, ad „communis et vsurpati iuris rationem . . . paulatim reuocasse“ (Bap. Platinae opus de vitis ac gestis Summorum Pontificum . . . locupletius redditum [Coloniae 1562] p. 341). Quam rationem, quantum ad librorum editionem lectionemque spectabat, eo quidem tempore fere Constitutione concilii lateranensis quinti (Acta Conciliorum, ed. *I. Harduinus* S. J. IX [Parisiis 1714], 1779—1781; *Bullarium Romanum* V [Augustae Taurinorum 1860], 623—624) et Bulla Coenae, prout a Paulo III. conformata est (vide *Can.* Epp. I, 309[3]), expressam fuisse opinor.

[4] Vide supra p. 7. 16. 18. 25.

V. R. fara bene de mettere in obseruatione in Monachio et in ogni banda quella Regola delli sacerdoti circa familiaritatem etc.[1] et sigilatim si potria auisare chi ha particularmente di bisogno.

La R. V. potra far uenire il Padre Hurtado di Praga[2], et de aumentare[a] [?] il numero di Augusta et tanto piu se ci fossi il modo di stabilir lecose . si crede pur che la absentia sua non debbia far troppo danno in Praga. Ale lettere del Padre D. Lanoy, del Padre D. Theodorico[3] et D. Pisa se rispondera un altra uolta perche gia è tardo per hoggi.

Qui si manda una certa lettera[4] à V. R. la quale come hauera seruito nella sua prouincia sepotra mandar al padre Euerardo[5], con alcune altre Quadrimestre. A tutti dia sua gratia Christo .N . S. di sentir sempre et adimpir sua santissima uolonta. Di Roma li 25. di gennaio. 1561.

Expedit R. V. regulam illam sacerdotum, quae de familiaritate etc.[1] est, et Monachii et ubique ad usum deducere; et nominatim eos, quibus singulariter id necessarium est, moneri convenit.

Licet R. V. patrem Hurtadum Praga ad se arcessere[2] et facere, ut Sociorum numerus Augustae augeatur, idque maxime, si rerum nostrarum istic stabiliendarum ratio suppetat. Ipsius tamen absentia Pragensibus nimium damnum non censemus esse inferendum. Ad litteras patris D. Lanoii, patris D. Theodorici[3], D. Pisani rescribetur alias, cum hodie sero sit.

Epistulam quandam[4] ad R. V. mitto, quae cum in ipsius provincia lecta erit, patri Everardo[5] mittetur, cum aliquot aliis litteris quadrimestribus. Christus dominus noster omnibus gratiam suam tribuat, qua sanctissimam suam voluntatem et cognoscant semper et exsequantur. Roma 25. Ianuarii 1561.

---

[a] *Sic apogr.; legendumne* et aumentare*?* et ueder de aumentare*?* per aumentare*?*

---

[1] „Jn audiendis confessionibus (foeminarum praesertim) seueros potius se · quam nimium familiares exhibeant, moderate tamen cum tempus, et res id exigent · sed in vniuersum paterna quaedam et spiritualis grauitas in eis eluceat.“ Ita quidem praecipitur in capite primo „Regularum sacerdotum“, quarum apographum antiquissimum (eodem, ut videtur, tempore scriptum) exstat in cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 74[b]—75[b], quaeque omnino videntur illae ipsae „Regulae sacerdotum“ esse, quas exeunte a. 1560 Roma in Germaniam superiorem missas esse constat (*Can.* Epp. II, 760). Si quis autem leges modo positas cum „Regulis Societatis“ nunc vigentibus et maxime cum regulis sacerdotum 16. et 17. et cum regula „communi“ 39. contulerit, facile videbit, antiquis illis regulis postea aliqua resecta, alia addita esse.

[2] De P. Hurtado Perez (Peretio, Petrio) hispano vide *Can.* Epp. II, 411[1].

[3] Theodorici Canisii.

[4] Ex *Polanci* *litteris Roma 28. Ianuarii 1561 ad P. Paschasium Broëtum S. J. datis conicere licet, Polancum Canisio misisse „la lettera di edificatione di Roma“ (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559“ f. 294[a]).

[5] Mercuriano, praeposito provinciali Germaniae inferioris.

514.

CANISIUS

STANISLAO HOSIO,

episcopo varmiensi, imperii principi, Pii IV. apud Ferdinandum I. nuntio.

Augusta Vindelicorum m. Ianuario vel initio Februarii 1561.

Ex litterarum Hosii, quae infra ponentur, vel commentario vel apographo eodem fere tempore scripto, quod exstat Cracoviae in bibliotheca universitatis, Cod. „160, 1—79“ fasc. V. f. 12a.

Cardinalem Augustanum Romae operam dare, ut „Centuriae Magdeburgenses“ ibidem refutentur.

Stanislaus Hosius, episcopus varmiensis et Pii IV. apud caesarem nuntius, Vindobona 13. Februarii 1561 Romam ad Ottonem cardinalem Augustanum scripsit: „Scripsit ad me Pater Canisius . dare operam Jll. d. vestram, ut historiam eclesiasticam[1] *quam scripsit Flaccus [sic] contra legem historiae quo libro vix vllus esse dicitur perniciosior, viri aliquot docti Romae confutent, et autoris*[a] *fraudes detegant. Quod ego vestrae Jll. d. institutum, non possum non vehementer probare. Nam certe si quae alia . haec esse debet eorum propria cura qui Cardines ecclesiae vocantur, in quam vtinam plures incumberent. Ego librum non legi*[b] *neque vidi, sed nihil eo vel cogitari posse perniciosius*[c] *audio. Erit mihi cvrae, ut et ipse legere possim aliquando. Vellem autem ut eum videret Guilhelmus noster Scirletus [sic]*[2]*, Nam si quisquam alius, est et ille varia quadam et multiplici rerum eclesiasticarum cognitione praeditus, nec multos reperiri puto qui aeque multa ut ille legerint.“*

„Centuriarum Magdeburgensium“, quas vocant, primum volumen anno 1559 Basileae ex typographia I. Oporini in folio, ut dicimus, prodiit, sic inscriptum: „Ecclesiastica historia, integram Ecclesiae Christi ideam, . . . secundum singulas Centurias, perspicuo ordine complectens: singulari diligentia et fide ex vetustissimis et optimis historicis, patribus, et aliis scriptoribus congesta: Per aliquot studiosos et pios viros in urbe Magdeburgica.“ Quod volumen tres primas centurias complectebatur; quarta centuria a. 1560, V. et VI. 1562, VII. et VIII. 1564, IX. 1565, X. et XI. 1567, XII. 1569, XIII. 1574 evulgatae sunt. Atque altera trium primarum centuriarum editio a. 1562, germanica quattuor primarum versio, ab ipsis „Centuriatoribus“ curata, Ienae a. 1560—1565 in lucem emissae sunt. Postea quoque hoc opus denuo editum, in compendium redactum, gallice versum est etc. In quo opere, magna quidem cum eruditionis specie, sed maiore etiam partium studio composito Flacius Illyricus cum Matthaeo Iudice, Ioanne Wigando, Andrea Corvino, aliis Lutheranorum doctrinas adversus catholicos atque etiam adversus vitembergenses Melanchthonis discipulos ex ipsa antiquitate christiana stabilire conatus est.

---

a *A libr. correctum ex* eius. b *2 vv. sqq. a libr. in marg. addita sunt.*
c *Sequitur* posse, *a libr. oblitteratum.*

---

1 Centurias Magdeburgenses, quas vocant, a Mathia Flacio Illyrico aliisque editas; vide quae post ipsas has litteras dicentur.
2 De Sirleto vide, quae post ipsas has litteras dicentur.

Quod autem Canisius ad Hosium rettulit: Ottonem cardinalem Romae operam dare, ut „Centuriae“ ibidem refutarentur, accepisse Canisius id omnino videtur ex litteris, quibus Otto paulo ante ad epistulam Augusta 7. Decembris 1560 a Canisio ad ipsum datam responderat. Quam Canisii epistulam vel potius epistulae partem in II. huius operis volumine omissam, hic saltem, quia gravis pulchraque est, proponam ex apographo, quod a. 1896 a D. *Vincentio Nardoni* exscriptum est ex apographo antiquo (eiusdem temporis esse videtur), eoque Romae in bibliotheca vaticana, Cod. Vatic. 6417 f. 167, posito; in cuius apographi pagina altera primum quidem manu antiqua eaque ignota scriptum est: „Extratto d' un Capitulo della lettera del Padre Canisio di vij. di decembre. Di Augusta“; deinde autem manu *Guilielmi Sirleti* (de quo plura paulo infra) adnotatum est: „Sopra la Historia Ecclesiastica“ [1]. Licet autem annus apographo huic ascriptus non sit, epistulam 7. Decembris 1560 datam esse, ex ipsa epistula intellegitur; commendavit enim suasitque Canisius fere id, in quod iam operam conferri coeptam esse ineunte a. 1561 Hosio scripsit: Ut Romae, quae urbs doctis viris abundaret, libri, maxime ad ecclesiasticam historiam a protestantium depravationibus (quibus verbis „Centuriae“ satis clare significantur) vindicandam conscriberentur; accedit, quod Canisius eiusdem anni die 10. Augusti (S. Laurentio martyri sacro) ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu adversus „Centurias“ illas dixisse videtur [2], et quod eodem anno dies 7. Decembris sabbatum erat; sabbatis autem Canisium Romam fere (quamquam non semper; v. *Can.* Epp. II, 472) scribere consuevisse, ex multis factis constat; v. *Can.* Epp. II, 476. 495. 591. 706 etc., et supra p. 4. 11. Quaerenti autem — nam ne hoc quidem apographo illi adnotatum est — quisnam princeps ille ecclesiae Romae degens, cui Canisius scripsit, fuerit, statim cardinalis Augustanus occurrit; quem etsi Canisius, pro eius aetatis more „reverendissimam celsitudinem“ vel „amplitudinem“ vocare solebat (cf. *Can.* Epp. I, 595. 597; II, 228. 297 etc.), non „reverendissimam dominationem“, quae verba in hac epistula comparent, interdum tamen eum hac quoque appellatione, cum ei scriberet, usum esse, ex eius litteris aestate vel autumno a. 1564 ad Ottonem datis, quae in proximo volumine ponentur, intellegitur. Quod porro vaticano illi harum litterarum „capitulo“ sive antiquo partis litterarum apographo manu Guilielmi Sirleti, ecclesiae romanae protonotarii, adnotatum est: „Sopra la Historia Ecclesiastica“, facile ex hoc collegeris, Ottonem cardinalem, si non ante, certe postquam ab Hosio litteris 15. Februarii 1561 datis perspicue admonitus est, hanc litterarum partem transcribendam et Sirleto tradendam curasse, ut virum hunc doctissimum et antiquitatis ecclesiasticae peritissimum, ac per eum alios quoque, ad scribenda, quae „lucem et Maiestatem adferrent doctrinae Ecclesiasticae“ incitaret; quae opinio confirmatur eo, quod in vaticano illo codice complures epistulae archetypae, quae Sirleto inscriptae sunt, cernuntur. Iam ipsam ponam epistulam:

CANISIUS
OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG,
cardinali et episcopo augustano.

Augusta Vindelicorum 7. Decembris 1560.

— — Indignum facinus Ecclesiasticam historiam tot modis a Sectarijs deprauari. Abundat Roma Viris doctis, et historiarum peritis, magni profecto

---

[1] Hac litterarum parte usus est et aliqua ex ea ad verbum protulit *Ios. Schmid* in „Historisches Jahrbuch“ XVII (München 1896), 79.

[2] „Nouus mundus . . . mauult nouos suspectos sanctos et martyres acceptare et laudare, quam ueteres et laudatos agnoscere, honorare et feiren. Nouae legendae scribuntur, in quibus etiam martyres dicuntur, qui in omni seditione inobedientia, mutwil et perfidia uixerunt usque ad finem uitae“ (ex huius *contionis commentario ab ipso *Canisio* scripto. Cod. „Scripta B. P. Can. X. R.“ f. 40ᵇ).

referret, ex his deligi aliquem ad conscribendas Pontificum uitas. Nunc Sectarij, quae uolunt, effingunt, nobis plane stertentibus. Judicet Reuerendissima D. T. quomodo succurri possit non modo praesenti sed etiam sequenti Ecclesiae, ita de Cathechismis, et postillis quoque dixerim, saluo semper iudicio sapientium. Sed opus plane uidetur, ut ad huius aetatis rationem docendi modus accomodetur, praesertim quia[a] [?] noui morbi noua expectant remedia cumque sit alia nunc ingeniorum, quam olim habitudo. Vtinam Pont : Max : deligat idoneos uiros ad scribenda illa, quae lucem et Maiestatem adferant doctrinae Ecclesiasticae, cum tantus etiam Doctorum prouentus passim cernatur. — —

Quod hic Canisius in ecclesiastica doctrina libris defendenda et illustranda novam iam docendi rationem eamque ad sui temporis ingenia accommodatam adhibendam esse affirmavit, certe quidem longe aberat, ut ipse veterem illam ac scholasticam, quam vocant, rationem contemneret; id quod vel ex eo liquet, quod et Sanctum Thomam Aquinatem, scholasticorum principem, vehementer laudavit, ut in libro „De Maria Virgine incomparabili [Ingolstadii 1577] l. 1, c. 10; l. 4, c. 19, p. 71. 467 etc.), et Societatis fratres scholasticos, ut in eius libris diligenter versarentur, exhortatus est; cum scholastica tamen ratione alteram illam, sive positivam, sive historicam eam dixeris, studiose copioseque coniungi volebat; ita enim etiam ipse tum alios libros tum maxime grandes illos „Commentarios de Verbi Dei corruptelis" scripsit; atque hanc rationem ut commendaret et iuvaret, et ipse complura sanctorum patrum scripta in lucem emisit, et aliis in patribus, conciliis, Sanctorum memoriis edendis auxilium libenter attulit (*Stimmen* aus Maria-Laach LII [Freiburg i. B. 1897], 10). „Elegantem" quoque scriptionem (pro aetatis illius, quae resuscitatis veteris humanitatis disciplinis gloriabatur, ratione) eum desiderasse, et ex eo intellegitur, quod paulo ante „Censuram" illam coloniensem nonnihil incusaverat, quod eius auctores sermonis genere usi essent parum polito (*Can.* Epp. II, 744), et Canisii litteris 16. Martii 1562 ad Hosium datis confirmatur, in quibus Canisius: „Sunt", inquit, „boni et prudentes uirj, qui uehementer optent, tum ex Tridentina synodo, tum ex uicina Jtalia nouos nec inelegantes prodire scriptores, qui ad tuendam sedis Apostolicae et Ecclesiae Catholicae dignitatem suas operas locent" etc. Inter litteras Augusta Romam missas et responsum Roma Augustam allatum saltem quaternae hebdomades intercedere solebant; cf. *Can.* Epp. II, 414. 421. 425. 476. 495. 672 etc. Quare satis certum est, litteras, quibus Canisius, quae Otto ad hanc epistulam ei responderat, cum Hosio communicabat, ante m. Ianuarium a. 1561 datas non esse.

Quae Hosius, Canisius, alii de ecclesiastica historia Romae per viros doctos a Centuriatorum depravationibus vindicanda monuerunt, ibidem neglecta non sunt; nam Alanus Copus, basilicae S. Petri vaticanae canonicus, adversus Centuriatores Harpsfeldii „Dialogos sex contra summi pontificatus . . . oppugnatores" (Antverpiae 1566. 1573) evulgavit; atque adversus eosdem Romae Franciscus Turrianus S. J. „Pro canonibus Apostolorum . . . libros quinque" (Florentiae 1572. Coloniae 1575 etc.) et Onuphrius Panvinius O. Er. S. Aug. „De primatu Petri . . . libros tres" (Veronae 1589. Venetiis 1591 etc.) conscripserunt, ut de aliis, quos *Schmid* l. c. p. 80—83 recenset, ac de Canisio ipso taceam, qui, a Sancto Pio V. contra Centuriatores scribere iussus, „Commentarios de Verbi Dei corruptelis" (Dilingae 1571. 1572. Ingolstadii 1577 etc.) edidit. Quos omnes, ut notum est, longe superavit Caesar Baronius, Oratorii romani presbyter, cum Sancti Philippi Nerii hortatu Centuriis immortale illud „Annalium Ecclesiasticorum" opus (Romae 1588—1607 etc.) opposuit.

---

[a] *Vel* quoniam.

515.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 31. Ianuarii et 1. Februarii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis (A); priori epistulae sive epistulae parti in margine adnotatum est „Alemagna Prouincial", alteri „Alemagna Prouincial postcripta"; quae ostendunt binas has litteras eodem tempore Canisio missas pro una epistula haberi posse; id quod etiam extremis posterioris partis verbis confirmatur. Cod. „Germ. 1559" f. 296^{a}—297^{a}.

Eius litterarum partis, qua de facultatibus impetratis agitur, apographum (B) paulo post quidem, sed ipso anno 1561 in collegio S. J. ingolstadiensi scriptum exstat in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 79^{a}.

Turcae. Synodus tyrnaviensis. Collegium Zittaviae instituendum. Externi Vindobonae a Sociis ad convivium invitati. Index. Facultates ad cibos prohibitos et ad peccatorum remissionem spectantes. Collegium treverense. Sibylla Fuggera. Messis augustana. Collegium ibi condendum. Concilium. Canisii catechismus et in Italiam Hispaniamque illatus et ubique disseminandus.

R. V. litteras nondum accepimus. Questa sara sopra alcuni punti alli quali danno occassione le lettere dil Padre Vittoria il qual non dice niente del periculo delli Turchi[1] insino alli .6. di gennaio anzi tocca della sinodo che uol far l'Arciuescouo di Strigonia[2], et seli permete poter andar con esso per alcuni giorni.

P. Victoria nos opportunissime collegium instituturos esse censet Zittaviae[3], ex quo, tempore procedente, provinciae vicinae adiuventur. Neque patri nostro id displicet, dummodo ipsi, quos Germania superior iam habet, Socii instituere illud et per aliquod tempus conservare possint. Quare ipse eam rem P. Victoriae et R. V. arbitrio permittit. Quae ad P. Victoriam, quid sentiat, perscribat.

R. V. litteras nondum accepimus. Nunc de rebus aliquot scribo, quarum tractandarum occasionem mihi praebent litterae patris Victoriae; ex quibus nulla ratione colligi potest, illos ante 6. Ianuarii de Turcis quicquam timuisse[1]; immo synodi, quam archiepiscopus strigoniensis habiturus sit, mentionem facit[2]; quem ut ad dies aliquot illuc comitetur ei permittimus.

P. Victoria [etc., ut supra].

---

[1] Cf. supra p. 12. 13. 25.

[2] Tyrnaviae a Nicolao Olaho archiepiscopo haec synodus habita est (*Franc. Kazy* S. J., Historia universitatis Tyrnaviensis Societatis Iesu [Tyrnaviae 1737] p. 5—6).

[3] Vide supra p. 18. Ex *Victoriae* *litteris 6. Ianuarii 1561 Romam missis conicere licet, eum in monasterio Franciscanorum zittaviensi iam diu deserto et, partim saltem, a Lutheranis occupato collegium instituere voluisse (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „G. Ep. II." f. 1^{b}).

Jntendiamo chel di della Circuncissione[1] si usa in Vienna inuitar diuersi Prelati et persone principali a mangiar nel collegio[2] et prima che N. Padre si risolua ad aprouare o inprouare tal consuetudine, uole hauere il parer della R. V. et del Padre Lanoy alqual si scriue di questa et altre cose[3]. scriuisi anche al Padre Theodorico. V. R. se uol ueder le lettere lo potra fare.

Sopra l' Jndice delli libri prohibiti si comincia a trattare et nostro Padre pensa procurar di ridurlo al ius comune. Quel che si è ottenuto circa li cibi prohibiti è che le persone alle quali non danno li superiori suoi per essere heretici cibi quadragessimali senza scropolo possano mangiar[a] degl' altri[b] [4] et questo V. R. lo auisi a gl' altri luoghi di sua prouincia. Doue non fossino anche[c] Nuntij Apostolici concesse [il papa] facolta di riconciliar quelli che hauesseno renegata la fede[5],

Vindobonae die Circumcisionis[1] varios praelatos hominesque primarios in collegium ad convivium invitari solitos esse audivimus[2]; quam consuetudinem priusquam pater noster aut approbare aut improbare in animum inducat, sententiam cognoscere vult R. V. et patris Lanoii, cui et de hac re et de aliis scribitur[3]. Patri quoque Theodorico scribitur. Quas epistulas si R. V. legere volet, legat.

De indice librorum prohibitorum agere incipiunt; qui ut ad ius commune reducatur, pater noster procurare cogitat. De cibis prohibitis hoc impetravimus, ut iis, quibus praefecti, quia haeretici sunt, cibos quadragesimales non darent, sine dubitatione aliis vesci liceret[4]; qua de re R. V. eos, qui in reliquis provinciae suae locis degunt, certiores faciat. Concessit etiam [summus pontifex] facultatem eos, qui fidem deseruissent, ecclesiae, ubi nuntii apostolici non morarentur, reconciliandi[5];

[a] *Ita B;* mengiar *A.* [b] *Ita B;* delli l' altri *A.* [c] Anche doue non fossero *B.*

[1] Circumcisionis domini, in qua „vocatum est nomen eius Iesus" (Luc. 2, 21), memoriam kalendis Ianuariis ab ecclesia celebrari notum est. De quo festo *Canisius* in sacro quodam sermone Friburgi Helvetiorum sub a. 1590 ad Socios habito: „Sacro", inquit, „Jesu nomine insignitum est ex speciali voluntate Patris, et . . . est festum proprium [i. e. titulare, quod dicunt] Societatis" (Beati Petri Canisii S. J. Exhortationes domesticae, ed. *G. Schlosser* S. J. [Ruraemundae 1876], p. 332). Cf. *Can.* Epp. I, 475.

[2] Convivio illi 1. Ianuarii 1561 Stanislaus Hosius et Zacharias Delphinus nuntii apostolici, Nicolaus Olahus archiepiscopus strigoniensis, Antonius Brus et Georgius Zsivkovich O. Min., episcopi vindobonensis et modrusensis, Martinus Cromer, Poloniae regis legatus, proceres denique suprema potestate humana florentes intererant (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 5, n. 165. 166. *Socher* l. c. I, 91—92).

[3] Etiam ipsum Victoriam *Polancus* 1. Februarii 1561 Lainii nomine, quid ea de re sentiret, Romam *scribere iussit, addens: „Si sa che in Germania la conuersacion sopra la mensa sol importar ale uolte, d' altra uanda sono contrapessi non pochi" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 295[a]).

[4] His igitur Socii eiusmodi cibos sine condicione poterant permittere atque ita anxietate eos levare inquirendi, num revera plena illa eiusmodi cibis vescendi necessitas exstaret, qua ipsi lege illa etiam non dispensati eximerentur.

[5] Hi in „Bulla Coenae" excommunicatione puniebantur; quam censuram Paulus IV. etiam constitutione 15. Martii 1559 contra haereticos et schismaticos edita confirmaverat (*Bullarium Romanum* VI [Augustae Taurinorum 1860], 218 ad

ma di questo tutta uia uole chiarirsi più N. Padre. Li concesse etiam il papa che quando alcuni si mandano alle galere possano esser assolti per li nostri[a] da ogni caso come in articulo mortis, uero è che in altri luoghi sera piu uso di questa facolta che in germania. Nelle orationi di V. R. N. Padre et tutti molto ci reccomendiamo . di Roma l' ultimo di Gennaio . 1561.

Riceuemmo quelle di V. R. di 19. del passato con diuerse quadrimestri d' Jngolstadio et Monicho, et un cathalogo delli .2. detti collegii, et altra informatione di quelli di Praga, ma non le quadrimestri dilla.

Quanto al Dottor Hermano[1] si è scritto altre uolte che uenessi; uerò è che per le ultime lettere del Padre Euerardo si intende del notabil fructo che li si fa per mezo di esso[2] . et pero pare a N. Padre che se possono per un tempo passar senza lui in Jngolstadio si lasci stare. se non potessino senza molto scomodo V. R. pur li ordini che torni. et in questo senso anche se li scriue al Padre Euerardo[3], et potria essere che la lettera si mandassi qui, òuero si mandara per l' Agente del Arciuescouo di Treuere.

Ci siamo molto consolati in Domino del profito spirituale di quella Signora Fucara, et di quello che si spera nelle altre persone che V. R. scriue[4]. et che finalmente ua crecendo il numero et feruor delli catholici. Dio N. S. conduca a perfectione l' opera sua per il che asai

attamen hoc planius se edocendum curabit pater noster. Cui pontifex etiam concessit, ut, si qui in triremes publicas mitterentur, nostri eos ab omnibus casibus perinde atque in articulo mortis absolvere possent; cuius tamen facultatis aliis locis frequentior erit usus quam in Germania. R. V. sacris precibus pater noster et nos omnes vehementer nos commendamus. Roma postremo die Ianuarii 1561.

R. V. litterae die 19. mensis superioris datae ad nos perlatae sunt una cum variis quadrimestribus ingolstadiensibus et monacensibus et duorum istorum collegiorum catalogo ac relatione de pragensibus Sociis scripta, nec tamen horum litteras quadrimestres accepimus.

De doctore Hermanno[1] aliis epistulis constitutum est, ut istuc veniret; cuius tamen opera cum fructum haud mediocrem illic[2] colligi ex novissimis patris Everardi litteris cognoverimus, eum, si Ingolstadienses per aliquod tempus eo carere possint, ibidem relinquendum esse pater noster censet. Sin autem forte sine magno incommodo eo carere non poterunt, R. V. ei praecipiat, ut revertatur. Atque ita etiam patri Everardo[3] scribitur; quae epistula fortasse huic adiungetur, aut per archiepiscopi treverensis procuratorem ei mittetur.

Magno solacio in domino affecti sumus, cum dominam istam Fuggeram ita in rebus ad pietatem pertinentibus profecisse similemque profectum ex ceteris istis hominibus sperari[4] e R. V. litteris cognovissemus cumque denique catholicorum et numerum et fervorem in dies augeri cerneremus. Deus et dominus noster opus suum[5]

[a] absolti dalli nostri *B*.

219. 551—556). Desertores autem illi etiam in foro „externo", quod dicunt, absolvendi erant. [1] Thyraeo. [2] Treveris; vide supra p. 2. 6. 20. 27.

[3] Mercuriano. [4] De Sibylla Fuggera ceterisque vide supra p. 16. 20.

[5] Vel: opus reverentiae vestrae.

aiutarebbe hauer un collegio in Augusta. Quanto al Concilio ben penso che prima passara la ricolta che si cominci, benche il Papa dice ad ogni modo uoler si faccia.

Del far una Doctrina christiana che si potessi spargere per ogni banda, sarebbe da desiderare se altra se facessi piu al propossito di quella di V. R. ma insino adesso, quella si tiene per molto buona et cosi potra spargersi per tutto. che oltra che è stampata in uulgare in Jtalia [1] sappiamo che anchora si uendono in Spagna. Nelle oratione di V. R. di nuouo tutti ci reccomendiamo. Di Roma il primo di Febbraio 1561.

---

ad perfectionem perducat; ad quam rem multum iuvabit nos collegium habere Augustae. Quod ad concilium attinet, messem absolutum iri, antequam illud incohetur, omnino censeo; ut tamen habeatur, id se prorsus constitutum habere pontifex asserit.

Ut catechismus, qui per omnes spargi possit regiones, conscribatur, certe optandum est, dummodo alter, qui R. V. librum utilitate superet, conscribatur; cum autem usque huc istum catechismum valde bonum esse existiment, ubique eum disseminare poterunt; neque enim solum Italis in vernaculam linguam versus typisque exscriptus est [1], sed in Hispania quoque eius exempla venire novimus. Iterum R. V. sacris precibus omnes nos commendamus. Roma kalendis Februariis 1561.

Nota: Ex ipsis his litteris intellegitur, una cum iis ad Canisium missas esse *litteras *Polanci* P. Theod. Canisio, collegii monacensis rectori, destinatas; in quibus is (Roma 31. Ianuarii 1561) haec, praeter alia, Theodorico scribit: „L' institutione del collegio di nobili senza dubio si crede sara utile, uero è che quanto le occupationi piu cresceranno tanto bisogna far conto de più operarij. Dio cene mandi asai." „per la Jllustrissima casa di Babiera applica nostro Padre molte messe et oratione della compagnia per che la loro stabilita et zello della Religione catholica, et della affectione uerso di noi, et beneficij lo ricercano." „La licentia per li Artegiani catholici di dar carni alli seruitori nelli giorni prohibiti non si è dimandata, ne pare cosi honesta" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 296[b]).

Canisius ad partem quandam harum litterarum per P. Hurtadum rescripsit 22. Martii 1561.

516.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 1. Februarii 1561.

Ex apographo recenti (A), transcripto ex archetypo, in cod. „E. C. I." f. 96[a]—98[b] posito, quod P. *Guilielmus Elderen* S. J. (Canisio dictante, ut videtur) scripsit; Canisius tamen ipse epistulam subscripsit („Seruus" etc.) et, quae sequuntur, scripsit usque ad „Rector P. Antonius"; verba italica, quae sequuntur, a P. *Elderen* scripta sunt.

---

[1] Vide supra p. 9. 21 et *Can.* Epp. II, 606[4].

Exstat etiam alterum apographum (B), ex eodem archetypo sub a. 1860 curante *Boero* exscriptum et postea recognitum.

Aliqua ex hac epistula protulit (germanice versa) Dr. *Nic. Paulus* in „Historisches Jahrbuch" XIV (München 1893), 548[1].

Oenipontani Socium, qui et reginis et oppido contionetur, petunt. Contiones augustanae. Collegia oenipontanum, vindobonense, tyrnaviense, dilinganum. Professiones. P. Victoria professionem recusat. Poloni Socios expetentes; Poloniae status. Socios non in collegiis, sed in universitatibus ad gradus promoveri convenit; aliqui promoti. Socius quidam ad philosophiam in universitate ingolstadiensi tradendam expetitur. Germani latine eloqui nesciunt. Conradus Brunus Societati domum offert eiusque bonorum spiritualium particeps effici vult. Liber precationum pro litterarum studiosis conscribendus; libri scholastici Roma mittendi. „Facultates". Sibylla Fuggera. Trevérensis collegii necessitas.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende in Christo Pater.

18 Januarij datas accepi. De D. Lamberto, qui Nuncio Apostolico adheret in Saxonia scripsi. Nunc idem a Dominis OEnipontanis petitur, ut filiabus Caesaris nondum nuptis quinque et eidem oppido seruiat concionando, non secus quam Ego apud Augustanos inseruio[1]. Excusabo Societatem, ut sciant eius morem rectius, nihilque tale putent impetrari posse, cum adeo sit ille Vienne necessarius. Miror de Collegio OEnipontano tandiu taceri, ac toties ad me tamen scribi de querendo illis concionatore. Quis autem possit Auguste[a] meo loco Concionarj, si mihi ad Synodum abeundum hac estate foret, equidem statuere non possum, sed hoc iudicium relinquam Superioribus.

Scribam ad Pragenses Doctores[2], ut solennem Professionem illam non differant, cum ad manum habeant Praepositum[3]. Quid autem R. T. de Rectore Viennensi[4] fierj uelit, forte ad illum modo perscripsit. Recusare uidetur aut differre studio quodam hanc Professionem, se illa indignum arbitrans.

Gaudeo responsum esse aliquid Reuerendissimis Gnesnensi et Varmiensj[b], ut patienter ferant non statim nostros extrudi, quos media etiam hyeme euocasse uidentur, nihil etiam certi promittentes[5]. Audio grauiter laborare Poloniam ob[c] sectas ualde illic grassantes, aduersus

[a] Augustae *B;* Augusta *A.* [b] Parmiensj *A;* Warmiensi *B.* [c] ab *A.*

[1] P. Lambertus Auer S. J., quem „Domini regentes" sive officiales praefecturae Austriae superioris pro „reginis" Magdalena, Eleonora, Margarita, Barbara, Helena et pro ipsa urbe oenipontana petebant, Rattenbergae (Rattenberg) prope Oenum in Tiroli natus erat (*Can.* Epp. I, 414; II, 668[1,2]).

[2] P. Paulum Hoffaeum et P. Henricum Blissemium; vide supra p. 17[2].

[3] Henricum Scribonium; vide supra p. 17[3].

[4] P. Ioanne de Victoria; cf. supra p. 17[2].

[5] Ioannes Przerembski, archiepiscopus gnesnensis, atque etiam — Hosii opera interposita — Andreas Noskowski, episcopus plocensis, Socios petierant; vide supra p. 17.

quas magnorum Theologorum magis quam in scholis praeceptorum praesentes operas desiderarent. Talibus morbis idoneos ex nostris medicos[a] adhibere difficillimum mihi uidetur ut omittam gentis barbariem, quae nostros haud parum exercebit, nisi sint ualde probatj.

De oybinensibus rebus ad D. Victoriam scripsi et scribam, ut admonet R. T. Et uix abit hebdomada, quin accipiant a me Viennenses aliquid[1].

Jngolstadienses Patres non probant, Pragae aut Tyrnauiae[2] promotionum gradus a nostris dari uel accipi, sed potius Viennae tentandum id putant apud Gymnasium[3], quam in Collegio nostro eiusmodi quicquam instituendum[4], etiamsi nummi aliquot negligerentur, quos etiam Jngolstadij cum promouerentur M. Dyrsius, M. Hermes, et M. Henricus, negligendos iudicarunt[5]. In eandem sententiam ego concedo, simulque Viennenses moneo, ut mittant[b] Jngolstadium hoc tempore M. Seidel[6], si apud Theologos Viennenses, illi sit difficile lauream impetrare. Cum autem nunc absit Vienna D. Lambertus, qui coloniam ut scripsi, cum legato profecturus creditur, consultius fore scripsi, ut eundem M. Seidel retineant, neque porro mittant in Hungariam, quoad eius fieri potest, quamdiu Doct. Lamberti reditus desideratur.

Et quoniam ut scribunt, Sacerdotibus egent Viennae, cupiunt sacris initiari statim Adamum, et M. Gregorium, nunc Doct. Lamberti loco concionantem. Id credo fieri posse annuente R. T.[7].

Jngolstadij conclusum est, accedente simul Principis authoritate, ut in numerum Professorum cooptaretur M. Hermes[8] futurus Lector physices[9]. Hinc nostri aditum sibi pollicentur ad facultatem illam

---

[a] modicos *A*. [b] nittant *A*.

---

[1] Vide supra p. 18.

[2] Tyrnaviae (Nagy-Szombat) in Hungaria ipso hoc anno 1561 Societatis collegium a Nicolao Olaho, archiepiscopo strigoniensi, incohatum esse, infra videbimus.

[3] I. e. universitatem. [4] Cf. *Can.* Epp. II, 779.

[5] P. Ioannem Dyrsium (de quo vide supra p. 9) Ingolstadii tunc „baccalaureum theologiae" creatum esse ex * litteris quibusdam P. *Henrici Arborei* S. J. (archetypis) Ingolstadio ipso hoc anno 1561 datis cognoscitur. Hermetem Halbpaur (de quo *Can.* Epp. II, 390[2]) et P. Henricum Arboreum (de quo ibid. II, 454[1]) 2. Ianuarii 1561 Ingolstadii „suprema laurea [philosophica] condecoratos" esse asserit *Io. Nep. Mederer*, Annales Ingolstadiensis Academiae I (Ingolstadii 1782), 267.

[6] P. Ioannem Seidel (Zeydel); vide *Can.* Epp. II, 353[2]. 728.

[7] „Adamum Hollerum" et „Gregorium Roseffium" (de quibus *Can.* Epp. II, 559. 596[2]) Vindobonae a. 1561 sacerdotio initiatos esse collegii huius * *Annales* testantur (Cod. „Annal. Vienn." in a. 1561 f. 11[b]—12[a]); atque ex eiusdem collegii * Catalogo a. 1560 a P. *Carolo Grim* scripto et Romam misso patet, Roseffio nomen gentilicium „Wolfschedl" fuisse. In * *Catalogo* autem vindobonensi initio a. 1562 scripto „M. Gregorius Rossefeg, Bauarus, Concionator" comparet (Cod. „G. C. 67" p. 295. 378). [8] Halbpaur.

[9] Canisio scribendum fuisse videtur: „Lector logices" (nisi dicamus, academicos paulo post sententiam mutasse); vide infra p. 54.

artium paulatim Societati nostrae uendicandam. Resistere uix possumus Principis et Gymnasij concordibus sententijs. At ego uereor, ne sit graue nostris hoc munus semel susceptum deponere, et nescio quam sint pares Hermetis humeri, in hoc onere sustinendo, non quod sit imperitus Philosophiae, sed quod sicut multis Germanis accidit, eloqui latine non possit animi sensa, non memor satis Grammatices. His diebus inuisam nostros Jngolstadij, et agam de toto negocio quantum Dei gratia licebit, diligenter.

Habet Reuerendissimus Cardinalis Augustanus Cancellarium D. Brunum, qui de Ecclesia catholica et Germania tota est bene meritus, multaque conscripsit [1] [a], js litteris ad Cardinalem datis domum suam Dilingae prope Collegium positam ut Societatis nostrae Collegio incorporaretur obtulit atque promisit, adeo nostris ex animo fauet, quibus Dilingense Collegium prorsus cupit obtingere.

Gratissimum illi fuerit, ut ipse [b] mihi significauit, si litteris illis communicatorijs gaudere possit [c], quemadmodum ad D. Marcum Velserum et Cancellarium Bauaricum nuper missae fuerunt [2].

Valde cupiunt nostrj precatorium extare Librum pro studiosis, qui a nostris instituuntur [3]. Jtaque suadent ex pijs libellis corradi uarias precationes, easque collectas Viennae uellent Typis aedere, Jd si placet R. T. colligi a nostris in hunc usum aliqua poterunt, sed mallem ego Romae hoc munus iniungi bono uiro aut Theologo Collegij, praesertim quod cum multis isthic degentibus utiliter ista conferri posse uideantur. Extat Romae conscriptus in logicis liber, quem

---

[a] *In archet. sequitur* acdiditque, *oblitteratum.* [b] ipe *arch.* [c] posset *B.*

---

[1] Conradus Braun (1491—1563), kirchhemiensis (Kirchheim am Neckar), utriusque iuris doctor, cum universitatis tubingensis professor, herbipolensis episcopi consiliarius et cancellarius, iudicii camerae imperialis assessor et cancellariae eiusdem iudicii praefectus, Bavariae ducis cancellarius fuisset, sub a. 1555 Dilingae cancellariam cardinalis Ottonis regere coepit. Qui et his muneribus strenue administratis et multis libris vel germanice vel latine conscriptis („De haereticis", „De caeremoniis", „De imaginibus", „De legationibus", „De seditionibus" etc.) ecclesiam egregie adiuvit et a. 1563 Oeniponte in consilio theologorum a Ferdinando I. convocato una cum Canisio sanctae sedis iura fortiter defendit. Brunus haud multo post comitia imperii a. 1559 habita ob decrepitam aetatem cancellarii munus deposuit, ut reliquum vitae tempus Augustae, ubi canonicatum habebat in ecclesia cathedrali, in pietatis litterarumque exercitationibus consumeret (*Plac. Braun*, Geschichte der Bischöfe von Augsburg III [Augsburg 1814], 606—612. *N. Paulus,* Dr. Konrad Braun in „Historisches Jahrbuch" XIV, 517—548).

[2] Marcus Velserus (Welser) „senior", patricius augustanus, et Simon Thaddaeus Eckius, Alberti V. supremus cancellarius, a. 1560 a Lainio bonorum spiritualium Societatis Iesu participes effecti erant; vide *Can.* Epp. II, 589. 623.

[3] Librum precationum germanicum („Betbuch") Canisius a. 1560 vulgarat (*Can.* Epp. II, 899—901). Hic autem latinum petit; quamquam et ipse a. 1556 et 1557 eiusmodi libellum („Lectiones et Precationes Ecclesiasticae") in lucem emiserat (*Can.* Epp. I, 592[2]; II, 889).

nostrj aedidisse dicuntur [1]. Cuperemus illius Exemplar mitti, aliaque similia, praesertim ad superiores Classes et inferiores pertinentia, ut maior esset consensus studiorum in Collegijs omnibus. Despauterium [2] mutare multi suadent, sed nullus commodior nobis ostenditur nisi forte haereticus aut suspectus author.

Expectamus uehementer dispensationem circa leges [a] [?] ieiuniorum et catalogum, ut saepe scripsimus.

Agimus gratias Deo, cuius gratia [b] nunc Ecclesiae Comitissam illam de qua scripseram, reconciliauimus [3]. Jtaque crescit Augustae messis oportuna pluribus egens operarijs.

Commendamus nos et hanc Vrbem R. T. sacrificijs et precibus Dominum rogantes, ut futurae quadragesimae conciones ad suam gloriam dirigat, suamque nobis gratiam augere semper dignetur. Augustae [c] Calendis Februarij. 1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

Nunc primum accipio litteras Treuerenses quas adiunxi. De P. Hermanni [4] reditu nullam nobis relinquunt spem, uelut ex eo pendeat collegium totum. Jllorum necessitatibus, si uera sunt quae scribunt, compati decet. sed meum non est huic deesse prouintiae. Quod uerebar euenit, inchoarunt quae non possunt absoluere, cum aliorum incommodo suum urgere commodum uoluerunt. Hec summatim dicere uidentur, opus esse ipsis Theologo D. Hermanno.

Quid autem fieri uelit R. T. ut Jngolstadiense collegium non negligatur, libenter expectamus. fiant in dei maiorem gloriam omnia. Ita uero scribit ad me Rector P. Antonius [5].

Quanto quello che scriuo della tornata del P. Hermanno in Jngolstad da lettere le quale saranno con queste intendera la necessita la qual è, tanta che anchora che da Roma scriuessero accio si remandj si pur non monstrano di hauere hauuto certe lettere mie, le quale ho mandato à Roma scriuendo di questo negocio non lo

---

Quod ad ea pertinet, quae de P. Hermanni Ingolstadium reditu scribo, ex litteris, quas his adiungam, in magna nos necessitate versari intelleges, eaque tanta est, ut, etiamsi Roma scripserint, ut eum remittamus, ego tamen, nisi se litteras quasdam, quas de hoc negotio egi, Romam a me missas accepisse significa-

---

[a] legem *B.* [b] gloria *B.* [c] Augutae *A.*

---

[1] Francisci T... S. J. „Introductio in Dialecticam"; de qua infra p. 47 [2].
[2] Ioannis van ...ren grammaticam latinam; vide *Can.* Epp. II, 680 [1].
[3] Sibyllam Fugger; vide supra p. 20.
[4] Thyraei.
[5] P. Antonius ... (de quo *Can.* Epp. I, 230 [1]), primus collegii treverensis rector (*Reiffenberg* l. ... 81—82; *Hansen* l. c. p. 374).

lassaro partire, perche euidente saria perditione di questo Collegio et per consequente di tutto il benè lo quale si spera di quello, per tanto V. R. come credo hauendo inteso lo che scriuo non lo domandara piu, ma lo animara accioche resti essendo la necessita, utilita, et messe tanta come in uerita e etc.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre mio il Padre Maestro Jacomo Laynez Praeposito Generale della Compagnia de JESV.

Jn Roma.

---

verint, eum abire passurus non sim, idque eo, quod perspicuum est fore, ut ex eius abitu collegium hoc atque ita, quicquid boni ex eo speratur, tollatur frustreturque. Quare R. V. rebus, quas scribo, cognitis eum iam non petituram, immo exhortaturam esse censeo, ut hic maneat, cum tanta sit, ut est, huius rei necessitas et utilitas et messis tanta etc.

Nota: Lainius Canisio per Polancum rescripsit 15. Februarii 1561.

517.

CANISIUS

P. PAULO HOFFAEO S. J., rectori collegii pragensis, et **P. HENRICO BLISSEMIO S. J.,** maximae aedis pragensis catechetae et Ferdinandi archiducis contionatori.

Augusta Vindelicorum ineunte m. Februario a. 1561.

Ex Hoffaei et Blissemii epistula communi, a *Blissemio* scripta. Cod. „G. Ep. II" f. 273ᵃ.

Hoffaeus et Blissemius Praga 14. Februarii 1561 de sollemni quattuor votorum professione, quam emittere a Lainio iussi erant (cf. supra p. 17²), eidem scripserunt: „Hic nos primum admirati sumus, vnde hoc nobis, vt ad professionem tantam admitteremur, et quasi de graui somno euigilantes, vix rem sic habere credidimus. Verum simulatque literae R. P. Prouincialis id nobis persuaserunt, plurimum laetati sumus in his quae dicta sunt nobis, vt in domum Domini iremus." [1]

Hoffaeus sub a. 1572 in suo * Libro Professionum sua manu testatus est se professionem quattuor votorum sollemnium emisisse „Pragae 16. Martij 1561, in templo Societatis Jesv S. Clementis ac in manibus Reuerendi Dominj Henrici Schribonij Praepositi Ecclesiae Cathedralis in Arce Pragensi et Administratoris Episcopatus Pragensis" (Cod. „XIII. Y" f. 8ᵇ). Una autem cum Hoffaeo Blissemium eadem vota nuncupasse, ex huius * litteris (quadrimestribus) Praga 4. Maii 1561 ad Lainium datis cognoscitur (ex archetypo. Cod. „G. Ep. II" f. 281ᵇ).

---

[1] Ps. 121, 1.

518.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 8. Februarii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Prouinciale". Cod. „Germ. 1559" f. 298ᵇ—299ᵃ.

Facultates. Bavariae dux P. Stevordianum a contionibus sibi esse cupit. Socii varii. Carthusiae coloniensis prior. P. Auer Commendono nuntio adiunctus. Vindobonense collegium quanti sit momenti. Collegii germanici angustiae.

Riceuette nostro Padre quelle de uostra Reuerentia delli 21 del passato[1]. Si procurera la relaxation dell' obligo delli degiuni et delli libri proibiti benche credo bisognerà lassare entrare la quaresima. Si si potra persuadere il Duca di Bauiera che lasci il maestro Martino predicare nella chiesa nostra per l' utilità comune, pare saria bene[2]. Se tutta uia lo uolessi per predicatore suo finalmente non pare si debba far' dispiacere à quel Principe.

R. V. arbitrio permittimus, ut Socios illos vindobonenses, quos Ingolstadii ad gradus academicos promoveri cupit, eo venire iubeat; attamen ii tantum eo evocandi sunt, quos sat bene institutos esse constat[3].

Haueremo caro che la raccomandatione di V. Reuerentia gioui alli nostri Colloniensi appresso il Prior della Cartusia[4]. *Deus et illos et nos adiuvet.*

De doctore Hermanno [Thyraeo] iam scripsimus. Colonienses quaerere iubentur aliquem, qui in eius locum substituatur.

Perlatae sunt ad patrem nostrum reverentiae vestrae litterae die 21. mensis superioris datae[1]. Procurare studebimus, ut ieiuniorum et librorum prohibitorum leges relaxentur; exspectandum tamen fore existimo, donec Quadragesima incohata sit. Si Bavariae duci persuadebitis, ut magistrum Martinum in ecclesia nostra contionari communis utilitatis gratia patiatur, bene facturi videmini[2]. Si tamen instabit, ut is sibi a contionibus sit, tandem huic principi molestia creanda esse non videtur.

R. V. arbitrio [etc., ut supra].

Gratum nobis erit, si reverentiae vestrae commendatione Colonienses nostri apud priorem carthusiae[4] adiuvabuntur. *Deus [etc., ut supra].*

De doctore [etc., ut supra].

---

[1] Hae perisse videntur.

[2] P. Martinus Stevordianus S. J. Monachii in templo Eremitarum Augustinianorum, cuius usus Sociis cum monachis illis communis erat, „ordinarium" agebat contionatorem (*Can.* Epp. II, 564. 608. 870—876). [3] Vide supra p. 37.

[4] Gerardum Hammontanum (Kalckbrenner): vide supra p. 7.

non sò come è andato il dottore Lamberto [1] al nuntio Commendono in Vienna essendo scritto dessino qualche uno della lingua todesca si lo potessino fare senza scomodo non altrimente [2]. Crediamo pure che la peregrinatione, et distractione dal studio, et exercitio di predicare giouera la sanita del dottore lamberto. Del mutare il maestro Carolo et il dottore Christiano [3] et si ce qualche altro indisposto pare si potria fare se si trouasse ricompensa per Vienna che sodisfacesse alli offitij loro. altrimente V. Reuerentia uede che non conuiene abandonar il Collegio di tanta importanza, et nelli occhi dell' Jmperatore et delli suoi figlioli.

Stephano Liberio [4] permittitur, ut usque ad Pascha Pragae maneat.

Per il Collegio Germanico non si uede adesso dispositione di Casa ne di trattenimento per ricercar piu gente, pure quando si uederà daremo auiso . N. Padre et tutti ci racomandamo nelle orationi, et sacrificij della Reuerentia Vestra. Di Roma alli .8. de Febraro. 1561.

Nescio quomodo factum sit, ut doctor Lambertus [1] ad Commendonum nuntium Vindobonae adiret, cum illis scriptum esset, ut, si quem linguam germanicam callentem ei dare possent sine incommodo, darent, non aliter [2]. Doctoris tamen Lamberti valetudinem peregrinatione illa et a litterarum studiis avocatione et contionandi exercitationibus adiutum iri existimamus. Magister quidem Carolus et doctor Christianus [3] et si quis alius adversa valetudine utitur alio mitti posse videntur, si eorum abitus compensari poterit, aliis, qui eorum officiis Vindobonae administrandis apti sint, inventis; aliter autem non convenire, ut collegio illi, quod tanti momenti et in conspectu imperatoris filiorumque eius positum est, desimus, R. V. facile intellegit.

Stephano [etc., ut supra].

Collegii germanici in praesens nec domus nec victus in ea condicione sunt, ut augmento eius incolarum studere possimus; cui cum domum victumque suppetere cognoverimus, vos certiores faciemus. Pater noster nosque omnes reverentiae vestrae orationibus et sacrificiis nos commendamus. Roma 8. Februarii 1561.

519.

P. LEONARDUS KESSEL S. J.,

rector collegii coloniensis,

CANISIO.

Colonia 10. Februarii 1561.

Ex apographo, eodem fere tempore ab ipso *Kesselio* scripto; qui ei inscripsit: „patri Canisio". Cod. colon. „Kess." f. 75[a] (in a. 1561 f. 7[a]).

Epistula usus est *Hansen* l. c. p. 381 [3].

---

[1] Auer. [2] Cf. *Can.* Epp. II, 772—773.

[3] PP. Carolum Grimium et Christianum Rivium significat.

[4] De hoc vide *Can.* Epp. II, 36. 724. 762. 785.

Res augustanae, colonienses, noviomagenses. Moguntiae collegium ab archiepiscopo paratur. Cholinus typographus. P. Goudanus.

Reuerende in Christo pater.

accepimus literas p. Wilhelmi[1] ex commissione R. V. scriptas in Januario, quibus intelligimus, messem Augustanam copiosam esse.

Quid Coloniae agatur R. V. intelliget ex literis mensis Januarij[2], quibus adiunximus nomina patrum et fratrum qui nobiscum sunt.

D. Henricus Dionisius Nouiomagum profectus est vt negotium D. Theodorici fratris R. V. expediat, ne ipsius professio diutius impediatur[3], quam primum redierit, omnia R. V. indicabimus.

Noster regens[4] ab Archiepiscopo Maguntino[5] vocatur, vt Domum Societati assignatam, disponat in ordine, et reliqua omnia, vt fratres primo quoque tempore adsint. circa principium Quadragesimae[6] Maguntiam proficiscetur cum patre prouinciali[7], quem indies expectamus,

quum aderit simul statuemus, qui ex nouellis praeceptoribus nostris, romam aut ad R. V. mittendi erunt.

Mittimus Materni[8] literas ad R. V. scriptas, soluemus illi quicquid R. V. illi debet,

pater Gaudanus non videtur accommodus, vt Tridentum proficiscatur, non enim egreditur suum cubiculum, si aliquando videatur valere meliuscule, semper redit inidipsum,

literas Romanas quas pater Wilhelmus ad nos misit non recepimus, an intercepte sint ignoramus.

10 Februarij 1561.

Licet Kesselii nomen huius epistulae apographo, quo usus sum, subscriptum non sit, eam ab ipso ad Canisium datam esse, ex rebus, quas continet, satis certum est.

520.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 15. Februarii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna Prouinciale“ et (epistula ad Victoriam interposita) „Postscritta“. Cod. „Germ. 1559“ f. 300^{b}—301^{b}.

Concilii res haud adeo maturantur; Canisii iter tridentinum. P. Victoria. Socii alii ad gradus in universitatibus vel in collegio vindobonensi, alii ad sacer-

[1] Elderen.
[2] Has, compluribus rebus omissis, vulgavit *Hansen* l. c. p. 382—383.
[3] Vide supra p. 16. [4] P. Ioannes Rethius S. J.
[5] Daniele Brendel a Homburg. [6] Haec eo anno 19. Februarii incohata est.
[7] Everardo Mercuriano. [8] Cholini, typographi coloniensis.

dotium promovendi; promotionum expensae; „facies iuvenilis". Socius Ingolstadii ad philosophiam docendam expetitus; eius contiones; duci persuadendum, ut collegii dotationem augeat. Conradus Brunus. Liber precationum conscribendus. Toleti Logica et ingenia germanica; similes libri scholastici; eorum utilitas; Despauterii, Pellissonii, Melanchthonis libri. De „Indice" reformando agi coeptum. Collegia treverense, coloniense, germanicum. Officium rectoris. Parvus quidam catechismus. Institutio quaedam scholasticorum.

Jhesus.

Pax Christi.

Riceuette nostro Padre quelle di V. Reuerentia di primo del presente. *P. Auer Oeniponte contionari non potest.*

Del cercare qualch' uno che succeda del[a] [?] predicare alla Reuerentia V. al suo tempo si potrà fare ma non si uede per adesso tanta fretta nelle cose del Concilio quantunque hieri in concistorio si fecero legati[b] per quello Mantua, et Puteo et penso si ben si aperà detto Concilio al tempo scritto nella Bolla andandoui alcuno delli legatj che si dara qualche mese[c] di tempo et che non sarà poco se al fin della state Vostra Reuerentia hauerà à partire[1]. anzi se non si uedessi che la cosa ua da douero [si] procurera che la Reuerentia V. non si moua attento il frutto spirituale che della sua presentia si uede in Augusta.

Si è scritto al Padre Vitoria[d] circa la sua professione che non la differisca per certi mottiui che lui teneua.

Pare bene à nostro Padre che si procuri che nell' uniuersita di Vienna sieno promossi li nostri che saranno attj et si ben fosse necessario che di parte dell' Jmperator si dicesse à quellj offitiali li pro-

---

Ihesus.

Pax Christi. Perlatae sunt ad patrem nostrum reverentiae vestrae litterae kalendis huius mensis datae. *P. Auer [etc., ut supra].*

Quaeri quidem, qui in contionandi ministerio reverentiae vestrae succedat, suo tempore poterit; at in praesens res concilii haud ita maturari cernimus, licet heri in consistorio eiusdem legati constituti sint Mantuanus et Puteus, atque etiamsi concilium, quo tempore in bulla significatum est, aperietur, uno ex legatis eo profecto, aliquot mensium moram fore et summum opinor aestate exeunte reverentiae vestrae istinc fore discedendum[1]; immo si forte rem serio agi non intellexerimus, efficiemus, ut propter pietatis fructus, quos ex reverentiae vestrae praesentia Augustae colligi videmus, ipsa inde non avocetur.

Patri Victoriae scriptum est, ne propter causas quasdam, quibus commovebatur, professionem suam differret.

Patri nostro probatur, ut, qui ex nostris idonei erunt, in universitate vindobonensi ad gradus promovendos curetis; et si necessarium sit, ex parte imperatoris

---

[a] *Sic ap.;* nel? [b] ligati *ap.* [c] *A libr. antiquo correctum ex* mezzo.
[d] Vitorio *ap.*

---

[1] De his rebus vide supra p. 2. 21. 23. Concilio habendo impedimenta afferebant principes; vide supra p. 11[2]. 14[4]. 23.

mouessino gratis, si potria fare[1], et quando non paressi conueniente si potriano mandare in Jngolstadio piu presto che in Praga[a] ò in Tirnauia[b], et seria manco inconueniente quando non li uolessino promouere gratis nella uniuersita[c] promouerli in nel [*sic*] nostro Collegio di Vienna secondo il Breue di Giulio iij.[2] che in Praga[d] ò in Tirnauia nellj[e] [?] Collegij. quando accadesse ancore pagare alcuni denari non saria troppo inconueniente.

Della promotione di Adamo et Gregorio nostro Padre si rimette alla Reuerentia uestra uero è che li pare Adamo si mostri molto giouane nel uolto, ben che sia maturo nelli costumi, et se si li facessi pigliare piu authorità auanti il sacerdotio legendo ò in altro modo forse saria espediente . faccia pure la Reuerentia V. come

dicatur officialibus illis, ut gratis eos promoveant, hoc facere licet[1]; quod si forte convenire visum non erit, Ingolstadium potius quam Pragam vel Tyrnaviam mittentur; et si academici illic eos gratis promovere noluerint, minus inconveniens erit, eos in vindobonensi collegio nostro secundum litteras illas Iulii III.[2] promoveri, quam in pragensi collegio vel in tyrnaviensi; atque etiamsi forte nummos aliquot solvi oportebit, id haud adeo erit inconveniens.

Quod ad Adamum et Gregorium promovendos attinet, pater noster reverentiae vestrae arbitrio id permittit; Adamus tamen, quamvis moribus maturus sit, vultum valde iuvenilem prae se ferre ei videtur; atque expedit fortasse facere, ut docendo vel alia ratione maiorem sibi comparet auctoritatem, antequam sacerdotio initietur.

---

[a] Pragra *ap.* [b] Teirnauio *ap.* [c] uniuesita *ap.* [d] Pragra *ap.*
[e] *Ita vel* nelli dettj *legendum esse omnino videtur;* dettj *ap.*

---

[1] Iis, qui in superioribus universitatum facultatibus, ut theologica, promoveri volebant, sat magnae expensae, sive iuris sive honoris titulo, subeundae erant (*G. Kaufmann*, Die Geschichte der deutschen Universitäten II [Stuttgart 1896], 317—319). Vindobonae in theologica facultate doctoris promotio convivio finiebatur, quod novus doctor facultati et viris honoris causa accumbentibus parabat (*Ant. Wappler*, Geschichte der theologischen Facultät der k. k. Universität zu Wien [Wien 1884] p. 84). *S. Ignatius* autem de Societatis fratribus scholasticis statuerat: [Los Escolares] „podrán graduarse . . . no haciendo costas que á pobres no convengan“: Constitutiones S. J. P. 4, c. 6, n. 17 (Constitutiones Societatis Jesu latinae et hispanicae [Matriti 1892] p. 133); cf. etiam *G. M. Pachtler* S. J., Ratio Studiorum et Institutiones Scholasticae Societatis Jesu I [Berlin 1887], 33.

[2] *Iulius III.* pontifex litteris Roma 22. Octobris 1552 datis concesserat fratribus „Scholaribus Collegiorum Societatis . . in Vniuersitatibus alicuius studij generalis existentium, quod ipsi, si praeuio rigoroso et publico examine in eisdem Vniuersitatibus idonei reperti fuerint, et Rectores Vniuersitatum huiusmodi eos gratis, et amore Dei absque aliqua pecuniarum solutione promouere recusauerint; in Collegiis praedictis, a Praeposito Generali, pro tempore existenti, vel de eius licentia, a quouis ex inferioribus Praepositis, vel Rectoribus huiusmodi Collegiorum, cum duobus etiam, vel tribus Doctoribus, seu Magistris, per eosdem eligendis, Scholaribus vero Collegiorum eorumdem, extra Vniuersitates existentium“, ut „studiorum suorum cursu absoluto, et rigoroso examine praecedente“ simili ratione „quoscumque . . gradus accipere“ possent (*Litterae apostolicae,* quibus Institutio, Confirmatio, et varia Priuilegia continentur Societatis Iesu [Antverpiae 1635] p. 75—76. *Pachtler* l. c. I, 2—3).

meglio li parerà purche non si usi dispensa quanto all' etta, et si promoua alli tempi ordinarij [1].

Circa l' assunto della lettione in Jngolstadio di Philosophia, nostro Padre anche si rimette alla .Reuerentia V. quale però doueria hauere consideratione non solamente à quello che scriue della lingua lattina ma anche al[a] di maestro ermes talento che scrope[b] [?] di predicare in Todesco detto maestro Ermes . et alla carestia de talli predicatori per il che pare conuenirebbe che quanto prima si potesse fossi spedito dalli studij scolastici. Pare anche si doueria considerare pigliandosi assunti maggiori, et doue piu operarij si deuono occupare che la fundatione ouero dotatione fusse maggiore acciò potessi sustentarsi maggiore numero di scolari che fussero seminario de tutti li operarij che nell' uniuersità saranno occupati, et anche d' alcuni che[c] si haueriano à mandare fuora della Città per fare frutto nelli contadi [2]. Pure questa cosa si haueria de trattare destramente facendo capace il principe che per il ben' dell' opera [et] perpetuità di quella conuiene fare cosi, perche non sarebbe cosa durabile se li maestri, et altri operarij si hauessino à mandare d' altri Collegij, ma bisogna che nel medesimo si alleuino.

Al signor Bruno [3] se uederà de mandare per un' altra settimana

Verumtamen reverentia vestra, quod optimum esse iudicaverit, faciat, dummodo ne lex, quae de aetate est, ei relaxetur et statis temporibus ipse promoveatur [1].

Hoc quoque pater noster reverentiae vestrae permittit diiudicandum, utrum scholae istius philosophicae habendae officium Ingolstadii suscipiendum sit necne; quae tamen non solum linguae latinae rationem, sicut scripsit, habere debet, sed etiam facultatis illius germanice contionandi, quam magister ille Hermes habet, et paucitatis huiusmodi contionatorum; quare convenire videtur, ut quam primum fieri poterit, a scholasticis studiis is expediatur. Hoc quoque curandum esse videtur, ut, cum graviora munera suscipiuntur et ubi plures operarios occupari necesse est, fundatio vel dotatio amplior sit, qua maior ali possit scholasticorum numerus, qui operariorum seminarium sit omnium, qui in universitate occupabuntur, atque etiam aliquot aliorum, qui extra civitatem ad pietatis fructus ruri colligendos mittendi erunt [2]. Hanc tamen rem dextere tractetis oportebit, principi persuadentes, ita fieri convenire, ut institutum istud prosperum sit ac perpetuum; neque enim res ista stabilitatem haberet, si magistri aliique operarii ex aliis collegiis eo mittendi essent; quos sane in ipso collegio educari oportet.

Domino Bruno [3] altera aliqua hebdomade litteras, quas reverentia vestra

[a] *In ap. 3 vv. sqq. supra versum scripta sunt.* [b] *Sic ap.;* scopre?
[c] *In ap. sequitur* seruir, *oblitteratum.*

[1] Ecclesiae lex est, ne quis, antequam vigesimum quintum annum agat, sacerdotio initietur, et ut sacri ordines sabbatis quattuor temporum, sabbato ante Dominicam Passionis, Sabbato sancto conferantur.

[2] *Theodorus Peltanus* S. J. S. Ignatio Ingolstadio 19. Novembris 1556: „Coeperunt et duo alii germani [Socii], in pagis finitimis uerbum Dei seminare" (*Litterae* quadrimestres IV [Matriti 1897], 594).

[3] Doctori Conrado Braun, cathedralis ecclesiae augustanae canonico etc.; vide supra p. 38.

la communicatione delli meriti, et pie opere della Compagnia come lo ricerca V. Reuerentia. Quel libro di oratione[1] pare à N. Padre si facci di là . dia l' ordine V. Reuerentia che li parera per tale effetto, et poi uolontieri si uederà di quà quel che haueranno fatto, perche potra essere che la fatica medesima sia utile à piu prouintie.

Quell' libro che di quà si fece per il maestro Toledo[2] lettore di Nostro Collegio si mandò in Vienna per un certo Conte Pollono, fratello del nostro Stanislao[a][3]: di là potrà hauerlo la Reuerentia V. ò se ne uol un' altro glie lo mandaremo di quà, è una buona introduttione per la logica ma per ingegni Todeschi non so si quadrerà tanto come alcuni altri manco exatti . di là si potra giudicare, et sopra il resto del corso penso si stamperanno anchora altri trattatj con li quali si leui buona parte della fatica alli maestrj et discipoli, et buona parte della uarietà della dottrina.

Del dispauterio lo potranno lasciare se troueranno alcuno altro authore catholico che più li satisfaccia, come forse saria il Pelison abreuiatore di detto Dispauterio[4].

---

petiit, mittere curabimus, quibus meritorum Societatis piorumque eius operum particeps efficiatur. Liber iste precationum[1] istic componendus esse patri nostro videtur; cuius rei gratia reverentia vestra, quae expedire iudicaverit, praecipiat; postea hic libenter, quae composueritis, recognoscemus; fortasse enim idem labor compluribus provinciis utilitatem afferre poterit.

Liber ille, qui hic per magistrum Toletum, collegii nostri magistrum, compositus est[2], Vindobonam missus est per comitem quendam polonum, Stanislai nostri fratrem[3]; unde R. V. eum accipere poterit; vel si alterum eius exemplum habere cupiet, hinc a nobis ipsi mittetur; bona est in logicam inductio, nec tamen scio, num germanicis ingeniis tantum conveniat, quantum alii aliquot eiusmodi libri, qui minus exacti sunt. Istic haec diiudicabitis; alios quoque libros, quibus de reliquo cursu agetur, excusum iri puto, atque ita fiet, ut et magistrorum discipulorumque labor magnam partem levetur, et doctrinae varietas magnam partem tollatur.

Despauterium omittere licebit, cum alterum aliquem auctorem catholicum, qui magis vobis satisfaciet, inveneritis; cuiusmodi fortasse erit Pellissonius, qui Despauterium illum in compendium redegit[4].

---

[a] Tanislao *ap.*

---

[1] Librum dicit in usum iuventutis litterarum studiosae conscribendum; vide supra p. 38.

[2] P. Franciscus Toletus S. J. (postea cardinalis) primum a. 1560/61 Romae vulgavit suam „Introductionem in Dialecticam Aristotelis", postea fere duodecies (Vindobonae, Parisiis, Compluti, Mexici etc.) denuo excusam (*Sommervogel*, Bibl. VIII, 64—65).

[3] Ex *Polanci* *litteris Roma 25. Ianuarii et 1. Februarii 1561 ad Ioannem de Victoria S. J. datis intellegitur, Ioannem Rosdrazéwski, cuius frater Stanislaus a. 1560 Vindobonae Societatis tirocinium ingressus erat (*Can.* Epp. II, 649), significari (ex apographis eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 293[a]. 295[a]).

[4] Ioannes Pellissonius (Pellisson, Pelisson), collegii tauredunensis (Tournon) magister „principalis", epitomen quandam grammaticae latinae Despauterii Lugduni sub a. 1530 evulgaverat.

Authori Heretici non si leggano[a] come Melanto, et simili[1].

Si è cominciata a trattare la reformatione di quelli indici delli libri prohibitj in congregatione de molti Cardinali et dottori auanti il Papa[2] . del successo sarà auisato la Reuerentia V.

P. Hermannus [Thyraeus] reapse treverensi collegio valde necessarius esse videtur. Cuius absentia fortasse compensari potest, aliquot Societatis iuvenibus Colonia in Germaniam superiorem missis.

Recte valemus et orationibus vestris nos commendamus . quando scriuerà la Reuerentia V. in Jngolstadio potrà auisare al Padre Rettore[3] di noi che potrà mandare quel giouane per il Collegio Germanico al quale scrisse quasi si gli era promesso. chiamasi Christophoro[4]. al resto di sua lettera si fece gia risposta. Di Roma alli .15. de Febraro .1561.

qui si manda l' offitio del Rettore[5], la settimana passata[b] [?] si manderanno .2. copie per altri doi collegij et al Rettor di Vienna[6] si manda hoggi per la posta.

Si è fatta una dottrina piccola per l' incipienti in queste bande.

Haeretici auctores, velut Melanchthon et similes, ne legantur[1].

De indicibus illis librorum prohibitorum reformandis in congregatione multorum cardinalium et doctorum coram summo pontifice agere coeperunt[2]; quae res quomodo succedat, reverentiam vestram certiorem reddemus.

P. Hermannus [etc., ut supra].

Recte [etc., ut supra]. Cum reverentia vestra Ingolstadium scribet, patrem rectorem[3] nostro nomine certiorem faciat, quaeso, eum in collegium germanicum iuvenem illum mittere posse, cui id fere promissum esse scripsit; Christophorus[4] is vocatur. Ad reliquam eius epistulam rescriptum iam est. Roma 15. Februarii 1561.

Mittimus rectoris officium[5], cuius exempla duo proxima hebdomade in usum duorum aliorum collegiorum mittemus, alterum hodie rectori vindobonensi[6] per tabellarium publicum mittimus.

Doctrinam parvam harum regionum tironibus conscripsimus. R. V. videat,

---

[a] leggono *ap.; at correctionem nostram ipsa res omnino videtur exigere.*

[b] *Sic ap.; sed legendum videtur:* seguente*; vide infra p. 57.*

---

[1] Lainium his verbis libros Melanchthonis scholasticos, velut grammaticas latinam et graecam, in Societatis scholis usurpari vetuisse, verba, quae antecedunt, sat clare ostendunt. *Polancus* Antonio Vinck, rectori treverensi, Roma 10. Martii 1561: „La gramatica ne dialetica di Melantone non la leggano li nostri“ (ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559“ f. 310[a]).

[2] P. Natali *Polancus* Roma 16. Februarii 1561 scripsit, Lainium in ea congregatione magna cum laude dixisse (Epistolae P. *Nadal* I, 388, n. 2).

[3] Nicolaum Lanoium.

[4] Die 23. Novembris 1561 in collegium germanicum receptum esse „Christophorum Rastperger“ [brixinensem], in antiquissimo huius collegii * *Catalogo* notatum est (Cod. rom. „All. coll. Germ.“ p. 16).

[5] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[6] P. Ioanni de Victoria.

V. R. ueda se sarà anchora conueniente per li tali nella sua prouincia, et dia auiso al Rettor di uienna se deue adoperarla ò no [1], per li proficienti pare piu al proposito quel compendio del Chatechismo di V. R. [2]

si manda anche certa instruttione per li scolari che uengono al collegio nostro, ueda si si seruirà anchora per quelli di Alemagna.

---

num is libellus etiam in sua provincia iisdem conveniat, et ad rectorem vindobonensem, utrum eum adhibere debeat necne, perscribat [1]. Provectioribus vero compendium illud catechismi a R. V. conscripti magis accommodatum esse videtur [2].

Mittimus etiam institutionem quandam scholasticorum in collegium nostrum venientium; vos, num etiam Germaniae collegiis [3] usui esse possit, videbitis.

Nota: Eodem die *Polancus* Roma Vindobonam ad P. Victoriam * litteras misit, in quibus scribit: „Per li piccoli si è stampato una dottrinella che qui si manda con certa instruttione per quelli che uengono al Collegio nostro. Al Padre Prouinciale si manda una simile . . . cui ordine seguitera la Reuerentia V. . . . nella dottrina christiana che quì uà per che di là meglio giudicheranno si sarà al proposito per li putti di alemagna che per li proficienti [a] l' altra che si cauò del cathechismo del Padre Canisio penso sarà piu proportionata" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 301[b]). Quem autem catechismum Polancus Canisio miserit, non constat. Catechismum a P. Ioanne Hieronymo Domenech S. J. conscriptum „in toto Siciliae regno, auctoritate Proregis" esse „usurpatum anno 1547" scribit *Sommervogel*, Bibl. III, 126. Anno autem 1553 a Sociis „Libellus quidam christianae doctrinae, Romae [a Sociis? Polanco?] concinnatus, Neapolim missus fuerat, ut etiam ad alia loca Societatis"; quem a P. Andrea de Oviedo (?) S. J. in brevissimam summam contractum atque a P. Alphonso Salmerone S. J. recognitum et locupletatum, archiepiscopi neapolitani „vicarius" (Scipio Rebiba, ut videtur) suo nomine Neapoli eodem, ut videtur, anno excudendum curavit et in omnibus puerorum scholis usurpari iussit; ita quidem *Polancus*, Chronicon III, 174. Ineunte autem a. 1556 „Messanae libellus . . . catechismi impressus fuit, qui Roma [a Sociis] missus fuerat, quibusdam tamen immutatis, prout in ea regione opportunum videbatur". Eodem anno „Methodus, qua nostri utebantur, christianae doctrinae tradendae" Camerini typis exscripta est: *Polancus*, Chronicon VI, 319. 84. 88. *Litterae* quadrimestres S. J. IV, 184. 578.

Polancus de „Officio rectoris", quod Canisio cum his litteris ad ipsum datis misit, iam die 5. Octobris 1560 Roma Vindobonam ad Victoriam scripserat: „Presto si mandara l' ufficio del Rettore et un di credo si stamparanno le Regule per leuar la occasione di tanti errori nel scriuere" (*Can.* Epp. II, 741). Cum autem constet, „regulas Rectoris" iam a. 1555 (quo S. Ignatius inter vivos agebat) exstitisse et a P. Hieronymo Natali, Societatis „visitatore", Sociis traditas esse (Epistolae P. *Nadal* I, 317; *Polancus*, Chronicon V, 163; cf. ibidem p. 237), dicendum est, hic regulas iussu primae congregationis generalis a. 1558 habitae (decr. 133 post el.; *Institutum* Societatis Iesu II [Florentiae 1893], 185—186) a Lainio praeposito generali reco-

---

[a] poueretti *ap.; at vel* proficienti *vel aliquid simile (*piu prouetti*?) legendum esse et res ipsa et ea, quae Pol. de his catechismis ad Can. scripsit (supra p. 48—49), ostendunt.*

---

[1] Vide, quae post ipsam hanc epistulam dicuntur.

[2] Polancus Canisii „Parvum catechismum Catholicorum" significat; cf. supra p. 35.

[3] Vel: scholasticis germanis.

gnitas significari. De quibus *Polancus* Roma 18. Ianuarii 1561 Victoriae *scripsit: „L' ufficio del Rettore si stampa qua adesso, come sia finito si mandara." Ac Roma 15. Februarii 1561 **idem* eidem: „L' offitio del Rettore si manda quì." Et *Roma 2. Martii 1561: „Auisaci .V. Reuerentia si riceuette l' offitio del Rettore stampato." Et *Roma 22. Aprilis 1561: „Si stamporono pochi quasi à misura delli Rettori" (ex apographis eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 291ª. 301ᵇ. 307ª. 323ᵇ). Primam hanc „Regularum Rectoris" editionem, quae certe typis collegii romani (cf. *Can.* Epp. II, 69. 441 [2]. 496) facta est, Societatis Iesu bibliographi invenisse non videntur. „Rectorum Instructio" sive *regulae antiquae exstant in cod. „XV. A" f. 75ª—81ª (qui codex saeculo XVI. collegii S. J. monacensis erat). „Officium Rectoris" a. 1567, ut videtur, scriptum comparet in cod. „Antiqu. Ingolst.", annis 1560—1571 in ingolstadiensi collegio scripto (f. 91ª—97ª). Quae duo officia et inter se multum differunt, et a „Regulis rectoris" in „*Instituto* Societatis Iesu" (III [Florentiae 1893], 108—115) positis discrepant. Societatis congregatio secunda a. 1565 „regulas officii rectoris" „examinari et contrahi" iusserat (decr. 57. *Institutum* II, 206).

521.

CANISIUS
IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 15. Februarii 1561.

Ex apographo recenti (A), transcripto ex archetypo, quod, a P. *Hurtado Perez* S. J. (Canisio dictante, ut videtur) scriptum et a Canisio ipso subscriptum („Seruus" etc.), positum est in cod. „E. C. I" f. 99ª—100ᵇ.

Praesto erat etiam alterum apographum (B), ad scribendi rationem nostrae aetatis accommodatum, quod sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem archetypo descriptum erat.

Canisius Ingolstadienses visit; P. Seidel theologiae doctor ibi creabitur. Collegium tyrnaviense. Varii Socii. Pragense collegium magistris eget; spes de eo concepta. Logicae schola Vindobona Pragam transferenda. Vindobonensis collegii frequentia, angustiae, molestiae; universitas scholasticos logicam in eo audire vetuit. In Bavaria fratres scholasticos Monachii rhetorica, Ingolstadii philosophia et theologia formari convenit. P. Victoriae errata. Socius carthusiam ingressurus; alter dimittendus. Dux et universitas ingolstadiensis philosophiae professorem a Societate expetunt. P. Thyraeus. Ursula Fuggera meritorum Societatis particeps efficienda. Facultates. Collegium germanicum.

Jhs

Pax Christi nobiscum molto R. in christo .P.

Son andato in questi giorni per uisitar li nostri in Jngolstadio, doue io trouai preter opinionem il .P. Seidel, ch' era uenuto con un nouo cocco per dottorarsi, da Vienna, et col scrittore di questa .P. Hurtado di Praga. Quanto al primo, subito io dette ordine, che

---

Jhs.

Pax Christi nobiscum, admodum reverende in Christo pater.

Hisce diebus hinc profectus sum, ut nostros Ingolstadii viserem; ubi praeter opinionem P. Seidelium repperi; qui, ut ad doctoratum promoveretur, eo venerat Vindobona cum novo quodam coquo et cum P. Hurtado Praga advecto, qui hanc

la sua promottione non fusse differita, et cossi è ordinato, ch' al principio della quaresima sia expedito il dottorato[1]. Nel essame si porto molto bene quel padre, et è desiderato dal Arciuescouo strigoniense in Tirnauia per cominciar con puochi altri quel Collegio. Credo, che non bisognera cossi presto multiplicar' ibi li nostri, in sin che sia meglio conciata la casa.

Quanto à M. Hurtado, ch' adesso sta con meco qui in Augusta secondo l' ordine di v. r. c' porto la noua della morte del charissimo nostro fratello Antonio Jtaliano, per il quale desideriamo li sacrificij et orationj soliti della compagnia. Jtem intendiamo il gran mancamento del detto collegio Pragense, quanto ad vn lettor graeco et poeta, Jddio facia che possino hauer alcuna consolatione di Roma in questa gran necessita. Hauemo mandato d' Ingolstad il .p. Theodorico Wesfalo[2] per Vienna, per che il suo studiar in theologia poco frutto faceua, et è molto desiderato dal p. Vittoria, al qual uiene pur con questa conditione, che si mandi vn altro per Praga, che possa agiutar per la casa, essendo iui tanto puochi soggieti, et non tutti ben sani. Speriamo che questo collegio Pragense s' alzara una uolta come merita, massime tornando li nostri Boemj, o al manco alcunj di loro ben fondati, quando parera à v. r.[3]. Vn altro mezzo per agiutar

epistulam scribit. Quod ad priorem attinet, statim mandavi, ne eius promotionem differrent; quare constitutum est, ut ineunte Quadragesima doctoris illius creatio absolveretur[1]. Pater ille, cum eius scientiam tentarent, admodum bene se gessit; quem Tyrnaviae cum aliis paucis collegium illud incohare cupit archiepiscopus strigoniensis. Non puto necessarium esse, ut ibi adeo celeriter augeatur nostrorum hominum numerus, antequam aedes melius instructae sint.

M. Hurtadus nunc mecum hic degit Augustae, sicut R. V. statuit; is nuntium nobis attulit vita cessisse Antonium Italum carissimum fratrem nostrum; pro quo sacrificia orationesque solitas a Societate Deo offerri cupimus. Cognovimus etiam collegium illud pragense magnopere premi eo, quod linguae graecae et artis poeticae magistro caret. Faxit Deus, ut aliquid solacii Roma accipiant in magna hac necessitate. Ingolstadio P. Theodoricum Westphalum[2] Vindobonam misimus, quia studia eius theologica parum prospere procedebant atque ipse vehementer expetitur a P. Victoria; ad quem tamen hac cum condicione venit, ut alterum inde Pragam mittant, qui domi utilem se praebere possit; ibi enim valde pauci homines sunt neque omnes bene valent. Speramus collegium hoc pragense ad suum aliquando florem perventurum esse, maxime cum Bohemi nostri vel saltem aliqui eorum bene instituti confirmatique istinc redierint, quando R. V. visum erit[3]. Altera collegii

[1] Ingolstadii Socii illi, quos Lainius Canisii praepositi provincialis „consultores" constituerat, degebant: PP. Nicolaus Lanoius, Ioannes Cuvillonius, Alphonsus Pisanus. Lanoius, collegii rector, etiam praepositi provincialis „admonitor" a Lainio nominatus erat (*Can.* Epp. II, 737. 753[5]). Vide etiam infra, monum. 288. 289.

[2] P. Theodoricum ab Hauekeschede (Havekenscheid), nobilem guestfalum (*Can.* Epp. II, 391[5]. 527. 922). Quem *A. Fahne* falso asserit Romae a. 1556 mortuum esse: Geschichte der Westphälischen Geschlechter (Cöln 1858) p. 206.

[3] In collegio Societatis romano tunc Venceslaus Sturmius, Andreas Piessinus, Balthasar Hostovinus, Ioannes Labra, alii complures Societatis iuvenes ex Bohemia

questo Collegio occorse à tutti noi in Jngolstadio, et concludessimo subito di representarlo à v. r. cioe ch' il mastro [1] et tutta la classe logica di Vienna fusse transferita di Vienna á Praga. Primo per che hauendo puochi uditori in Vienna quanto alli fuorastieri, non ce dubita, ch' habera tanti [a] [?] scholari et piu fuorestieri in Praga, con manco inuidia d' altri professori. 2. per che par quello collegio di Vienna tropo grauato con cinquanta persone, onde stanno in parte debitati i nostri, et se sente che le portione della tauola non son tropo grande. 3°. per che non c' è collegio piu mal sano in questa prouintia, per rispetto dell' aera inclusa in quel luogho stretto del collegio, oltra che l' aria di Vienna non si reputa molto buono [b] [?]. 4°. per che il .p. Rettor [2] com' io intendo proponeua mandar questa medesima classe in Tirnauia, et cossi par che saria molto piu di fauorir allj Pragensi, doue sua Maiesta presto uorria tratenire .30. persone della compagnia. 5°. Il principal fondamento per che il Rettore Viennense ha cominciato questa classe, è per tratenir li scholari piu dotti in humanioribus, Ma adesso è prohibito della uniuersita, che uengano à noi tali scholari, o uero non possino esser promoti nell' arti. Et cossi finalmente tornaressimo alla prima resolutione fatta in Roma, che in Vienna fuosse un studio solenne della humanita, ma in Praga della logica, di modo che fusse correspondentia [c] fra questi

huius iuvandi ratio omnibus nobis Ingolstadii occurrit, quam R. V. proponere statim in animum induximus: ut logicae magister vindobonensis [1] totaque eius schola Vindobona Pragam transferrentur. primum, quia, cum schola illa Vindobonae paucos habeat auditores ex externis, dubium non est, quin Pragae totidem habitura sit fratres scholasticos et plures externos eosque cum minore aliorum professorum invidia. 2° quia collegium illud vindobonense per quinquaginta homines, quos habet, nimis gravari videtur; quare nostri partim alieno obligati sunt aere neque ad mensam portiones eorum sunt nimiae, ut audimus. 3° quia collegium illo insalubrius in hac provincia non exstat, idque propter aërem, qui angusto illo collegii loco includitur; accedit, quod aërem vindobonensem haud valde salubrem ducunt. 4° quia pater rector [2], ut audio, eandem illam scholam Tyrnaviam mittere statuit; itaque longe magis Pragensibus favendum esse videtur, apud quos maiestas sua brevi triginta Societatis homines alere cupit. 5° rector vindobonensis scholam illam hac de causa potissimum instituit, quia se scholasticos litterarum humanitatisque peritiores ea ratione secum retinere posse sperabat; modo vero ab universitate constitutum est, ne eiusmodi scholastici nos adirent vel, si adirent, ne ad gradus promoveri possent in artibus. Itaque ad id tandem redibimus, quod primum Romae statutum est: ut Vindobonae sollemne quoddam exstaret studium litterarum humaniorum, Pragae vero logicae; ita inter collegia illa commercium intercederet earum rerum, quae ad

[a] *Sic B;* tutti *A.* [b] *Sic A; sed legendum esse dixeris:* buona*; quod est in B.*
[c] correspondetia *A;* corrispondenza *B.*

orti ad pietatem et litteras instituebantur (*Can.* Epp. II, 307[2]. 449[1]. 531[8]. 553. *Car. Sommervogel* S. J., Les Jésuites de Rome et de Vienne en M.D.LXI [Bruxelles 1892] f. B 2[b]—B 3[b]).

[1] Laurentius Andreas S. J. (*Can.* Epp. II, 504[5]). [2] Ioannes de Victoria.

Collegij quanto à queste due classi principali. Et cossi anche è parso di nouo alli padri d' Jngolstadio et à me, che simil correspondentia fusse fra li collegij duoi di Bauaria Jngolstadiense et Monachiense, ut Jngolstadienses habeant eosdem quasi e nostris auditores in logica philosoph. et theologia, quos Monachienses prius formassent in Rhetorica. Spettiamo la resolutione di v. r. di tutto, et in quanto uorra in questo fauorire alli Pragensi, si potria dar auiso al Rettore Viennense. Jl quale mi pare che perde piu, che guadagna, cossi contrastando[a] alla uniuersita, uolendo tropo alzar il suo Collegio con tantae noue classi et gradi[b] di logica et philosop. Jntendo, per uia del m. Seidel, come li nostri si trouano non poco grauati, et forsi tentati, alcuni per tante diuerse lettioni, che sentono, alcunj per il regimento, che tengono sopra questj conuittori. Jddio ci dia la sua santa gratia per agiutar li nostri in utroque homine[1].

Quanto al collegio d' Jngolstadio, tutti si trouano bene per la gratia di christo, eccetto Philippo Tudescho[2] che uol esser come dice Carthosiano, et non ci pare d' impedirlo, conciosia cosa che monstro prima in Vienna, et anche come credo in Roma fin à qui, tanto puoco spirito della compagnia et della edificatione, di modo che saremo contenti di esser liberati d' esso, come anche per la medesima

duas illas scholas praecipuas spectarent. Atque ita etiam denuo patribus ingolstadiensibus et mihi visum est, ut simile commercium inter duo Bavariae collegia, ingolstadiense et monacense, exstaret, ita ut Ingolstadienses haberent eosdem fere e nostris auditores in logica, philosophia, theologia, quos Monacenses prius formassent rhetorica. Exspectamus, quid R. V. de omnibus his rebus constituat, quae, si quam hac in re Pragensibus concesserit gratiam, convenire videtur, ut de ea certior fiat rector vindobonensis. Qui plus perdere quam lucrari mihi videtur, cum universitati ita se opponit, collegium suum nimis amplificare volens tot novas instituendo scholas et gradus logicae et philosophiae. Audio per M. Seidelium, nostros se habere satis gravatos et fortasse tentatos, alios propter tot tamque diversas, quas audiunt, lectiones, alios propter convictores illos, quos regere debent. Deus sanctam gratiam suam nobis tribuat, qua nostros et in corporis et animi rebus adiuvemus[1].

Collegii ingolstadiensis Socii omnes bene se habent Christo propitio, praeter Philippum Germanum[2]; qui se carthusianum ordinem ingredi velle dicit, neque nobis ab ea re impediendus esse videtur, cum et antea Vindobonae (et Romae quoque, nisi fallor) et usque huc ad Societatis institutum consiliaque parum affectum et pietate vix imbutum se praebeat; libenter igitur et ipso, et eadem de causa

[a] *Sic B;* constrastando *A.* [b] *Sic B idque recte, ut mihi quidem omnino videtur; cf. Can. Epp. II, 779;* grandi *A.*

[1] *Victoria* Lainio 1. Februarii 1561: „Thomaso boemo . . . sentí di Padre Prouinciale . molti murmurano dil collegio di uiena et dicono molte cose male etc. ma se il farano piu haueranno vna buona penitentia" (ex *autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 13[b]).

[2] Typographus et librarius is erat (*Can.* Epp. II, 526. 643. 651. 922). De transitu ad ordinem carthusianum Sociis a Paulo III. concesso vide ibid. p. 375[2].

causa di giacomo Jtaliano[1], il qual in Vienna, Praga, Monachio, et gia in Jngolstadio da tropo fastidio alli Rettori. Vnde per la prima uera penso d' absoluerlo in nome di Dio, secondo la commissione di v. r. che m' è stata datta[2].

Quanto á Maestro Hermes[3] parse à tutti noi, che pigliasse la lettione logica, si come il Prencipe con tutta l' uniuersita lo domanda, di modo che speriamo per questo mezzo molto agiutar la nostra schola, et anche quella faculta in artibus molto piu, che fanno li nostri in Vienna con la sua classe separata nel collegio. Jl Padre lanoy andera in monachio, et parlera sopra cio col Cancellario[4], ut omnia melius fiant ad aedificationem[5] et profectum nostrorum Collegiorum. Finalmente ho dato ordine per emendar certi diffetti nel detto collegio Jngolstadiense, doue molto sarebbe utile il .D. Hermano[6], del qual gia è sparso rumore che sia fatto apostata, come prima m. thomaso Lentulo, et m. Dionysio Viennense[7]. Si farebbe piu frutto in quel Collegio apresso la gente hauendo un sacerdote tudescho[8], poiche la gente meglio cognosce li nostri et ama che inanzi.

Iacobo Italo[1] liberabimur, qui Vindobonae et Pragae et Monachii et modo Ingolstadii rectoribus nimis molestus erat. Quare vere inito in Dei nomine votis eum solvere cogito, prout a R. V. mihi mandatum est[2].

Nobis omnibus visum est, ut magister Hermes[3] principis et totius universitatis petitioni satisfaceret, logicae tradendae officium suscipiendo; qua ratione nos scholam nostram magnopere, atque etiam facultatem illam artium longe magis adiuturos esse speramus, quam nostros vindobonenses, scholam illam separatim in collegio habendo. Pater Lanoius Monachium ibit, cum cancellario[4] ea de re acturus, quo omnia melius fiant ad aedificationem[5] et profectum nostrorum collegiorum. Constitui denique, ut errata quaedam corrigerentur in collegio illo ingolstadiensi, ubi magnam utilitatem afferre poterat D. Hermannus[6], quem iam loquuntur apostatam factum esse, sicut antea M. Thomam Lentulum et M. Dionysium Viennensem[7]. In eodem collegio, si germanum sacerdotem[8] haberent, ex vulgo plures pietatis fructus colligerent, cum vulgus iam melius quam antea nostros noverit ametque.

---

[1] „Iacobum Pistoriensem“ (de quo *Can.* Epp. II, 498. 589. 643) significari atque hunc ab Iacobo de Magnani sive Magni (de quo ibid. 479[10] etc.) distinguendum esse ex Canisii litteris 22. Martii 1561 ad Lainium datis intellegitur.

[2] Vide *Can.* Epp. II, 783. [3] Halbpaur.

[4] Simone Thaddaeo Eckio.

[5] 1 Cor. 14, 26. [6] Thyraeus.

[7] P. Thomas van Lenth et P. Dionysius Feyrabend a. 1559 „apostatae ab ordine“, ut canonistae loquuntur, facti erant, Societate, cui se, votis „scholasticorum“ nuncupatis, in perpetuum adstrinxerant, temere deserta (*Can.* Epp. II, 392[2]. 427[5]. 479. 483). P. Hermannus Thyraeus autem in Societate usque ad mortem, haud sine pietatis et doctrinae laude, perstitit (*Reiffenberg* l. c. I, 287. *Sommervogel,* Bibl. VIII, 10—11).

[8] Sacerdotem dicit ex Germania superiore ortum, qui eius regionis dialectum calleat.

Pregai v. r. per altra uolta d' hauer la communicationi delli meriti per il signore D. Bruno, Hora prego per il medesimo effetto in gratiam dominae Vrsulae Comitissae di Liechtenstain consorte del signore Giorgio Fuggero, la quale merita questo fauore, facendo tanto buoni seruitij alla compagnia qui, et apresso li grandi, che anche scrisse al Cardinale per cominciar qui una casa per la compagnia [1].

Desideramo anche la gratia de ciborum delectu, per che non sapemo piu, se non che fu scritto in genere, che gia era concessa. Item circa [a] catalogum librorum. Jtem se pottiamo [b] [?] per la prima uera mandar alcunj per il collegio Tudescho, come desiderano quellj di Praga. Monachio, et Jngolstadio.

Jl Signore ci dia sua santa gratia in questa santa quadragessima per agiutarsi noi et l' altri nel suo .s. seruitio. Tutti ci raccomandiamo molto nelli .s. sacrifitij et orationj di v. r. et tutti li padri. di Augusta .15. di Febraro 1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

Jhesus. Reuerendo admodum in christo M. Jacobo Laynez Praeposito Generali Societatis Jesu Romae.

Alias R. V. rogavi, ut litteras, quibus dominus D. Brunus meritorum nostrorum particeps fieret, mihi mitteret. Nunc autem idem peto in gratiam dominae Ursulae comitissae de Lichtenstein, coniugis domini Georgii Fuggeri, quae beneficium illud meretur optimis officiis, quae Societati hic et apud proceres praestat adeo, ut etiam a cardinali per litteras petierit, ut Societatis domus hic incoharetur [1].

Gratiam quoque, quae de ciborum delectu est, accipere cupimus; neque enim plus cognovimus quam quod universe istinc scriptum est: eam concessam iam esse. Scire etiam cupimus, quid de catalogo librorum concessum sit, et num proximo vere aliquot iuvenes in collegium germanicum mittere nobis liceat, id quod Pragenses, Monacenses, Ingolstadienses desiderant.

Dominus sanctam gratiam suam in hac sacra Quadragesima nobis tribuat, qua et nos et ceteros in sancto famulatu suo provehere possimus. Omnes R. V. et omnium patrum sanctis sacrificiis et orationibus vehementer nos commendamus. Augusta 15. Februarii 1561.

Servus in Christo P. Canisius.

Iesus *[etc., ut supra]*.

Nota: Ex hac epistula — atque etiam ex Canisii litteris 1. Februarii 1561 ad Lainium datis — facile intellegitur, veterem illum collegii ingolstadiensis **Historicum* errasse, cum Hermetem Halbpaur iam a. 1559 in universitate ingolstadiensi philosophiam tradidisse scriberet (Cod. eystett. „Hist. coll. Ing." p. 10). Eundem errorem (ex hac historia, ut videtur) protulit *Mederer* l. c. I, 258 et (ex Mederer, ut videtur) prompsit *Car. Prantl*, Geschichte der Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München I (München 1872), 228. Similiter lapsus est *K. H. R. von Lang*, Geschichte der Jesuiten in Baiern (Nürnberg 1819) p. 101—102.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 1. Martii 1561.

---

[a] cira *A*. [b] *Sic A;* potriamo*? B:* possiamo.

---

[1] Otto cardinalis Augustanus Romae tunc degebat. De Ursula Fuggera vide infra, monum. 268. 288. 304.

522.

P. HURTADUS PEREZ S. J.

nomine Canisii

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

rectori collegii vindobonensis.

Augusta Vindelicorum 19. Februarii 1561.

Ex *Victoriae* litteris autographis. Cod. „G. Ep. 11" f. 16[a]—20[a].

Socius aliquis Pragam mittendus. Curandum, ut fratres scholastici diligentius rhetorica formentur, et ut litterae quadrimestres melius conscribantur.

Victoria Lainio Vindobona 28. Febr. 1561 haec, praeter alia, scripsit: „Quanto al mandar di qua tal persona qualle si desydera in praga per adesso io non vedo certo remedio à non voler coprire vno altare discoprendo il altro, imo dio sa quanto hauemo besogno noi, et pur da niuno qua si crede, quando fanno conto d' il numero di nostri che hauemo qua, et non si passa piu inanzi. Ho risposto sopra di questo à Maestro Hurtado che mi scriueua di Augusta sopra di cio per commissione del padre prouinciale, et anche à lui scriuero in breue, pero so bene che pareranno excusatione le nostre etc. . . . Qui mando vn capitolo della lettera d' Augusta di 19 di Febraro."

— — Quanto al castigar le lettere puo esser maraueglia, che hauendo il Collegio viennense tante persone, et professori, che non si procura d' hauere, et fare buoni rhetorici, o spediti et felici in scriuere le quadrimestri, onde procede poco honore del Collegio, et di tutta la prouincia, massime vedendo tanta diligentia nelli altri collegij circa questo. — —

— — Quod ad litteras castigandas attinet, miretur quis, in collegio vindobonensi licet tot homines totque magistri praesto sint, non curari, ut suppetant et efficiantur rhetorici boni vel qui litteras quadrimestres expedite et ingeniose scribant; quae res et collegio isti et toti provinciae parum honoris parit, praesertim cum reliqua collegia ea in re tantam diligentiam exhibeant. — —

Nota: *Victoria* post verba supra posita „19 di Febraro" nulla re interposita — nam partem epistulae Hurtadi, quam modo posui, in singulare folium a se transcriptam litteris suis adiunxit — sic pergit: „Et mandaria la lettera et altre simili spesso se pensasse non offender. Io certo ho fatto la diligentia che ho potutto in questa parte perche spesissime volte ho stato in questa quasi medesima forma auisato, ma io non trouo via di far il debito officio quantunche adeso l' ha composto il medesimo che il padre Prouinciale ordino . et è certo delli piu dotti, o etiam il piu dotto di humanita, maxime oratione soluta, che qui hauemo, et molto tempo ad taedium vsque essercitato in Rhetorica etiam da Maestro Francesco Scipione, et molto amico di cicerone . vero è che à me etiam non piace il suo modo di componer, sia latino, o no in questo non mi meto." [1]

---

[1] Litteras hasce quadrimestres (quae m. Ianuario a. 1561 scriptae esse videntur) non repperi. * Proximas, quae 1. Maii 1561 datae sunt, conscripsit „Henricus

523.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 22. Februarii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna Prouincial". Cod. „Germ. 1559" f. 304^b—305^a.

Epistula usus est *Michel* l. c. p. 256[2].

Socii quidam. Constitutio a Pio IV. contra certamina singularia edita. Regulae rectoris.

Reverentiae vestrae litterae die 8. huius mensis datae[1] *ad patrem nostrum praepositum generalem perlatae sunt. Cui mutationes quaedam Sociorum probantur. In Adami Holleri moribus Romae quidem nihil notatum est; sed fortasse patria eum deteriorem reddidit. Qui utrum sacerdotio initiandus sit necne, reverentiae vestrae arbitrio permittitur; quae, antequam Vindobona eum avocet, bene consideret, num sine collegii illius detrimento id facere queat. Quaedam, cum a nobis recognita erunt, istuc mittentur.*

La bolla contra li Duelli si manda qui et seruira per la prouincia. Se manda anche un altro ufficio del Rettore, et la settimana seguente si mandara unaltra cosa[a] [?] accio ogni collegio tenga quello cheli bisogna. N. Padre et tutti ci reccomandiamo molto nelle orationi[b] di V. R. L' inclusa si mandara al Padre La Noy. Di Roma li 22. di Febraio. 1561.

Mittitur exemplum constitutionis a summo pontifice contra certamina singularia editae; quod in provincia ista adhibebitur. Mittitur etiam alterum officium rectoris; aliquid[a] [?] aliud autem proxima hebdomade mittetur, ut singula collegia, quae ipsis necessaria sunt, habeant. Pater noster nosque omnes R. V. sacris precibus vehementer nos commendamus. Epistulam, quam huic includimus, patri Lanoio mittetis. Roma 22. Februarii 1561.

Nota: Constitutio contra certamina singularia, quam cum his litteris ad Canisium missam esse ex iisdem intellegitur, Roma 13. Novembris 1560 Lainii monitu (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 4, n. 10) a Pio IV. data, exstat in *Bullario* Romano VII (Neapoli 1882), 83—86.

---

[a] *Sic quidem ap.; sed et propter ea, quae Pol. de „Officio rectoris" 15. Febr. 1561 Canisio scripsit (supra p. 48), et propter ea, quae idem de eodem officio hic dicit, legere malim:* copia *(= exemplum).* [b] oroni *ap.*

Rickman Leodiensis" (Cod. „G. Ep. II" f. 37^a. 41^a); de quo cf. *Can.* Epp. II, 512[3]. De P. Francisco Scipione S. J. vide ibidem p. 438[1]. 547.

[1] Hae superesse non videntur.

In * litteris P. Nicolao Lanoio, rectori collegii ingolstadiensis, destinatis, quae a *Polanco* eodem illo die 22. Februarii 1561 Roma datae et ad Canisium missae sunt, praeter alia haec de Martino de Schaumberg, episcopo eystettensi, dicuntur: „Pel Reuerendissimo Eistatense V. R. sa che non si puo dar nesuno che sia alproposito de nostri che sia al proposito poi che anche per li collegij nostri ne hauemo carestia . . . seria adunque piu alproposito che mandassi, quelli 12. suoi a qualche luogo doue fossi commodita di studiare; ò uero cerchi d' altra banda mastri" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 305[a]).

524.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 1. Martii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Prouinciale Canigio". Cod. „Germ. 1559" f. 307[b]—308[a].

Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 176. 183 et Hist. S. J. II, l. 5, n. 160, et *Gius. Boero* S. J., Vita del Beato Pietro Canisio (Roma 1864) p. 223—224.

Valetudo P. Hurtadi. Doctoratus P. Seidelii. Collegia tyrnaviense, pragense, vindobonense, ingolstadiense, monacense. Nova collegia in Pedemontio et Gallia. Logicae schola alio non transferenda nisi caesare probante. Efficiendum, ut philosophiae in universitate vindobonensi tradendae officium Societati tribuatur. Litterae quadrimestres. Dominus Fugger. Curia romana fructibus a Canisio Augustae collectis delectatur. Pontifex gratias spirituales Sociis offert. Cibi „quadragesimales". Communicatio meritorum Societatis. Collegium germanicum. Scribendum, num praepositi generalis potestas perpetua esse debeat. Novi cardinales.

Jhesus.

Pax Christi.

Riceuetti quella di .V. R. N. Padre di .15. del passato per la quale intendemo la uenuta del Padre Hurtado[a], et haueremo molto caro intendere si troui bene di sanità.

Jntendemo etiam della promotione del Zeidel, il quale con un Compagno forse basterà con questi principij di Tirnauia insino à tanto che le cose sieno ordinate[1].

Iesus.

Pax Christi. Perlatae sunt ad patrem nostrum R. V. litterae die 15. mensis superioris datae, ex quibus patrem Hurtadum ad vos advenisse intelleximus. Valde gratum certe nobis erit, si eundem bona valetudine uti intellexerimus.

Intelleximus etiam quae ad Seidelii promotionem spectant. Qui cum socio aliquo ad initia ista tyrnaviensia sufficiet, donec res compositae sint[1].

[a] Gutara *ap.; cf. supra p. 51.*

[1] Vide supra p. 51. P. Ioannes Zeidel a. 1561 in universitate ingolstadiensi theologiae doctor creatus est (*Mederer* l. c. I, 265. *Fr. X. Freninger*, Das Matrikelbuch der Universitaet Ingolstadt-Landshut-München [München 1872] p. 41).

Per l' anima del fratello antonio si è fatto è si farà l' offitio di Charità [1].

De un lettor' greco et Poeta haueremo caro [a] si potessi mandare di Vienna o [b] altra parte di Germania in Praga [c] perche di Roma si mandano adesso doi Collegij uno in piamonte l' altro in Francia [2] con li quali è necessario mandar' li megliori humanisti che si trouauano maturi, pur' si uederà si ancho di quà si trouerà qualche cosa.

L' andata di Teodorico Vespalo [d] à Vienna pare molto al proposito [e] per agiutare una di quelle case che si gouernano per il Collegio [3].

Del Transferire la Classe de logica in Praga [f] pare cosa che non si doueria far' senza aprobatione del Jmperatore. Si è scritto al Padre Vittoria che propona la cosa à S. Maiesta con le raggioni che muoueno da una parte, et l' altra, et quando s' inclinassi à uoler' che restassi questo studio in Vienna che li sopplichi proueda che l' uniuersità non dia impedimento alli scolari che uorranno andar' da noi con minacarli [*sic*] di non promouerli alli Gradi. Jl disegno de non passar' in monachio [g] oltra la retorica trattando li studij di Philosophia [h] in Jngolstadio pare bono [4].

Animae fratris Antonii caritatis officium et praestitum est et praestabitur [1].

Gratum nobis erit, si linguae graecae et artis poeticae magister aliquis vel Vindobona vel ex alia Germaniae parte Pragam mitti poterit; Roma enim modo collegia duo, alterum in Galliam subalpinam, alterum in Galliam mittuntur [2], cum quibus litterarum et humanitatis peritissimos quosque, quos maturos invenimus, mittamus necesse est. Videbimus tamen, num etiam hic subsidii aliquid vobis inveniamus.

Opportunissime Theodoricus Westphalus Vindobonam profecturus esse videtur ad aliquam ex domibus, quae a collegii illius hominibus reguntur, adiuvandam [3].

Logicae schola Pragam transferenda esse non videtur nisi imperatore probante. Quare patri Victoriae scriptum est, ut eam rem cum rationibus, quae in utramque partem movere possent, maiestati suae proponeret, utque, si ipsa significaret malle se studium illud Vindobonae manere, eidem supplicaret: Videret, ne universitas scholasticis ad nos commeare volentibus impedimentum poneret minando se ad gradus eos non promoturam. Probatur nobis consilium, quod cepistis, non progrediendi ultra rhetoricam Monachii, philosophiam vero Ingolstadii tractandi [4].

---

[a] *Sequitur* per, *a libr. ipso oblitteratum.* [b] in *ap.* [c] Pragra *ap.*
[d] Vespero *ap.* [e] preposito *ap.* [f] Pragra *ap.*
[g] il monacho *ap.* [h] Philosopia *ap.*

---

[1] Cf. supra p. 51.

[2] Mense Maio a. 1561 Societatis collegia incohata sunt Taureduni (Tournon) in Gallia et Monte Regali (Mondovi) in Sabaudiae ducatu (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 5, n. 87. 90. 189).

[3] „Mense Septembri“ [a. 1561], inquit vetus ille *Annalium collegii vindobonensis *Scriptor,* „fuit commendata praefectura noui Collegij [i. e. domus pauperum studiosorum vindobonensis] P. Theodorico Westphalo, qui in ea deinceps usque ad Aprilem Anni .1572. perseuerauit“ (Cod. „Annal. Vienn.“ in a. 1561, f. 12[b]. Cf. *Can.* Epp. II, 304[9]). [4] De his rebus vide supra p. 52—53.

Del modo de procedere con l' uniuersita di Vienna, et de non grauar' troppo con lettioni li scolari. V. Reuerentia di lo auiso che li par' al Padre Vittoria, forse torneria meglio pigliar l' assunto delle lettioni di Philosophia in Vienna al modo che s' incomincia in ingolstadio, che andar' erigendo il tale, contra il tale [1].

Che fossi utile un prete todesco in Augusta si crede come anche in altre parti [2] . del panno che c' è tagli .V. Reuerentia meglio che li pare, forse [a] per il Padre Vrtado de altra banda si li darebbe un Todesco.

Non hauemo riceuuto li [b] [?] quadrimestri di Praga [c] ne di Vienna altro che una Copia forse che non haueueno receuuto quella formula del scriuere. V. Reuerentia gli la facci hauer' [3]. De Augusta, ò scriua la Reuerentia V. ò faccia scriuere le Quadrimestre sue [4] per che altri [d] par sanno [e] più di [f] [?] noi di quelli il che dico per che

De ratione erga universitatem vindobonensem se gerendi et de scholasticis nimiis scholis non gravandis reverentia vestra, prout ipsi visum erit, patrem Victoriam moneat; ac fortasse magis expediet Vindobonae philosophiae tradendae officium ea ratione, quam Ingolstadii adhibere incipiunt, suscipere, quam alteram scholam alteri opponere [1].

Sacerdotem aliquem germanum utilem futurum esse Augustae (sicut in aliis quoque regionibus) facile credimus [2]. Pannum igitur, qui suppetit, ut optimo secari censueris, reverende pater, secato. Fortasse pro patre Hurtado ex altera regione Germanus aliquis tibi dabitur.

Litterarum quadrimestrium et pragensis collegii et vindobonensis singula tantum exempla, non plus, accepimus, idque fortasse eo, quod formulam illam scribendi non acceperant; quam reverentia vestra ipsis mittet [3]. Augustanae domus litteras quadrimestres reverentia vestra aut ipsa scribat, aut scribendas curet [4]; externi enim plus

[a] fore *ap.* [b] *Sic ap.; sed quae sequuntur, ostendere videntur, scribendum fuisse* delli *vel potius* delle. [c] Pragra *ap.*
[d] *Sic omnino videtur corrigendum;* altro *ap.* [e] s' hanno *ap.* [f] *Sic ap.;* che?

[1] Cf. supra p. 37. 52. 54. *S. Ignatius* a. 1555 P. Hieron. Natalem, quem „visitatorem" in Germaniam mittebat, hoc quoque videre iussit, num fieri posset et conveniret, ut Societas universitatis vindobonensis administrationem susciperet. *Natalis* autem Venetiis 6. Iulii 1555 ad Ignatium hoc, praeter alia, de rebus Vindobonae a se gestis rettulit: „Del modo di vnirsi vna parte della vniuersità di Vienna, cioè de theologia, philosophia, et lingue, ho lassata instruttione (Epistolae P. *Nadal* I, 281. 315).

[2] Polancum hic memoria fefellisse videtur; nam Canisius collegio ingolstadiensi (non augustanae Societatis domui) huiusmodi sacerdotem utilem fore scripserat; vide supra p. 54.

[3] De „formula scribendi" vide *Can.* Epp. II, 582[4]. 601. * *Polancus* Victoriae, Roma 8. Februarii 1561: „Vna sola copia [di] quadrimestri hauemo riceuto del Collegio di Vienna, et almeno bisogneria fossino .IX. se gia di là non mandassino li dui di Francia et Fiandra" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 300).

[4] Augustanae domus, et paulo ante incohatae et paucissimos Socios habentis, „litterae quadrimestres" usque ad id tempus datae non erant; vide infra, monum. 232.

questi giorni uenne una lettera de uno delli signori Fugari, nella quale diceua d' uno Predicatore Heretico[a] che sentendo la predica di .V. R. haueua detto non poter' resistere alla verità, et altre cose[1] che furono referite à .S. Santità et li dettero grande consolatione, come anche alli Cardinali et mi referi il Cardinale di Augusta ch' haueua detto il Papa da se stesso de uoler' concedere tutte le gratie spirituali che per Vostra Riuerentia et per la compagnia fossero recercati, et cosi li hauemo dato la lista de gratie quali spero haueremo[2], non so si con questa potrò auisar' del particolare, in questo mezzo, circa delectum[b] Ciborum penso di hauer mandato quello che concesse sua santita cioè che quando il Capo di famiglia non uolessi dar' cibi Quadragesimali potessino li figlioli moglie seruitori aiutarsi delli Cibi prohibiti senza scropolo, del resto si scriuera come haueremo chiarezza. La communicatione delle buone opere della Compagnia se mandera per quel signore bruno, et per la signora contessa[3], et si non questa settimana non penso passera l' altra.

Per il Collegio Germanico gia scrissi si poteuano mandare doi, et quantunque c' è grande strettezza di loco dice nostro Padre che si potranno stender' insino à tre ò quattro in tutti per adesso[4], et

de istis scire videntur quam nos; id quod eo dico, quod hisce diebus epistula unius ex dominis Fuggeris huc allata est, in qua is dicebat haereticum quendam contionatorem, cum R. V. audiret contionem, resistere se veritati posse negasse, atque etiam alia narrabat[1], quibus ad sanctitatem suam relatis et ipsa et cardinales magno solacio affecti sunt. Ac cardinalis Augustanus mihi rettulit, summum pontificem sua sponte dixisse, se, quicquid gratiarum spiritualium pro reverentia vestra et pro Societate a se peteretur, concessurum esse; quare gratiarum illarum indiculum ei dedimus; quas nos accepturos esse spero[2], nec tamen scio, num singulatim eas recensere his litteris possim. Interea, quod ad delectum ciborum attinet, me, quae sanctitas sua concesserat, istuc misisse puto: ut, si paterfamilias cibos quadragesimales suis dare nollet, et liberis et uxori et famulis prohibitis cibis sine dubitatione uti liceret; reliqua, ubi edocti erimus, ad vos perscribemus. Mittentur etiam litterae, quibus et dominus iste Brunus et domina comitissa[3] bonorum operum Societatis participes efficiantur. Quae si hac hebdomade missae non erunt, eas, antequam proxima praeterierit, missum iri opinor.

In collegium germanicum duos mitti posse iam scripsi; quod licet magnas loci angustias patiatur, pater noster dicit, vos in praesens mittendorum numerum universum usque ad tres vel quattuor extendere posse[4]; e quibus unus Christophorus

[a] *Hoc vocabulum manu librarii in marg. additum est.*
[b] circa del lectum *ap.*

[1] Epistula haec ad Ottonem cardinalem Augustanum vel a Georgio vel a Marco Fuggero (de quibus vide supra p. 16[1]. 55) data esse videtur.
[2] De hoc indiculo plura paulo infra. Vide etiam infra, monum. 230.
[3] De Conrado Bruno ac de Ursula Fuggera vide supra p. 38. 55.
[4] Collegium germanicum tunc domum, quo loco nunc ecclesia S. Ignatii de Loyola est, prope templum S. Machuti Bergomatium (San Maut de' Bergamaschi) sitam incolebat. Quod aestate a. 1560 7, m. Iulio a. 1561 17 „alumnos" habebat,

di questi sarà uno quel Christophoro, ueda la Reuerentia .V. se il secondo sarà quel de Praga[a], di .15. anni del quale scriue il Rettor', forse scriuero quì al medesimo et anche al Rettor' di Monachio[1].

La Copia d' una lettera di nostro Padre che quì rimando pare sia mandata per errore .V. Reuerentia mandi quanto prima il uoto suo, et de gl' altri professi di sua prouincia[2]. Jn questo ci raccomandiamo tutti molto nell' orationi di .V. Reuerentia et tutti quelli che in Augusta sono della Compagnia nostra. Di Roma il primo di Marzo 1561.

Questa settimana si sono fatti .18. Cardinali et fra quelli il Vescouo Varniense[3], tutti tutti[b] [?] li faccia dio Nostro Signore buoni, et fideli ministri di sua Chiesia.

---

ille erit; videat autem reverentia vestra, num pragensis ille iuvenis 15 annorum, de quo rector ille scripsit, secundus futurus sit. Fortasse cum hac epistula litteras ei rectori atque etiam monacensi mittam[1].

Litterarum quarundam patris nostri exemplum, quod vobis remitto, per errorem huc missum esse videtur. Reverentia autem vestra suam ceterorumque provinciae suae professorum sententias quam primum ad nos mittat[2]. Interea omnes reverentiae vestrae et ceterorum de Societate nostra, qui Augustae degunt, sacris precibus vehementer nos commendamus. Roma kalendis Martiis 1561.

Hac hebdomade 18 creati sunt cardinales atque inter hos episcopus varmiensis[3]. Quos Deus et dominus noster omnes omnino[b] [?] ecclesiae suae bonos et fideles ministros efficiat.

---

[a] Pragra *ap.* [b] *Sic ap.; sed alterum* tutti *fortasse a librario additum est.*

---

quibuscum a. 1560 32, a. 1561 35 „convictores“ suis impensis vivebant (Card. *Andr. Steinhuber* S. J., Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom I [Freiburg i. Br. 1895], 47). [1] PP. Paulo Hoffaeo et Theodorico Canisio.

[2] Cum Sanctus Ignatius, ut generalis Societatis praepositus perpetuus esset, constituisset (Constitutiones P. 9, c. 1, n. 1), ipso mortuo et Lainio (a. 1558) praeposito electo Paulus IV. praepositi potestatem ultra triennium esse vetuerat. Quamquam autem Paulo a. 1559 vita functo doctissimi quique et legum peritissimi Romae viri pronuntiabant, Societatem praecepto illo iam non teneri, immo observare debere, quae de praepositi perpetuitate constitutionibus sancita essent, Lainius tamen, muneris ponendi cupidissimus, Roma 17. Septembris 1560 ad omnes Societatis professos in Europa degentes litteras dedit, quibus Christi nomine singulos expensis, quas in utramque partem exponebat, rationibus et aliis, si quae forte occurrerent, sententiam suam Romam mittere iubebat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 2, n. 61; l. 4, n. 12—22 *Gius. Boero* S. J., Vita del Servo di Dio P. Giacomo Lainez [Firenze 1880] p. 197—198. 205—215). Lainii litteras, ex archetypo castellano (ut ipse scribit) italice redditas vulgavit *Dan. Bartoli* S. J., Dell' Istoria della Compagnia di Gesù . L' Italia. l. 4, c. 10 [in editione Augustae Taurinorum a. 1825 facta IV, 128—133]); alteram eiusdem archetypi versionem italicam posuit *Boero* l. c. p. 207—213; tertiae versionis, quae a duabus modo memoratis, si verba, non rem spectes, plurimis locis discrepat, quaeque ipso a. 1560 vel 1561 a Polanco in Germaniam missa esse videtur, *apographum in collegio ingolstadiensi a. 1560 vel 1561 (ut videtur) scriptum exstat in cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 77[b]—78[b]; epistulae castellanae pars praecipua nuper typis exscripta est in „Epistolis *P. Nadal*“ I, 475[1].

[3] De horum cardinalium, inter quos praeter Hosium eminebant Hieronymus Seripandus O. Er. S. Aug., Ludovicus Simonetta, Antonius Perenottus Granvellanus,

Nota: Una cum his litteris Canisio missae sunt duae * epistulae iisdem kalendis Martiis 1561 Lainii nomine a *Polanco* datae, una ad P. Theodoricum Canisium, rectorem collegii monacensis, altera ad P. Paulum Hoffaeum, pragensis collegii rectorem. Polancus in illa: „Circa la promotione alli ordini sacri de Michaele Mario, Lorenzo, et Gasparo, et di questo ultimo etiam nel sacerdotio la Reuerentia .V. lo tratti et concluda co' l Padre Prouintiale à chi tocca questa resolutione." Et paulo infra: „Del bisogno d' un prete scriua la .Reucrentia .V. al Padre Prouintiale che l' agiuterà si puó, se non potrà facciasi il meglio che si puo. . . Ci ralegramo in Domino del studio che si mette nella lingua Todesca . . . l' offitio del Rettor' li manderà il Prouintiale". Idem Hoffaeo: „L' ufficio del Rettore mandara alla Reuerentia V. il padre Prouinciale, al qual si manda questa settimana o la seguente" (ex apographis eiusdem temporis; apographo pragensi kalendae Februariae temere ascriptae sunt. Cod. „Germ. 1559" f. 308[b].)

Canisius Lainio per P. Hurtadum rescripsit 15. Martii 1561.

525.

CANISIUS

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

rectori collegii vindobonensis.

Augusta Vindelicorum ineunte vel medio m. Martio 1561.

Ex *Victoriae* epistula autographa. Cod. „G. Ep. II", f. 25[b].

Logicae schola e vindobonensi collegio in pragense transferenda.

Victoria de „consilio", quod Canisius cum „consultoribus" suis ceperat, efficiendi, ut logicae schola ex collegio vindobonensi in pragense transferretur (v. supra p. 52), Vindobona 19. Martii 1561 ad Lainium scripsit: „Quanto à quello di mutar il corso della philosophia di qua come pare al Padre Prouincial et quelli altri padri qua si sono trouatae altre ragioni per confirmatione[a] [?] *della lor opinione, ben che loro non hanno mandate qua le suae ne sapemo altro saluo che questo corso qua et questi studij sono molto contra il desyderio et voler dil Padre Canisio, la causa non intendiamo, et se hauessemo seguitato senza interpretatione la lettera gia non saria qua memoria di quello, pero non, e, parso si douesi intender cosi come le lettere sonauano."*

---

[a] *Ita quidem V.; sed ex iis, quae in initiis epistularum 22. Mart. et 26. Apr. 1561 a Pol. ad Can. et 5. Apr. 1561 ab Hurtado Canisii nomine ad Lain. datarum dicuntur, concluseris, Vict. scribere voluisse* confutatione.

---

creatione 26. Februarii 1561 habita copiose scripserunt *Alph. Ciaconius* O. Pr. et *August. Oldoinus* S. J., Vitae, et res gestae Pontificum Romanorum et S. R. E. Cardinalium III (Romae 1677), 904—945. Eosdem recenset *L. de Mas Latrie,* Trésor de Chronologie (Paris 1889) col. 1219.

526.

PIUS IV.,

Pontifex Maximus,

CANISIO.

Roma 5. Martii 1561.

Ex apographo (A), eodem fere tempore, ut videtur, scripto (4°; 1 pag.) et sic inscripto: „Exemplum Epistolae Sanctissimi Domini nostrj ad R. P. Canisium" (eadem fere inscriptio in pagina aversa apographi bis repetita est); quod exemplum fortasse illud ipsum est, quod ex archetypo transcriptum Canisium 22. Martii 1561 Augusta ad Lainium misisse paulo infra videbimus.

Tria apographa saeculo XVII. (ut videntur) scripta (B, C, D) exstant Monachii in codd. „Keller, Can. 1.", „Keller, Can. 2." f. 24[b]—25[a], „Keller, Can. 3." f. 16[b] ad 17[a]; de quibus codicibus v. *Can.* Epp. I, LV—LVII; B a P. Iacobo Bidermann S. J. (1578—1639) scriptum esse videtur. Alterum apographum (E) antiquum (saeculo XVII. vel XVIII. scriptum) exstat Monachii in cod. „Lat. 1606" (v. *Can.* Epp. I, LVII) f. 95[a]; in cuius folii pagina aversa apographum cernitur diplomatis a M. „Lucio Gremler" notario caesareo scripti (annus ascriptus non est), quo is exemplum quoddam harum litterarum cum litteris archetypis collatum esse etc. affirmat.

Epistulam posuerunt etiam: *Matth. Raderus* S. J., De vita Petri Canisii (Monachii 1614) p. 113—114; *Sacchinus,* Can. p. 183—184; *Io. Euseb. Nieremberg* S. J., Ideas de virtud en algunos claros varones de la Compañia de Jesus I (Madrid 1643), 586; *Giac. Fuligatti* S. J., Vita del P. Pietro Canisio (Roma 1649) p. 83—84 (italice); *Io. Dorigny* S. J., La vie du Reverend Pere Pierre Canisius (A Paris 1707) p. 194—195 (gallice); *Petr. Python* S. J., Vita R. P. Petri Canisii S. J. (Monachii 1710) p. 183—184; *Ign. Agricola* S. J., Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris I (Augustae Vindelicorum 1727) Dec. 3. n. 74; *Hier. Lagomarsinius* S. J., Julii Pogiani Sunensis Epistolae III (Romae 1757), 76; *Reiffenberg* l. c. Mant. p. 23; *Long. degli Oddi* S. J., Vita del Venerabil Servo di Dio il Padre Pietro Canisio l. 2, c. 4 (Ed. nova [Torino 1829] p. 196—199) (italice); *Boero,* Can. p. 236—237. 470—471 (italice et latine); *Riess* l. c. p. 282—283 (germanice); *Michel* l. c. p. 251 (gallice); *Joh. Jac. Hansen*, Das Leben des seligen Petrus Canisius (Paderborn 1898) p. 68 (germanice); *E. Seguin* S. J. et *H. J. Allard* S. J., Leven van den gelukzaligen Petrus Canisius S. J. (Nijmegen 1898) p. 163 (neerlandice); alii complures.

Canisium laudat, quod plurimos protestantes ad ecclesiam reduxerit, et, ut coeperit, pergere iubet; se, si quid ad eam rem conferre possit, concessurum.

Dilecto filio Petro Canisio, ordinis Societatis JESV Christi [a].

Pius PP. IIII[us] [b].

Dilecte fili [c], salutem, et Apostolicam benedictionem. Ad aures nostras. dilecto filio nostro Othone Cardinali [d] Augustano referente, peruenit: quo studio, qua diligentia: qua charitate des istic operam: ut quamplurimos eorum, qui haereticorum fraudibus decepti, a recta

---

[a] *Inscriptio haec deest ap. Rad. Pyth. Lag. Agr. Reiff.*

[b] *Hoc nomen deest ap. P. Ag. L. Re.*

[c] *4 vv. sqq. desunt ap. eosdem.*

[d] Cardinale *Ra.*

religione aberrarunt: in salutis uiam reducas[a]: quantum etiam superna cooperante gratia proficias. Magnae nobis consolationi fuit tam optatus nuncius. Agimus Omnipotenti Deo[b] gratias: qui pro sua misericordia tam multos[c] iam[d], sicut audimus[e], per ministerium praedicationis tuae[f] in Ecclesiam Catholicam reuocarit[g]. Insta fili, ut coepisti, et enitere: ut quam maximum[h] animarum lucrum facias. Vrge tam piam, tam sanctam negociationem[1]. Noli defatigarj[i] in tam sancto opere: sedulitatis tuae ab eo, cui famularis[k], id[l] praemium laturus: quod bonis, et fidelibus seruis[2] suis promisit. Si quid uero a nobis desideras[m]: quod conferre aliquid[n] posse credas ad animarum salutem: libenti animo quicquid postulaueris concedemus.

Datum[o] Romae apud[p] sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die .V. Martij 1561 Pontificatus nostri Anno secundo[q].

Antonius[r] Florebellus Lauellinus[s].

Qui Pii IV. iussu has litteras conscripsit, Antonius Florebellus (Fiordibello, Fiorabelli) mutinensis, a. 1558—1561 episcopatum lavellinum (Lavello, Italiae meridionalis urbs) tenuit, Reginaldo cardinali Polo, Paulo IV., Pio IV. ab epistulis fuit, Iacobi cardinalis Sadoleti, cui valde familiaris erat, vitam scripsit (*Gaet. Moroni,* Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica XXIII, 61. 67; XXXVII, 207; LX, 137; LXIII, 267; XCVII, 180; *Pius Gams* O. S. B., Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae [Ratisbonae 1873] p. 889; *Ath. Zimmermann* S. J., Kardinal Pole [Regensburg 1893] p. 303).

Litterae hae ab Ottone cardinali Augustano Roma ad Canisium missae sunt (v. infra p. 88). Qui pontifici rescripsit 10. Maii 1561.

Asserit quidem *F. J. Lipowsky,* Canisium sub hoc tempus a Pio IV. non solum his litteris, sed etiam verbis in consistorio cardinalium prolatis laudatum esse (Geschichte der Jesuiten in Schwaben I [München 1819], 46); verum hoc in fontibus non invenio.

527.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 8. Martii 1561.

Ex epistulae Polanci ad Victoriam datae (de qua infra) apographo eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1559" f. 317[b].

[a] *Re. perperam:* reducat. [b] Deo *non est apud Ra. P. Ag. L. Re.*
[c] *Ra. perperam:* multas. [d] *Non est in B C D Re.*
[e] audiuimus *B Ra. S. P. Ag. L. Re.* [f] *B C haud recte:* suae.
[g] revocavit *P. Ag. L.* [h] *Re. perperam:* ut quamprimum.
[i] fatigari *P. Ag. L. Re.* [k] *Re. perperam:* familiaris.
[l] *Deest apud P. Ag. L. Re.* [m] desideres *L. Re.*
[n] aliquid *deest apud P. Ag. L. Re.* [o] Datae *E.* [p] ad *B.*
[q] apud S. Petrum etc. *L.;* apud S. Petrum, etc. 1561, 5 Martii *Re.*
[r] *Hoc nomen et 2 sqq. suppleta sunt ex B C E Ra.; desunt in A Sa. Ag. Re.*
[s] *Ra. haud recte:* Iauellinus.

[1] Luc. 19, 13. 15. [2] Matth. 25, 21. 23. Cf. Luc. 19, 17.

Polancus Victoriae, Roma 2. Aprilis 1561: „Il Dottor Lamberto [Auer] scriue il Padre Prouintiale si restituirà à Vienna."

Canisium aut 8. aut 15. Martii 1561 hoc scripsisse ex Polanci litteris 29. Martii 1561 ad ipsum datis patet; cum autem in Canisii epistula 15. Martii ad Lainium data id non appareat, in altera illa (quae perisse videtur) scriptum esse dicendum est.

528.

P. LEONARDUS KESSEL S. J.,

collegii coloniensis rector,

CANISIO.

Colonia 9. Martii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis, ab ipso *Kesselio* scripto et sic inscripto: „ad p. Canisium". Cod. colon. „Kess." f. 77^{b}—78^{a} (in a. 1561 f. 9^{b}—10^{a}).

Epistulam, paucis rebus omissis, primus ex eodem apographo vulgavit *Hansen* l. c. p. 383—384.

Collegium Canisii opera Carthusianis et archiepiscopo commendatum. „Tragoediae" a senatu urbis et ab academicis excitatae. Canisius nimis urget reditum P. Thyraei Treveris faustissime contionantis. Collegium moguntinum. Novicii.

— — Recepimus literas ad p. priorem Carthusiae[a] [1] datas, quas cum legisset misit ad Reuerendissimum nostrum[2], cui fuerunt gratissime, quod ipso[b] facto breui spero declarabit.

Hisce diebus habuimus cum[c] [?] Senatu quandam tragediam, plus enim exigebant a nobis pro Collegio quam in prima conuentione statutum erat, sed pacauimus eos numeraturi 30 aureos[3], quod cum Reuerendissimus noster intellexisset et amici egre admodum tulerunt.

Facultas artium et praeceptores omnes conspirauerant aduersum nos, vt cursum artium nostrorum impedirent, sed patientia nostra sedauit tempestatem, ita vt in nullo obfuerint nobis[4].

---

[a] Carthusianorum *H.* [b] ipse *H.* [c] *Ita etiam H.*; in?

---

[1] Gerardum Hammontanum; cui Canisius collegium coloniense commendabat; vide supra p. 7. 41. [2] Ioannem Gebhardum a Mansfeld.

[3] Cum mense Novembri a. 1556 „bursa nova Coronarum" Sociis coloniensibus (P. Ioanni Rethio) ea lege locata esset, ut singulis annis 25 florenos aureos senatui solverent nec tamen hi — gratis enim pueros docebant, et inopia premebantur — primis quattuor annis quicquam solvissent, 14. Februarii 1561 a senatu constitutum erat, ut Iesuitae 100 illos aureos nondum solutos solvere ac deinceps maiorem pecuniam annuam pendere iuberentur. Die 17. Februarii iisdem a senatu 30 aurei annui impositi sunt, tempore ad reddendum debitum prorogato (*L. Ennen*, Geschichte der Stadt Köln IV [Köln und Neuss 1875], 699. *Reiffenberg* l. c. I, 92[q]. *Hansen* l. c. p. 383[3]).

[4] P. Ioanne Rethio pro more, ut in novo Coronarum gymnasio regendo confirmaretur (quod gymnasium maxime frequentabatur), petenti negotium facessebant (*Hansen* l. c. p. 384[1]. *Fr. Ios. v. Bianco*, Die alte Universität Köln I [Köln 1855], 902).

Pater noster prouincialis [1], nobiscum Coloniae agit, scripsisset ad R. V. si ausus fuisset, timet R. V. illi offensam, propter Doctorem Hermannum quem Treuerenses hactenus detinuerunt [2], querelas R. V. aduersus patrem prouincialem ex literis R. V. ad Colonienses scriptis satis etiam intelleximus, nescio an omnes ad quos R. V. querulosas literas dedit fuerint satis aedificati,

auditores quos habet D. Hermannus Ecclesia, et si ampla sit non capit, aliquot [a] milia virorum semper praesentes sunt, mulieribus exceptis. Treuerenses putant celitus sibi hunc hominem missum. non audiuimus D. Hermannum tale aliquid in Superiori Germania praestitisse.

Non sunt 2. menses ex quo Treuerense Collegium inceptum est, et iam duo ibidem sese Societati adiunxerunt quorum vnus Canonicus est [3],

ostendat queso R. V. nobis solitam suam Charitatem, non parum vtilitatis adferrent toti germanie tria ista Collegia principum electorum, si in ordine essent, sicut breui futurum speramus, nec paucos aliquando fratres R. V. ex istis Collegijs recipiet, nam multi hic Societati sese offerunt et plures quam Collegium nostrum capere potest,

ignoscat mihi R. V. de mea libertate nimia, non dubito quin R. V. ista melius cogitet et intelligat, quam ego possem scribere.

Cras noster regens [4] Maguntiam proficiscetur, Materno [5] hac hebdomada satisfaciemus.

9 Martij.

Nomen suum quidem Kessel harum litterarum apographo non subscripsit; at et haec ipsa res (v. supra p. 5. 7. 16), et totus sermo ipsum epistulae auctorem esse manifestant. Anno autem 1561 eam scriptam esse tum ex loco codicis, quo eius apographum positum est, tum ex rebus, quas continet, facile patet.

529.

CANISIUS

P. ANTONIO VINCK S. J.,

rectori collegii treverensis.

Augusta Vindelicorum sub medium m. Martium 1561.

Ex *Vinckii* et *Mercuriani* epistulis autographis. Cod. „G. Ep. II." f. 188ᵃ. 142ᵃ.

P. Thyraeum Treverensibus cedit. Magistros Colonia sibi mitti cupit.

---

[a] aliquod *apogr.*

---

[1] Everardus Mercurianus.

[2] P. Hermannum Thyraeum dicit; de qua re vide supra p. 2 [4]. 6 [2]. 20. 39.

[3] P. *Antonius Vinck,* collegii treverensis rector, Treveris 19. Martii 1561 Lainio scripsit, admissos esse duos novicios gallice loquentes, unum e patria Mercuriani (Méricourt, nunc provinciae luxemburgensis regni belgici), alterum haud procul ab eadem ortum, atque hunc 25 fere annos natum, sacerdotem, canonicum nassoviensem esse (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 188ᵃ).

[4] Rethius; vide supra p. 43. [5] Cholino typographo; vide supra p. 43.

P. Antonius Vinck S. J., collegii treverensis rector, Treveris 19. Martii 1561 Lainio de P. Hermanno Thyraeo (cf. supra p. 67) haec, praeter alia, scripsit: „Jl Padre Canisio si ha scritto che volo hauere patientia cum noi et lassarsi per alchuno tempo lo Dottore hermanno atteso il grande frutto et desidera in recompensa alchuni magistri del collegio de colonia per li collegij della sua prouincia.“ Similiter P. Everardus Mercurianus S. J., Germaniae inferioris praepositus provincialis, Lainio scripsit Colonia 16. Aprilis 1561: „Jl padre Canisio scrisse al padre Antonio dicendo che essendo il padre Hermanno tanto vtile li et tanto richiesto, che si contentaua restasse li ad tempus, et in ricompensa di quello ne patisce suoa prouincia chiedeua alcuni giouani di questo Collegio.“

530.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 11. (vel 12.) Martii 1561.

Ex apographo (A), quod eodem fere tempore in collegio S. J. ingolstadiensi a P. *Nicolao Lanoio,* eiusdem rectore, scriptum est. Cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 78[b]—79[a].
Alterum epistulae Polanci apographum (B), idque eodem tempore in Italia scriptum, cui in margine adnotatum est: „Augusta Padre Canissio“, exstat in cod. „Germ. 1559“ f. 313[a]. Indiculi autem facultatum apographum (C) eodem tempore Augustae in ipsius Canisii usum (ut omnino videtur) scriptum superest in cod. „Can. X Sa.“ f. 190[b]—191[a]. Aliquae etiam ex his facultatibus a P. *Hurtado Perez* S. J. in litteris Canisii iussu 11. Aprilis 1561 ad Lainium missis, ipsis illis Polanci verbis prolatis, memorantur; quas litteras infra proponemus.

Facultates a Pio IV. Sociis concessae: Absolvendi ab haeresi et librorum prohibitorum lectione, libros prohibitos retinendi, ieiunii legem relaxandi, breviarium quinonianum concedendi, cum infidelibus et haereticis commercium habendi et coram eis sacrum faciendi. Omnia gratis praestanda. Bulla Coenae. Quibus facultates illae concedendae sint.

Pax Christi[a].

Non hauemo riceuuto lettere di V. R. questa settimana passata è pero non ee[b] altro da dirli, se no che si manda qui la gratia ottenuta da sua Santita per nostro Padre il quale diputa la R. V. et quelli che lei diputarà per absoluere et dispensare[c] nelli casi che

---

Pax Christi. Cum superiore hebdomade litterae R. V. nobis allatae non sint, aliud, quod ipsi dicamus, non est, nisi nos gratiam mittere, quae a sanctitate sua per patrem nostrum impetrata est; qui R. V. et quos ipsa designaverit, ad absol-

---

[a] *Haec 2 vocabula in B desunt.* [b] *Ita (=* c' è*) recte B;* nè *A.*
[c] *Sic recte B;* dispensari *A.*

in questa carta inclusa uederà . et pareria bene a nostro Padre che fossino diputati li Rettori per le dispensationi[a] et per le absolutionj non solamente li Rettori ma etiam li confessori che[b] V. R. o il Rettore diputara et la copia di questa gratia con la diputatione mandi la R. V.[c] alli suoi Collegij[d]. Se non andaranno qui quelle patenti per che nostro Padre non è in casa per sotto scriuerle, andaranno il sabbato che uienne piacendo à Jddio[1]. et per esser molto tardo non diro altro se non che mi raccomando molto nelle orationi et sacrificij di V. Reuerentia et delli padri hurtado et guigliermo. Di Roma li 11[e] [?] di Marzo 1561[f].

di V. R. seruo in christo

Per commissione di nostro P. Preposito. Johanne di Polanco.

vendum et dispensandum designat in casibus, quos in charta his litteris inclusa scriptos conspicies. Ac patri quidem nostro rectores videntur designandi esse ad dispensationes, ad absolutiones vero non solum rectores, sed etiam confessarii, quos vel R. V. vel rector designaverit. Cuius gratiae exemplum una cum designatione R. V. collegiis suis mittat. Quodsi gratiae illius diplomata, cum pater noster extra domum versans ea subscribere non possit, cum hac epistula non mittentur, proximo sabbato Deo propitio mittentur[1]. Nec, cum valde multa iam dies sit, aliud dicam nisi me reverentiae vestrae ac patrum Hurtadi et Guilielmi orationibus sacrificiisque magnopere me commendare. Roma 11.[e] [?] Martii 1561.

R. V. servus in Christo

Iussu patris praepositi nostri. Ioannes de Polanco.

Jhesus[g].

Die 10 Martij[h] in consistorio secreto[i] praesentibus Jllustrissimis ac Reuerendissimis dominis Car. de Augusta et Alexandrino[2] concessit summus Pontifex ea quae sequuntur praeposito generali Societatis Jesu dando facultatem eidem[k] ut alias personas deputet de eadem Societate quae eadem autoritate utantur ita tamen ut iuxta nostrum institutum[3] gratis omnia praestentur[l] siue quae ad absolutiones[m] siue quae ad dispensationes[n] pertinent, alioquin inualidum erit quicquid praestabitur[o].

[a] li despensationi *B.* [b] *Ita recte B;* che per *A.* [c] *Sic B;* la R. *A.*
[d] *Quae sequuntur, usque ad* Di Roma *excl., in A omissa, ex B suppleta sunt.*
[e] 12. *B; vide quae sub ipsam hanc epistulam notabuntur.*
[f] *Omnia vv. sqq. in B desunt.*
[g] *In C loco huius vocabuli scriptum est:* Concessiones 10 Martii obtentae.
[h] *Ita C; A perperam:* Maij. *Cf. supra p. 61. 68.* [i] *Deest in C.*
[k] eidem dando facultatem *C.* [l] praestent *C.* [m] absolutionem *C.*
[n] dispensationem *C.* [o] praestabunt *C.*

[1] Ea (a Polanco subscripta) cum ipsa hac epistula missa esse ex Polanci litteris proximo sabbato (15. Martii) ad Canisium datis colligere licet.
[2] Ottone Truchsess et Michaële Gislerio (Ghislieri) O. Pr. supremo inquisitore (qui postea Sanctus Pius V. fuit).
[3] *Constitutiones* Societatis Iesu P. 6, c. 2, n. 7; P. 10, n. 5.

Primum concessa est facultas absoluendi a casibus haeresis uel lectionis librorum prohibitorum et alijs contra fidem prout a .PP. Julio .3 concessum Societati fuerat [1], et huiusmodi concessionem minime reuocari etiam per Bullam in caena domini singulis annis legi consuetam expresse declaratum est [2], iuxta qualitatem tamen criminis vel [a] [?] personae, debet fieri abiuratio in forma iuridica [publice vel priuatim] [b].

2° concessa est facultas dispensandi in tota Superiore Germania (quae ad Austriam, Bohemiam et alias Septentrionales regiones illarum partium se extendit [c]) ut possint retineri libri quidam prohibiti in Jndice (si non essent de dogmatibus haereticis) in vsum suum.

3° conceditur facultas dispensandi cum quibusdam tam in Germania quam in alijs locis ubi expedire iudicabitur circa ieiunia. quia non facile homines inducuntur ad ieiunandum praecipue ad totam quadragesimam. Hoc tamen cum ordinario [3] conferendum est.

4° similiter conceditur facultas dispensandi specialiter in Germania et alijs regionibus Septentrionalibus ut possit dici officium nouum [4] extra chorum, conferendo etiam cum ordinario.

.5. Quia multi de Societate mittuntur ad terras [d] jnfidelium, Hereticorum uel Schismaticorum, uel certe ubi magnus huiusmodi hominum numerus est, conceditur facultas conuersandj cum talibus et missas celebrandi sine scrupulo, licet in ecclesijs ubi celebrantur adsint huiusmodj homines infideles, haeretici uel Schismatici. Hoc tamen conceditur ubi necessitas ad id adstringit, et periculum esset maioris scandali, si aliter fieret [5].

Johannes de Polanco [e].

[a] *Ita A; sed malim legere* ac, *quod est in C.*
[b] *Haec supplenda esse et ipsa res suadet,* et *C., quod habet:* Debet tamen fieri abiuratio in forma iuridica publice vel priuatim iuxta qualitatem criminis ac personae.
[c] extendunt *C.* [d] terram *C.* [e] Palanco *C.*

[1] Iulius III. litteris Roma 22. Octobris 1552 datis praeposito generali Societatis Iesu et Sociis per eum designandis concessit confirmavitque facultatem „quoscumque a casibus haeresis et aliis contra fidem, et consequentibus censuris quibuscumque . . absoluendi, et quatenus opus sit, in foro conscientiae dispensandi“ (*Litterae* apostolicae p. 73).

[2] In „Bulla Coenae“ edicebatur, ne quis haereticus etc. per alium quam romanum pontificem, nisi „in articulo mortis“ constitutus, absolveretur. Cf. *Bullarium* Romanum VI (Taurini 1860), 223.

[3] Cum episcopo dioecesis vel eius vicario; vide infra p. 83.

[4] Brevius illud „breviarium sanctae Crucis“ sive „quinonianum“, de quo vide *Can.* Epp. I, 196 [2]; II, 702. 881, et *Epistolas* mixtas I (Matriti 1898), 56. 70. 90. *Lainius* in * libello supplici, de quo infra post ipsam hanc epistulam dicetur, facultatem petierat hoc officium permittendi aliquibus, „perche non si lasciano persuader di dir l' altro, dicendo molti dottori Catolici di là, che sia lecito senza dispensa dirlo“.

[5] Notandum, hic non distingui excommunicatos „vitandos“ (i. e. nominatim excommunicatos denuntiatosque ac notorios clericorum percussores) et „toleratos“, de quibus iam a. 1418 Martinus V. „omnibus Christi fidelibus . . . misericorditer

Nota: In apographo quidem italico dies 12. Martii huic epistulae ascriptus est; sed Polancus 15. Martii 1561 Canisio scripsit, gratias illas „martedi passato" — qui dies 11. Martii erat — Augustam missas esse. Diebus Martis tabellarii publici Roma in inferiorem Germaniam proficisci soliti esse videntur [1].

Notandum est, et Pium IV, cum de Canisii laboribus ac de fructibus ab eo collectis certior factus esset, se, quicquid gratiarum a se peteretur, Societati concessurum promisisse (v. supra p. 61), et Lainium, quas gratias peti conveniret, magnam partem ex Canisio didicisse (v. supra p. 3. 21). Quare etiam *Lainius* * libellum supplicem, quo a Pio IV. eas petebat, sic exorsus est: „Beatissimo Padre. Come per l' informatione del Dottor Canisio et l' esperientia uediamo, sarebbe per molto seruitio de Dio et aiuto di molte anime, se alcuni de nostrj hauessino da V. Santità le gratie sequentj in foro conscientiae et uiuae uocis oraculo tantum" (ex apographo totius libelli, eodem fere tempore scripto, quod est in cod. „Can. X Sa." p. 191—193).

Hae facultates magis explicantur litteris Roma 26. Aprilis 1561 a Polanco ad Canisium datis. Earum aliquae postea receptae sunt in * libellum *„Facultatum septentrionalium"* in v. Bulla Coenae n. 1, Haeresis n. 5, Libri prohibiti n. 1 (Cod. „I. E. 5").

Canisius Lainio rescripsit 11. Aprilis 1561.

531.

P. HURTADUS PEREZ S. J.

nomine Canisii

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 15. Martii 1561.

Ex autographo (2°; $3^1/_2$ pp.; in p. 4. inscr. et pars sig.). Cod. „G. Ep. II" f. 97^a—98^b.

Epistula usi sunt: *Sacchinus,* Can. p. 175—178. 187—188. *Boero,* Can. p. 224.

Canisii contiones et catecheses; auditorum frequentia et pietas; adversarii; conversi ad fidem; confessiones; exercitia spiritualia. Hurtadi valetudo. Collegia ingolstadiense, vindobonense, pragense. Litterae quadrimestres scribendae et emendandae. Capitulum cathedrale, ne Canisius avocetur, instat. Lutherani contionatores Canisium audiunt et pudore afficiuntur. Cardinalis Augustanus. Pius IV. facultates sacras Canisio promisit. Quas quam amplissimas esse necesse est: De breviario quinoniano, libris cibisque prohibitis, ieiunio. Breviarii et ieiunii neglectus. Collegium germanicum. Regulae rectoris et aeditui. P. Victoriae professio; probationes ante eam subeundae. Litterae indicae Maximiliano II. dedicandae. Dubia de Sociorum promotione etc. Nova collegia. Gallia. Principum conventus naumburgensis. Concilium. Collegium Augustae condendum. Fuggeri. Collegium treverense.

---

indulserat, quod nemo deinceps a communione alicujus in sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscumque divinis, vel extra . . . teneatur abstinere, vel aliquem vitare" (Sacrorum Conciliorum Collectio, ed. *I. D. Mansi* XXVII [Venetiis 1784], 1192).

[1] Cardinalis *Truchsess* Alberto V., Bavariae duci, Roma 7. Decembris 1560: „Dise gegenwirtige woch hab ich E. L. bey der Niderlendisch ordinari post am afftermontag . . geschriben" (*Ant. Steichele,* Archiv für die Geschichte des Bisthums Augsburg II [Augsburg 1859], 230).

Jhs

Pax Christi nobiscum Molto R. in Christo Padre.

Riceuete .n. P. Prouinciale [1] quella de V. P. del primo di Marzo. Alla quale mi comando io rispondesse . essendo che lui sempre è occupato, et adesso piu, il qual sopra le .4. ordinarie prediche la settimana [2], ha pigliato adesso assunto di predicar altre tre uolte dopo il pranso nella Dottrina Christiana, il che qua non si faceua, ambe due prediche molto grate al popolo et fruttuose per la gratia di N. Signore. il concurso et deuotione non si sminuisce per le contradittionj degl' aduersarij, ma si animano et edificano piu et confirmano nella fede, et non mancano di nouo chi si conuertano, quos uocat pater coelestis [3]. Sopra queste cure, il Venerdi et sabbato si suole occupar nel udir confessionj, et quasi ogni di deue andar fuora per dar l' essercitij ad vna signora di molta importanza [4], Dio nostro Signor li dia forze in utroque homine, ut possit omnia tela inimici extinguere [5]. l' è ordinario che l' interpellano communamente assai spesso. et cossi v. r. si degni perdonarli che non puo per se stesso scriuere.

Che la v. p. si degna racordar di me [6], ringratio molto humilmente, et prego mi raccomandi á nostro signore á cio facia profitto nel spirito, nel corpo non potrei dir per certo per adesso, se sto

---

Jhs

Pax Christi nobiscum. Admodum reverende in Christo pater.

Perlatae sunt ad patrem nostrum provincialem [1] P. V. litterae kalendis Martiis datae. Ad quas me iussit rescribere, quia ipse et semper et nunc maxime occupatus est; nam praeter 4 contiones solitas [2] modo ter singulis hebdomadis post prandium doctrinam christianam e suggestu exponere coepit, id quod hic facere non solebant; utrumque contionis genus et gratissimum populo et fructuosissimum est domino nostro iuvante. Ac tantum abest, ut adversariorum reclamationibus auditorum frequentia pietasque minuantur, ut et eorum animi erigantur et pietas augeatur et fides confirmetur; augetur etiam numerus eorum, qui ad fidem convertuntur, quos vocat pater coelestis [3]. Praeter has curas diebus Veneris et sabbatis peccatorum confessionibus excipiendis operam navare solet, et fere cotidie domo exire debet ad sacra exercitia dominae cuidam spectatissimae [4] tradenda. Cuius Deus dominusque noster et animum firmet et corpus, ut possit omnia tela inimici exstinguere [5]. Quem cum fere frequentius interpellare soleant, R. V. ei ignoscere dignetur, quod ipse scribere non potest.

P. V. valde demisso animo gratias ago, quod mei recordari dignatur [6]. Quae domino nostro, quaeso, me commendare dignetur, ut in animi pietate proficiam. Utrum autem meliore corporis valetudine utar an peiore, quam Pragae utebar, in

---

[1] Canisium dicit.

[2] Anno 1561 Canisius sacrae Quadragesimae tempore praeter 4 contiones usitatas singulis hebdomadis 3 catecheticas habebat; vide infra, monum. 248. 249.

[3] Matth. 5, 48; 15, 13 etc. Cf. Matth. 20, 1—16; 22, 1—14 etc.

[4] Elisabetham Nothhaft de Weissenstein, Ioannis II. Fuggeri uxorem, significare videtur; cf. supra p. 16. 20. [5] Eph. 6, 16. [6] Cf. supra p. 58.

meglio o pegio che staua á Praga, non trouo mutatione notabile, dura vna stracheza nel petto communamente et alle uolte vna puntura. Dio facia come piacera sua maesta.

Non habiamo inteso da Vienna niente s' è tornato il .D. Seidel da Jngolstat ne se sia mandato anche nessuno à Tirnauia, benche pensamo con le prime letere hauer risposta da Vienna, che non dubitamo siano à Vienna arriuati Detto Dottor Seidel et .P. Theodorico [1], essendo partiti da Jngolstadio al principio della quaresima.

Jl lettor graeco et poeta se di la non viene (il che molto desideramo, et li Pragensi uiuono in questa speranza) in questi collegij di qua non si trouara. Da Vienna per Praga non si manda nessuno adesso, secondo dice il .P. Vittoria, se ben pero l' è stato mandato il .P. Theodorico da Jngolstadio [2], et d' Jngolstadio comminciano á domandar vn .P. Tudescho per le confessioni, et altri per mastri et con sustantia. De Monachio anche non è che pigliar, di modo che qua non resta soccorso per Praga. Pensamo che à V. P. non dispiaceria, che .m. stephano liberio se fermassi á Praga per insin che il greco fusse uenuto, accio il Rettore [3] fuosse un poco scaricato per trattar le cose delli duoi Collegij [4] meglio, et gl' altri mastri fussero anche subleuati.

Di quello che V. P. auisa di non transferire la classe di logica in Praga senza consenso del Jmperatore, et d' auisar li nostri come si

praesens certe affirmare non possum; neque enim magnopere eam mutatam esse sentio, cum pectoris angustiis quibusdam plerumque, interdum autem punctionibus affligi pergam. Deus, ut maiestati suae placuerit, faciat.

Ex Vindobonensibus neque, num D. Seidel Ingolstadio eo redisset, neque etiam, num quis Tyrnaviam missus esset, ulla ratione intelleximus. Attamen per proximum tabellarium responsum a Vindobonensibus nos accepturos esse putamus, non dubitantes, quin doctor ille Seidel et P. Theodoricus [1] Vindobonam advenerint; Ingolstadio enim initio Quadragesimae discesserunt.

Magister aliquis litterarum graecarum artisque oratoriae si istinc non venerit (id et nos vehementer desideramus, et Pragenses in ea spe sunt), in hisce Germaniae collegiis non invenietur. Neque enim Vindobona quisquam Pragam nunc mittitur, ut P. Victoria dicit, licet huius rei gratia P. Theodoricus Ingolstadio ei missus sit [2], et Ingolstadienses patrem aliquem germanum, qui confessiones excipiat, et alios, qui doceant, petere incipiant, idque cum causa. Neque etiam est, qui Monachio avocari possit; itaque hic facultas Pragensibus opitulandi non suppetit. Putamus autem P. V. non displiciturum esse, M. Stephanum Liberium, donec magister ille graecarum litterarum advenerit, Pragae manere, quo et rector [3] laboribus paululum levatus melius tractare possit duorum illorum collegiorum [4] res, et reliqui magistri subleventur.

Quod P. V. monuit, ne logicae schola Pragam transferretur nisi imperatore consentiente, et ut nostri de ratione se gerendi erga universitatem et schola-

[1] Ab Hauekeschede (Westphalus). [2] Vide supra p. 51.

[3] P. Paulus Hoffaeus.

[4] Collegii Societatis et „collegii novi" sive contubernii pauperum studiosorum a Sociis instituti; cf. *Can.* Epp. II, 364—365. 672. 716.

debia proceder col vniuersita, et scolari etc. se scriuera al .P. Vittoria, et aspettaremo sua risposta.

Le quadrimestre di Vienna et Praga furno rimandate che le emendassero, et pero son statte differite, et la forma del scriuer li fu vna uolta mandata et fu con altre letere persa, ma gia è mandata un altra uolta [1].

Nostro .P. prega v. p. li perdone di non hauer scritto per insin adesso quadrimestre [2], ma si fara piacendo Jddio di qua inanzi.

Jl frutto che si fa per le prediche del n. p. è per gratia di nostro signore molto grande [a], il che meglio intendon quelli, che parlan Tudescho che io, et cognoscono bene non solo i Prelati della chiesa Augustana, quali con ogni instantia uoglion ottener dal Reuerendissimo Cardenal che .n. P. non sia tolto di qua per il gran frutto che fa, et esplican bene la mutatione che è fatta in questa citta quanto alla fede et pieta nelle letere che l' hanno scritto [3]. Io solamente adesso diro questo ch' ho sentito, che quando uengono i aduersari predicatori á sua predica, il popolo li nota mirabilmente li suoi costumj, ch' intrano in chiesa come s' intrassino non so doue, senza far altra riuerentia [4], et cossi penso non stiano senza assai uergogna, se pur [non] l' habino questa lasciata insieme con la fede. Senti dir ch' un

sticos etc. instituerentur, ad P. Victoriam scribemus eiusque responsum exspectabimus.

Litteras quadrimestres collegiorum vindobonensis et pragensis quia ipsis remisimus emendandas, mora iis allata est, et forma scribendi, cum semel ad eos missa cum aliis litteris intercidisset, iam iterum iis missa est [1].

Pater noster P. V. rogat, ut sibi ignoscat, quod usque huc litteras quadrimestres non scripsit [2]; quae Deo propitio in posterum scribentur.

Fructus ex patris nostri contionibus domino nostro iuvante colliguntur valde uberes; id quod qui germanice loquuntur melius quam ego intellegunt ac tum alii tum ecclesiae augustanae praelati cognoscunt, qui propter magnam utilitatem, quam pater noster hic affert, quam vehementissime reverendissimo cardinali, ne hinc evocetur, instant et in litteris ad eundem cardinalem datis bene exponunt, quanta rerum ad fidem et pietatem spectantium mutatio in hac civitate facta sit [3]. Ego modo hoc tantum, quod audivi, dicam: Cum adversae partis contionatores ad eius contionem audiendam veniunt, populus mire eorum mores notat, in ecclesiam intrantium perinde ac si nescio quo intrarent, nullo reverentiae signo exhibito [4]; quare eos sat magno pudore suffundi existimo, nisi hunc una cum fide abiecerint. Auditu

[a] giande *H.*

[1] De hac „formula scribendi“ vide supra p. 60.

[2] Litteras quadrimestres domus S. J. augustanae; vide supra p. 60.

[3] Cathedrale capitulum augustanum timebat, ne Canisius concilio tridentino interesse iuberetur. Litteras a capitulo ad Ottonem cardinalem Truchsessium ea de re datas vide infra, monum. 228.

[4] Canisius pravum morem in templis sine reverentia versandi a. 1560 compluries e maximae aedis augustanae suggestu graviter vituperaverat; vide *Can.* Epp. II, 852—853.

cittadino et forse heretico diceua in tauola ad un Predicator loro, Canisio uos cogit studere, et expellit uirgis, et l' altro non rispose niente. Dio nostro signor sia in tutto benedetto, et habi misericordia di questi pouerelli, et conuerta alla via dritta del cielo.

Jl Reuerendissimo Cardinal scrise anche á nostro Padre della buona uolonta di sua Santita et come li uoleua dar grandissima facultà quanto al absoluere et leggere libri prohibiti, accio lui l' usasse, et concedesse anche á chi li paresse . qua certo è molto bisogno di larga faculta per poter sodisfare senza dispiacer á nissuno et uiuer quietamente, et pero v. r. fara meglio quanto si potranno estendere queste gratie, ma ci pare á noi questi tre punti saranno necessarij, cio è di poter dar licenza alli preti di recitar il breuiario Romano[1], imperoche crediamo esser molti che non reciten l' officio, essendo preti. Jl secondo di legger libri prohibiti, et poter dar facolta di legerli cossi á quelli della compagnia come di fuora che si giudichera douer concedere. Jl terzo è circa delectum ciborum, del che habiamo gia inteso quel che c' è concesso che la fameglia non habendo altro dal Padre di fameglia, possia magniar senza scrupulo di quel ch' ha. Ce resta pur in questa parte difficulta fuora di quella de gl' artifici di Monachio[2], che anche di quelli che si dicono Catholici magnano non solamente oua et latticinij[3], ma etiam della carne con sue scuse,

---

accepi, alicui ex contionatoribus illis civem quendam, qui fortasse haereticus erat, inter epulas dixisse: „Canisius vos cogit [litteris] studere et expellit virgis", neque illum quicquam respondisse. Deus et dominus noster in omnibus rebus laudetur: qui misellorum horum misereatur eosque in rectam caeli viam dirigat.

Reverendissimus cardinalis etiam ad patrem nostrum scripsit, sanctitatis suae animum optime affectum esse, ipsamque absolvendi et libros prohibitos legendi amplissimam ei dare velle facultatem, quam et ipse usurparet ac, cui censuisset, concederet. Hic certe si quis hominibus satisfacere nec cuiquam displicere ac tranquille vivere vult, amplis facultatibus magnopere indiget; quare R. V., si gratias istas, quam maxime fieri poterit, amplificandas curabit, optime aget; nobis autem haec tria necessaria esse videntur: Primum quidem facultas sacerdotibus permittendi, ut breviarium romanum recitent[1]; multos enim esse censemus, qui in sacerdotio constituti officium divinum non recitent; deinde facultas libros prohibitos legendi eorumque legendorum facultatem et Societatis hominibus et externis, quibus eam concedendam esse iudicaverimus, tribuendi. Tertia facultas de delectu ciborum est, de qua re iam audivimus concessum nobis esse, ut familia, cui alia a patrefamilias non darentur, iis sine dubitatione vesci posset, quae apponerentur. Qua tamen in parte praeter difficultatem ex opificibus monacensibus ortam[2] haec superest: Etiam inter eos, qui catholici vocantur, sunt, qui non solum ovis et lacticiniis[3], sed etiam

---

[1] Novum breviarium romanum sive quinonianum; vide supra p. 70. A. 1559 Canisius Lainio scripserat, breviarii augustani pauca superesse exempla; „legendi modus ita prolixus, ut etiam qui tenent Breviaria, non absolvant pensum": *Can. Epp.* II, 522. [2] De hac re vide supra p. 35.

[3] Iure quidem communi per totam Quadragesimam non solum carnes, sed etiam ova et lacticinia (lac, butyrum, caseus) prohibentur (*Corpus iuris canonici* dist. 4, c. 6. *S. Thomas,* S. theol. 2, 2, q. 147, a. 8 ad 3). At nono iam saeculo

il che se facessino consegliando prima il medico spiritual et corporal secondo l' ordine della chiesa [1]. non accaderebbe domandar dispensa. ma facendolo da sua posta et forse senza altre necessita, che uolerle mangiare, o per esser meglio mercato del' altre cose, che del pesce. se in questa parte potessimo absoluer li tali. se ben non uolessino abstenirsi, uel dar anche facolta di mangiar li tali cibi doue fusse o alcuna necessita corporal, ouero com' è detto non acquietandoci. se pur nel altro fussero Catholici . inanzi duoi o .3. anni v. r. ci mando faculta per absoluer quelli che non uolessino digiunar delli Germanj [2], si trouan forse altri strangieri tra li germanj con li quali è necessaria questa facolta.

Molto desideramo le communicatione che v. p. ha promesso delle buone opere per la Signora Contessa, et Bruno [3].

Di quelli, à chi V. P. da faculta d' andar al Collegio germanico di Roma Christophoro è andato gia solo per che all' hora non hauea

---

carnibus vescantur, suas afferentes excusationes; quod si consultis primum iusto ecclesiae ritu [1] et animorum et corporum medicis facerent, dispensationem eos petere necesse non esset; sed cum suo arbitratu id faciant neque alia fortasse necessitate adducti, nisi quod iis vesci volunt vel quod reliqua minore stant pretio quam pisces. optandum esse videtur, ut huiusmodi homines, etiamsi cibis illis se abstinere nolint, absolvere nobis liceat vel etiam facultatem ipsis tribuere eiusmodi cibis vescendi, cum vel corporis valetudo aliqua ratione id exigit, vel, ut dictum est, ipsi ea re non acquiescunt, licet in reliquis rebus catholici sint. Abhinc duos vel 3 annos R. V. facultatem nobis misit illos ex Germanis, qui ieiunare nollent, absolvendi [2]; at fortasse inter Germanos alii exteri inveniuntur, quibus hanc facultatem adhiberi oporteat.

Vehementer desideramus litteras a P. V. promissas, quibus et domina illa comitissa et Brunus bonorum operum nostrorum participes efficiantur [3].

Ex iis, quibus P. V. potestatem dat in Germanorum collegium romanum veniendi, Christophorus iam abiit solus; socio enim tunc carebat, ipsius solius mittendi

---

Andreas Parisiensis episcopus († 870) scripsit: „Germania a lactis et butyri ac casei et ovorum esu per totam Quadragesimam generaliter non abstinet; excepto quem spontanea attrahit voluntas“: Liber adversus Graecos c. 175 (*Migne*, PP. LL. CXXI, 742). Ac *Paulus Laymann* S. J. oenipontanus (1574—1635) ovorum et lacticiniorum usum „permitti etiam in Quadragesima . . in his Germaniae prouincijs“ affirmavit (Theologia moralis l. 4, tract. 8, c. 1, n. 3 [ed. 3. Antverpiae 1634, p. 704]). Cf. etiam *Benedicti XIV.* Institutiones ecclesiasticas, Inst. XVI, n. 5. Ad eum autem morem (qui in Germania nec locorum nec temporum omnium erat) dispensationes summorum pontificum accedebant; quarum exemplum vide infra, monum. 261.

[1] Beatus *Angelus Carletus* (de Clavasio, † 1495) O. Min. Obs.: „Si loquamur [non de dispensatione, sed] de declaratione scilicet vtrum sit causa legitima [non ieiunandi] vel non . sic credo sufficit illa confessoris proprij qui est bonus vir et etiam consilium medici“: Summa de casibus conscientiae, sub v. „Jeiunium“ n. 20 (in editione Argentinae a. 1489 excusa f. CLXI[a]). Similiter cardinalis *Franc. Toletus* S. J., Summa Casuum Conscientiae (Instructio Sacerdotum) l. 6, c. 4 (Coloniae Agrippinae 1599) p. 561. Ex Canisii vero verbis concluseris, ipsum „utriusque medici consilium“ (ut postea *Benedictus XIV.*) exquirendum esse censuisse.

[2] Sub m. Martium a. 1558 missa est (*Can.* Epp. II, 226. 254).

[3] Sibyllam Fuggeram et Conradum Brunum dicit.

compagno non hauendo da V. P. licenza se non per lui [1], ma adesso si procurera degl' altri, et sara cosa molto grata per quelli che uogliono andar, et per li nostri che il desiderano.

Con dette letere del primo di marzo habiamo riceuuto un exempio del officio del Rettor, et altre letere con la copia delle letere di V. P. qual, io per mio errore penso, rimandai con altre à Roma, et cossi presto rispondera nostro Padre come V. P. uuole.

Jl .P. Victoria ha scritto á .n. P. che non gl' era scritto da V. P. di quanti uoti douea far sua professione se di tre o di quatro [2], et anche d' alcune altre probationi, come d' andar à seruir nell' i hospedali, et domandar elemosine . et insegnar la Dottrina Christiana [3]. N. Padre le rispose che la professione douea esser delli .4. uoti, et delle altre probationi non si curasse, poi che v. r. l' ha scritto la facesse senza differire, et sapendo anche le sue probationj. Et è stato etiam dio scritto da vienna di molti essercitij et discipline [4] che si sono fatti questa quaresima iui dalli nostri, et collegiali, et sempre lui era il capitano et publicamente [a]. et la fara in mane del Reuerendissimo Hosio [5].

---

licentia a P. V. nobis data [1]. Iam autem curae nobis erit, ut reliqui veniant; quae res et iis, qui istuc venire volunt, et nostris, qui eos ire cupiunt, valde grata erit.

Cum litteris illis kalendis Martiis datis exemplum officii rectoris et alias epistulas accepimus una cum apographo litterarum illarum P. V., quod ego per meum errorem, ut opinor, cum aliis epistulis Romam miseram; itaque brevi pater noster ex P. V. voluntate respondebit.

P. Victoria patri nostro scripsit, a P. V. sibi scriptum non esse, quot votorum sibi facienda esset professio, utrum trium an quattuor [2]; qui etiam de aliis aliquot probationibus scripsit, ut de infirmorum cura in valetudinariis suscipienda et de stipe petenda et de doctrina christiana explicanda [3]. Rescripsit autem ei pater noster, professionem illam quattuor votorum esse oportere neque de reliquis probationibus eum sollicitum esse debere, cum R. V. ei scripsisset, ut sine dilatione eam faceret neque etiam, quas probationes ipse subisset, ignoraret. Scriptum etiam est Vindobona, multa ibi pietatis exercitia multasque disciplinas [4] hac Quadragesima et a nostris et a collegialibus facta esse; quorum semper ipse dux erat idque palam; professionem autem in manibus reverendissimi Hosii emittet [5].

---

[a] *8 vv. sqq. postea inserta sunt.*

---

[1] Vide supra p. 48[4].

[2] Eorum, qui in Societate ad professionem sollemnem admittuntur, „aliqui" tria tantum illa paupertatis, castitatis, oboedientiae vota nuncupant; reliqui quarto voto sollemni „promittunt specialem Obedientiam Summo Pontifici circa missiones" (*S. Ignatius,* Constitutiones S. J. P. 5, c. 3, n. 35; Ex. c. 1, n. 8 et D).

[3] De probationibus sive „experimentis" Sociis ante ultima vota subeundis vide *Can.* Epp. II, 396[1]. 613[2]. 684. 701 etc.

[4] De his flagellationibus et de duodecim a Victoria sine ullo viatico in loca Vindobonae vicina ad pueros doctrina christiana imbuendos etc. dimissis vide *Sacchinum*, Hist. S. J. II, l. 5, n. 167. 168.

[5] Hosium Victoriae professionem non excepisse videbimus infra.

Scrise etiam il .P. Vittoria come v. r. li hauea concesso si stampassino le letere della Jndia in latino [1], et dedicate al Serenissimo Re di Boemia [2]. à .n. p. piace, ma uorrebbe che fussero ben concinnate prima, il che dice non esser per insin adesso.

Mandamo á V. P. alcune ragioni mandate da Vienna sopra si se deue far li la promotione di nostri et de gl' altri, o non. et alcuni dubi sopra alcune regole del edituo, et hauendo nostro .P. conferito con li Padri d' Jngolstadio si mandano etiam le loro sententie sopra cio, acio V. P. le veda [a] et N. P. è della medesima [b] sententia.

S' è scritto etiam dio al .P. Victoria sopra li Collegij che dice uolersi far in Austria [3], et Zittauia [4], che si facia giudicando conuenir pigliar quelli assunti alli quali par inclinato, che si facia à saluo della Compagnia . male noue sentiamo di Franza, Dio nostro signore le conuerta in megliore [5]. Et dalli Reuerendissimi Legati s' è sentito dir, che non son stati ben riceuuti à Numburgo da quelli ch' erano congregati [6]. et adesso si dice che il Duca di Sassonia fa conuenticuli in altra citta [7], il Demonio par che sente molta uiolentia dal concilio.

Scripsit etiam P. Victoria R. V. sibi concessisse, ut litterae indicae excuderentur [1] latine versae et serenissimo Bohemiae regi [2] dedicatae. Quae res patri quidem nostro placet; attamen ipse eas antea bene concinnari cupit, id quod huc usque factum esse negat.

P. V. rationes aliquas Vindobona missas, ex quibus, utrum et nostri et reliqui illic ad gradus academicos promovendi essent necne, definiretur, ac dubia aliquot de regulis aliquot aeditui orta misimus. Ac cum pater noster eadem cum patribus ingolstadiensibus contulerit, horum quoque sententiae mittuntur, ut P. V. eas consideret; ac pater noster idem atque ipsi sentit.

De collegiis etiam, quae, ut P. Victoria scribit, in Austria [3] et Zittaviae [4] condere volunt, ad eum scripsimus, ut conderentur, si convenire visum esset, ut ea munera in nos susciperemus, ad quae animum inclinasse videtur, ita tamen, ut Societati detrimentum non inferretur. Infausta ex Gallia nobis nuntiantur, quae Deus et dominus noster in meliora convertat [5]. Ex auditu accepimus, reverendissimos legatos Naumburgi haud bene exceptos esse ab iis, qui eo convenerant [6]; nunc autem dicunt Saxoniae ducem in altera urbe conventicula instituere [7]. Daemon sane

---

[a] *7 vv. sqq. ab H. postea addita sunt.* [b] medema *H.*

---

[1] In typographia collegii vindobonensis. P. *Hieronymus Natalis* S. J. visitator Venetiis 6. Iulii 1555 de rebus Vindobonae a se gestis S. Ignatio scripserat: „[A] Maestro [Pietro] Canisio si ha dato ordine che transferisca in latino le lettere dell' India che io portai meco in Germania, et si stampino et publichino per Germania. Il che si era già cominciato (Epistolae P. *Nadal* I, 310. Cf. *Polanci* Chronicon V, 271).

[2] [Maximilianus II. rex] „intelligit et legit Latine, sed non bene loquitur": ita *Hosius* cardinali Puteo Vindobona a. 1560 scripserat (*Steinherz* l. c. I, 167).

[3] *Victoria* 1. Februarii 1561 Lainio *scripsit, Leonardum Püchler, caesaris consiliarium, Societatis collegium Cremisii (Krems, Austriae inferioris oppidum) constituere velle (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 12b). [4] Vide supra p. 32.

[5] Francisco II. rege exeunte a. 1560 exstincto et proscriptione, qua is Calvinianos damnaverat, sublata, horum et numerus et furor vehementer aucti sunt: ubique turbae seditionesque invalescebant. [6] Plura hac de re v. infra p. 84—87.

[7] Brunsvici? (*Steinherz* l. c. p. 221).

temendo forse suoi ingannj saran piu à tutti chiariti, nostro signore si degnj dar buon principio et fin al concilio, doue non si deue sperar se non grande frutto. Vno di Fuggeri[1] parlo á nostro Padre sopra il modo del far qui un Collegio della Compagnia che uoleua trattar col imperatore, che stassero qui li nostri sotto sua umbra et nome, che delle spese si prouederebbe. Dio nostro signore ordini ognj cosa á sua gloria, et a noi dia sua gratia di saper far sua uolonta, non altro, se non che nostro Padre et noi ci raccomandamo molto á V. P. et tutti gl' altri Padri R. et fratelli nostri . di Augusta 15. di Marzo 1561. Per commissione di n. P. Prouinciale

de V. r. P. indegno figliolo in Christo Hurtado.

Habiamo scritto à Treuere come per alcun tempo puo restar la il D. Hermano, et che uorressimo hauer alcuni mastri di Colonia. Del che per sue letere ci dauano speranza.

Jhs.

Al molto Reuerendo in Christo .P. N. il Padre .M. Jacomo Laynez Preposito Generale della Compagnia di Jesu in Roma.

Nota: Lainius Canisio per Polancum rescripsit 29. Martii 1561.

---

concilio angi premique videtur, timens fortasse, ne fraudes suae clarius omnibus manifestentur. Dominus noster initium et finem prosperare dignetur concilii huius, ex quo sperandus est fructus admodum copiosus. Unus ex Fuggeris[1] patri nostro de ratione collegii Societatis hic instituendi loquens se cum imperatore acturum esse dixit, ut sub ipsius umbra et nomine nostri hic degerent; de impensis enim ipsis provisum iri. Deus et dominus noster omnia in gloriam suam dirigat et nobis gratiam suam tribuat, qua voluntatem suam et cognoscamus et exsequamur. Neque aliud dico nisi et patrem nostrum et nos P. V. et ceteris omnibus reverendis patribus et fratribus nostris magnopere nos commendare. Augusta 15. Martii 1561. Iussu patris nostri provincialis R. P. V. indignus filius in Christo Hurtadus.

Treveros scripsimus nos concedere, ut D. Hermannus per aliquod tempus ibi maneret, nosque magistros aliquot colonienses accipere cupere. Cuius rei ipsi per litteras spem nobis faciebant[2].

Jhs. Admodum reverendo in Christo patri nostro, patri M. Iacobo Lainio, praeposito generali Societatis Iesu. Romae.

532.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 15. Martii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine ascriptum: „Augusta Prouintiale". Cod. „Germ. 1559" f. 314.

---

[1] Georgius? Marcus? Cf. supra p. 55. 61. [2] Vel fecerant; v. supra p. 43.

Particulam huius epistulae P. *Hurtadus Perez* S. J. ex archetypo transcripsit in litteras Augusta 11. Aprilis 1561 Canisii iussu ad Lainium a se missas; quas infra ponemus.

Epistula usus et *N. Paulus,* Historisches Jahrbuch XIV (München 1893), 548[1].

Epistulae. Gradus academici. Archiepiscopus coloniensis ad collegium Coloniae fundandum inducendus. Libri novi. Germania rerum novarum amantissima. Res concilii non fervent. Canisii catechumenae et auditores protestantes. Collegiorum monacensis et ingolstadiensis amplificatio. Socii hispani in Germaniam venturi. „Agni Dei." Salutatio angelica. Canisius Germanorum ingenio nimium indulget. Sibylla Fuggera. Brunus. Collegium moguntinum. Facultates.

Riceuette nostro Padre quelle di .V. Reuerentia di primo del presente; quelle della settimana passata non sono comparse che doueueno esser' delli .22. de Febraro[1].

Ben' sara trouar' modo de promouer' li nostri alli gradi con minor spesa, et incommodità che fin quì come V. Reuerentia scriue.

Ben' è raccomandar[a] al Priore della Cartusia li nostri di Collonia, ma meglio sarebbe che l' Arciuescouo si facessi capace quanto importarebbe un Collegio di nostra Compagnia nella sua Diocese; hò paura ch' el buon mercato che se li è fatto dando li predicatori et lettorj et confessori senza che niente li costassi li fà che non faccia gran conto de stabellire quella fondatione, è forse che si hauesse paura che quella gente li fossi tolta, et transferita à lochi doue si fondano Collegij farebbe altri disegni[2].

Videbimus, ut Germaniae collegiis Socios mittamus, maxime autem Pragensibus magistrum, quem petunt, subministremus.

Accepit quidem pater noster reverentiae vestrae litteras kalendis huius mensis datas; superioris vero hebdomadis litterae non comparuerunt; quas 22. Februarii datas esse existimo[1].

Expedit vos rationem invenire, qua nostri minoribus impensis incommodisque, quam usque adhuc factum est, ad gradus academicos promoveantur, sicut reverentia vestra scripsit.

Recte quidem Colonienses nostri priori Carthusiae commendantur; sed rectius etiam agetis, si archiepiscopo persuadebitis, Societatis nostrae collegium aliquod ipsius episcopatui utilissimum fore; timeo ego, ne hoc ipso, quod tam parvo pretio contionatores, magistros, confessarios ei dedimus, quos sine impensis habebat, fiat, ut, quae ibi constituta sunt, stabilienda haud multum curet; qui fortasse, si timebit, ne homines illi a se ablati in loca, ubi collegia fundantur, transferantur, alia inibit consilia[2].

Videbimus [etc., ut supra].

---

[a] raccomadar' *ap.*

---

[1] Neutra ex his epistulis superesse videtur.

[2] Nesciebat certe Lainius, Ioannem Gebhardum de Mansfeld archiepiscopum in summa difficultate nummaria esse. De quo 2. Novembris 1562 mortuo *Hermannus de Weinsberch* coloniensis, illorum temporum aequalis, notavit: „Er . . hat groisse scholt gelaissen" (Das Buch Weinsberg, bearb. von *K. Höhlbaum,* II [Leipzig 1887], 120).

S' alcune cose si stamperanno di quà de Philosophia, ò d' Humanità si potranno mandare in Germania. Poi ch' è tanto amatrice di cose noue.

La Reuerentia V. fà bene de hauer' poca uoglia di andare à Trento se le cose non si riscaldano et uanno seriamente maxime aprendo tanto la porta [1] Jddio N. Signore in Augusta al suo Diuino seruigio per suo ministerio.

Alle Cathecumene che .V. Reuerentia scriue [2], et anche alli Auditori Heretici dia suo spirito Christo nostro Signore acciò, che l' udir' la parola sua sia con frutto spirituale de loro [a] anime.

Scriue la Reuerentia .V. che non li pare tempo de trattar' del l' aumento di Monaco, et Jngolstadio. è tutta uia nostro Padre li ricorda ch' intanto che Dio nostro Signore ci dà il Principe [3] beneuolo [b] et [c] [?] il tempo di stabelire, et aumentare le dette fundatione. pur' sempre si lassa il loco alla discretione, accio le cose si trattino al suo luogo et tempo: et essendo il Padre Dottor' Lanoi [4] estimato da questi Signori et li Consiglieri suoi sarà tanto meglior' instrumento [à] trattar' le cose dette et qual si uoglia altre del seruitio de Dio: et così non si tratta per adesso de rimouer lo di là quantunque lui habbia rapresentato qualche mutatione salua quella resignatione che conuiene al religioso della Compagnia di Giesù.

Si quid hic typis exscriptum erit ad philosophiam vel humanitatem spectans, in Germaniam mittetur rerum novarum amantissimam.

Merito reverentia vestra Tridentum ire, nisi res fervere incipient serioque agentur, haud multum cupit, praesertim cum Deus et dominus noster Augustae portam tam late aperiat [1] divinae gloriae suae ministerio R. V. augendae.

Feminis catechumenis, de quibus R. V. scribit [2], atque etiam auditoribus haereticis Christus dominus noster spiritum suum tribuat, ut cum animarum suarum utilitate spirituali verbum ipsius audiant.

Reverentia quidem vestra scribit, non videri sibi tempus esse de collegiorum monacensis et ingolstadiensis amplificatione agendi; at pater noster ipsam monet, confirmandi et amplificandi, quae ibi constituta sunt, tempus esse, dum Deus et dominus noster principem [3] nobis exhibeat benevolum; semper tamen prudentiae locus relinquitur, ut suo et loco et tempore res tractentur; et pater doctor Lanoius [4], cum a dominis istis eorumque consiliariis magni fiat, tanto melius erit instrumentum ad res illas et quascunque alias ad divinum famulatum spectantes tractandas: quare de eo istinc amovendo in praesens non agimus, licet ipse mutationem aliquam nobis proposuerit, salva tamen animi resignatione illa, quae viris religiosis Societatis Iesu convenit.

---

[a] dell' oro *ap.* [b] beneuole *ap.* [c] *Sic ap.; sed legendum videtur* è.

---

[1] Cf. 1 Cor. 16, 9.
[2] Ex harum numero Catharina Fuggera fuisse videtur; de qua supra p. 20.
[3] Albertum V., Bavariae ducem.
[4] P. Nicolaus Lanoius, collegii ingolstadiensis rector.

Si è scritto à Spagna al Padre maestro Natale[1] che procuri hauer' alcuni sogetti per leggere Teologia, et Filosofia, Retorica, et Greco in Germania per poter' disocupar' quelli che sanno[a] la lingua acciò possino attender' à predicare nelli Collegij uecchi, et noui, et anche à confessare[2] et potendosi mandar' alcuno in loco del Dottor' Ermano[3] si manderà.

Circa quello che scriue .V. R. delli agnus Dei, et prima anche haueua scritto dell' aue maria[b][4] guardisi V. R. di Germanizzare. benche si sà che parla condescendendo all' imperfetti: pur' di quà per il[c] suo tempo seruira l' auiso.

La communichazione delle gratie per quella signora contessa[5], et per il signore Conrado Bruno si mandano con queste.

[Daniel Brendel] archiepiscopus moguntinus a patre nostro vehementer petiit, ut P. Ioannes Rethius hac aestate Moguntiae res collegii praeparare iuberetur. P. Iodocus [Carcaeneus][6] *ibi aliquam ex inferioribus scholis regere et doctrinam christianam exponere poterit.*

Patrem magistrum Natalem litteris in Hispaniam missis videre iussimus[1], ut homines aliquot ad theologiam et philosophiam et artem oratoriam et litteras graecas in Germania tradenda idoneos nancisceretur, ut, qui linguam istam sciunt, illis occupationibus liberati, contionibus in collegiis tum veteribus tum novis habendis atque etiam sacris confessionibus excipiendis operam dare possent[2]; et, si quem in doctoris Hermanni[3] locum mittere poterimus, mittemus.

Quod R. V. de Agnis Dei, quos dicimus, scribit, atque etiam quod antea de precatione, quae verbis „Ave Maria" incipitur, scripserat[4], caveat R. V., ne Germanorum ingenio nimium indulgeat, quamquam non ignoramus ipsam hominum infirmitati connivendo ita loqui; hic tamen suo tempore, quae R. V. monuit, usui erunt.

Litteras, quibus et domina ista comitissa[5] et dominus Conradus Brunus gratiarum nostrarum participes efficiantur, cum hac epistula mittimus.

[Daniel Brendel] archiepiscopus [etc., ut supra].

---

[a] che s' hanno *ap.* [b] *Sic corrigendum esse omnino videtur.* m.[c] *ap.*
[c] per jli *ap.*

---

[1] P. Hieronymus Natalis exeunte a. 1560 totius Societatis „visitator" cum amplissima potestate in Hispaniam a Lainio missus erat (Epistolae P. *Nadal* 1, 358—362. *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 4, n. 196).

[2] *Polancus* Lainii nomine ita ad Natalem scripserat 20. et 25. Ianuarii et maxime 14. Martii 1561 (Epistolae P. *Nadal* I, 377. 379. 421—422).

[3] P. Hermanni Thyraei; vide supra p. 68.

[4] De cereis his figuris v. *Can.* Epp. I, 771[8]. Fortasse Canisius scripserat, Romae ab aliquibus „Agnos Dei" et salutationem angelicam ea ratione vel conformari vel laudari vel usurpari, qua Germanorum animi offenderentur. Quod autem Polancus Canisium de „Agnis Dei" dicit „germanizzare", eumque, ne ea in re Germanorum ingenio nimis indulgeat, monet, hoc haud ita aptum est ad confirmanda, quae *E. Eisele* affirmat: „Canisius . . verlangt, man müsse das Kreuz Christi ebenso anbeten wie Christum selbst, ebenso die ‚Gotteslämmer aus Wachs'" (Jesuitismus und Katholizismus. Eine Studie. Den Freunden des Evangelischen Bundes gewidmet. [Halle 1888] p. 271). [5] Sibylla Fuggera. [6] Cf. *Can.* Epp. II, 746. 776. 777.

La gratia che si hebbe circa l' Jndice per la superiore Germania (nella quale si comprende Boemia, Austria, et Vngaria) si mandò martedi passato[a] con altre facultà di absoluere et dispensare etc.[1]. Et quello che si hà da conferire con l' ordinario circa li degiuni, et offitij noui s' intende co' l Vescouo ò suo Vicario, et d' una uolta per molte, et con questo spero uscirà presto qualche reformatione del l' Jndice piu uniuersale[b] circa le Prouintie[c]: Resta che ci raccomandiamo tutti molto[d] nell' oratione et sacrificij di .V. Reuerentia con li altri tutti di sua prouintia et spetialmente di Augusta. Di Roma alli .15. de Marzo 1561.

Gratia ad Indicem spectans, quam pro superiore Germania (in qua Bohemia, Austria, Hungaria comprehenduntur) accepimus, superiore die Martis ad vos missa est cum aliis facultatibus absolvendi et dispensandi etc.[1] Quod autem dicitur, de ieiuniis et officiis novis cum ordinario agendum esse, id ita dicitur, ut cum episcopo vel eius vicario agatur idque semel in perpetuum. Ac spero fore, ut mox reformatio quaedam Indicis latius, si provincias spectemus, patens in lucem emittatur Superest, ut orationibus et sacrificiis reverentiae vestrae et reliquorum omnium provinciae istius Sociorum ac maxime augustanorum omnes vehementer nos commendemus. Roma 15. Martii 1561.

Nota: Eodem die *Polancus* Lainii nomine Vindobonam ad P. Victoriam *litteras misit, in quibus: „Qui si mandano", inquit, „li capitoli de alcune gratie ottenute da sua santità . la Reuerentia .V. potra usar' di quelle se altro non li scriuessi il Padre Prouintiale . . . Quello del conferire con l'ordinario basterà che si faccia semel pro semper, ò co 'l Prelato ò co 'l Vicario suo. Et quello che si dice della superiore Germania si estende ad Austria, Vngaria, Boemia, et altri paesi fuora di Fiandra, et li luoghi sottoposti al Re Filippo doue c' è l' inquisitione" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 314[a]). Atque in *codice quodam, quo Canisius ipse utebatur, manu ignota eiusdem temporis de iisdem facultatibus per Michaëlem Gislerium cardinalem „Alexandrinum", supremum inquisitorem, explicatis notatum est: „Die 12 Martij [1561]. declarauit Cardinalis Alexandrinus quod superiorem Germaniam intelligit reliqua praeter Flandriam, et Regi Philippo subiectas prouincias in quibus sunt inquisitores . . . Quod dicitur de participando cum ordinario, intelligere se dixit ut cum praelato uel eius vicario conferatur et semel pro semper" (Cod. „Can. X Sa" f. 193[b]).

533.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum sub 22. Martii 1561.

Ex archetypo a P. *Guilielmo Elderen* S. J. scripto. Cod. „G. Ep. II" f. 99[a] ad 100[a].

---

[a] possato *ap.* [b] uniuesale *ap.; hoc vocabulum et antecedens in ap. supra versum scripta sunt.* [c] Prouintia *ap.* [d] molti *ap.*

---

[1] Vide supra p. 69—70.

[Relatio de rebus Germaniae.] Acta in conventu naumburgensi: Principes protestantes, a pontifice et caesare, ut ad concilium adirent, invitati, recusarunt ac pontificem ignominia affecerunt. Iidem inter se litigarunt ac domestica religionis discidia componere frustra conati sunt. Conventus Erfordiae et Brunsvici habendi. Daniae rex et Angliae regina. Commendonus nuntius Berolini humaniter exceptus. Bavariae dux religionis studiosus. Novus liber Staphyli. Contiones et catecheses augustanae; quas contionatores protestantes vel calumniantur vel commendant. Concilium. Hosius.

De rebus nouis Germaniae.

Lutherani Principes, quem Numburgae apud Saxoniam indixerant conuentum, proxime celebrarunt, partim ut aduersus Tridentinam Synodum sua conferrent consilia, partim ut dissentiones, quas in secta pergraues experiuntur, ratione aliqua uel componerent, uel mitigarent. Vbi conuenerunt Electores duo, Principes Palatinus [1] et Saxo [2], Duces uero Wolfgangus et ipse Palatinus [3], Lantgrauius Hessus [4], Dux Wirtenbergensis [5], Marchio Badensis [6], praeter aliorum Procerum Legatos peculiares. Aderant et Legati duo Pontificis Maximi ad eosdem Principes missi, qui cum ad octiduum expectassent, admissi sunt tandem et auditi de Concilio Tridenti celebrando [7]. Neque Pontifex tantum, sed etiam Caesar per suos Legatos [8] urgebat causam Concilij, multis modis adhortans, ut praeclaram hanc de Ecclesia bene merendi occasionem amplecterentur. Nihil enim spectarj et quaerj in hac Synodo aliud, quam ut concordia et pax Ecclesiae restituatur, plenam uero mansuetudinis et aequitatis tractationem omnem illic fore. Primum Saxoniae Dux et Elector, Concilij instituto fauisse dicitur [9], reliqui repugnarunt fortiter, ut communi nomine Principum sic satis petu-

[1] Fridericus. [2] Augustus.

[3] Dux neoburgensis et bipontinus (Neuburg und Zweibrücken).

[4] Philippus. [5] Christophorus.

[6] Carolus, marchio Badenae durlacensis (Baden-Durlach). Aderant etiam Ioannes Fridericus Saxoniae et Udalricus Megalopolis duces, Ernestus et Philippus, duces brunsvico-grubenhagenses (Braunschweig-Grubenhagen), alii principes dominique multi, praeter legatos (*Fr. Dom. Häberlin,* Neueste Teutsche Reichs-Geschichte IV [Halle 1777], 319—320. *Rob. Calinich,* Der Naumburger Fürstentag 1561 [Gotha 1870] p. 133—134).

[7] Zacharias Delphinus et Ioannes Franciscus Commendonus (de quibus *Can.* Epp. II, 711—712. 772—773), 14. Ianuarii Vindobona profecti, 28. Ianuarii Naumburgum advecti, ineunte m. Februario 1561 in principum consessum admissi sunt (*Ed. Reimann,* Die Sendung des Nunzius Commendone nach Deutschland im Jahre 1561, in „Forschungen zur deutschen Geschichte" VII [Göttingen 1867], 243—244).

[8] Ottonem comitem de Eberstein, Bohuslaum Felicem de Hassenstein, D. Georgium Meel (Meal) de Ströliz (*Sickel,* Trient p. 157. *Calinich* l. c. p. 190—192).

[9] Hunc certe in nuntios animo haud ita infesto fuisse, ex *Delphini* litteris Naumburgo 10. Februarii 1561 ad Ferdinandum I. caesarem datis (apud *F. B. v. Bucholtz,* Geschichte der Regierung Ferdinand des Ersten IX [Wien 1838], 673—677) et ex epistula a *Commendono* et *Delphino* Naumburgo 8. Februarii 1561 ad S. Carolum Borromaeum missa (in „*Miscellanea* di storia italiana" VI [Torino 1865], 61) intellegitur.

lanter et amarulente responsum fuerit[1]. Cum enim Pontificis Legatis[a] responsum darent, quemadmodum haereticorum mos est, authoritati Pontificis palam obtrectarunt, nihil ueriti citra omnem necessitatem etiam exprobrare dominandi cupiditatem, superstitiosos cultus, crudelitatem, idolomaniam et in Concilio indicendo regendaque Ecclesia nullo iure suffultam confidentiam: se mirari, qua spe et opinione ductus Pontifex hanc Concilij indictionem ipsis obtrudere, ac Tridentum eos euocare non dubitaret, cum ipsi Religionem Augustanae confessionis amplexi, ab ea nec uellent, nec possent discedere. Iustas demum sibi causas constare, cur a Pontifice Leges sibi praescribi neutiquam paterentur, nec ullius authoritatem a se vel iurisdictionem, praeterquam Jmperatoris agnoscj[2]. Scripserunt interim ad Caesarem[3], quam ipsi de Concilio OEcumenico celebrando sententiam sequerentur, hoc nimirum postulantes, ut suffragandi potestas non minor ipsis, quam Episcopis tribueretur. Concilij autem Tridentini continuationem non modo suspectam, sed intolerabilem quoque sibi uiderj. Nec in obscuro causa est: suis assueti tenebris ad lucem prodire non sustinent vespertiliones, omnis enim qui male agit, odit lucem[4]. Breuiter, tantum caepit eos odium Romanae sedis, quod miserj Principes ac Germani ex doctrina Sectariorum imbiberunt, ut pios Pij Pontificis conatus aperte calumnientur, non modo christianae pietatis, sed etiam omnis fere humanitatis expertes. Adeo ne literas quidem Pontificis resignare uoluerunt, offensi uidelicet inscriptione, quod dilecti filij appellarentur[5]. Jndigni profecto tali titulo et Patre, qui se apertos Christi et Ecclesiae hostes profitentur.

Actum est quidem inter hos Principes de componendis sectae inter se multum dissectae dissentionibus, iamque uario rumore spargitur, hos Principes Confessionis Augustanae dogmata concordibus animis confirmasse[6]. Sed iudicant Sapientes, uanam et simulatam

---

[a] Legati *E*.

---

[1] Principes 7. Februarii ad nuntios, quos iterum in conventum suum admittere nolebant, decem miserunt consiliarios, e quorum numero Georgius Cracovius, electoris saxonis consiliarius, principum nomine latine respondit, idque „sehr hart und bitter“, ut ipse *Häberlin*, historicus protestans, fatetur (l. c. IV, 352). Quod responsum germanice versum exstat apud *Melch. Goldast,* Politische Reichs-Händel (Franckfurt am Mayn 1614) p. 453—454.

[2] Responsum hoc principum ad verbum proponitur ab *Ant. Maria Gratiano,* De vita Joannis Francisci Commendoni cardinalis libri quatuor (Parisiis 1669) p. 83 ad 85. Cf. etiam *Miscellanea* l. c. VI, 57—59.

[3] Naumburgo 6. Februarii 1561 (*Bucholtz* l. c. VIII, 396—397; *Calinich* l. c. p. 203—204). Cf. relationem ab ipsis *nuntiis* Naumburgo 8. Februarii 1561 ad cardinalem Borromaeum missam, in *Pogiani* Epistolis II, 229—234.

[4] Io. 3, 20. [5] Ita etiam *Calinich* l. c. p. 194—195.

[6] Principes maxime de hoc litigabant, cuinam ex augustanae confessionis editionibus — hae enim in gravibus rebus, et maxime in doctrina eucharistica, inter

eam esse concordiam, cum nonnullj etiam Principes se mutuo haereseos insimularint[1], unus uero non parum offensus ex conuentu discesserit immature[2], cumque alium breui conuentum Erfordiae sint inchoaturj[3], ut commodius de Religionis causa tractetur, quam Numburgae factum est, praesertim ob Principes Vinarienses[a] [4]. Hi fouent Jlliricum et alios Theologos non paucos Wittenbergensi Scholae hostiliter aduersantes[5], qui suum quoque conuentum in Ciuitate Brunswicensi paulo post celebrabunt[6], haud dubie ut diuersum ab eo statuant, cuius nunc gloriantur Numburgensis conuentus Principes.

Rex Danorum[7] se amanter obtulit ut audimus, Numburgi, quemadmodum et Angliae Regina, ut Augustanae Confessioni sese submitterent atque subscriberent[8]. Reuerendissimus Dominus Commendunus, qui profecturus porro uidetur in Daniam, honorifice quidem ab

[a] Viuarienses *E.*

se discrepabant — subscribendum esset; tandem dissimulata haec diversitas est (*Calinich* l. c. p. 159—166).

[1] Ita Fridericus et Augustus electores et Philippus lantgravius ex una, Ioannes Fridericus et Udalricus Saxoniae et Megalopolis duces ex altera parte (*J. Janssen*, Geschichte des deutschen Volkes IV [Freiburg i. Br. 1896], 140—144. *Calinich* l. c. p. 178—185).

[2] Ioannes Fridericus Saxoniae dux 3. Februarii repente Viuariam (Vimariam, Weimar) profectus est (*Häberlin* l. c. p. 344. *Calinich* l. c. p. 185).

[3] Conventus huius a 22. Aprilis ad 1. Maii 1561 a compluribus electorum saxonis, palatini, brandenburgensis consiliariis et theologis habiti recessus editus est a *J. Chr. Lünig*, Dritte und letzte Continuation Spicilegii Ecclesiastici des Teutschen Reichs-Archivs (Leipzig 1721) p. 501—504.

[4] Ducatum hunc Saxoniae Ioannes Fridericus II., Ioannes Guilielmus, Ioannes Fridericus III. fratres communiter tunc tenebant, ita tamen, ut Ioannes Fridericus II., natu maximus, ceteris consentientibus solus eum regeret.

[5] Mathias ille Flacius „Illyricus" eiusque in universitate ienensi (Jena) collegae Ioannes Wigandus, Matthaeus Iudex, Simon Musaeus etc. se veram puramque Lutheri doctrinam, quam Philippus Melanchthon, universitatis vitembergensis coryphaeus, adulterasset, tenere ac tradere iactabant.

[6] Brunsvici (Braunschweig) eiusmodi conventum habitum iri etiam Ferdinandus I. caesar et Hosius ineunte mense Martio 1561 acceperant (*Steinherz* l. c. p. 221). Habitus autem est conventus ordinum Saxoniae inferioris m. Iulio a. 1561 Luneburgi (Lüneburg), in quo a theologis flacianis „articuli luneburgenses", quos vocant, recessui naumburgensi oppositi sunt (*Herm. Hachfeld*, Martin Chemnitz [Leipzig 1867] p. 20).

[7] Fridericus II. Daniae rex Embsburgo 3. Ianuarii 1561 Augusto Saxoniae electori scripserat, se augustanam confessionem eamque solam sequi; quas litteras edidit *Heinr. Heppe*, Geschichte des deutschen Protestantismus in den Jahren 1555 bis 1581 I (Marburg 1852) Beil. p. 130—132.

[8] Aliunde haec constant: Elisabetham Angliae reginam 7. Februarii 1561 Naumburgi per Christophorum Mundt oratorem principibus illis affirmasse, sibi cum ipsis communem esse religionem, hosque 8. Februarii ei respondisse: Spem sibi esse, Elisabetham in confessione augustana permansuram etc. (*Calinich* l. c. p. 208—210. *Heppe* l. c. I, Beil. p. 132—137. *Jos. Stevenson*, Calendar of State Papers. Foreign Series, of the reign of Elizabeth, 1560—1561 [London 1865] n. 843. 970).

Electore Brandenburgensi his diebus fuit exceptus [1]. Grauis est huius uirj suscepta Legatio, quam obit inter haereticos Ecclesiae admodum infensos, ne dicam et apud barbaros. Conseruet illum Dominus, et Ecclesiae suae utilem faciat.

Dux Bauariae [2] si quis alius Princeps Catholicus, in asserenda Religione laborat gnauiter, nec sinit publicis officijs aliquem praeficj, cuius fides et integritas non primum fuerit explorata. Edidit opus germanicum Staphylus, qui nunc Jngolstadij uersatur, ac sectariorum fraudes ita detexit, ut multi eo libro lecto mirentur, atque in uera Religione confirmentur [3].

Augustae Catholicorum non modo numerus, sed etiam uirtus indies magis ac magis uidetur augerj, quae res ut passim recreat ortodoxos, ita Ecclesiae hostes uehementer offendit, praesertim cum animaduertunt, non modo plebaeos, sed etiam nobiliores Ciuitatis huius, partim in Religionis officio confirmarj, partim ad Ecclesiae catholicae gremium reducj Domino cooperante [4]. Accessit catechistica lectio nunc recens instituta, quae magno hactenus fauore et applausu auditorum excipitur, qui se illa etiam doctrina iuuarj fatentur [5]. Nec desunt obseruatores atque insidiatores, cum Lutheranae sectae concionatores in catholicis concionibus palam se uisendos praebeant, qui deinde uel calumniantur, ut istorum mos est hominum, uel quae audiunt, mirari et commendare uidentur. Orandus est Dominus, ut causam Religionis a tot hostibus et pestibus liberet, utque Catholicos Principes nouis inter se foederibus conciliatos tueatur, atque ad Synodum promouendam Spiritu principalj confirmet [6]. Gratulantur autem sibi boni omnes de Jllustrissimo Domino Varmiensi, quj non modo Cardinalis, uerum etiam Synodi Legatus his diebus a Pontifice Maximo sit designatus [7].

In postrema huius relationis pagina manu ipsius P. Elderen scriptum est: „De rebus nouis Germaniae 1561 Mense Martij.“ Atque cum in eadem relatione de Hosio „Synodi Legato his diebus . . designato“ — designatus est 10. Martii — scribatur, et cum P. Hurtadus Canisii iussu Augusta 22. Martii 1561 Lainio scripserit: „Mandiamo á V. P. vne letere de rebus nouis Germaniae“: dubitari non potest, quin relatio haec sub 22. Martii 1561 scripta sit. Quam Canisio vel dictante vel multum

---

[1] Commendonus Ioachimum II. electorem Berolini primum adiit 20. Februarii 1561 in eiusque domo per complures dies moratus est.

[2] Albertus V.

[3] Paulo ante Fridericus Staphylus (de quo *Can.* Epp. I, 557[1]), exeunte a. 1560 universitatis ingolstadiensis „superintendens“ et professor constitutus, ediderat: „Christlicher gegenbericht . . . Vom rechten waren verstand des Göttlichen worts“ etc.; de quo libro vide infra, monum. 386.

[4] Marc. 16, 20. [5] Vide supra p. 72. [6] Ps. 50. 14.

[7] Stanislaus Hosius 26. Februarii 1561 cardinalis nominatus, 10. Martii 1561 iussus erat (cum quattuor aliis cardinalibus „legatis“) concilio tridentino praeesse (*Pallavicino* l. c. l. 15, c. 6. *Ant. Eichhorn,* Der ermländische Bischof und Cardinal Stanislaus Hosius II [Mainz 1855], 15—16).

adiuvante ab Eldereno scriptam esse, et ex rei gravitate — in usum curiae romanae haec scribebantur (cf. *Can.* Epp. II, 599—600) — et ex ipso sermonis genere coniectare licet. Notatu dignum etiam est, Hurtadum in litteris modo memoratis scribere: „Jl .D. Lamberto scrisse da Numburgo doue uenero li Reuerendissimi Nuntij" etc. Unde concluseris, Canisium, quae de rebus naumburgensibus narrat, partim saltem ex P. Lamberto Auer S. J. accepisse, quem Delphinus nuntius theologum et familiae moderatorem Vindobona Naumburgum secum abduxerat (cf. supra p. 25).

534.

P. HURTADUS PEREZ S. J.

nomine Canisii

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 22. Martii 1561.

Ex autographo (2°; 3 pp.; in p. 4. inscr. et reliquiae sigilli). Cod. „G. Ep. II." f. 101ᵃ—102ᵇ.

Pii IV. Breve Canisio missum. Facultates per Lainium, cardinali Augustano consulto, a Pio IV. impetrandae. Canisius dolet, Pium a protestantibus vicarium Christi non agnosci. Concilium mox incohandum. Sociorum duorum discessio; alterius pia mors. Aegroti. Noricii. Collegium vindobonense eiusque culina. Proceres interdum ad convivium vocari convenit. Victoriae vota sollemnia et simplicia; num cum apparatu facienda? Hosius. Drascovitius. Conventus naumburgensis. Res augustanae: Messis, oblocutores, „Infernalistae". Relatio de rebus Germaniae.

Jhs

Pax Christi molto Reuerendo P. nel Signore.

Questa Settimana non ci son rese nessune letere di V. P. et cossi non habiamo á che rispondere, ma risponderemo ad alcune cose passate, et scriuiremo altre ch' occorreno. et rispondero io per esser anche adesso n. P. Prouinciale molto occupato.

Jl Reuerendissimo Cardinale Augustano mando con sue letere vn breue della Santita sua [1], la cui copia se rimanda á V. P. Prega nostro .P. Canisio V. P. (poi che sua santita cossi benignamente promete di uoler conceder quel che si domandara) si degni conferire con

---

Jhs. Pax Christi. Admodum reverende in domino pater.

Cum hac hebdomade litterae P. V. nobis traditae non sint, non est nobis, ad quod respondeamus: respondebimus tamen ad superiores aliquot res, et alia, quae occurrunt, scribemus. Respondebo autem ego, quia nunc quoque pater noster provincialis valde occupatus est.

Reverendissimus cardinalis Augustanus cum epistula sua Breve misit sanctitatis suae [1], cuius exemplum ad P. V. remittitur. Rogat autem pater noster Canisius P. V. (quoniam sanctitas sua admodum clementer promittit, se, quae petiverimus, concessuram esse), ut, consideratis iis, quae ea de re iam scripsimus, cum

---

[1] Has Pii IV. litteras vide supra p. 64—65.

il Reuerendissimo Cardinale quale gratie sarano piu utile et al proposito per queste bande, secondo quello che gia habiamo scritto sopra di cio. Pensa n. P. non bisogna adesso risponder á .s. santita il che pensa di far, quando sara fatta la concessione, à gloria di nostro signore, ringratiandol' in sieme humilmente si per le letere, come per la concessione delle gratie. Ci siamo molto consolati nel signore con queste letere di .s. santita uedendo che la pieta sua, che rappresenta il suo nome, la dimonstra con suoi figlioli nell' opere, Dio nostro signore il conserue alla sua santa chiesa Catholica á dispetto di tutti quelli, che non lo uogliono ricognoscer per uero uicario di Christo nostro Signore [1]. Jl che speramo monstrara esser uero Dio nostro Signore à tutti li rebelli, et inobedienti, s' vna uolta il concilio Generale si congregara et finira in concordia col agiuto del stesso nostro signore. Del che habiamo buona speranza, scriuendoci il Reuerendissimo Cardinale come inanzi le Palme [2] il Reuerendissimo Cardinale di Mantua [3] Legato con molti Vescouj, et theologi sara á Tridento. Jn sua Santita intendiamo non esser pieta senza giustitia, C' è scritto come ha tolto alcuni capi, et anchi altri non stan dal tutto sicuri [4]. Nostro Signore sia sempre con esso, et rempia del suo santo spiritu accio gouerni sua chiesa secondo lui deue, et essa n' ha de bisogno.

---

reverendissimo cardinale deliberare dignetur, quae gratiae regionibus hisce utiliores et opportuniores futurae sint. Pater noster nunc necesse non esse putat, sanctitati suae respondeat; id quod gratiis illis concessis, divini honoris causa, facere cogitat. simul et pro litteris illis et pro gratiis concessis demisso animo gratias ei agens. Illis certe sanctitatis suae litteris magno solacio in domino affecti sumus cernentes ipsam factis eam, quae nomine eius significatur, pietatem filiis probare. Quem Deus et dominus noster sanctae ecclesiae suae catholicae conservet cum pudore omnium illorum, qui eum Christi domini nostri verum esse vicarium negant [1]. Id vere eum esse Deum et dominum nostrum rebellibus et contumacibus omnibus ostensurum esse speramus, cum aliquando concilium coactum et coniunctis animis absolutum erit eodem domino nostro iuvante. Cuius rei bonam nobis spem praebet, quod a reverendissimo cardinale scribitur: Fore, ut ante Dominicam Palmarum [2] reverendissimus dominus cardinalis Mantuanus [3], concilii legatus, cum multis episcopis et theologis Tridenti moretur. In sanctitate autem sua pietatem non esse iustitia destitutam audimus; scripserunt enim nobis, ipsam capita aliquot sustulisse et ne alia quidem omnino secura esse quaedam [4]. Dominus noster semper cum ipso sit et sancto spiritu suo eum repleat, ut ecclesiam ipsius, ut debet et ecclesiae necessarium est, regat.

---

[1] Proxime significari videntur principes protestantes, qui paulo ante Naumburgi congregati erant; vide supra p. 84—85.

[2] Ante d. 30. Martii. [3] Hercules Gonzaga.

[4] Caraffis Pauli IV. propinquis a. 1560 a Pio IV. in iudicium adductis, ineunte m. Martio 1561 Carolus cardinalis Caraffa strangulatus, Ioannes dux Palliani, eius frater, cum Leonardo Cardineo et Comite Allifano securi percussus est; Alphonsus quoque Caraffa et Scipio Rebiba cardinales cum aliquot aliis Caraffarum clientibus in custodiam traditi erant. De qua re (praeter antiquos illos Panvinium, Raynaldum etc.) hac aetate scripserunt *G. Duruy,* Le Cardinal Carlo Caraffa (Paris 1883) et *R. L. Jenkins,* The Story of the Caraffa, the Pontificate of Paul IV. with all that followed after his death in the Pontificate of Pius IV. (London 1886).

Giacomo Pistolese[1] è mandato uia dalla compagnia hoggi son otto di, domando letere per esser raccomandato al .P. M. Benedetto[2] prouinciale della Lombardia; et io scrise per commandamento di n. P. non sapemo che fara, á noi ci prometeua di uoler esser buono, dopo s' intende disse ad uno di uoler esser soldato. Nostro signore lo facia buono, et à noi anche ci guardi, et dia perseuerentia in suo santo seruitio.

De Vienna è fugito vn nouicio chiamato Lazaro[3]. Vn altro. Guilielmo Gisleno Fiamengo prima tentato, et doppo per gratia di nostro signore conuertito ci fu scritto che morse alli .7. di questo mese, hauendo pigliato etiam l' ultimo sacramento della estrema untione[4], nostro signore si degni collocarli con i suoi santi al cielo, et V. P. anche uoglia far raccomandar l' anima sua nelli sacrificij et orationi della compagnia et etiam Dio[a] [?] per li uiui di quel Collegio, che son alcunj infermj, et fra loro il .P. Carolo[5] par un altra uolta sta sotto il medico, et per me anche, che piglio le medicine. Nostro Signore ci guarischi tutti dalli nostri peccati, et ci dia quella sanita

Iacobus Pistoriensis[1] ante hos octo dies ex Societate dimissus est. Qui cum litteras, quibus P. M. Benedicto[2], praeposito provinciali Lombardiae, commendaretur, petisset, patris nostri iussu ego scripsi. Quid autem facturus sit nescimus; nobis quidem se probum fore promisit; postea audivimus eum cuidam dixisse se militiae nomen daturum. Dominus noster et ipsum probum reddat, et nos custodiat nobisque concedat, ut in sancto famulatu suo persistamus.

Vindobona novicius quidam, nomine Lazarus, aufugit[3]. Alterum, Guilielmum Gislenum Flandrum, qui tentatus, domino nostro iuvante, resipuerat, die 7. huius mensis vita cessisse nobis scripserunt, ultimo etiam extremae unctionis sacramento suscepto[4]. Quem dominus noster cum sanctis suis in caelo collocare dignetur; atque etiam P. V. efficiat, ut eius anima sacrificiis et orationibus Sociorum commendetur atque ut iidem pro vivis quoque illius collegii hominibus Deum precentur — eorum enim aliqui aegrotant, atque inter hos P. Carolus[5] iterum medico traditus esse videtur — atque etiam pro me, qui medicinis utor. Dominus noster peccatis omnium nostrum medeatur et eam nobis tribuat corporis valetudinem, quae in ipsius

[a] *Sic H.; sed quae sequuntur, exigere videntur, ut legamus:* et etiam pregar Dio, *vel:* et etiamdio pregar.

[1] Cf. supra p. 54. Quae hoc loco de Iacobo Pistoriensi scribuntur, ostendunt, me errasse, cum dicerem eum eundem esse ac Iacobum de Magni vel Magnani (*Can.* Epp. II. 479[10]. 498[1]. 589[6]). Hic enim in Societate, saltem usque ad a. 1567, perstitit (l. c. p. 479[10]). [2] Palmio (*Can.* Epp. II, 523[4]).

[3] *Victoria* Vindobona 15. Ianuarii 1561 Lainio scripsit, ipso illo die Augusta Vindelicorum et Ingolstadio iuvenem genuensem, Lazarum „Spinnola" nomine, a Canisio missum, in collegium vindobonense venisse eumque in Societatis tyrocinium admittendum videri (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 4[a]).

[4] De hoc v. *Can.* Epp. II, 625[1]. *Victoria* Lainio Vindobona 8. Martii 1561 scripsit: „Guisleno doppo mezza notte resse l' anima à Jddio come vno angeleto doppo hauer' riceuuto tutti li sacramenti deuotamente" (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 22[b]). [5] Grim.

corporale, che sara alla sua gloria. Jn logho pur di questi che Jddio chiama al cielo non lascia di attraher altri alla compagnia in quel Collegio de Vienna, com' habiamo intesso esser alcunj di buona speranza riceuuti il che pensamo tutto sara scritto á V. P.

Di quel conuiuio, che s' è fatto nel Collegio nostro de Vienna nella circuncisione del Signore chiamando Prelati, et altri Signori sopra il quale V. P. domando il parere di nostro P. Prouinciale auanti alcuni di[1], risponde parerli á lui, et anche al .P. theodorico Canisio (il .P. D. Lanoyo pensamo lui hauera scritto) per alcuna buona occasione potersi inuitar tale persone, Ma hauer questo per una consuetudine in un certo tempo, non li piace, et sarebbe forse bene mutar il di alle uolte uoglio dir, non sempre inuitare in vn stesso giorno. Quello anche non li piace troppo, che quelli Signori che cossi son chiamati, portano[a] tanta robba per la cucina, che s' è inteso questo anno hebbero li fratelli dell' auanzi del conuiuio, non so quanto tempo di mangiare[2]. Et questa cosa se ben loro la facino da sua posta, forse si sentiranno grauati[b]. quando si chiamano, massime per ordine[3].

Jl P. Victoria ha scritto à nostro .P. alcune altre difficultade sopra sua professione. Se douerebbe far subbito (il che pareua alli

---

gloriam cedat. Nec tamen Deus in locum eorum, quos in caelum evocat, alios in collegio illo vindobonensi Societati aggregare omittit; ut aliquot bonae spei homines admissos esse accepimus; quae omnia P. V. scriptum iri existimamus.

Cum de convivio illo, quod in collegio nostro vindobonensi die circumcisioni domini sacro institutum est, praelatis et aliis proceribus vocatis, P. V. patris nostri provincialis sententiam aliquot abhinc dies exquisierit[1], hic respondet et sibi et P. Theodorico Canisio (P. D. Lanoium ipsum scripsisse putamus) occasione aliqua oblata huiusmodi homines invitari posse videri; nec tamen ipsi placet id certo aliquo tempore pro consuetudine observari; et expediet fortasse diem interdum mutare sive non semper eodem die eos invitare. Ne hoc quidem ita multum ei placet, quod proceres illi ita vocati tot res in culinam inferunt, ut hoc anno, sicut audivimus, ex convivii illius reliquiis nescio per quantum tempus fratribus fuerit, quo vescerentur[2]. Quod licet illi sua sponte faciant, tamen, si vocantur, praesertim ordine, fortasse gravantur[3].

P. Victoria patri nostro aliquot alias difficultates de professione sua exortas

---

[a] *Ab H. correctum ex* debiano portar.

[b] *6 vv. sqq. ab H. postea inserta sunt.*

---

[1] Vide supra p. 33.

[2] Minus igitur recte *Sacchinus* asserit, Ferdinandum I. caesarem „de suo perque suos administros" convivium hoc parasse (Hist. S. J. II, l. 5, n. 165).

[3] *Polancus* Roma 2. Aprilis 1561 Victoriae *scripsit: „Circa l' inuitare à Pranzo alcuni Personaggi in alcune Feste .N. Padre si rimette à .V. R. mà ben' li pare si faccia rare uolte; et al Padre .D. Lanoi etiam pare che sarebbe bene pian' piano leuar' tal usanza maxime quanto alla solennita, pur' come si è detto quanto à Vienna la Cosa si rimette alla .R. V." (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 317[b]).

conseglieri Viennensi[1]) quelli simplici uoti, che son' al fine delle Constitutionj, quali fanno i professi[2], acio (dice) che facendoli doppo non paresse vn altro atto. Altra era, se si farebbe alcun ornato, et qualche excitatione, par intendeua che il predicator dechiarasse quel negocio, etc. et sopra cio giudicauan lasciarlo al giudicio del Reuerendissimo Legato, adesso etiam Cardinale Hosio, in cui mani deue far la professione[3], il Reuerendissimo Quinque Ecclesiense[4] persuadeua anche di far qualche dimostratione . á cio nostro Padre rispose cossi: Quanto alli semplici uoti, che non li facesse insieme in quel atto, che ne lui anche le fece insieme nella sua professione[5]. All' altro, che lui s' inclinaua piu; a che si facessi simplicemente, pur se rimetteua á sua .r. et vorria che facessi piu presto di manco, che di piu[6].

Jl .D. Lamberto[7] scrise da Numburgo doue uenero li Reuerendissimj Nuntij di .S. Santita alli Principi de Germania, et secondo lui significa del suo viaggio par non potra tornar á Vienna inanzi il mese di giugnio.

---

per litteras proposuit: Num statim (id quod consiliariis vindobonensibus[1] videbatur) simplicia illa vota, in extrema Constitutionum parte posita, quae professi nuncupant[2], nuncupare deberet, ne, ut dicit, si postea ea nuncupasset, diversa caerimonia esse videretur? Altera difficultas erat: Num quid ornatus et quaedam ad animos excitandos apta adhibenda essent? Quibus verbis significare voluisse videtur, a contionatore explicandum esse negotium illud etc.: atque hoc iudicio reverendissimi legati Hosii, qui nunc etiam cardinalis est, permittendum esse censebant: in cuius manibus professionem emissurus esset[3]. Reverendissimus quoque Quinqueecclesiensis[4] iis persuadebat, ut rem aliquo modo conspicuam facerent. Ad quae pater noster rescripsit: De simplicibus votis, ne ea simul nuncuparet in ea caerimonia; neque se ipsum ea nuncupasse in professione sua[5]. Quod ad alterum attineret, inclinare quidem se magis ad rem simplici modo faciendam: sed reverentiae suae arbitrio se id permittere optantem, ut potius parum quam nimium fieret[6].

D. Lambertus[7] Naumburgo, ubi reverendissimi sanctitatis suae nuntii Germaniae principes adierunt, litteras misit; atque ex iis, quae de itinere suo ipse scribit, concludendum esse videtur, Vindobonam eum redire non posse ante mensem Iunium.

---

[1] Consiliariis domesticis sive „consultoribus" rectoris: de quibus *Can.* Epp. II, 753[5]. 770.

[2] *S. Ignatius* constituerat (Constitutiones P. 6, c. 2, n. 1, A; P. 10, n. 6 et A), ut professi votis sollemnibus emissis vota simplicia nuncuparent, quibus promitterent, se paupertatis religiosae puritatem conservaturos, dignitatem in Societate non ambituros, et, si quem ambire cognovissent, manifestaturos, praelaturam extra Societatem neque quaesituros neque admissuros, si quam autem a pontifice coacti subissent, praepositi generalis consilium in ea audituros. Antiqua horum votorum forma, a. 1558 a prima Societatis congregatione generali (decr. 102 post el.) approbata, exstat in *Instituto* Societatis Iesu (II, 180). [3] Vide tamen supra p. 77[5].

[4] Georgius Drascovitius. [5] Cf. *Can.* Epp. I, 655—656.

[6] Constat, vota „sollemnia", licet cum externo aliquo apparatu nuncupari soleant, non tamen ex hoc „sollemnitatem" suam ducere, sed ex eo, quod, qui ea emittit, firmissima quadam et irrevocabili ratione divino cultui consecratur idque ita, ut iure canonico ad bona possidenda, matrimonium ineundum etc. „inhabilis" sit.

[7] P. Lambertus Auer S. J.; vide supra p. 88.

Nostro Padre prega V. P. uoglia far raccomandare questa messe Augustana nella qual facendose molto frutto per la gratia di Dio et mezzo delle prediche di N. P. et altre conuersationi, l' inimico non il puo patire, et cossi muoue suoi instrumenti á far il suo solito, per il che non lasciano di parlar non solo contra esso, ma anche dicono biasteme contro nostro signor Jesu Christo, che lui habi patito pene nel inferno [1], et altre cose con che la gente si puo muouer quasi á sedicion. Disse vna volta vno (secondo habiamo inteso) mentre hauerete questi superiori (et intendeua li Catholici, che son fra li magistrati) non anderano le cose bene.

Mandiamo á V. P. vne letere de rebus nouis Germaniae, il n. P. prega V. P. le corriga, se vedera esser de bisogno [2]. non altro se non che .n. P. et noi tutti molto ci raccomandiamo nelle sante orationj et sacrificij di V. P. et degl' altri Reuerendi P. et fratelli. de Augusta 22. de Marzo 1561.

Per comissione di n. P. Prouinciale

di V. P. indegno figliolo in Christo
Hurtado.

Pater noster P. V. rogat, ut Sociorum precibus commendandam curet messem hanc augustanam; in qua Deo propitio ex contionibus patris nostri et alia cum hominibus communione multum fructum colligi inimicus ferre non potest; quare hic instrumenta sua movet, ut more suo non solum illi perpetuo obloquantur, sed etiam in Iesum Christum dominum nostrum maledicta coniciant, eum poenas in tartaro passum esse asserentes [1], atque alia dicant, quibus plebs paene ad sedicionem excitetur. Atque aliquando unum ex iis dixisse audivimus: Quamdiu hos praefectos habebitis (catholicos significabat, qui de magistratibus sunt), rerum prosperitate non fruemini.

P. V. litteras mittimus de rebus novis Germaniae scriptas; quas ut P. V., si necesse esse intellexerit, corrigat, pater noster petit [2]. Neque aliud, quod scribam, habeo, nisi et patrem nostrum et nos omnes P. V. et ceterorum reverendorum patrum et fratrum sacris precibus et sacrificiis vehementer nos commendare. Augusta Vindelicorum 22. Martii 1561.

Iussu patris nostri provincialis.

P. V. indignus filius in Christo Hurtadus.

---

[1] Christi in cruce mortui animam in tartarum descendisse ibique poenas damnatorum pertulisse atque ita hominum redemptionem absolutam esse, Ioannes Aepinus (Höck, † 1553), Lutheranorum hamburgensium superintendens, eiusque sectatores, quos „Infernalistas" vocabant, affirmabant (*Ign. Döllinger*, Die Reformation II (Regensburg 1848), 485—486). Ceterum posterioribus quoque saeculis theologi protestantes haud pauci Christum supplicia, quae impii apud inferos perferunt, pertulisse docuerunt (*F. A. Stentrup* S. J., Praelectiones dogmaticae de Verbo incarnato. P. II, Vol. I [Oeniponte 1889], p. 234—237. *J. A. Dorner*, Geschichte der protestantischen Theologie [München 1867] p. 877).

[2] Has litteras bono sermonis genere conscriptas esse oportebat, quia in cardinalium ac fortasse etiam summi pontificis manus perventurae erant. Cf. *Can.* Epp. II, 599—600. 671. 769.

Jhs

Al Molto Reuerendo in Christo .P. il .P. M. Jiacomo Laynez Preposito Generale della Compagnia [di] Jesu in Roma.

Nota: Lainius Canisio per Polancum rescripsit 5. Aprilis 1561.

Jhs

Admodum reverendo in Christo patri, P. M. Iacobo Lainio, praeposito generali Societatis Iesu. Romae.

535.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 22. Martii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Prouintiale". Cod. „Germ. 1559" f. 316ᵇ—317ᵃ.

Collegium vindobonense. Socii itali et hispani. Fratrum scholasticorum Societatis et „Ministrorum" ratio diligenter habenda. Mutationes Sociorum. Historia quaedam, si Canisio visum erit, excudenda et Maximiliano II. dedicanda. Quem saepe adiri convenit.

R. V. litterae, quae hac hebdomade nobis tradi debuerant, traditae non sunt.

Cum Vindobonae P. Thomas Bohemus vita cesserit [1] *et alii aegrotent et Socii ad laborandum idonei nimiis laboribus graventur, pater noster reverentiae vestrae commendat, ut Sociorum vindobonensium numerum potius augeat, quam diminuat. Ex Italia vel Hispania Germaniae magistros, si poterimus, libenter mittemus.*

Pare etiam conueniente che senza necessità grande non si rimoueno li scolari del studio auanti il tempo della renouatione [2], et che si tenga assai respetto circa li ministri che agiutano il gouerno alli

---

R. V. litterae [etc., ut supra].

Cum Vindobonae [etc., ut supra].

Videtur etiam convenire, ut sine gravi necessitate scholastici a litterarum studiis ante renovationis tempus [2] non removeantur et ut ministrorum rectores in

---

[1] *Victoria* Vindobona 28. Februarii 1561 Lainio scripsit, hunc (de quo *Can.* Epp. II, 449[1]. 728 etc.) ipso illo die mortem obisse (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 19ᵃ).

[2] Haec bis singulis annis (sub menses Aprilem et Octobrem vel Novembrem) fiebat: cf. *Can.* Epp. II, 438[2]. 443[2].

Rettori non si releuando quelli facilmente che loro in conscientia sua reputino[a] necessarij per la conseruatione[b] et ben' esser del suo Collegio se già .V. R. non hauessi altre ragioni, delle quali li Rettori non sono troppo informati[1]. per che si bene si debbi credere à loro (come è giusto) nelli bisogni di loro Collegij può esser' ch' il prouintiale uede bisogni maggiori altroue, et però si debbe stare àlli giuditij di esso[c] finalmente, Hà mandato detto Padre Vittoria certe lettere Todesche, et una latina dedicatoria al Rè Maximiliano per un' certo libro d' Historia[2], il quale penso habbia scritto detto Padre Vittoria à V. R. Pare à nostro Padre che la R. V. ueda dette lettere, et quantunque la latina pare possa passare; si rimette pure al giuditio di V. R. tanto quella come le Todesche, et anche il stesso libro d' historia il quale si li è scritto si mandi à .V. R. per che sà li humori di Germania. Ben pare à N. Padre conueniente un libro simile, et anche che sia dedicato al Re maximiliano, et che il Padre Vitoria sia animato per .V. R. et aiutato accio habbia più occasione, et commodità de parlare al detto Rè: mà li pare etiam conueniente la censura di V. R. sì nel libro si nelle prefatione et li raccomanda la breuità dell' espeditione quanto[d] [?] si può breuemente · nè altro occorre in questa dire se non che nostro Padre et tutti ci raccoman-

---

gubernando adiuvantium rationem diligenter habentes eos, quos ipsi ad collegii sui conservationem et prosperitatem necessarios esse religiose iudicant, haud facile auferatis, nisi R. V. ad eos auferendos aliis rationibus moveatur, quas rectores haud ita plane cognoverint[1]. Licet enim ipsis (sicut aequitas exigit) in rebus ad collegiorum necessitates spectantibus credi oporteat, cum tamen fieri possit, ut praepositus provincialis maiores necessitates alibi exstare intellegat: tandem ipsius iudiciis standum est. Pater ille Victoria litteras quasdam germanicas et epistulam latinam, qua historia quaedam Maximiliano regi dedicaretur, nobis misit[2]; id quod eundem patrem Victoriam ad R. V. per litteras rettulisse opinor. Patri autem nostro placet, R. V. epistulas illas recognoscere, et licet latina illa probari posse videatur, tam ipsa, quam germanicae litterae R. V. iudicio permittuntur, atque etiam ipsa illa historia, quam ut ad R. V., quippe quae Germanorum indolem nosset, mitteret, ei scripsimus. Ac convenire quidem censet pater noster, ut huiusmodi liber edatur, atque etiam ut idem Maximiliano regi dedicetur et ut pater Victoria a R. V. excitetur et adiuvetur, quo frequentius commodiusque regem illum adire possit; attamen hoc quoque ipse censet convenire, ut et liber ille et praefatoriae litterae a R. V. recognoscantur, atque eidem, ut breviter, quantum fieri possit, negotium expediat istud, commendat. Neque aliud, quod nunc dicam, occurrit nisi et patrem

---

[a] reputi *ap.* [b] coseruatione *ap.*
[c] essi *ap.; at totus sermo ostendit,* esso *legendum esse.*
[d] *Sic ap.; legendumne* quando *?*

---

[1] Ex *Polanci* *litteris Roma 21. Martii 1561 ad Victoriam datis intellegitur hunc timuisse, ne Canisius P. Carolum Grimium, collegii vindobonensis „ministrum", Vindobona avocaret (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 315[a]).
[2] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

diamo molto nell' orationi di .V. R. et di quelli di Augusta. Di Roma alli .22. di Marzo 1561.

---

nostrum et nos omnes R. V. et Sociorum augustanorum sacris precibus nos magnopere commendare. Roma 22. Martii 1561.

Nota: Una cum hac epistula litterae quaedam et latine et germanice conscriptae [1], quibus historia quaedam Maximiliano (II.), Bohemiae regi, a Sociis vindobonensibus „dedicaretur", Lainii iussu Roma ad Canisium missae sunt, ut eas recognosceret, quas litteras Victoria, collegii vindobonensis rector, recognoscendas miserat Romam; quae omnia ex *Polanci* *epistula Roma 21. Martii 1561 Lainii nomine ad Victoriam data cognoscuntur; atque eadem epistula Victoria etiam ipsam illam historiam per fidum hominem Canisio mittere iussus est, quamprimum, ut in collegii vindobonensis typographia excudi posset, recognoscendam (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 315ᵃ). Qui liber, ut ex *Hurtadi* litteris Canisii iussu 5. Aprilis 1561 ad Lainium datis patet (v. infra p. 107), non a Socio quoquam, sed ab externo scriptus erat, ideoque Sociis timendum erat, ne, si multa in eo mutarent, ab hominibus vituperarentur. Eadem historia a *Polanco* in *litteris die 18. Ianuarii 1561 Roma ad Victoriam missis „libro delle Historie de pietate principum germaniae" vocatur (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 291ᵃ). Cum autem Natalis Venetiis 6. Iulii 1555 S. Ignatio scripserit, a se Sociisque vindobonensibus paulo ante Ferdinando I. commendatum esse, „che commandi a vn suo historiografo catholico che faccia vna cronografia nella qual breuemente si dimostri la succession de la Giesa santa . . . et succession della fede, et dottrina di quella natione, et obedientia alla sede apostolica" etc. (Epistolae P. *Nadal* I, 310; *Polanci* Chronicon V, 271): satis probabile fuerit, „librum historiarum de pietate principum Germaniae" Ferdinandi I. iussu a viro historiae peritissimo Wolfgango Lazio (1514—1565), medicinae professore in universitate vindobonensi et Ferdinandi I. medico atque historico, compositum et vel ab ipso Ferdinando, vel a Lazio, „Societatis" Iesu, ut *Polancus* (Chron. III, 241) ait, „amicissimo", collegio vindobonensi traditum esse, ut in eius typographia excuderetur. At quod compluribus aliis Lazii scriptis accidit (*J. v. Aschbach*, Geschichte der Wiener Universität III [Wien 1888], 219. 230. 231), huic quoque accidisse videtur, ut nunquam prelum subiret. Nam et Canisius, ut videbimus, eo excudendo supersederi oportere censebat, et in indiculo librorum e typographia collegii vindobonensis in lucem emissorum, quem posuit *Antonius Mayer* (Wiens Buchdrucker-Geschichte 1482—1882 I [Wien 1883], 94—96), haec historia frustra quaeritur.

Canisius Lainio per Hurtadum rescripsit 5. Aprilis 1561.

536.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 29. Martii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Padre Canisio". Cod. „Germ. 1559" f. 317.

---

[1] „Di quà se li manda detta Epistola in Latino et in Todesco."

Canisius merito Augustae a capitulo retinetur. Romae, ut protestantes per eum ad ecclesiam reducantur, Deum precantur. Regulae. Canisio nimii labores non suscipiendi. Facultates. Victoria. Litterae indicae. Collegium Augustae condendum.

Questa settimana riceuette nostro Padre le lettere di .8. et .15. del presente di .V. R.[1]. Sarò breue nella risposta per esser' molto tardi.

Il Capitolo Augustano fà bene de procurare che .V. R. si fermi in augusta[2] per che stà bene lì se non si uedessi qualche notabile speranza di frutto nel Concilio. Et non mancherà di quà lo aiuto nelle orationi per la R. V. al quale speramo darà aiuto spetiale Iddio .N. Signore contro li Heretici et forsi à qualch' uno che non sia ribelle al lume forse si degnerà alluminarlo il sole di sapientia[3], et così gle lo supplicamo.

Sono mandati .3. ò 4. copie dell' officio del Rettore per ogni collegio una, à Vienna si mandò per uia dritta.

Le lettioni della dottrina Christiana, confessioni, et exercitij non lasceranno troppo in otio V. R. per il tutto li conceda forze Christo N. Signore . ueda pure de non si agrauare troppo.

Stephanum Liberium Pragae retinere licet.

La facultà che si è potuta ottener' dal Papa gia si è mandata, et quello che adesso ricerca la .R. V. lo trouerà quasi tutto in quello.

Quello che si ordinò circa la professione del Padre Vittoria stà bene, et anche la diligentia in reuedere le lettere dell' Jndia conuiene assai.

Litterae quaedam missae iam sunt; aliae postea mittentur.

Hac hebdomade ad patrem nostrum R. V. epistulae diebus 8. et 15. huius mensis datae perlatae sunt[1]. Ad quas, quia valde multa iam dies est, breviter rescribam.

Capitulum augustanum recte agit, cum providet, ut R. V. Augustae maneat[2]; expedit enim ipsam istic morari, nisi fructus in concilio colligendi magna aliqua spes appareat. Neque hic orationibus R. V. adiuvare omittemus, cui Deum et dominum nostrum singulare auxilium contra haereticos praebiturum esse speramus; ac fortasse aliquorum, qui luci non repugnent, mentes sol sapientiae[3] illuminare dignabitur; id quod ab eo petimus.

Missa sunt istuc officii rectoris 3 vel 4 exempla, ut singulis collegiis unum daretur; vindobonense autem exemplum recta illuc missum est.

Doctrinae christianae expositiones, sacrae confessiones, exercitia spiritualia R. V. nimium quiescere non patiuntur, opinor. Ad quae omnia praestanda Christus dominus noster vires ipsi tribuat. Caveat tamen R. V., ne nimia onera in se suscipiat.

Stephanum [etc., ut supra].

Facultatum, quas a summo pontifice impetravimus, indiculum istuc iam misimus; in quo R. V., quae modo petiit, fere omnia reperiet.

Quae de patris Victoriae professione constituta sunt, recte constituta sunt, atque etiam magnopere convenit, litteras indicas diligenter recognosci.

Litterae [etc., ut supra].

---

[1] Epistula 8. Martii data superesse non videtur.

[2] Vide supra p. 74 et infra, monum. 227. 228. [3] Cf. Eccli. 27, 12.

Non si risponde al Padre Vrtado in particolare per non esser' necessario : ma desideriamo molto la sua sanità in Domino et espettamo intendere l' esito del Collegio di fare in Augusta [1] doue penso saria molto utile per il seruitio Diuino, non mi occorre stendermi in altro se non raccomandarci tutti [a] molto nell' orationi di .V. R. et delli altri che in sua compagnia si troueno. Di Roma li .29. di Marzo MDLXJ.

Patri Hurtado separatim non respondemus, quia necesse non est; qui tamen ut bene valeat, vehementer in domino optamus, atque speramus nos intellecturos esse, quomodo collegii Augustae instituendi conatus successerint [1]; quod istic ad divinam gloriam augendam valde utile fore existimo. Neque alia, quae scribam, mihi occurrunt, nisi ut R. V. et ceterorum cum ipsa degentium sacris precibus nos omnes vehementer commendem. Roma 29. Martii 1561.

537.

ALIQUIS DE SOCIETATE [P. HURTADUS PEREZ?]

nomine Canisii, praepositi provincialis,

PP. IOANNI DE VICTORIA, PAULO HOFFAEO, NICOLAO LANOIO, THEODORICO CANISIO, S. J.,

collegiorum vindobonensis, pragensis, ingolstadiensis, monacensis rectoribus.

Augusta Vindelicorum sub finem Martii vel initium Aprilis 1561.

Ex apographo eiusdem fere temporis, in collegio ingolstadiensi scripto. Cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 20.

Epistulae particulam ex eodem exemplo transcripsit *Pachtler* l. c. 1, XXXIX. Qui haud recte asserit, exemplo huic Canisium sua manu nomen subscripsisse.

Rectores „regulas“ officii sui, Societatis constitutiones, „regulas communes“ etc. diligenter legant. Iidem litteras quadrimestres, superiorum praecepta etc. in librum ad id destinatum referant. Singulis praepositi provincialis „consultoribus“ alicuius partis provinciae germanicae cura singularis demandata est. Statis temporibus litterae rectorum, consultorum etc. scribendae sunt.

Jhesus.

Visum est .P. Prouinciali pro ratione muneris sui, et secundum exigentiam verae charitatis et obedientiae Rectores [b] huius Germanicae Prouinciae omnes et singulos de quibusdam commonefacere nimirum ut ad aeterni Dei gloriam, et cum optato animarum fructu rectius omnia, quae ad societatis nostrae institutum spectant, hoc presertim proximo quadrimestri tempore peragantur [2]. Rogat autem per amorem Jesu Christi Dominj nostrj, ut in illis obseruandis, quantum per Dei gratiam licet, se diligentes prebeant.

[a] tutto *ap.* [b] Rectoris *ap.*

[1] Cf. supra p. 55. 79.

[2] De hoc „quadrimestri tempore“ vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

.1. Commendatas habeant sibi regulas, in quibus Rectoris officium clare descriptum et explicatum uident, quemadmodum ex Vrbe missas easdem regulas acceperunt [1].

.2. Preter has regulas scire ac saepius meminisse debent examen generale [2] et communes regulas [3], constitutiones in .10. partes tam sancte quam utiliter distributas, ac [a] preterea officium prouincialis [4], quod non multo post transcriptum ad omnes mittetur, tum regulas illas de modo scribendi [5], ac denique concessiones et priuilegia, quibus pro huius temporis et nationis ratione frequenter indigemus. Vellet autem .P. ut Rectores omnes per hoc ipsum quadrimestre in illis quotidie legendis saltem per dimidiam horam sese exercerent, atque ita inter legendum de germano spiritu nostrae societatis imbibendo et exercitando [b] [?] magis magisque curarent.

.3. Habeat vnusquisque Rector librum proprium, quo excipiat literas quadrimestres a [c] [?] se missas, et praecepta superiorum per literas missa, et alia, quae ad Collegij sui tum conseruationem, tum gubernationem et profectum facere uidebuntur: ita fiet, ut non solum .P. Prouinciali in uisitatione sed etiam futuris Rectoribus in sua functione [d] rectius constet de statu eiusdem collegij, siue spiritualia, siue temporalia spectentur.

.4. Praestent Rectores reuerentiam erga consultores .P. Prouincialis [6] cum quibus etiam, ueluti Angelis prouinciarum [7] libere conferre possint de his quae ad Collegij sui profectum spectant, Nam D. Lanoyus habet sibi demandatam Prouinciam Austriacam. D. Cuuillon. Boemicam, D. Pisa Bauaricam [8] qui poterunt deinde ratione [e] [?] Rectorum (sicubi sit opus) [f] prouincialem admonere et urgere magis, ne ille quicquam quod suj est officij in promouendis Collegijs praetermittat [9].

---

[a] a *ap.* [b] *Sic; sed malim legere* excitando. [c] *Sic; sed malim legere* ad.
[d] fruitione *ap.* [e] *Sic ap.;* nomine ? [f] (sicubi sit) opus *ap.*

---

[1] Cf. supra p. 49—50. [2] De hoc vide *Can.* Epp. II, 375[4]. 556[6].
[3] Vide l. c. II, 589. 590. [4] Vide l. c. II, 687—688. 692 etc.
[5] Vide l. c. II, 582[4]; cf. supra p. 60.
[6] De „consultorum“ munere vide *Can.* Epp. II, 753[5].
[7] Cf. Dan. 10, 13. Apoc. 1, 20; 2, 1 etc.
[8] Tres partes provinciae Societatis „Germaniae superioris“, non Societatis provincias austriacam etc. hic significari, vel ex eo patet, quod Societatis „provincia bavarica“ anno 1770 constituta et a provincia „Germaniae superioris“ separata est.
[9] In * „*Officio* Provincialis“ (recognito) a. 1560 Roma ad Canisium misso statuitur: Provincialis consultoribus „prouinciae partem assignet, ut suae quisque peculiarem solicitudinem gerat“; vide infra p. 102. Atque etiam in * „*Officio* Prouincialis“ (iterum recognito) a. 1566 Roma Canisio misso: Provincialis „eis curam partiatur si iudicauerit expedire locorum suae Prouintiae ad eum modum, quo in const. et declar. 9[ae] par. cap. 6°. numero X.°“ etc. (Cod. „Can. X Sa“ f. 96[a]). Quae tamen „partitio“ postea tum ex praepositi provincialis „officio“ sive regulis reliquoque Societatis instituto, tum ex eiusdem more (saltem communi) sublata est.

.5. Obseruetur specialiter et diligenter ut Rectores[a] quotanis semel de Prouinciali suo ad Praepositum generalem scribant, in quibuscunque rebus ille corrigi uel perfici[b] posse uidebitur. Jta scribant et consultores de suo Rectore ad Prouincialem quarto quoque[c] mense, hoc est, cum quadrimestribus aut etiam si uidebitur crebrius, sed literis id obsignatis agant[1].

.6. Detur opera[d] ut in tempore et correcte scribant[e] [?] quadrimestres et in eo quidem literarum numero quem modus ille scribendi nobis praescribit[2]. cum illis ad prouincialem scribatur de statu totius Collegij diligenter, ut status Collegij rectius cognoscatur et dirigatur. Jam[f] [?] quae ad renouationem studiorum spectant, Augustam tempestiue mittantur[3]. Petrus Canisius subscripsit[g] [?]

Quj se peculiariter in Domino
Patrum fratrumque commendat
precibus.

Epistulam hanc, cui tempus ascriptum non est, ante annum 1564 datam esse ex eo patet, quod in ea Austria et Bohemia ut partes provinciae Societatis „Germaniae superioris" exhibentur; a qua anno 1563 separatae sunt. In iisdem autem litteris Canisius „consultorum" suorum ingolstadiensium mentionem facit (qui ante m. Novembrem a. 1560 constituti non sunt; v. *Can.* Ep. II, 753) ac rectores „Officium Provincialis" (recognitum), quod ipse „non multo post transcriptum ad omnes" missurus sit, diligenter legere iubet (ipse m. Augusto a. 1560 officium hoc a Lainio acceperat; vide l. c. II, 687) et iisdem „regulas Rectoris", quas „ex Vrbe missas acceperint", commendat (mensibus Februario et Martio a. 1561 eas acceperant; vide supra p. 50. 57); quare has litteras neque ante m. Martium a. 1561 neque multo post datas esse dicendum est. „Hoc proximum" autem „quadrimestre tempus", ad quod praecipue illae spectant, et cuius initio proximae (alterae) „litterae quadrimestres" scribendae erant, a mense Maio incipiendum erat; cf. *Can.* Epp. I, 336. Si quis porro, quae Canisius harum litterarum n. 6 de litteris quadrimestribus „in tempore et correcte" ac iusto numero scribendis et de rebus ad „renouationem studiorum" spectantibus „tempestiue" sibi mittendis monet, consideraverit et ex

[a] Rectoris *ap.* [b] perficere *ap.*
[c] quacunque *ap.; quod ita, ut correxi, corrigendum esse, vv. proxima ostendunt. V. etiam infra adn. 1 huius pag.* [d] opa *ap.* [e] *Sic ap.;* scribantur *?*
[f] *Sic ap.;* tum *?* Jtem *?*
[g] *Sic ap.; fortasse legendum* Petrus Canisius Soc. Iesu *vel solum* Petrus Canisius*; id quod mihi longe magis probatur; librarius enim ingolstadiensis adnotasse videtur* subscripsit, *ut significaret, Canisium has litteras ab altero scriptas sua manu subscripsisse. Pachtler l. c. haud recte:* subditissimus.

S. Ignatius in Constitutionibus (P. 9, c. 6, n. 10 et F) solum, ut inter generalis praepositi consultores sive „assistentes" huiusmodi distributio institueretur, commendaverat.

[1] Cum *S. Ignatius* statuisset, ut rectorum consultores bis singulis annis de rectore suo ad praepositum generalem scriberent (Constitutiones P. 4, c. 17, n. 7), in antiquissima illa *„*Formula* scribendi", quae in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 67—70 exstat, haec (f. 67[b]) posita sunt: „Consultores praepositorum localium, Rectorum ac praefectorum probationis scribant prouinciali 4.° quoque mense."

[2] Cf. supra p. 60[3]. [3] Cf. *Can.* Epp. II, 772.

altera parte meminerit, de litteris quadrimestribus parum recte compositis Canisium 19. Februarii et 15. Martii 1561, de iisdem iusto numero non missis Polancum 1. Martii 1561 scripsisse (supra p. 56. 60. 74) et „aestivam" studiorum renovationem tunc sub diem festum S. Georgii (23. vel 24. Aprilis) fieri solitam esse: has litteras sub finem Martii vel initium Aprilis a. 1561 datas esse censebit. Cum autem Canisium hoc tempore ad epistulas suo nomine scribendas opera P. Hurtadi Perez uti consuevisse constet (vide supra p. 71. 88 et infra p. 105), Hurtadum has quoque litteras scripsisse conicio.

538.

ALIQUIS DE SOCIETATE [P. HURTADUS PEREZ?]

nomine Canisii, praepositi provincialis,

PP. NICOLAO LANOIO, IOANNI CUVILLONIO, ALPHONSO PISANO, S. J.,

praepositi provincialis „consultoribus".

Augusta Vindelicorum sub finem Martii vel initium Aprilis 1561.

Ex apographo eiusdem fere temporis, in collegio ingolstadiensi scripto. Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 20[b]—21[a].

Quaestiones eis proponit, quae spectant ad procuratorem Romam, alios alio mittendos, Socios augustanos stipe sustentandos, professionem, doctrinam christianam, „experimenta", litteras scribendas, consultores ipsos.

Jhesus.

Reuerendus P. Prouincialis proponit haec puncta Reuerendis Patribus consultoribus, ut ad ea, quod senserint in domino, respondeant,

.1. Quando est mittendus Romam, qui in .2? cap. declaratio. 8.[a] partis super constitutiones, tertio quoque anno mitti iubetur nomine totius prouinciae, ut generalem de rebus ad prouinciam pertinentibus moneat[1].

2. An scribendum Romam uideatur, vtrum expediat magis ex eleemosynis Augustae quam ex capituli pecunia uiuere?[2]

.3. An uideantur aliqui mittendi per prouinciam uel ipsorum probationis, uel proximorum auxilij causa?

.4. Quomodo aedenda sint illa uota simplicia, quae professi post professiones emittere tenentur?[3]

---

[a] 4. *apogr.; vide infra, adn. 1 huius pag.*

---

[1] *S. Ignatius* huiusmodi „procuratorem", ut vocant, mitti iussit in declaratione B capiti secundo octavae partis Constitutionum addita. Canisius, cum Societatis prima congregatio generalis 10. Septembris 1558 absoluta esset, fortasse dubitabat, quonam anni 1561 mense procurator ille Romam mittendus esset.

[2] I. e. ex pecunia, quae Canisio cathedralis ecclesiae contionatori a capitulo assignata erat; vide *Can.* Epp. II, 385—386. 524. 843. *S. Ignatius* Socios operam gratis, nullo admisso salario, praestare volebat; cf. *Can.* Epp. I, 50[9]; II, 150[2]. 385.

[3] De his vide supra p. 92[2].

.5. Quomodo ab eisdem professis, et Rectoribus Doctrina christiana docenda sit per .40. dies? [1]

.6. Quomodo experimenta in constitutionibus posita Collegialium et aliorum, executionj mandarj possunt [a] [?] [2].

.7. An prouincialis debeat ad singulas prouincias quadrimestres .4. quoque mense scribere, ut uerba sonare uidentur in modo scribendi literas [3].

.8. Quomodo intelligatur, et executioni mandari possit infra scriptum cap. ex officio prouincialis in parte .13.

Jn primis in loco ubi frequentius residet, habeat consiliarios a Generali designatos, et si aliquis deerit ex eis, utatur alterius opera in ea parte, donec approbet, uel alium designet Generalis. Nullum autem ex consultoribus ad remota loca, nec ad longum tempus mittat, et eis prouinciae partem assignet, ut suae quisque peculiarem solicitudinem gerat. Ex illis aliquem a quo iuuetur, cum ad alia loca uisitandi gratia se confert, secum ducat . Et si commode fierj potest, illum, cui ea loca, quae uisitat, commendata sunt [4].

Meminerint etiam consultores, quod debent .4. quoque mense ad Patrem Generalem scribere, ut in modo scribendi literas dicitur [5].

---

[a] *Sic; sed et quae antecedunt, et quae sequuntur, ut* possint *legatur, suadent.*

---

[1] De rectoribus vide *Can.* Epp. II, 574[7]. Societatis *congregatio* generalis prima (decr. 138) praepositum generalem curare iusserat, ut professi, quae in ipsa professione de doctrina christiana tradenda promisissent, exsequerentur, addens, Ignatium singulis, „ut semel per quadraginta dies id facerent". praescripsisse (*Institutum* Societatis Iesu II, 186).

[2] Probationes ante prima vota („scholasticorum" et „coadiutorum") subeundae; cf. *Can.* Epp. I, 99[7]; II, 396[1]. 613[2]. 701[3] etc.

[3] „Prouinciales curent literas [quadrimestres], quae ad se mittentur ijs transmittere ad quos destinandae sunt, tum suo nomine quisque eorum quadrimestrem addat, qua quae sibi occurrerunt, quaeue praepositi et Rectores ac praefecti omiserunt, significet. et eam tocies exscribi curet, ac similiter et ad eosdem mittat, ut de alijs dictum est": ita antiquissima illa * *Formula* scribendi, quae inscripta est: „Qua ratione scribendi vti debeant, qui extra urbem in societate nostra uersantur" (Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 68[a]). Postea praepositi provinciales hac scriptione liberati sunt.

[4] Lex huic, quae certe ex „Officio Provincialis" a. 1560 Roma ad Canisium misso (*Can.* Epp. II, 687) exscripta est, similis — in aliquibus rebus altera ab altera differt — exstat in * „*Officio* provincialis" a. 1566 Roma in Germaniam misso, capite 6, numero 4 (cod. „Can. X Sa" f. 96). Aliqua etiam ex utraque lege translata sunt in officii sive „*Regularum* Provincialis", quae nunc in Instituto Societatis exstant, caput 2. In * „*Tabula* officij Praepositi Prouincialis" his de rebus haec tantum dicuntur — quae quidem in capite 13, n. 1 posita sunt —: „In loco ubi frequentius residet habeat consiliarios a Generali designatos uel approbatos, ex quibus unum secum semper ducat etiam dum uisitat prouinciam" (Cod. „XV A" f. 73[b]). Quare corrigendum est, quod *Can.* Epp. II, 687 coniectavi: Tabulam hanc Officium Provincialis a. 1560 recognitum exhibere. Qua fortasse antiquissimum quoddam officium proponitur, quod a. 1555 P. Hieronymus Natalis visitator Vindobonam secum attulerit; vide supra p. 49.

[5] „Prouincialium consultores singulis 4[or] mensibus scribant praeposito gene-

Has litteras, quibus tempus ascriptum non est, ante m. Novembrem 1560 datas non esse ex iis, quae supra p. 100 de consultoribus dicta sunt, patet. Anno autem 1561 eas datas esse, ea, quae Canisius n. 1 de procuratore Romam mittendo ex consultoribus quaerit, suadent; vide supra p. 101[1]. Eidem anno, quae idem nn. 4—6 de professorum votis simplicibus, catechesibus, probationibus quaerit, congruunt; hoc enim ipso anno primum, postquam Canisius provinciae S. J. Germaniae superioris praepositus est, in eadem vota sollemnia a compluribus nuncupata sunt (vide supra p. 17[1,2]. 36. 40. 77. 97).

Ac 3. Maii 1561 *Canisius* Augusta ad Lainium scripsit: „Scripsi, delectos mihi esse consultores tres Doctores Jngolstadienses, sed cupiunt a R. T. specialiter in hoc munere confirmari, suaque officia explicarj, ut rectius consulant Prouincialj. . . . Petimus nobis condonarj a R. T. quod hoc Triennio proximo nullum miserimus, qui totius Prouinciae rationem in vrbe reddat, sicuti postulant constitutiones, et speramus id a nobis in his debilibus primordijs non adeo anxie requiri.“ Haec scripsisse videtur, postquam consultores ad ea, quae de procuratore mittendo, de consultorum „a Generali designatorum“ officio etc. iis scripserat, ipsi responderant. Considerantibus praeterea, has litteras proxime, nulla re interposita, post Canisii epistulam sub finem Martii vel initium Aprilis 1561 ad rectores datam eademque manu in collegii ingolstadiensis codicem transcriptas esse dubium esse vix potest, quin eodem fere tempore atque illa datae sint. Fortasse utraque epistula simul Ingolstadium missa est a Canisio se paulo post Ingolstadii per aliquot dies futurum ignorante vel consultoribus deliberandi tempus concedere volente. Eum autem sicut ad superiores ita ad has quoque litteras scribendas P. Hurtadi Perez opera usum esse opinor; de qua re vide supra p. 101.

539.

P. THEODORICUS CANISIUS S. J.,

collegii monacensis rector,

CANISIO.

Monachio sub initium m. Aprilis 1561.

Ex *Theodorici Canisii* litteris autographis. Cod. „G. Ep. II“, f. 218[a].

De collegio monacensi amplificando.

P. Theodorius Canisius S. J., collegii monacensis rector, Monachio 15. Aprilis 1561 Lainio scripsit: „Sumus hic . . . numero .18. connumerato Johanne Italo sartore qui vicissim Jngolstadiensibus et nobis operam suam praestare solet. . . . De annuis redditibus iam cum Dominis Consiliarijs est conclusum, promiserunt illi .1000. florenos in annos singulos . Qua quidem summa .20. et plures etiam deinceps hic poterunt sustentari . Scripsi nuper ad P. Prouincialem, vt numerum hic studiosorum ex nostris, si vellet, augeret.“

Theodoricum sub m. Aprilem Petro fratri haec scripsisse, ex eo conicere licet, quod complura, quae in hac Theodorici epistula narrata sunt, a Petro 5. Aprilis 1561 ad Lainium relata sunt.

Antonius Maria Gratianus (de quo plura infra, monum. 240), cum ineunte a. 1562 cum Commendono nuntio apostolico Monachii fuisset, de ea urbe hoc, praeter

---

rali“: *Formula* scribendi antiqua, de qua supra p. 102[3]. Postea haec lex mitigata est.

alia, in Ephemeridibus notavit: „Hà il Duca fabricato un buon loco a gli Jesuiti; de' quali hà ivi constituito un collegio, con molto utile de la città; ne la quale con tutto il zelo del Duca sono nondimeno molti Heretici“ (Antonii Mariae Gratiani De scriptis invita Minerva libri XX, ed. *Hier. Lagomarsinus* S. J., II [Florentiae 1746], 104 [1]).

540.

P. PASCHASIUS BROËTUS,

Societatis Iesu per Galliam praepositus provincialis [1],

CANISIO [?].

Parisiis 2. Aprilis 1561.

Ex apographo huius litterarum partis, eodem fere tempore Augustae Vindelicorum a P. *Hurtado Perez* S. J. (ex archetypo, ut videtur) exscripto. Cod. guelph. „36. 24. Aug.“ f. 30.

Contionator calvinianus Parisiis per contionatores catholicos contionando cessare coactus. Quidam, quod missae sacrificium deriserat, a Deo punitus.

— — Sex ab hinc diebus venit Parisios praedicator quidam Geneua missus, et publice concionatus est. Quod intellexerunt omnes praedicatores catholici, et uno atque eodem die, qui fuit Dominjca in ramis palmarum [2] tam audacter contra illum et eius fautores, qui eum ad concionandum inuitauerant, inuecti sunt; ut cessare a praedicatione compulerint . et die Lunae proximo sequenti captus est, et in carcerem coniectus: ut publica fert fama.

Hodie Dominus Fornier feruens et Catholicus Concionator [3], in concione s[ua] retulit, quod quidam Sacramentarius a .20. citra [*sic*] diebus, missae sacrificium deridens, dicebat, se uelle consecrare corpus Christi, et accepit mali punici frustulum rotundum, et sic per derisum consecrauit coram tota sua fa[milia,] quod cum fecisset, totus paralesi dissolutus fuit, nec se hucusque mouere potuit. Audiueram hoc quidem Parisijs ab alijs, sed hodie concionator p[rae]dictus, in sua concione certissimum esse asseruit. — —

Perez apographum suum inscripsit: „Ex litteris .P. Paschasij Broet Praepositi Prouincialis societatis Jesu in Gallia datis Parisijs .2. Aprilis.“ Quas anno 1561 datas et ad Canisium missas esse ex eo conieceris, quod Perez in ipsum illud folium, in quo hanc litterarum partem posuit, eodemque tempore alias duas epistulas partim transcripsit, quas a. 1561 ad Canisium a PP. Ribadeneira et Polanco datas

---

[1] Paschasius Broet picardus, unus ex decem primis S. Ignatii sociis et ab eo ob virtutum praestantiam magni aestimatus, Scotiam et Hiberniam ex Pauli III. legatione una cum P. Alphonso Salmerone obierat, complures Italiae urbes, ut Bononiam, Senas, Ferrariam, sacris ministeriis excoluerat, Sociis in Italia praefuerat, cum Sociis in Gallia versantibus praepositus est; qui Parisiis, dum pestilentia infectis ministrat, ipse eodem morbo 14. Septembris 1562 exstinctus est.

[2] 30. Martii.

[3] Nescio, num Antonius Fournier significetur, quem paulo post initium saeculi XVII. Parisiis episcopum auxiliarem fuisse tradunt.

esse certo constat; vide infra p. 121—123. 137—139. Satis autem probabile est, Polancum has Broëti litteras significare, cum in epistula illa Canisio scribit: „Quì mando un aviso riceuuto di Parigi“ etc. (infra p. 139); quare verisimile est, Broëtum non soli Canisio, sed toti Societati vel eiusdem praeposito generali haec scripsisse. Perez folium illud: „Noua quaedam pro Monacensibus“ inscripsit; quod ut tandem Augustae in canisiano illo codice (vida supra, in descriptione codicum n. 7) maneret, eo fortasse effectum est, quod Socii monacenses „Noua“ illa, ut cum aliis quoque collegiis communicari possent, ad Canisium remiserunt.

541.

P. HURTADUS PEREZ S. J.

nomine Canisii

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 5. Aprilis 1561.

Ex autographo (2^0; $3^1/_2$ pp.; in p. 4. inscr. et particulae sig.). Cod. „G. Ep. II.“ f. 103. 104.

Epistula usi sunt: *Sacchinus*, Can. p. 179. *Boero*, Can. p. 235. *Michel* l. c. p. 248—250. *Al. Kröss* S. J., Der selige Petrus Canisius in Österreich (Wien 1898) p. 146.

Litterae non traditae. Canisius contra P. Victoriam se defendit. P. Auer Commendonum nuntium comitatus. Alii Socii. Collegia vindobonense et oenipontanum. Canisius Augustae detinetur. Scholastici Societatis. Librum „De pietate principum Germaniae“ excudi non convenit; potius novus liber scribendus. Canisius collegia visere cupit. Collegium Vallis Tellinae Grisonibus a principibus commendabitur. Canisii contiones et iter monacense. Praepositum generalem perpetuum esse oportet. Bavariae principum favor; collegium monacense. Augustanorum pietas; Lutherani ecclesiae reconciliati. Timor ex fenerationibus ortus. Canisius Cypriani opera valde emendata et Hieronymi epistulas edere cupit.

Jhs

Pax Christi nobiscum molto Reuerendo in Christo P.

Quella de V. P. del .22. di marzo riceuete hogi nostro Padre Prouinciale.

Se le nostre letere son mancate alcuna settimana, forse è per hauer accaduto qualche cosa al nuncio, come l' accadete qua apresso non son molte settimane, come gia habiamo scritto . ma non mi racordo che sia lasciato da scriuer ogni settimana à v. p.

Jhs.

Pax Christi nobiscum, admodum reverende in Christo pater.

P. V. litteras 22. Martii datas pater praepositus provincialis noster hodie accepit.

Quod litterae nostrae aliqua hebdomade vobis traditae non sunt, fortasse inde factum est, quod aliquid adversi nuntio accidit, sicut in vicinia nostra abhinc non multas hebdomades ei accidit; id quod vobis iam scripsimus. Nec tamen memini me litteras singulis hebdomadis ad P. V. dare omisisse.

Quanto al Collegio Viennense et l' operari di quello tocha[1], nostro Padre tiene cura di non toglierli le persone utile á quello, et se s' è trattato di mutar la classe logica di Vienna per Praga, il che me praesente con li Padri d' Jngolstadio fu communicato approbantibus omnibus, se cossi V. P. giudicarebbe essendoli proposte le ragioni che à cio mouono, come gia femo, non si pensaua in cio toglier operari á Vienna, ma piu presto caricha, come v. P. vede[2]. Quanto alli altri padri, prima il .D. Lamberto ando senza conseglio del .P. Prouinciale[3], del che lui non è stato ben contento sapendo il bisogno d' esso in Vienna . il qual come hauemo scritto non tornera tanto presto, imperoche non li profitta far instantia apresso il Reuerendissimo Nuncio, percioche non lo uuole lasciar tornar forse finche non habia spedita sua legatione in Germania. Delli altri come è il .D. Christiano et .P. Carolo[4], non si domandano per nissun luogho, la venuta del P. Carolo in Jngolstadio solo si faceua per sua salute, et hauendo inteso nostro Padre lui non tropo affettionarse à venir la, et esser bisognoso á Vienna, s' é scritto assai fa, che se restasse á Vienna: ma adesso habiamo letere del Padre Vittoria, che uorrebbe proponer á sua Maiesta che detto .P. Carolo sarebbe bene andar in Eneponto per cominciar à preparar la suppellettile del Collegio, et che sarebbe bene che facesse professione di .3. o .4. voti, et che

Quod ad collegium vindobonense eiusque operarios attinet[1], patri nostro curae est, ne homines utiles ab eo auferat, et si de Logicae schola Vindobona Pragam transferenda actum est — quod consilium me praesente cum patribus ingolstadiensibus communicatum ab omnibus approbatum est ea condicione, ut causis, quae ad id nos moverent, P. V. propositis (id quod iam fecimus) ipsa ita convenire iudicaret — ea ratione non operarios, sed potius onera Vindobona auferre cogitabamus, sicut P. V. facile intellegit[2]. Quod autem ad reliquos patres attinet, primum D. Lambertus inconsulto patre provinciali discessit[3]; id quod ipse non probavit, Vindobonae illum necessarium esse sciens. Qui, sicut vobis scripsimus, adeo brevi non revertetur; frustra enim huius rei gratia reverendissimo nuntio instat, cum is redeundi veniam ei daturus fortasse non sit, antequam legatione germanica sit perfunctus. Quod ad reliquos, ut D. Christianum et P. Carolum[4], attinet. pro nullo loco eos petimus; de P. Carolo Ingolstadium mittendo solum, quo melior fieret valetudine, actum est; et cum pater noster ipsum eo veniendi haud ita cupidum, Vindobonae autem necessarium esse cognovisset, aliquanto ante scriptum est, ut Vindobonae maneret. Modo vero P. Victoriae litteras accepimus, quibus hic scribit, se maiestati suae exponere velle: convenire, ut pater ille Carolus Oenipontem eat, ut collegii supellectilem praeparare incipiat; convenire etiam scribit, ut idem 3 vel 4 votorum professionem faciat atque etiam ad gradum aliquem academicum promoveatur. Ad

[1] Facile patet, Canisium verbis sequentibus contra P. Ioannem de Victoria, collegii vindobonensis rectorem, qui eum incusaverat, se defendere.

[2] Cf. supra p. 52—53.

[3] *Victoria* 15. Ianuarii 1561 Lainio * scripsit, Commendono nuntio P. Lambertum Auer petenti et se ipsum et caesarem a se monitum obstitisse; at tandem Lambertum ad tempus pro Germania superiore, non pro Flandria, Commendono concessum esse (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 3[a]).

[4] P. Christianum Rivium et P. Carolum Grimium dicit.

pigliassi anche qualche grado. á queste domande le risponde nostro padre prima parerli bene l' andata sua in eneponto massime sperando l' agiutara l' aria paterna, ma che intenda l' Jmperadore che l' altra gente non uenera inanzi l' autunno, et etiam che scriuesse á V. P. Della professione detta non dispiace[a] etiam á nostro Padre ma le dice che scriua á V. P. Del grado non uede che grado possa pigliar.

Quando il .D. Lamberto tornera il .P. Prouinciale pensa rimandarlo presto à Vienna, imperoche della sua andata al Concilio (se ben presto si douesse cominciar) tiene poca speranza, imo pensa che il Cardinal essendo informato del frutto che si fa in Augusta adesso per sue prediche, et che non uolontieri lo uorrebbon lasciar andar li Capitulari, non pensamo che lo uolera tor di qua.

Del modo del rimouer li scholari à certo tempo, quando bisogna mutar d' un luogho ad un altro, desidera[b] il .P. Prouincial far come á V. P. piace[1].

Di quel libro del .P. Victoria[2] che uuol dedicar al Re Massimiliano, nostro Padre non probo la cosa hauendo trattato con li Jngolstadiensi, primamente per che non l' è mandato il libro, et cossi senza uedere, non si puo approbare . 2. che li nostri in quel libro fan molte mutationi togliendo, et aggiongiendo, del che non mancherano riprensori che libro alieno cossi se mute, 3. quia di tal sorte quel libro non harebbe gratia ne mouerebbe i Tudeschi. Et per cio

quas quaestiones pater noster ei respondet: Primum probari quidem sibi illum Oenipontem ire, praesertim cum fore speret, ut patrio aëre adiuvetur; imperatorem tamen certiorem faciendum esse reliquos Socios ante autumnum eo non esse venturos; atque etiam ad P. V. ipsi scribendum esse. Professio quoque illa patri nostri placet; qui tamen eum P. V. ea de re scribere iubet. Ad quem vero gradum promoveri ille possit, ipse non videt.

Cum D. Lambertus redierit, pater provincialis brevi Vindobonam eum remittere cogitat; parva enim spes est, ipsum ad concilium aditurum esse (etiamsi forte brevi id incohandum sit); immo cardinalem, cum magnum fructum ex eius contionibus Augustae nunc colligi nec canonicos abeundi licentiam libenter ei concessuros esse acceperit, hinc eum ablaturum esse non existimamus.

De scholasticis, cum ex uno loco in alterum mittendi sunt, certo tempore removendis, pater provincialis, sicut P. V. placet, agere cupit[1].

Quod ad librum illum P. Victoriae[2] attinet, quem hic Maximiliano regi dedicare vult, pater noster Ingolstadiensibus consultis eam rem non probavit; primum quia liber ei missus non est, neque liber, quem ipse non videt, approbari ab eo potest; 2° quia nostri in eo libro multa mutant, auferendo, addendo; nec deerunt, qui ob alienum librum ita mutatum nos vituperent; 3° quia libro illo ita conformato Germani nec delectabuntur nec movebuntur. Itaque, quoniam liber ille sim-

[a] diaspiace *H.* [b] è desidera *H.*

[1] Cf. supra p. 94.

[2] De hoc libro vide supra p. 96. Quem P. *Victoria* in *litteris Vindobona 18. Octobris 1562 ad P. Natalem datis suum librum („el libello mio“) vocat (ex autographo. Cod. „G. Ep. III“ f. 40[a]).

pareua meglio á nostro Padre che essendo quel libro de simplice stilo, saria meglio far un nouo libro che non far una mistura tale, et che potrebbe far questo Thoma Schiauo [1], il qual par sufficiente . et par che il Padre Vittoria promoue questo negotio per che intendo lui l' ha promesso al Re, senza auisar prima i superiori . Et per che V. Paternita scriue che il .P. Prouinciale animasse il Padre Vittoria, lui desidera per far meglio le cose, et ueder tutto quel ch' è bisogno in quel collegio, et nelli altri, uisitarli, come gia scritto hauemo á V. P. perche meglio si uedon le cose in presencia, che con letere.

Le letere Tudesche che trattan del negocio de M. Quadrio, le mandaremo á monachio, per procurar hauer letere del Duca per li grisoni. il che il P. Vittoria c' hauea scritto, et lui anche procura dal Jmperador et Re Massimiliano .etc. per il stesso negotio [2].

Domanda il .P. Prouincial che V. P. lo uoglia perdonar per che per suoi trauagli quadragessimali per se stesso non ha scritto [3], et non ha potutto tander [a] [?] alle cose della compagnia [b] tanto come uoleua il che potra meglio fare di qua inanzi piacendo Jddio, pensa doppo l' ottaua di Pascha [4] andar insin' à Monachio, per uisitar et

plici sermonis genere conscriptus est, praestare videbatur patri nostro novum librum componi, quam eiusmodi fusionem fieri; quem a Thoma Slavo [1] componi posse censebat; qui satis idoneus ad id esse videtur. Pater autem Victoria negotium hoc urgere videtur, quia, ut audio, regi, superioribus non monitis, rem promisit. Et cum paternitas vestra patri provinciali scripserit, ut patris Victoriae animum excitaret, ipse, quo melius res agat, et ut, quae et illi collegio et reliquis necessaria sint, prorsus intellegat, ea visere cupit, sicut P. V. iam scripsimus; coram enim melius quam per litteras res cognoscuntur.

Litteras germanicas, quae de M. Quadrii negotio sunt, Monacensibus mittemus, ut ducis litteras Grisonibus destinatas impetrent; id quod P. Victoria nobis scripserat; qui et ipse curat, ut imperator et Maximilianus rex etc. eiusdem negotii gratia scribant [2].

Pater provincialis P. V. rogat, ut sibi ignoscat, quod propter quadragesimales labores ipse non scripsit [3] neque Societatis rebus, quantum volebat, prospicere potuit; id quod in posterum, Deo propitio, melius praestare poterit; cogitat autem post octavam Paschatis [4] Monachium proficisci, ut nostros visat et praesentia sua con-

[a] *Sic H.; legendum videtur* tender *vel* attender.
[b] *3 vv. sqq. ab H. in marg. addita sunt.*

[1] Thomam Sdelaritium (Zdelaricum, Illyricum, Slavum) S. J., in collegio vindobonensi tunc degentem, significat; de quo *Can.* Epp. II, 666[1] et saepius infra.

[2] Socii horum principum auxilio instaurare conabantur collegium, quod, Ponte in Valle Tellina a. 1559 et 1560 ab Antonio Quadrio equite, Ferdinandi I. caesaris chirurgo, eiusque uxore e re familiari conditum, Grisones, quibus ea vallis tunc suberat, in comitiis initio 1561 habitis destruxerant, Sociis e Grisonum finibus excedere et Quadrii donatione irrita esse iussis (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 3, n. 52; l. 4, n. 56—60; l. 5, n. 95—106).

[3] Dies 5. Aprilis, quo Hurtadus haec scribebat, eo anno „sabbatum sanctum" sive vigilia Paschatis erat. [4] Post 13. Aprilis.

consolar con sua presentia li nostri, et la Duchesa vechia[1] specialmente lo desidera, et lui etiam si relasciara un poco, che è statto certo assai fatichoso, et io temeua alcuna uolta non cascasse malato . Benedetto nostro signore, che l' ha conseruato . Predico in latino il giouia santo[2] auanti il Capitulo, et il popolo non era contento per che lui non predicaua la passion, et pero per sodisfar alla deuocion loro, hieri doppo il pranso fece vna predica de frequentanda communione.

Domanda etiam perdonanza per non hauer prima risposto per dette cause, alle letere che domandano del triennio del Generale[3]. adesso risponde cossi. sue parole.

Jl .P. Lanoy et io consentimus Assistentibus, quod non obstante quel che fece il Papa Paolo .4. si debia guardar la uolonta del Reuerendo P. Jgnatio circa il preposito Generale, ut non deponatur aut mutetur, nisi in casibus expressis in constitutionibus[4].

Jl Duca di Bauiera (il qual intendemo esserci molto affettionato, imperoche piglia à defender i nostri, procurando saper chi ne son aduersarij, et anche suoi Canceglieri[5], et le stesse Duchese[6] monstrano molta beneuolentia) ha promesso al Collegio monachiense per suoi Conseglieri .1000. fiorini annui per adesso, come scrise l' altra uolta, et cossi desidera il Rettor[7] nutrire piu persone, se li potesse hauere.

---

soletur, ac ducissa vetus[1] nominatim eum desiderat, atque etiam ipse paululum recreabitur; qui certe valde laboriosus fuit; et ego nonnumquam timebam, ne in morbum incideret. Domino nostro sint laudes, quod eum servavit. Die Coenae domini[2] latine ad capitulum dixit, et cum populus aegre ferret, quod domini passionem e suggestu non enarraret, ipse, ut eorum pietati satisfaceret, heri post prandium de sacra communione frequentanda sermonem habuit.

Idem etiam, ut sibi ignoscatur, postulat, quod propter causas, de quibus scripsi, ad litteras, quibus de triennio illo praepositi generalis quaeritur, nondum respondit[3]. Nunc vero sic respondet; ipsius verba pono.

P. Lanoius et ego Assistentibus consentimus, censentibus, neglectis iis, quae Paulus IV. pontifex maximus fecit, servanda esse, quae reverendus P. Ignatius de praeposito generali praescribit, ut non deponatur aut mutetur nisi in casibus expressis in Constitutionibus[4].

Bavariae dux (quem nobis optime velle audimus, quippe qui nostrorum defensionem suscipiat, sciscitans, quinam illis adversentur; atque etiam cancellarii[5] eius atque ipsae ducissae[6] multum nostris benevolentiae exhibent) collegio monacensi 1000 florenos annuos in praesens per consiliarios promisit, sicut antea scripsi; quare rector[7] ille plures, si nancisci possit, alere cupit.

---

[1] Iacoba, Philippi marchionis badensis filia et Guilielmi IV. Bavariae ducis vidua, a P. *Ioanne Dyrsio* S. J. in * litteris quadrimestribus collegii monacensis 1. Ianuarii 1562 datis „heroïna Catholicissima, pauperum afflictorumque anchora, et misericordiae operibus deditissima, nobis uero undecunque fauentissima“ dicitur (Cod. „G. Ep. III“ f. 77[a]).

[2] 3. Aprilis. [3] Hac de re vide supra p. 62[2]. [4] P. 9, c. 4, n. 7.

[5] Maxime Simon Thaddaeus Eck; cf. supra p. 38[2].

[6] Iacoba, de qua supra, adnot. 1 huius pag., et Anna, Ferdinandi I. caesaris filia et Alberti V. ducis uxor. [7] P. Theodoricus Canisius.

Si sente molto il frutto in Augusta per la gratia de Jddio, che s' è fatto nelle prediche, uiene gran concorso cossi alle prediche come anche alli Diuini ufficij, et precipue questa santa settimana con molta deuocion son statti alle sante Ceremonie che si fanno, doue il Diabolo non lasciara d' esser confuso, passando li Lutheranj (quando la chiesa è aperta passan per essa come per publica via) spesse uolte mentre tutto il popolo deuotamente attende al Diuino seruitio. Le confessione son state molte et nostri duoi Padri han hauuto assai, et hanno, (io non mi conto, che non ho passato de .10.[1]) et per li nostri son alcunj raconciliati dalle heresie, per l' altri intendiamo piu di .40. sia nostro signor benedetto[2]. Fra questi buoni frutti che la Diuina gratia raccoglie, c' è un timore per esser questa citta tutta quasi de mercanti, essendosi parlato nelle prediche contra l' usura, et nelle confessioni anche[3], che di questi che si troban caricati non saran forsi tropo contenti, et li confessori altri non sapemo come si portano in questa parte, pur nostro signore hara cura del suo grege. V. P. ringratiamo per la buona speranza ci da de mandar alcuni lettori in Germania, et desideramo uederli molto[4].

Jl .P. Prouincial è spesse uolte pregato, per far stampar l' opere di S. Cipriano, le quale ha corretto ben in .1000. luoghi, nella bibliotheca Vaticana adoperando per quello l' esempio del .D. Olaue piae memoriae il qual scrise anche belle annotationi, quale habiamo in

---

Augustae Deo iuvante fructus ex contionibus collectus multis modis manifestatur: plurimi tam ad contiones quam ad divina officia concurrunt, atque imprimis hac hebdomade morte Christi sacra cum magna pietate sacris caerimoniis, quae hic peraguntur, interfuerunt; nec fieri posse puto, quin his rebus daemon pudore afficiatur, Lutheranis (cum ecclesia aperta est, ipsi per eam perinde ac si via publica esset, transeunt) saepe transeuntibus, dum totus hic populus Deo colendo piam operam navat. Confessionum sacrarum magnus fuit numerus; multas duo hi patres nostri et exceperunt et excipiunt (ego iis me non annumero, quia plus quam 10 non excepi[1]), ac per nostros ecclesiae reconciliati sunt haeretici aliquot, per reliquos plus quam 40, ut audimus[2]. Domino nostro sint laudes. Unum tamen, dum divina gratia iuvante bonos hosce collegimus fructus, metuimus: cum civitas haec tota fere mercatorum sit, cumque et in contionibus et in confessionibus eos, ne fenerarentur, monuerimus[3], metuimus, inquam, ne qui ex iis, qui ea in re conscientiae sollicitudine agitantur, haud ita boni id consulant, nec, quomodo reliqui confessarii ea in parte se gerant, scimus. Attamen dominus noster gregi suo prospiciet. P. V. gratias agimus, quod bonam nobis spem praebet magistrorum aliquot in Germaniam mittendorum; quos videre vehementer cupimus[4].

Pater provincialis saepe rogatur, ut typis exscribenda curet opera S. Cypriani, quae ipse 1000 fere locis emendavit, in bibliotheca vaticana exemplo D. Olavii piae memoriae huic rei adhibito; qui etiam pulchras adnotationes, quas habemus, in

---

[1] Hurtadus, natione hispanus, germanicae linguae parum peritus fuisse videtur; accedit, quod infirmae valetudinis erat (*Can.* Epp. II, 42. 144. 199. 639 etc., et supra p. 73).

[2] Die 27. Aprilis 1561 P. Guilielmus Elderen Augusta Coloniam scribere potuit, „plures 100“ ad ecclesiam reductos esse; vide infra, monum. 231.

[3] Cf. *Can.* Epp. II, 760. 763. 855. [4] Vide supra p. 94.

eundem Ciprianum . Et cossi se uolesse V. P. si potria stampar un nouo Cipriano scangielando il nome d' Erasmo, et agiongiendo qualche cose : pur ch' hauessimo detto essemplar corretto del Collegio [1].

Jtem hauemo adesso fatto transcribere l' epistolae di .S. Hieronymo con buon ordine, che si potessino leger nelle classi. V. P. ordine quello che li parera nel signore per l' uno et l' altro [2]. Et per adesso non piu se non che nostro .P. et noi tutti ci raccomandiamo molto nelli santi sacrificij et orationj di V. P. et tutti gl' altri Reuerendi P. et fratelli di Roma. in Augusta .5. di Aprile 1561.

Per commissione di .n. P.

Jndegno figliolo de V. P. nel Signore
Hurtado.

Jhs. Al molto Reuerendo in Christo .P. il Padre M. Jacobo Laynez Preposito General della Compagnia de Jesu in Roma.

Nota: Lainius Canisio per Polancum duabus epistulis 19. Apr. 1561 datis respondit.

---

eundem Cyprianum conscripsit. Itaque si P. V. placet, novum Cyprianum, Erasmi nomine deleto et rebus aliquot additis, excudi posse putamus, dummodo emendatum illud collegii istius exemplum accipiamus [1].

Item epistulas S. Hieronymi commodo ordine dispositas transcribendas modo curavimus; quae in scholis legi posse videntur. P. V. de utroque libro, quae in domino iudicaverit convenire, constituat [2]. Neque plura in praesens scribam, nisi patrem nostrum nosque omnes P. V. et reliquorum omnium reverendorum patrum et fratrum romanorum sacris sacrificiis et orationibus magnopere nos commendare. Augustae Vindelicorum 5. Aprilis 1561.

Iussu patris nostri

P. V. indignus filius in domino
Hurtadus.

Jhs. Admodum reverendo in Christo patri, patri M. Iacobo Lainio, praeposito generali Societatis Iesu, Romae.

542.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 5. Aprilis 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Padre Canisio.“ Cod. „Germ. 1559“ f. 319b.

Pius IV. rogandus, ut Societatis facultates quasdam a cardinale Gislerio angustius circumscriptas amplificet. Desertores Societatis. PP. Roseffius, Auer, Rethius. Collegium moguntinum. Relatio de Germania.

---

[1] Canisius igitur ad editionem Cypriani ab Erasmo (Basileae 1520 etc.) factam ex codicibus bibliothecae vaticanae corrigendam eiusdem editionis exemplum adhibuerat a P. Martino Olavio, a. 1556 in collegio romano S. J. mortuo, olim usurpatum, quod tunc in eodem collegio asservabatur. Plura vide infra, monum. 391.

[2] De epistulis S. Hieronymi a. 1562 a Canisio editis vide infra, monum. 392. 393.

Jhesus

Riceuette nostro Padre quella scritta per commissione di .V. R. li .22 del passato con la copia del breue scrittoli da .S. Santità al quale quando lei risponderà frà l' altre cose potrà dire che la ringratia della concessione delle gratie fatte alla Compagnia supplicandoli pure rimoua pure qualche restrictione fatta a dette gratie; secondo che dal Padre Nostro sarà dechiarato quantunque di quà si uedrà con l' Alixandrino [1] si potremo fare che si slarghi un poco piu poi che S. Santità si rimesse à lui in questa parte et esso pose dette restrictioni.

À Jacomo Pistolese, Lazaro, et Filippo [2] dia Jddio nostro signore gratia di saluar' l' anima sua.

Pro istius provinciae Sociis Deum precabimur.

P. Victoriae professioni nihil iam obstare videtur.

Poi che Gregorio supplisce in Vienna il luogo del Dottore Lamberto con satisfatione [3], secondo che ci scriue il Padre Vittoria occorreua quà che torneria commodo che si fermassi detto dottor' Lamberto per questa estate in Moguntia per preparar' le cose del Collegio il quale si hauerà à mandar' al l' autunno poi che maestro Giouanni Rethio tiene negotij importanti in Colonia; per li quali non potra an-

Jhesus

Accepit, reverende pater, pater noster epistulam mandato tuo die 22. mensis superioris datam cum exemplo Brevis a sanctitate sua ad te dati; ad quod cum pontifici respondebis, inter alia scribes, te pro gratiis Societati concessis ei gratias agere, supplicare tamen, ut condiciones aliquas gratiis illis additas auferat ea ratione, quam pater noster ipsi expositurus sit. Hic tamen videbimus, num Alexandrinum [1] permovere possimus, ut paulo largior sit; nam ipsius arbitrio sanctitas sua eam rem permisit, et ipse facultates illas ita circumscripsit.

Iacobo Pistoriensi, Lazaro, Philippo [2] Deus et dominus noster gratiam tribuat, qua animas servent.

Pro [etc., ut supra].

P. Victoriae [etc., ut supra].

Cum Gregorium Vindobonae doctoris Lamberti officio cum satisfactione fungi ex litteris patris Victoriae cognovissemus [3], in mentem nobis venit, opportune doctorem illum Lambertum hac aestate Moguntiae mansurum esse rerum collegii hoc autumno eo mittendi parandarum gratia; magister enim Ioannes Rethius, quia

[1] Michaëlem cardinalem Gislerium O. Pr., supremum inquisitorem, dicit.

[2] De his vide supra p. 53. 90. *Polancus* Lanoio, Roma 2. Aprilis 1561: „Filippo uada con Dio, et così li doi Fiamenghi, et de Jacomo, et altri desutili gia si è scritto al Padre Prouintiale che si può scaricare come li parerà conueniente" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 318ᵇ—319ᵃ).

[3] Gregorius Roseffius, qui hoc anno 1561 sacerdotio initiatus est (* Cod. „Annal. Vienn." f. 11ᵇ—12ᵃ), loco Lamberti contionabatur, „gratissimo predicatore, et tutto spirituale et di buono giudicio", ut *Victoria* Vindobona 8. Martii 1561 Lainio *scripsit (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 21ᵃ).

dare là come lo desideraua, et ricercaua il Vescouo[1]. V. R. uedrà se questo si potrà fare. Non si mancherà di pregare Jddio per la messe Augustana; et speriamo[a] nella sua diuina bontà che anderà in aumento; et che un dì la Città d' Augusta sarà figliola fidele tutta di questa santa sede Appostolica seruendosi nostro signore delle fatiche della .R. V.

Quelli auisi de rebus Germaniae, si sono riceuute[2], et si uedrà à chì conuerà mostrarli[b]; et à chì non; Non mi resta altro che dire in questa senon raccomandarci tutti molto nell' orationi di V. R. [et] de gl' altri padri [et] fratelli charissimj; à quali preghiamo Jddio N. S. di la buona Pasqua in suo santo Seruigio . Di Roma li cinque di Aprile 1561.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 3. Maii 1561.

---

res magni momenti gerere debet Coloniae, illuc ire, sicut episcopus ille[1] desiderabat petebatque, non poterit. R. V. videbit, num id fieri possit. Messem augustanam Deo precibus commendare non omittemus, sperantes per divinam bonitatem fore, ut eadem amplificetur atque aliquando, domino nostro R. V. laboribus utente, tota civitas augustana sanctae huius sedis apostolicae fidelis sit filia.

Relationem illam de rebus Germaniae scriptam accepimus[2], et videbimus, quibus eam ostendi, quibus non ostendi conveniat. Neque aliud, quod modo scribam, superest, nisi ut nos omnes R. V. et reliquorum patrum et fratrum carissimorum sacris precibus vehementer commendem; quibus ut Deus et dominus noster felix faustumque festum paschale in sancto suo famulatu tribuat, ab eodem petimus. Roma die quinto Aprilis 1561.

543.

P. HURTADUS PEREZ S. J.

nomine Canisii

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 11. Aprilis 1561.

Ex autographo (2; $1^1/_{10}$ p.); in altera pagina antiqua manu romana notatum est: „Augustae 1561 Dubia aliquot circa facultates denuo obtentas a Sede Apostolica 10. Martij." Cod. „G. Ep. II" f. 359.

Quaerit: Quae regiones quique homines facultatibus paulo ante a Pio IV. concessis comprehendantur? Num sanctorum patrum etc. libros ab Erasmo editos legere liceat? Num Erasmi et similium nomina etc. ex iis auferenda sint? Num angustiore illa missam coram haereticis celebrandi facultate amplior quaedam prius concessa auferatur?

---

[a] speria *ap.* [b] *A libr. correctum ex* à chì s' hanno à m.

---

[1] Daniel Brendel, archiepiscopus moguntinus; vide supra p. 43. 82.
[2] Vide supra p. 84—87. 93.

Jhs

Dubia aliquot circa facultates denuo obtentas ab Aposto. sede 10. martij .1561 [1].

Ocurrit primum circa secundam facultatem, qua datur facultas dispensandi quo ad retentionem aliquorum librorum prohibitorum in indice .etc. in superiori Germania .etc. vtrum simpliciter omnes prouinciae Germaniae superioris, et septentrionis (quod uidetur oportere) totius, ubicunque Societas uel iam uersatur, uel uersabitur deinceps, sint intelligendae, et hic sensus colligi uidetur ex uerbis .R. P. Polanci in ipsa concessione ad nos missa [2], ubi sic loquitur. Secundo concessa est facultas dispensandi in tota Superiori Germania (quae ad Austriam, Boemiam, et alias septentrionales regiones illarum partium se extendit) ut possint retineri libri quidam prohibiti in indice (, si non essent de dogmatibus haereticis) in usum suum. An sit restringenda ea facultas ad eas partes, quas praedictus .R. P. Polancus in alijs literis [3] expressit . sic dicens. La gratia che si hebbe circa l' indice per la superior Germania (nella qual si comprende Boemia, Austria, et Vngaria) si mando marte di passato .etc . quae si ita intelligatur arcta nimis est, et nobis quidem, qui in Sueuia sumus, et illis qui in Bauaria, nihil prodest. an forte illae tres prouinciae expressae sunt Boemia, inquam, Austria, et Vngaria, ne a superiori Germania putarentur excludi, cum caeterae omnes partes sine dubio comprendantur [*sic*] [4].

Secundo circa eandem occurrit facultatem, num cum nostris tantum circa retentionem dictorum librorum sit dispensandum, an etiam cum nostris scholasticis, qui scholas Societatis uisitant (sicut alias etiam licebat [5]) et cum alijs etiam extraneis etiam si ad scholas non ueniant, sed qui uel confitentur, uel consilium, aut facultatem petunt?

Tertio quia dicitur tales libros posse retineri, qui de haereticis dogmatibus non sint, .1. vtrum .D. Hieronymj opera, Augusti. et aliorum patrum, et aliorum etiam bonorum autorum, legi possint, non obstantibus Erasmi commentarijs ac censuris, in quibus contra ecclesiae dogmata nonunquam tractatur, aut certe contra communem opinionem [6]. 2. vtrum oporteat ubique nomina Erasmi et similium era-

---

[1] Has vide supra p. 70. [2] Cf. supra p. 70. [3] Vide supra p. 83.

[4] Nominibus „Germaniae superioris" et „inferioris" easdem regiones semper et ab omnibus significatas esse nemo dixerit (*M. A. Baudrand*, Lexicon geographicum [Parisiis 1670] p. 318—321. *H. A. Daniel*, Handbuch der Geographie III [5. Aufl., Leipzig 1878], 56—82). Bavaria, Suebia, Tirolis tunc certe ad Germaniam superiorem pertinere censebantur; Hungaria a Germania prorsus distinguebatur; Colonia et Treveri, quamquam ipso sermonis genere ad Germaniam superiorem accedebant, Societatis „provinciae Germaniae inferioris" partes tunc erant.

[5] De hac facultate libros quosdam „purgatos" discipulis tradendi vide *Can. Epp.* II, 387 [5].

[6] Qua ratione Erasmus sanctorum patrum scripta evulgare solitus sit, vide infra p. 119. Augustini opera omnia Erasmus sub a. 1529 Basileae 10 voluminibus

dere, quod esset ualde laboriosum. 3. an sufficiat loca Erasmi et similium suspecta, uel aperte falsa in praedictis commentarijs obliterare?[1] nam de alijs libris uel ab haereticis, sed non de dogmatibus haereticis, aeditis, uel ab alijs autoribus, in quos tamen haeretici, et huiusmodi prohibiti autores irrepserunt, non putamus radenda nomina, cum nulla mentio huius fiat, quia hoc prius erat obtentum nostris, et nostris studiosis.

Circa quintam facultatem, qua nostris conuersandi cum haereticis .etc. et missas celebrandi in templis licet ibi adsint haeretici .etc. potestas datur, occurrit ampliorem nobis prius hanc[a] [?] fuisse scriptam[2]. nempe ut simpliciter in templo ubi ritus est Catholicus, celebrare possemus, nullo alio addito. modo uero adiungitur, hoc tamen conceditur ubi necessitas ad id astringit, et periculum esset maioris scandali, si aliter fieret.

Vtrum etiam istae facultates extendant se eo, ut nostris etiam qui treueri, et Coloniae agunt, et Moguntiae agunt uel agent, concedantur.

†

Ipsis quidem his litteris neque ad quem, neque quo die ab Hurtado datae essent, adnotatum est; at ex *Polanci* epistula 26. Aprilis 1561 ad Canisium data plane intellegitur, eas a Canisio cum epistula, quam ipse 11. Aprilis 1561 Augusta ad Lainium dedit quaeque perisse videtur, Romam ad eundem missas esse. Hurtadum autem Canisii iussu et nomine scripsisse, et res ipsa et ratio ostendunt, qua Polancus Lainii nomine 26. Aprilis 1561 ad eas rescripsit.

544.

STANISLAUS HOSIUS,

cardinalis, episcopus varmiensis, nuntius apostolicus apud caesarem,

CANISIO.

Vindobona sub medium m. Aprilem 1561.

Ex apographo (4°; 1 p.) huius litterarum partis, Augustae Vindelicorum eodem fere tempore scripto et eadem manu sic inscripto: „Ex litteris Reuerendissimi Hosij

[a] *Vel:* hac.

in lucem emiserat; quae editio postea saepe repetita est. De Hieronymo ab eo edito vide infra p. 119.

[1] Die 20. Maii 1560 cardinalis Gislerius concessit, ut Societatis „confessarij possent absoluere eos, qui haberent huiusmodi libros [prohibitos]: si tamen haeretici proprie non essent, i. e. non aediti ad confirmanda uel stabilienda Dogmata haeretica sed alijs de rebus agerent, ut de gramaticis, et logicis, et similibus, dummodo nomen authoris si haereticus esset, in Jndice prohibitus . et etiam si quid inter legendum impium occurreret in eis, deleretur. Cum eisdem conditionibus concessit, ut nostri possent uti libris non haereticis, licet haberent adnotaciones, et scholia hominum huiusmodi farine, uel authores quidem ipsi mali essent, sed libri non essent aediti . . . ad stabilienda dogmata haeretica": *Can.* Epp. II, 689—690; cf. etiam ibidem II, 605. 614. [2] Cf. *Can.* Epp. II, 462—463.

Cardinalis ad D. Canisium"; in altera pagina altera manu antiqua (Canisii?) scriptum est: „Ex litteris Cardinalis Varmiensis."

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 137.

P. Victoriae professionem excipere dubitat. Quae si cum pompa fiet, plurimorum animi offendentur.

— — Postulauit a me P. Victoria ut iusiurandum ab eo reciperem Vice Reuerendi .P. Praepositi [1]. Ego deliberatione cum quibusdam suscepta intellexi minime id decere me, quandoquidem uices hic gero Pontificis, non autem P. Praepositi. Verum is non acquiescit qui id magna quadam cum pompa fieri uult. Quae res et Caesarem offendit et Regem [2]. Et uerum fatebor neque mihi grata est. Nam quamuis ipse iactet hoc ad edificationem multorum pertinere, tamen ego futurum uideo, ut scandalum ingens pariat. Proposui illi exemplum meum, qui sine pompa praestiti et ipse iusiurandum quod debui [3], sed ei sua magis placet opinio. Libenter ipsi morem gererem, sed cogor etiam personae rationem habere, quam nunc sustineo, quae non fert, ut Vice Praepositi iuramentum suscipiam. Ac metuo ne in uoculas hominum incurram si id fecero. Quod si res absque pompa fieri posset, minus grauate facerem. Nunc uero quid mihi sit agendum, adhuc delibero. — —

Canisium huius litterarum partis exemplum illud, quo hic usus sum, 3. Maii 1561 Augusta Romam ad Lainium misisse, ex Canisii epistulis 3. et 10. Maii Augusta ad eundem datis intellegitur. Die autem 11. Aprilis 1561, cum Lainio Canisius scriberet, in huius manibus has Hosii litteras nondum fuisse, ex epistula, qua Polancus Lainii nomine 26. Aprilis 1561 Canisio rescripsit, coniectare licet; vide supra p. 116. Cum autem ex altera parte ex P. *Caroli Grimii* S. J. litteris autographis Vindobona 25. Aprilis 1561 ad Lainium datis (Cod. „G. Ep. II" f. 33) constet, Victoriam 20. Aprilis 1561 Vindobonae in ecclesia collegii Societatis vota sollemnia in manibus Georgii Drascovitii, episcopi quinqueecclesiensis, emisisse, Hosium sub medium m. Aprilem a. 1561 ad Canisium has litteras misisse dixeris. Quae eidem sub idem tempus Augusta Monachium et Ingolstadium ad 10 fere dies profecto ante exeuntem m. Aprilem Augustae traditae esse non videntur. *Victoria* Vindobona 13. Aprilis 1561 ad Lainium de hac Hosii dubitatione *scripsit: „Mi tiene sospesso non negando pienamente anzi affirmando vna volta et poi dubitando" (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 30^b).

[1] Lainii. Qui *litteris Roma 22. Martii 1561 per Polancum ad Victoriam datis de consilio, quod hic ceperat, quattuor Societatis vota sollemnia — hoc „iusiurandum" hic significatur — in Hosii manibus emittendi, haec scripsit: „Pare bona electione quella del Reuerendissimo Ossio per tale effetto" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 316^b).

[2] Maximilianum II., Bohemiae regem.

[3] Hosio hoc iusiurandum (fidelitatis erga summum pontificem etc.) dandum erat, cum dignitatis cardinaliciae insignia acciperet. Cui birretum 25. Martii, „capellus" 6. Aprilis (ut videtur) a. 1561 Vindobonae tradita sunt (*Eichhorn*, Hosius I, 398. 399).

545.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 18. Aprilis 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Prouintiale Alemagna." Cod. „Germ. 1559" f. 321[a].

Canisio duo fratres scholastici mittuntur.

Cum rectorem monacensem plures Socios alere velle atque Ingolstadii quoque et Pragae loci satis esse cognoverimus, cum his litteris Franciscum de Valle Tellina linguae germanicae non ignarum et Ioannem Vindobonensem, mediocris ingenii homines, istuc mittimus, ut aliquo e locis illis litterarum studia prosequantur. Franciscus postea in aliqua ex inferioribus scholis docere poterit. Ioannes Vindobonam non mittitur, quia haec eius patria est. De reliquis rebus usitata via scribemus.

„Franciscus de Valle Tellina" ex 14 vel 15 iuvenibus illis fuisse videtur, qui, cum P. Nicolao Bobadilla S. J. in Valle Tellina contionante consilium Societatem ingrediendi cepissent, ab ipso sub m. Maium a. 1559 Romam missi sunt (*Can.* Epp. II, 412). Ioannes Vindobonensis, quem non oportet cum „Ioanne Vindobonensi" [1] m. Septembri a. 1560 Roma in Germaniam misso (l. c. II, 730—732) confundi, idem esse videtur ac „Joannes Viennensis" ille, qui a. 1565 in collegio oenipontano degebat (l. c. II, 731).

546.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 19. Aprilis 1561.

(Epistula prior.)

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Padre Canisio Alemagna." Cod. „Germ. 1559" f. 321[b].

Collegium oenipontanum. PP. Grim et Victoria. Canisii iter tridentinum. Collegia ei visenda sunt. Liber de pietate principum Germaniae. Grisones. Triennium praepositi generalis. Bavariae ducis favor. Epistularum S. Hieronymi et operum S. Cypriani editio.

---

[1] Huic gentilicium nomen „Ortner" fuisse ex *Canisii* litteris 21. Septembris 1561 ad Salmeronem datis conicio, licet „Horner" a *Polanco* in *litteris Roma 22. Aprilis 1561 ad Victoriam datis vocetur (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 323[a]).

Litteras iussu R. V. 5. Aprilis 1561 datas accepimus. P. Carolum Grimium Oenipontem, cum medicis ita videatur, mittere, ad professionem trium votorum admittere, ad gradum academicum, ad quem aptus videtur, promovere licet. Roma tamen Socios autumno proximo Oenipontem mittere, quia non habemus, non possumus. L' andata di V. R. al concilio si può facilmente ritardare, et anche forsi excusare: et perciò le restarà tempo di poter' dare una scursa uisitando li Collegij di sua prouintia: il che quà pare molto bene[1]. Et cominciando dal Collegio di Vienna, potria V. R. oltre l' aiutar' et consolar' quel Collegio con la sua presentia pigliar' la professione del Padre Vitoria; et anche dar' ordine quanto à quel libro che detto Padre Vittoria desideraua far' stampare, ò darlo à uedere, et correggere al Padre Thoma schiauo, ò come meglio gli parerà; posto che nostro Padre si rimette in questo alla R. V.[2]

Litterae istae principum fortasse apud Grisones aliquid nobis proderunt.

Si è uisto quel che sente la .R. V. et il Padre Lanoi sopra il proposito [?] Triennale[a] [3]; pur saria stato meglio che ogn' uno hauessi mandato il suo uoto sigillato, come anche hanno fatto tutti gl' altri: Gl' altri professi che lo manderanno potranno mandarlo in questa forma che dico.

P. Theodorico Canisio nunc duos Socios mittimus.

All' Illustrissimo Duca di Bauiera siamo debitori per l' affettione,

---

Litteras [etc., ut supra]. Cum R. V. istam ad concilium profectionem facile differre et fortasse etiam excusando se ab ea liberare possit, tempus ipsi supererit, quo ad provinciae suae collegia visenda excurrere possit; id quod nobis valde placet[1]. Et convenire videtur, ut R. V. a vindobonensi collegio incipiens, praeter auxilium solaciumque, quod praesentia sua collegio illi afferet, patris Victoriae professionem excipiat atque etiam de libro illo, quod pater ille Victoria typis exscribendum curare volebat, constituat, sive patri Thomae Slavo eum tradat recognoscendum et corrigendum, sive aliud, quod ipsa optimum duxerit, faciat; nam pater noster istam rem R. V. arbitrio permittit[2].

Litterae [etc., ut supra].

Quid R. V. et pater Lanoius de triennio praepositi generalis sentirent, intelleximus[3]; satius tamen fuerat, utrumque sententiam suam obsignatam mittere; id quod reliqui omnes fecerunt. Reliquos professos, qui sententias mittent, ea ratione, qua dixi, eas mittere convenit.

P. Theodorico [etc., ut supra].

Illustrissimo Bavariae duci multa debemus propter amorem et favorem, quos

---

[a] *A libr. correctum ex* sopra quella proposta de Triennale.

---

[1] Societatis domus visere sive „visitare", inquit *S. Ignatius*, est „valde proprium . . officii" praepositorum provincialium (Constitt. S. J. P. 8, c. 1, I).

[2] Vide supra p. 95—96. 107—108. [3] Vide supra p. 109.

et fauore che fà alli nostri con le parole, et opere. Dio nostro signore gli sia largo remuneratore[a], et accresca li doni de[b] la sua gratia in tutta la sua casa.

Le pistole di santo Girolamo corrette, et scancellato quel che c' è di Erasmo, si possono stampare[1]: et anche delle opere di santo Cipriano pare il medesimo[c]; mà pur' pigliarà il parere de chi l' hà uiste[2]. *Orate pro nobis.* Di Roma li .19. d' Aprile .1561.

Quanto à Cipriano qua si desidera intender' se V. R. l' ha collationato tutto, ò parte, con quello del Vaticano per che si non tutto, si potra collationare il resto, et all' hora pare bene che si stampi.

---

nostris et verbis et factis exhibet. Deus et dominus noster haec large remuneretur et gratiae suae dona in tota eius familia augeat.

Licentiam vobis tribuimus epistulas sancti Hieronymi correctas, rebus, quae ab Erasmo eis aspersae sunt, sublatis, excudendi[1]; atque etiam de sancti Cypriani operibus idem statuitur, ita tamen, ut R. V. eorum, qui ea recognoverint, sententiam exquirat[2]. *Orate pro nobis.* Roma 19. Aprilis 1561.

De Cypriano certiores fieri cupimus, utrum R. V. eum totum an partem ipsius cum exemplo vaticano contulerit; nisi enim totum contulerit, reliquam partem conferemus; qua collata librum excudi placet.

Nota: Haec epistula notatu digna est maxime propter licentiam epistulas S. Hieronymi edendi Canisio tributam. De qua editione primum ipso hoc anno 1561 facta et postea saepe repetita vide infra, monum. 392. 393. Erasmus omnia opera S. Hieronymi primus ediderat (9 voluminibus in folio, ut dicimus, comprehensa) Basileae a. 1516—1520; quae editio, Basileae iterum ac tertio atque etiam Parisiis, Lugduni, alibi evulgata, magnae quidem cum eruditionis specie, sed — qui Erasmi in patrum scriptis edendis mos erat — ita facta erat, ut Hieronymi libri multis inanibus coniecturis et temerariis censuris aspergerentur, quibus ipsa fidei puritas in discrimen vocabatur. Paulus IV. in „Indice" omnes Erasmi libros, scholia, adnotationes, epistulas etc. proscripserat (*Fr. H. Reusch*, Der Index der verbotenen Bücher I [Bonn 1883], 264. 347). Plura vide infra, in Canisii litteris m. Novembri 1561 ad Herlenum datis. Cf. etiam *Can.* Epp. II, 485.

Canisius Lainio rescripsit 3. Maii 1561.

547.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 19. Aprilis 1561.

(Epistula altera.)

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Alemagna Prouincial Canisio." Cod. „Germ. 1559" f. 322[a].

---

[a] remunatore *ap.* [b] et *ap.* [c] *A libr. corr. ex* Cipriano si possono stampare.

[1] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur. [2] Vide supra p. 110—111.

Canisium hortatur, ut Vindobonae, cum aliqui eum collegio illi et maxime Victoriae rectori parum favere putent, eam suspicionem, quantum possit, auferat.

Jhesus.

Pax Christi etc.

Charissimo Padre io penso che l' andata de V. Reuerentia in Vienna sara etiam utile per leuar un' hombra ò tentatione, che pare tengano in quel collegio alcuni, che la Reuerentia V. non sia troppo fauoreuole allo augmento di esso [1], doppò che sta li il Rettor [a] presente [2]: cosa che quà non si crede in modo alcuno, mà si uede bisogno deche la Reuerentia V. con sua charita, et discritione, che Dio li ha dato procuri curar' li animi de tal suspitione, con fatti et parole. Al Rettor si scriue di quà quel che pare conueniente, spero lo truouara V. Reuerentia pronto ad ubedir : mà accio lo facia suauemente ueda lei quanto potra guadagnare l' animo di esso con la demostratione della charita, che non dubito habbia uerso di lui, et ascoltando uoluntieri le ragioni et motiui di esso; et in quello che si potrà sanza preiuditio del seruitio Diuino et ben comune, non ronpendo li disegni di esso: anzi animandolo .etc. sempre pur' si ordini quello, che si reputara più conforme alla uolonta d' Jddio, et se menara seco V. Reuerentia il Dottor Lanoi [b] ò altro, li potrà dar questo medessimo auiso. Del resto, si scriue per altra. Ci raccomandiamo tutti molto nelle orationi di V. Reuerentia. Di Roma 19. d' Aprile 1561.

Jhesus. Pax Christi etc.

Carissime pater, equidem existimo reverentiae vestrae iter vindobonense etiam utile fore ad umbram quandam sive tentationem auferendam, qua in eo collegio aliqui moveri videntur putantes, reverentiam vestram ipsius amplificandi haud ita studiosam esse [1], ex quo tempore, qui nunc eius rector est [2], illic degat. Quod licet nos nulla ratione censeamus esse verum, intellegimus tamen necesse esse, reverentiam vestram pro caritate et prudentia, quas Deus ipsi dedit, et factis et verbis animis ea suspicione levandis operam navare. Rectori autem illi hinc, quae convenire videntur, scribimus; quem, ut spero, reverentia vestra ad oboediendum promptum experietur: ut tamen suaviter oboediat, reverentia vestra, quantum poterit, ipsum sibi devincire studeat, caritatem illam prae se ferendo, quam R. V. erga illum habere mihi persuasum est, et quibus rationibus causisque moveatur exponenti libenter aures praebendo atque in rebus, in quibus sine divinae gloriae et salutis publicae praeiudicio fieri poterit, eius conatus non infringendo, sed potius eius animum erigendo etc. Attamen semper, quod Dei voluntati magis congruere visum erit, constituatur; ac reverentia vestra, si doctorem Lanoium vel alterum secum ducet, ad hoc idem eum adhortabitur. De reliquis rebus alteris litteris scribimus. Reverentiae vestrae sacris precibus omnes magnopere nos commendamus. Roma 19. Aprilis 1561.

Nota: In codice nostro huius epistulae apographo (eodem tempore scripto) ab ipso librario superscriptum est: „Soli". Quae his verbis explicantur, in capite 3. anti-

[a] Dottor *ap.; at* Rettor *scribendum fuisse, res ipsa plane ostendit.*

[b] 2 *vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

[1] Cf. supra p. 106. [2] P. Ioannes de Victoria.

quae illius *„*Formulae* scribendi“ (cf. *Can.* Epp. II, 582[4]; postea in eius locum altera substituta est) positis: „Animaduertat an ea, quae scribit, communibus literis quae alijs ostendi possent, an potius alijs seorsum scriptis, complecti oporteat, et an huiusmodi seorsum scriptis literis in inscriptione notari debeant[a] quod soli scribantur, an non quum res tantopere secretum non requirit, licet passim alijs communicari non debeant“ (Cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 69[b]).

Eodem die Polancus Lainii nomine Victoriae „soli“ litteras, quibus de eadem illa re agebat, misit; quas vide infra, monum. 375.

Canisius Lainio rescripsit 3. Maii 1561.

548.

P. PETRUS DE RIBADENEIRA,

Societatis Iesu per Tusciam praepositus provincialis [1],

CANISIO.

Genua 26. Aprilis 1561.

Ex apographo huius litterarum partis, eodem fere tempore Augustae Vindelicorum a P. *Hurtado Perez* S. J. (ex archetypo, ut videtur) exscripto. Cod. guelph. „36. 24. Aug.“ f. 30[a].

Sabaudiae dux Valdenses superavit, Genevam oppugnabit, Monte Regali collegium instituit. Vallis quaedam subalpina haeresibus levata est. In Hispania haeretici aliquot occisi, precationes institutae sunt.

†

— — Gia hara v. r. inteso il buono et pio anjmo del Duca di Saboya[2], et la guerra che ha fatto àgli heretici della valle di Lucera[b] [?][3], et del buon successo che per fin hora il Signor gli da,

---

— — Iam, opinor, R. V. cognovit, ducis Sabaudiae[2] optimam valdeque piam esse mentem, eumque haereticis in valle lusernensi[3] degentibus bellum fecisse huius-

---

[a] *Sic ap.; fortasse legendum:* notari debeat *vel potius* adnotari debeat.

[b] *Sic H.; sed legendum esse videtur* Lucerna*; vide infra, adnot. 3 huius pag.*

---

[1] Petrus de Ribadeneira (1527—1611), toletanus, puer Societati Iesu nondum confirmatae se adiunxit Romae; ubi ab ipso S. Ignatio ad pietatem institutus est. Postea eiusdem iussu Parisiis, Lovanii, Patavii litteris studuit, in Belgium missus est, ut Societatem ibi stabiliret; in Italia gravissima Societatis officia administravit, ut munus praepositi provinciae tuscae (Toscana), 3. Novembris 1560 ei impositum (*J. M. Prat* S. J., Histoire du Père Ribadeneyra [Paris 1862] p. 146—147); in Hispania, in quam a. 1574 rediit, multos libros partim latine, partim Castellanorum sermone (hi in scriptorum classicorum numero eum referunt) egregie conscripsit, inter quos eminent Vitae S. Ignatii Loiolae, S. Francisci Borgiae, Iacobi Lainii, Catalogus scriptorum S. J., „Flos Sanctorum“; de quibus vide *H. Hurter* S. J., Nomenclator literarius recentioris theologiae catholicae I (ed. 2. Oeniponte 1892), 220—221, et *Sommervogel,* Bibl. VI, 1724—1758.

[2] Emmanuelis Philiberti (1553—1580).

[3] In lusernensem (Valle di Luserna, nunc provinciae taurinensis regni italici) aliasque quasdam valles subalpinas et principibus pedemontanis subiectas inde a

teniamo per fermo che finito questa, si cominciara vn altra di piu importanza, ut tollatur de medio asylum transfugarum, et sentina omnium haereticorum [1]. Jl che sarebbe di grandissimo giouamento per la Franza, quae iam tam periculose laborat, et misere conflictatur. Ha fondato il Duca di Saboya un collegio della compagnia nostra nel Mondeuj [2] ch' è vna citta sua in Piemonte, et discosto di Genoua non piu che due giornate, et la gente nostra parte è gia partita di Roma in sieme con quella che va à fundare il Collegio di Tornone [3] in Franza: parte sarano alcunj di quelli che stauano nella Valtellina, et furono cacciatj dalli heretici Grisonj [a] come v. r. hara inteso [4]. Jl Rettore nel Mondeuj sara il Padre Ludouico di Coudreto [5], il quale questa quaresima ha predicato in vna valle di Barceloneta fra Piamonte et Prouenza [6] la quale gia era molto infetta di heresie, et hora per la gratia del Signore sta molto megliore, ha fatto grande frutto detto Padre con le sue prediche.

---

que usque adhuc prosperum a domino ei concedi successum. Pro certo autem habemus, hoc bello finito alterum idque gravius incohatum iri, ut tollatur de medio asylum transfugarum et sentina omnium haereticorum [1]. Quod si efficietur, Gallia, quae iam tam periculose laborat et misere conflictatur, quam maxime iuvabitur. Sabaudiae autem dux Societatis nostrae collegium constituit Monte Regali [2], quae urbs ei subiecta in Pedemontio est sita nec plus quam bidui iter a Genua abest; et nostri eo destinati partim Roma iam discesserunt una cum iis, qui ad collegium turnonense [3] instituendum in Galliam eunt; partim eodem aliqui ex iis proficiscentur, qui in Valle Tellina erant, quosque a Grisonibus haereticis inde eiectos esse R. V. iam, opinor, intellexit [4]. Rectoris autem munus Monte Regali pater Ludovicus de Codreto [5] tenebit, qui hac Quadragesima contionatus est in valle quadam barcelonetensi, inter Pedemontium et Provinciam sita [6], quae, cum haeresibus vehementer iam infecta esset, domino propitio modo longe melius habet; ac pater ille ex contionibus copiosos fructus collegit.

---

[a] *Sequitur* v, *ab II. oblitteratum.*

---

saeculo XIII. se receperant Valdenses, saeculo XII. a romanis pontificibus damnati, qui se doctrinam recta ab apostolis eorumque primis discipulis accepisse affirmabant, sacerdotibus oboedire nolebant eosque contumeliis afficiebant, omnes — atque etiam mulieres — ad contionandum admittebant etc. Quibus ibidem saeculis XV. et XVI. alii haeretici, maxime Calviniani, vel iuncti vel etiam permixti sunt. De parvulis bellis eo tempore a Sabaudiae duce adversus eos gestis scripserunt *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 3, n. 67—71 et *C. Cantù,* Les Hérétiques d'Italie. Trad. par A. Digard et E. Martin (editio ab auctore emendata), IV (Paris 1870), 492—494. 518.

[1] Genevam significari, ex Polanci litteris 10. Maii 1561 ad Canisium datis patet; in quam Calvinismi metropolim (quae de Sabaudiae ducum imperio se subduxerat) sacerdotes monachique apostatae ex Gallia, Italia etc. se recipiebant.

[2] Mondovi, in Pedemontio. [3] Tournon. [4] Cf. supra p. 108 [2].

[5] Praeclarus vir Ludovicus Codretus († 1577) allobrox, ex oppido Salancia ortus, et huius collegii et florentini et politiani et avenionensis et camberiensis primordia rexit (*Sacchinus,* Hist. S. J. III, l. 8, n. 248).

[6] Vallis „de Barcelonnette“ sive „de l'Ubaye“, in Alpibus inferioribus („Basses-Alpes“) sita, nunc ad rempublicam gallicam pertinet.

Le cose di spagnia quanto alle heresie vanno benissime, et con hauer brugiato alcunj infetti che restauano dell' anno passato, come s' è fatto in seuilla [1], s' è smorbato con la gratia del Signore tutto quel regno di questa peste . Et il Re Philippo, come ho intesso, ha commandato si facessi oratione in tutti li monasterij, chiese, luoghi pij di quel regno per la conseruatione di esso nella fede catholica. — —

Hispaniae res, quantum ad haereses pertinet, optime succedunt; aliqui haeresi infecti, qui ex anno superiore supererant, combusti sunt Hispali [1], atque ita domino iuvante totum illud regnum ea peste levatum est. Et Philippum regem mandasse accepi, ut in omnibus regni illius monasteriis, ecclesiis, locis piis Deum precarentur, ut idem regnum in fide catholica conservaret. — —

Nota: Perez apographo suo haec inscripsit: „Ex literis .P. Ribadineira Genuae 26. Aprilis ad .P. Prouincialem da[tis]". Anno autem 1561 Ribadeneiram scripsisse, ea ostendunt, quae hic dicit de haereticis hispalensibus (vide infra, adnot. 1 huius pag.) ac de Societatis collegiis Monte Regali et Turnone proxime incohandis (quae a. 1561 incohata esse constat; vide *Sacchinum*, Hist. S. J. II. l. 5, n. 88—90. 189—190).

Peresii apographum hoc una cum aliis duobus similis generis apographis collegii monacensis Sociis destinatum est; vide supra p. 105.

549.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi provincialis,

CANISIO.

Roma 26. Aprilis 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Padre Canisio Augusta." Cod. „Germ. 1559" f. 329.

Canisio provinciali provincia visenda est. Vindobonensis collegii typographia. Libri scholastici. De studiis linguarum etc. per diversa loca distribuendis actum est. Discidium cum universitate vindobonensi vitandum. Facultas gradus academicos conferendi. Professiones pragenses. Facultates novissimae quantum pateant. Num Erasmi nomen etc. ex libris delendum. Facultas amplior angustiore non aufertur.

Riceuemmo quelle di .V. R. di .11. del presente [2], et quanto alla uisita di sua Prouintia, pare quanto prima si faccia sarà meglio, an-

Accepimus R. V. litteras die 11. huius mensis datas [2]; et quod ad provinciam istam visendam attinet, R. V. eo rectius actura esse videtur, quo maturius eam

[1] Hispali 24. Septembris 1559 et 22. Decembris 1560 „Autos de fé" habiti sunt, in quibus aliquot monachi aliique, quod offirmatis voluntatibus in haeresibus persistebant, vivi combusti sunt (*Marc. Menendez Pelayo,* Historia de los Heterodoxos Españoles II [Madrid 1881], 440—449. *Fr. J. G. Rodrigo,* Historia verdadera de la Inquisicion II [Madrid 1877], 219—222).

[2] Vide, quae supra p. 115 notata sunt.

dando in Vienna; doue potrà accettare la professione del Padre Vittoria se prima non l' hauessi fatta, dar' ordine al stampar' quel libro dell' historia, et trattar' di molte altre cose, et frà quelle si potrà etiam considerare si sarà più expediente già che la stampa è cominciata in Vienna, et si tratta d' aiutarla con intrata [1] promouerla, et seruirsene di quella per la sua prouintia, òuero far stampar in Dilinga li libri necessarij per li Collegij nostri [2].

Quantunque in Roma s' era trattato de procurare li studij delle lingue principali fossino in Vienna, et quelli della Philosophia in Praga [a], et della Teologia in Jngolstadio, pur' la mutatione delle cose dall' hora in quà, et li mottiui che scriue il Padre Vittoria, et altri che quà teneuamo fanno che .N. Padre si risolua à non fare mutatione nelli corsi di Philosofia: ma che si seguitano in Vienna, et si troui modo di non hauer' impiccio con l' uniuersità come meglio si potrà [3]. Presto haueremo, come spero, la faculta plena di promouere nostri scholari; dico quelli della Compagnia et forastieri [4], si conside-

viset, Vindobonam petendo; ubi et patris Victoriae professionem excipiet, nisi hic prius eam emiserit, et de historia illa typis exscribenda constituet, et de multis aliis rebus aget, atque inter alia expendetur, utrum magis expediat typographiam vindobonensem, cum haec incohata iam sit et de ea reditu adiuvanda agatur [1], amplificare et in provinciae istius usus adhibere, an libros collegiis nostris necessarios Dilingae excudendos curare [2].

Licet Romae hoc efficere aliquando cogitaverimus, ut linguae potissimum tractarentur Vindobonae, philosophia Pragae, theologia Ingolstadii, ob res ab illo tempore in praesens mutatas et propter causas a patre Victoria litteris propositas et alias, quibus hic movebamur, pater noster constituit, ne quid in philosophiae cursibus mutetur, sed ut Vindobonae in iis progrediantur atque, ut optime fieri poterit, caveant, ne cum universitate discidium exsistat [3]. Brevi autem nos plenam facultatem accepturos esse spero scholasticos nostros ad gradus academicos promovendi; scholasticos dico et illos, qui de Societate sunt, et externos [4]; qua gratia

[a] Pragra *ap.*

[1] Ferdinandus I. caesar, ut videtur, eum reditum concessurus erat. Cf. *Can. Epp.* II, 607 [1].

[2] Dilingae Sebaldus Mayer artem typographicam cum laude exercebat. De quo vide *Fr. X. Schild*, Die Dillinger Buchdruckerei und ihre Druckwerke im 16. Jahrhundert, in „Jahresbericht des Historischen Vereins Dillingen" 5. Jahrg. (Dillingen 1892) p. 102—134.

[3] Quoniam eo quidem tempore adulescentibus doctrina christiana imbuendis et ad pietatem instituendis in universitate vindobonensi parum operae navabatur, multi ex ea ad Societatis scholas a parentibus transferebantur (*Rud. Kink*, Geschichte der kaiserlichen Universität zu Wien I [a] [Wien 1854], 323—327). *Polancus* Victoriae Roma 2. Aprilis 1561 scripsit: „Pensi etiam la R. V. sopra il pigliar la compagnia nostra lo assunto della facultà di Teologia et Filosofia in Vienna; per che forsi questo sarebbe un mezzo bono di leuar' uia le dissensione et auisarci se li par cosa riuscibile, et che gente sarebbe necessaria; non risolua pero niente senza auisare nostro Padre" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 318 [a]).

[4] Facultas haec a Pio IV. Societati 19. Aug. 1561 tributa est; de qua plura infra.

rara doppoi l' uso di detta gratia, et forsi dando li suoi interessi à quelli dell' uniuersità, li forastieri non si pigleranno troppo fastidio che la promotione si facci nel Collegio nostro.

Si riceuettero la Professione, et la lettera delli Professi de Praga[1].

Litterae quaedam, quibus de promotionibus vindobonensibus, de domo quadam S. Bartholomaei pragensi etc. agebatis[2], nobis traditae esse non videntur.

Circa li dubbij occorsi nella concessione ultima[a] di sua santità si responderà in breue. Primo Che la prouintia di Germania tutta è compresa; èt consequentemente le altre prouintie come adiunte, doue addesso stà ò starà la compagnia come sarebbe, l' Austria, Bohemia, Vngaria, Polonia, et anchora Treuere, et Moguntia, et Collonia, et solamente si escludeuano li paesi del Re Felippo, doue c' è l' officio dell' inquisitione[3], di modo che non accade dubbitare della Bauaria, et Sueuia etc.

Secondo, la facultà si stende alli nostri, et alli forastieri, scholari, et non scholari.

Terzo, li libri de Santo Girolamo, Augustino, et altri Padri santi,

---

accepta expendemus, quomodo ea uti conveniat; fortasse, si academicis statae pecuniae dabuntur ab externis, haud ita ingratum illis erit, si in collegio nostro gradus illi conferentur.

Eorum, qui Pragae vota sollemnia nuncuparunt, et professiones et litteras[1] accepimus.

Litterae [etc., ut supra].

De dubiis, quae de gratiis a sanctitate sua nuper concessis vobis occurrerunt, breviter respondebo: Primum provinciam Germaniae ea concessione comprehendi totam atque ita reliquas provincias, in quibus Societas vel nunc est vel erit, ut eidem adiunctas, velut Austriam, Bohemiam, Hungariam, Poloniam, atque etiam Treveros et Moguntiam et Coloniam, solis terris Philippo regi subiectis, ubi inquisitionis officium exstat, exclusis[3]; quare de Bavaria, Suebia etc. dubitandum non est.

Secundo, ista facultas et ad nostros pertinet, et ad externos, sive discipuli nostri sunt, sive non sunt.

Tertio, sanctorum Hieronymi et Augustini et aliorum sanctorum patrum ac

---

[a] uultima *ap.*

---

[1] PP. Pauli Hoffaei et Henrici Blissemii; vide supra p. 40. *S. Ignatius* de eo, qui „professionem" in Societate fecerit: „Guardaráse", inquit, „su voto escrito, para que siempre pueda de todo constar á gloria de Dios Nuestro Señor": Constitutiones P. 5, c. 3, n. 4 (Constitutiones latinae et hispanicae p. 177).

[2] P. *Ioannes Schmidl* S. J. ecclesiam S. Bartholomaei (collegio Societatis vicinam) parochialem quidem, sed et ovibus et pastore destitutam fuisse affirmat (Historiae Societatis Jesu Provinciae Bohemiae pars prima [Pragae 1747] p. 125. 184). Cf. *Polanci* Chronicon VI, 374—375.

[3] Polancus Belgium imprimis significat.

et boni Authori, si possono leggere non obstante le annotationi, comentarij[1], etc . et perche non si mette quà questa limitatione de cancellare li nomi .etc. non è necessario usarlo; mà la prudentia de chi dà tal dispensatione douerà considerare quello che conuene cancellare ò non cancellare, et cosi faccia.

Circa la quinta facultà si ben si è più ristretta quì non si leua alcuna altra prima ottenuta. *Orate pro nobis Deum.* Di Roma li .26. d' Aprile .1561.

Nota: Canisius Lainio rescripsit 10. Maii 1561.

---

bonorum auctorum libros legere licet, quaecumque adnotationes, commentarii[1] etc. iis addita sint; et quia haec facultas non est concessa ea condicione, ut deleantur nomina etc., ea deleri necesse non est; eius tamen, qui eiusmodi dispensationem concedet, erit pro prudentia sua expendere, quid deleri, quid non deleri expediat; atque ita agat.

Quod ad quintam facultatem attinet, licet haec angustior sit, nulla tamen altera facultas prius impetrata ea aufertur. *Orate pro nobis Deum.* Roma 26. Aprilis 1561.

550.

FRIDERICUS DE WIRSBERG,

episcopus herbipolensis et Franciae orientalis dux[2],

CANISIO.

Herbipoli 3. Maii 1561.

Ex libello „Die Gründung des Gymnasiums zu Würzburg durch den Fürstbischof Friedrich von Wirsberg. Programm zum Schlusse des Studienjahres 1849/50 von Dr. *Georg Joseph Keller*, königl. Studienlehrer zu Würzburg" (Würzburg 1850) p. 22. Qui unde epistulam hanc deprompserit, non manifestat.

Eandem epistulam, ex Kelleri libro transcriptam, posuit *F. X. v. Wegele*, Geschichte der Universität Wirzburg II (Wirzburg 1882), 33—34. Epistula usus est *C. Braun*, Geschichte der Heranbildung des Klerus der Diöcese Wirzburg I (Wirzburg 1889), 105—107.

Se ob pecuniae inopiam collegium Societatis (quam laudat) condere nondum potuisse, interim tamen paedagogium quoddam Herbipoli instituisse. Modo autem se a Canisio petere, ut Socium aliquem, qui in ecclesia cathedrali contionatorem agat, sibi mittat.

---

[1] Erasmi et similium; vide supra p. 114—115.

[2] Fridericus a Wirsberg, e Franconia superiore sub a. 1505 ortus, ab a. 1558 ad 1573, quo mortem obiit, episcopatum herbipolensem rexit, vir pius et catholicae fidei conservandae clerique ad morum puritatem reducendi admodum studiosus; qui a Guilielmo Grumbachio equite protestante atque aliis praedonibus latronibusque publicis vehementer afflictus, iuventutis ad litteras et pietatem instituendae gratia Herbipoli a. 1561 paedagogium quoddam, a. 1567 Societatis collegium instituit (*Janssen* l. c. IV, 240—245. *Ign. Gropp* O. S. B., Collectio Novissima Scriptorum et Rerum Wirceburgensium [Francofurti 1741] p. 383—409. *Braun* l. c. I, 106 ad 162. *Fr. X. Himmelstein*, Reihenfolge der Bischöfe von Würzburg [Würzburg 1843] p. 137—141).

Friedericus Dei gratia episcopus Herbipolensis Franciaeque orientalis dux.

S. D. Cum ita visum fuisset Deo optimo maximo, ut ante annos aliquot Herbipolensis ecclesiae gubernacula ad nos quamvis indignos deferrentur[a], jam inde ab eo tempore in hoc omni cura incubuimus, ut complures viros eruditione et pietate insignes habere possemus, quorum opera cum alias tum praecipue in docenda et propaganda vera nostra catholica et orthodoxa religione uteremur. Quo factum est, ut de erigendo Iesuitarum collegio et advocandis in civitatem nostram vestri ordinis hominibus (qui opinione virtutum et doctrinae iam sunt celebres) diu multumque cogitaremus. Qua de re etiam in proximis Augustanis comitiis tecum, vir doctissime, locuti sumus[1], huic cogitationi et instituto nostro hoc in primis obstitit, quod rebus et opibus nostris bello superiore[2] tam attritis rationem invenire hucusque non potuimus, qua commode id efficeremus[3]. Interim tamen ne ab hac parte ecclesia nostra omnino destituta esset, suffraganeum nostrum theologiae doctorem[4] et alium quendam in una collegiatarum ecclesiarum civitatis nostrae canonicum theologiae licentiatum[5] permovimus[b], ut, donec de alia commoditate prospiceremus, onus docendi et interpretandi sacras literas susciperent. Conduximus et alios duos philosophiae artiumque liberalium magistros[6], viros graece latineque iuxta doctos et catholicae religioni addictos, qui linguas et bonas literas publice docerent, ne studiorum causa commeandi ad quaslibet externas scholas cum periculo adolescentes nostrae dioecesis occasionem habeant.

Unum hoc tempore est, quo laborare videmur, quod concionator, qui in cathedrali ecclesia explicandi apud populum verbi divini curam annis aliquot cum applausu nec sine fructu, sustinuit, gravi valetudine quodam modo ad eam rem inutilis effectus est. In ejus locum ut alius substituatur est necesse. Cum igitur intellexissemus, quod decanus[7] et capitulum ecclesiae nostrae majoris (quibus hoc incumbit,

---

[a] deferentur *K.* [b] *K. W. perperam:* promovimus.

---

[1] A. 1559 in comitiis imperii id factum est; vide *Can.* Epp. II, 379. 445. 461. 465. 500.

[2] Bello, quod Albertus Alcibiades marchio brandenburgensis a. 1552 et 1553 contra episcopos et alios imperii ordines crudelissime gesserat.

[3] Etiam capitulum cathedrale Socios non esse arcessendos a. 1559 censuerat (*Braun* l. c. I, 107),

[4] Georgium Flach O. S. B., titularem episcopum salonensem; de quo *N. Reininger,* Die Weihbischöfe von Würzburg (Würzburg 1865) p. 159—170.

[5] Ioannem Armbruster, capituli haugensis canonicum? (*Braun* l. c. I, 1053).

[6] Casparum Stüblin (Stübling, Acronianum) et Conradum Dinner; ad quorum numerum postea aliquot alii additi sunt (*Keller* l. c. p. 8—13. *Braun* l. c. I, 110).

[7] Wolfgangus Theodoricus ab Hutten (*Gropp* l. c. p. 703).

ut alium huic muneri praeficiant) eam ob causam ad te scribere vellent[1], faciendum esse putavimus, ut ipsi quoque eodem nomine et[a] [?] compellaremus, orantes, ut, si fieri possit, mittas nobis aliquem vestri ordinis virum doctum, cui functio haec concionandi committi possit, et qui ita germanice loquatur, ut ab idiomate nostro non nimium[b] recedat, proindeque a plebe (cui praecipue hic consulendum est) facilius intelligi queat. Is cum comite seu famulo suo ea ratione a nobis ac capitulo nostro nominato excipietur ac tractabitur, ut conquerendi occasionem non facile sit habiturus. Nec est nobis dubium, quod tuum scimus esse studium et voluntatem in iuvandis ecclesiis et quantum in te est, promovenda vera catholica nostra religione, quin hoc libenter sis nobis[c] gratificaturus. Quod ut a te pergratum nobis accidet, ita oblata occasione, vicissim in tuam et ordinis vestri gratiam haud gravatim, quae possumus, facturi sumus. Datae in civitate nostra Herbipoli die tertia Maii 1561.

Rara eruditione et vitae integritate spectato nobis sinceriter dilecto viro Petro Canisio, ordinis Iesuitarum theologo consumatissimo[d].

551.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 3. Maii 1561.

Ex apographo recenti, exscripto ex archetypo (in cod. „E. C. I" f. 109ᵃ—111ᵇ [n. 83] posito), quod, Canisio iubente ac fortasse etiam dictante, scripsit P. *Guilielmus Elderen* S. J.; extremam tamen partem, incipiendo a „Nunc adferuntur quae scripta sunt" Canisius sua manu scripsit.

Epistula usi sunt: *Sacchinus*, Can. p. 337; *Janssen-Pastor* l. c. VII, 523—524; *Michel* l. c. p. 249—250; *Kröss* l. c. p. 140.

P. Natalis. In Germaniae superioris collegiis Socii, quia nimis pauci sunt laboribusque opprimuntur, neque in litterarum studiis, neque in pietatis rebus multum proficiunt. Canisione collegia „visitanda"? Commendonus nuntius Augustae manebit; cuius comes P. Auer cum protestantibus disputavit. Contiones augustanae et monacenses. Facultates amplificandae. Canisius Hosium cardinalem placavit, P. Victoriam modestius agere iussit. Collegia moguntinum, coloniense, vindobonense, treverense, pragense. Canisius Socios a se auferri dolet; omnia tamen Lainio permittit. Iter monacense et ingolstadiense. Socii in carceribus et valetudinariis; catecheses; convictus pauperum studiosorum; reditus collegiorum. Alberti V. rogatu concilii ephesini acta latine vertuntur. Sociorum ingolstadiensium calamitates; famuli eis adiungendi. „Obedientia intellectus." Officium „consultorum." Domus probationis

---

[a] *Sic K. W.; sed legendum esse videtur* te.
[b] *K. W.:* non minimum; *quod haud recte poni res ipsa ostendit.*
[c] *W. om.* nobis. [d] *W. inscriptionem hanc non posuit.*

---

[1] Vide infra p. 137.

Pragae condenda. Socius praepositi provincialis. Procurator Romam non missus. Socii ad ultima vota admittendi. „Visitatio" collegiorum. Cyprianus ex codicibus vaticanis et Sirleti emendandus.

†

Pax Christi nobiscum Admodum Reuerende Pater.

Priusquam de profectione mea, quam his diebus ad Monachienses et Jngolstadienses institui, aliquid dicam, respondebo literis 5° et 12° Aprilis ad me datis [1]. Gratissimum nobis fuit intelligere, Reuerendum P. Natalem in Hispania nostri meminisse, et de adiuuanda Germanica messe eiusque augendis operarijs cogitare [2]. Ego magis ac magis experior, quanta in his Collegijs non rerum, sed personarum penuria ubique laboretur, Jngolstadij praesertim atque Pragae. Jnde fit, ut nostri qui modo adsunt, impares fere uiribus suis labores sustinere, et exiguos in studijs suis profectus facere cogantur. Adeo egre consistunt in his scholae laboribus, uarijsque curis, quas augent etiam exterj. Videmus nihil defuturum ad multorum in his collegijs sustentationem: sed illud angit potissimum, quod ob inopiam personarum, et rationem ministeriorum non optime nostri procedant, quin grauiter etiam impediantur, tum in spiritualibus, tum in literarijs studijs. Jtaque graue munus Rectorum est, quod R. T. consilijs et precibus paulatim, ut speramus, in domino mitigabitur, et in locum meliorem adducetur.

Scribit P. Hurtadus rationes in utramque partem, ut rectius intelligat R. T. an me expediat hinc ad tempus abesse propter uisitationem collegiorum [3]. Crediderim ego non ita multum Augustae neglectum irj, et fortasse absentis desiderio nonnulli [a] capti, libentius audient postea reuertentem. Quod si .D. Lambertus [4] huc cum Reuerendissimo Legato ueniret (nam Legatus ille quidem se breui uenturum, et hic diu mansurum promisit) [5] nihil dubitarim, quin absentis mei locum D. idem Lambertus magno cum fructu nec minore laude suppleret Augustae domino cooperante [6]. Fiat autem uoluntas domini [7]. Tum sicut anno superiore factum est, posset D. Suffraganeus [8] meas obire uices in concionando, tantum annuente Cardinale. Nam alium ex nostris dare interea non posse uidemur. Adfuit hic

---

[a] *Sequitur* audien, *ab Eld. ipso oblitteratum.*

---

[1] Lainii litterae 12. Aprilis 1561 ad Canisium datae superesse non videntur.

[2] Cf. supra p. 82 et Epistolas P. *Nadal* I, 491—492.

[3] Hoc Hurtadi scriptum ipsi huic epistulae subiungetur.

[4] P. Lambertus Auer S. J., Ioannis Francisci Commendoni nuntii apostolici comes.

[5] Commendonus in eo itinere germanico (1560—1562) Augustam non venit; cf. infra, monum. 240.

[6] Marc. 16, 20. [7] Act. 21, 14. Matth. 6, 10.

[8] Michaël Dornvogel, titularis episcopus adramytanus (adramittenus); cf. *Can.* Epp. II, 632. 846. 859. 860.

quidem P. Martinus[1] his 14 diebus, dum absum in uicinis collegijs, et concionatus est hoc loco ter cum audientium applausu et aedificatione singularj[2]. Sed iudicamus tamen tres omnes, qui hoc loco uersamur, neque illi satis expedire, ut Augustae diu moretur, ubi non omnibus uiuere conuenit, neque possunt illo carere Monachienses cum P. quidem Dyrsius ad hoc munus sustinendum magna adferat corporis animique impedimenta, quae nulla ratione sanari posse uidentur, cum nonnunquam in media etiam concione hereat atque subsistat, quae res comiseratione potius, quam explicatione indiget.

Ad Pont. Max. scribam hebdomada proxima, uti suasit R. T. cum gratiarum actione simul et supplicatione de amplificandis illis facultatibus.

Existimamus transactam esse tandem P. Victoriae Professionem. Jllud nobis ingratum fuit ex literis D. Cardinalis Varmiensis intelligere, P. Victoriam Regi, Caesari, et Magnatibus alijs displicuisse, quod iusiurandum illud fieri uoluerit cum Pompa, sicut ille scribit[3]. Et quoniam idem Cardinalis hinc scandalum passus est, curaui literis illum placare, simulque Rectorem monuj, ut caueret sibi a specie mali[4], memor eius modestiae et simplicitatis, quam alij multi tum Romae, tum alibi ad Professionem accedentes commonstrarunt. Spero autem non discessurum Cardinalem eundem ad Synodum, (discedet autem breui, ut suis promittit literis,) nisi nostris iterum sit plane conciliatus. Vtque id fiat P. Victoriam admonendum curaui.

Quod ad D. Lambertum attinet, bonus erit ille quidem praecursor et sequentis collegij praeparator Moguntiae, si ita uolet R. T. nec dari meliorem illique messi oportuniorem operarium ullum hoc tempore posse dixerim. Sed quam graue sit futurum hoc damnum Viennae, si P. Lamberto illius Collegij columna uel primaria uel secundaria destituatur, R. T. iudicet. Dedimus ad tempus D. Hermanum[5] Treuirensibus nescio quando reuersurum, non restituitur M. Syluius et si repetitus a coloniensibus[6]: discessit etiam Treuirim M. Gerardus[7]: nunc translato etiam in aliam Prouinciam .D. Lamberto, res nostrae fiunt sane imbecilliores, neque sunt quos breui habere Germanos Theologos eosdemque concionatores commodos alicunde possimus. Jnuitus explico necessitatem: bono communi Societatis nec uolo, nec

---

[1] Stevordianus (Gotfridius, Gewarts), collegii monacensis contionator.

[2] Diebus 20. et 27. Aprilis, quae dominicae II. et III. post Pascha erant (vide infra, monum. 288. 289. 305) ac fortasse kalendis Maiis, quae dies, SS. Philippo et Iacobo apostolis sacra, eo tempore ex „festis de praecepto", ut vocant, erat.

[3] De hac re vide supra p. 116. [4] 1 Thess. 5, 22.

[5] Thyraeum; cf. supra p. 68. 79.

[6] P. Petrus Silvius, a. 1556 Pragam cum primis eius collegii Sociis missus (*Can.* Epp. I, 770[1]; II, 612. 689. 704).

[7] Werdenus (*Polancus* Mercuriano, Roma 26. Aprilis 1561. Cod. „Germ. 1559" f. 330[a]), unus e primis collegii ingolstadiensis Sociis; de quo *Can.* Epp. II, 80. 476 etc.

debeo praeiudicare. Vellem agi rectius cum Viennensi Collegio, quod sine P. Lamberto nullum habet in aula Caesarea, qui aliquid publice praestare, praesertim in scholis, posse uideatur. Jtaque totum hoc negotium diuinae prouidentiae, et uoluntati R. T. committam fidenter ac secure, Christumque rogabo, ut ipsius gloriae D. Lambertus ubi ubi sit, maxime inseruiat. Audimus illum a Reuerendissimo Legato ualde amari et commendarj, tum subinde cum haereticis foeliciter admodum esse congressum [1], praeterea Coloniae illum pro nostris causam egisse apud Archiepiscopum et senatum collegij prouehendi causa [2]. Verum nihil ille in hac tota profectione sua dedit ad me. Non possumus Treuirensibus fratribus in domino non gratularj, quod maiorem sane successum Collegij in hisce primordijs experiantur, quam nos in hac Prouincia tota experti unquam fuimus.

Nunc de profectione mea his diebus suscepta dicam. Monachij 5. aut .6. diebus nostros inuisi, redituru ad illos uisitationis causa et mansurus diutius si Dominus uoluerit. Apud Principem effecj, ut consenserit nostros ad custodias publicas et ad pauperes in xenodochijs inuisendos admittere. Jnuenta est et ratio ornamenta sacrificantibus necessaria conquirendi [3]. Jnstituta quoque lectio catechistica in gratiam rudioris populj [4]. Praeterea conclusum est de collegio pauperum fundando, quod ad scholam prouehendam multum momenti adferet [5]. Promisit demum et Cancellarius [6] se curaturum, ut ambobus Collegijs Bauaricis de certis prouentibus prouideatur. Suscepit P. Theodorus [7] prouinciam uertendi concilium Ephesinum, quemadmodum Princeps ab eo flagitauit: nacti sumus codices in quibus non minima pars illius concilij latine traducta reperitur [8]. Difficile fuit bonum Patrem ad hoc suscipiendum onus inducere, sed nos conatum tantum a Principe postulari diximus: nihil de edendo sollicitum esse nunc oportere,

---

[1] Imprimis Berolini cum Ioachimi II. electoris brandenburgensis theologis Francofurto ad Viadrum evocatis Auerum compluries disputasse ex Commendoni litteris refert *Sacchinus* (Hist. S. J. II, l. 5, n. 178). Id quod epistula Brunsvico 27. Ianuarii 1562 data confirmatur, qua *Martinus Kemnicius* lutheranus „Theologiae Iesuvitarum praecipua capita" (Lipsiae a. 1563 edita) Ioachimo dedicavit; scribit enim Kemnicius: „Anno praecedente Cels. V. huius sectae [Iesuvitarum] hominem coram audivit crassissimas quasque Pontificii regni abominationes impudenter defendere" etc. (l. c. f. A 5[a]).

[2] Commendonus ea de re mense Aprili 1561 Brielii (Brühl, prope Coloniam) cum Mansfeldio archiepiscopo et Coloniae cum Godefrido Hittorf (Hittorp) consule egit (*Hansen* l. c. p. 387—388).

[3] De hac ratione vide infra, monum. 304.

[4] De hac lectione in sacello S. Nicolai instituta vide *Can.* Epp. II, 873 ad 874. 876.

[5] Anno 1574 collegium hoc sive seminarium, quod nunc quoque exstat, conditum est (*B. Stubenvoll,* Geschichte des Königl. Erziehungs-Jnstitutes für Studirende in München [München 1874] p. 8—11). [6] Simon Thaddaeus Eckius.

[7] Peltanus, veterum linguarum peritissimus; cf. *Can.* Epp. II, 382[3].

[8] Vide quae sub ipsas has litteras dicentur.

futuros fortasse in vrbe ex nostris alios, qui suas et ipsi operas conferant ex authoritate R. T. Rogamus, ut in hoc instituto ille confirmetur, qui breui admodum tempore cum priorem partem initio uertisset, et ad principem ipsum detulisset, hoc meruit audire elogium, Ex vngue leonem[1] inquit Princeps ad Cancellarium. Nulla quidem suppetebat nobis uia hic Principis pijs et ardentibus uotis reluctandi, et est ille quidem nostris ualde conciliatus. Deo semper gratia.

Vix triduum apud Jngolstadienses hesi. Vt autem utriusque collegij statum conferam, multo rectius Monachij agitur quam Jngolstadij, praesertim quod uix unquam hic fratres fuerint pauciores, ijque magis impediti. P. Cuuillonius est sui semper similis, qui nec sibi neque alijs satisfacit[2]. P. Pisa utcumque ualet, sed tantum in schola[3] docens, vbi perpaucos habet auditores hoc tempore. Monuj P. Rectorem[4], ut honestos iuuenes famulorum loco nostris adiungeret, ne tam paucj tam multis praeesse ministerijs cogantur, ut neque sibi, neque studijs satis uacent. Non praeuertam Rectorum sententias, qui de suorum collegiorum statu illico scribent isthuc una cum quadrimestribus. Hoc unum dicam, opus esse uisitatione et reformatione quadam in hisce collegijs, ob multorum tentationes et defectus, quos in uarijs deprehendi. Juuet nos R. T. suis quaeso precibus et sacrificijs, ut propius ad nostrae societatis proprium spiritum accedamus, magisque fundemur in obedientia quae circa intellectum uersatur, atque in uera simplicitate[5]. Multos morbos nunc pariunt studia, in quibus alij aliud quaerunt, et pauci sua sorte contenti sunt, plaerique[a] ad maiora praepropere aspirant, atque interim aegre continemus illos in hisce classibus, in quibus etiam uersantes, uix ullum in studijs facere progressum possunt. Jdem Pragae et alibi experiuntur credo.

Quoniam Rector Monachiensis[6] curam Patrimonij et bonorum per literas reiecit in humeros D. Henricj Dionysij[7], poterit ille, si R. T.

[a] *Ab E. correctum ex* semper.

[1] Proverbium a Graecis acceptum. „*Κατεμάθομεν οὖν σε διὰ τοῦ γράμματος, ὅσον φασὶν, ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα*“: *S. Basilius Magnus,* Epistola ad Maximum philosophum n. 1 (*Migne,* PP. Gr. XXXII, 268).

[2] P. Ioannes Cuvillonius, theologiae professor in universitate, his annis aegritudine quadam mentis et corporis affectus erat; cf. *Can.* Epp. II, xxvi, 56. 57. 195. 211 etc. [3] Theologica universitatis (*Mederer* l. c. I, 256; cf. supra p. 4).

[4] Nicolaum Lanoium.

[5] *S. Ignatius* Socios omnes hortatur, ut omnibus viribus insistant „en que la santa Obediencia cuanto á la ejecucion, y cuanto á la voluntad, y cuanto al entendimiento, sea siempre en todo perfecta, haciendo con mucha presteza, y gozo espiritual, y perseverancia, cuanto nos será mandado, persuadiéndonos ser todo justo, y negando con Obediencia ciega todo nuestro parecer y juicio contrario en todas cosas, que el Superior ordena, donde no se pueda determinar (como es dicho) que haya alguna especie de pecado“: Constitutiones S. J. P. 6, c. 1, n. 1 (Constitutiones latinae et hispanicae p. 187).

[6] P. Theodoricus Canisius. [7] Vide supra p. 16. 43.

uisum erit, nunc ad professionem etiam simul admitti, siue illa fiat Augustae, siue alibi. Jam antea, ni fallor, ad R. T. scripsi, delectos mihi esse consultores tres Doctores Jngolstadienses[1] sed cupiunt a R. T. specialiter in hoc munere confirmari, suaque officia explicarj, ut rectius consulant Prouincialj.

Cum his contuli de domo probationis, quae tanto magis nunc sit necessaria, quo plures se offerunt Viennae Tyrones. Putat D. Lanoyus Viennensis collegij angustiam uix ferre, ut domus probationis accedat, cum locus etiam sit obscurus et Melancholicus. Suadet igitur Pragae potius talem domum extruj. De sumptibus inter se partirentur collegia, ut suam unumquodque partem conferret ad[a] fouendos alumnos. Verum de hoc rectius in uisitatione ipsa concludetur. Nec displicebit, ut spero, T. R. si ego uisitaturus abeam, vt D. Lanoyum mecum abducam, sicut et anno superiore factum est, nisi forte illius loco mihi seruire possit P. Hurtadus, sed multo utilior P. Lanoyus. nam ut tres abeamus ad hoc ministerium, non ita necessarium arbitror.

Petimus nobis condonarj a R. T. quod hoc Triennio proximo nullum miserimus, qui totius prouinciae rationem in vrbe reddat, sicuti postulant constitutiones[2], et speramus id a nobis in his debilibus primordijs non anxie adeo requiri.

Rector Viennensis[3] ad Professionem aptos iudicat P. Carolum[4], Jacobum[5] Sacristanum, Gratianum, cocum uel expenditorem[6], et alium quendam. Posset illis annumerari P. Hurtadus et D. Christianus[7]. De his iudicium P. Victoriae libenter sequemur si annuat R. T. Quod superest nos et fratres omnes unice commendamus R. T. sacrificijs et precibus in christo domino, qui gratiam nobis suam augere dignetur. Augustae .3. Maij 1561.

Nunc adferuntur quae scriptae sunt a R. T. 19 Aprilis.

Cauebitur ne quicquam Caesari in hunc annum promittatur ad Oenipontanum collegium, licet eo discedat etiam P. Carolus facta professione.

priusquam ad visitationem abeam, Cardinalis consensum literis explicatum expectabo, vt bona venia horum Canonicorum abeam.

---

[a] *In archetypo sequuntur verba* eum usum, ad, *oblitterata.*

---

[1] Lanoium, Cuvillonium, Pisanum; vide supra p. 51[1]. [2] P. 8, c. 2, B.

[3] Victoria. [4] Grim. [5] Secler (Sekler); vide *Can.* Epp. II, 843.

[6] In collegii vindobonensis * *Catalogo* a. 1559 Romam misso „Gracianus Jtalus" „expenditor" apparet (Cod. „Austr. Fund. III." f. 161[b]). Qui a. 1554 (ut videtur) Vindobonae in Societatem admissus erat (*Polancus,* Chronicon IV, 268).

[7] Rivius. Vocabulum „Professio" hoc loco a Canisio non solum ad sollemnia vota, ut nunc fere in Societate fit, sed etiam ad ultima „coadiutorum" vota significanda adhibetur, quae publica quidem, sed simplicia sunt; neque enim unquam frater laicus, ut Gratianus ille, ad sollemnia Societatis vota admitti poterat (Constitutiones S. J., Ex. c. 1, n. 8. 9; c. 4, n. 16; P. 2, c. 1, A; P. 5, c. 2, n. 1. 2, C; c. 4, n. 1).

Summa difficultas est in quaerendo successore quantum ad contionandi munus attinet.

Expectabimus libenter Franciscum Valtellinum et Joannem Viennensem qui grati erunt Monachij, tantum si firmi veniant in sua vocatione.

Quod ad Cypriani opera attinet, mediam libri partem necdum absolui, cum in Vaticana bibliotheca librum P. Olaui cum exemplaribus antiquis manuscriptis contuli. Vnde fuerit operae pretium, reliqua eodem in loco conferre et emendare, sicut a me coeptum est. Habet dominus Guilhelmus protonotarius aliud manuscriptum exemplar, quod fuit Pont. Marcelli sanctae mem. ex eo multa restitui errata possent[1]. Erit is labor non solum nostris dignus, sed etiam toti Ecclesiae commodus.

Quare cupio et oro uehementer, Cyprianum a nostris repurgatum edi. ego si ita sit opus, omnem quoque polliceor operam. Dominus IESVS nobiscum.

Seruus in Christo P. Canisius.

Ex huius epistulae initio intellegitur, Canisium una cum ipsa Lainio litteras misisse, quibus P. *Hurtadus Perez* S. J., Augustae tunc degens, „rationes in utramque partem" exponebat, „ut rectius intelligeret" Lainius, „an expediret" Canisium Augusta „ad tempus abesse propter uisitationem collegiorum" (supra p. 129). Quae litterae, Hurtadi manu scriptae (2°; 1½ pp.) et olim a *Sacchino* ad Canisii vitam scribendam (Can. p. 337) adhibitae, exstant in cod. „G. Ep. 11" f. 338; Canisius chartae, qua eas involvit, haec inscripsit: „Sitne consultum hoc tempore prouintiam Germanicam a Prouintiali suo visitari." Eas hic pono, quia Canisii iussu scriptae, ad ipsius epistulam explicandam complendamque valent atque etiam ostendunt, quam difficile Canisio fuerit, simul et praepositum provincialem et contionatorem agere, et quanti eum Socii tum externi eum aestimaverint.

Jhesus

Jussit mihi R. P. Canisius ut ad V. P. scriberem rationes, quae mihi in utramque partem occurrerent, circa visitationem Collegiorum hac aestate faciendam, per ipsum uel per Patrem Lanoyum, et ita congessi[a] has, quae sequuntur.

Quod per Patrem Lanoyum potius visitatio expedienda sit.

1 Augustanum Capitulum sicut impedire conatur profectionem .P. Canisij ad Concilium[2], cum tamen causa vniuersalis ecclesiae sit, forte visitationem collegiorum non aequo animo feret, quae particularis quaedam causa est.

Quod per .P. Canisium et non per alium Collegia visitari debeant.

Non obstantibus propositis iam rationibus, videtur haec visitatio per nullum alium, quam per Patrem Prouincialem facienda, primo quidem, quia nullus est, qui omnium Collegiorum rationes in genere ita perspectas habeat, et amicos, nec qui

[a] congessis *H.*

[1] De hac Cypriani editione cf. supra p. 111. 119. Doctissimus vir Guilielmus Sirletus (calaber, 1514—1585, a. 1565 cardinalis creatus) iam initio a. 1545 e Marcelli cardinalis Cervini (qui a. 1555 per paucas hebdomades Marcellus II. pontifex fuit) „familiaribus" erat (*St. Ehses*, Korrespondenz des Kardinals Cervino etc., in „Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde" etc. 11. Jahrg. [Rom 1897] p. 595). [2] Vide supra p. 74.

tantum autoritate ualeat tum apud extraneos tum nostros, unde, nec est, qui tantum desideretur, quia ex illius praesentia maior quam alterius fructus speratur. Accedit quod audacius quae statuenda videntur, statuuntur in praesentia ipsius superioris, quam alterius, intellectis, ad statuendum quae urgent, rationibus, uel quae retrahunt, impedimentis.

2 Non videtur expediens, ut alius loco P. Canisij ad visitationem proficiscentis hic concionetur, quia eius autoritas minui uideretur, si alius placeret, (sicut placuisse videtur .M. Martinus [1],) Neque illa concionatorum mutatio forte conferret auditorio, dum uel diuersa [a] a prioribus proponunt, vel easdem materias non ita prosequuntur, ut ille faceret, qui instituit.

2 Non putatur offuturum eius autoritati, quod alius pro eo concionetur, quinimo contra profuturum etiam societati, ut intelligerent Catholici non eum .P. tantum esse concionatorem, et haereticis ilia rumperentur dum cum pluribus negocium sibi esse cernerent; et quanto illi, qui eius loco venire possent, magis placerent, eo plus societati ad Diuinum honorem autoritatis accederet.

3 Quod si nullus etiam in absentia Patris Canisij concionaretur, dummodo Reuerendissimus Cardinalis ad Capitulum scriberet, ut acquiesceret, nihil detrimenti acceptura Augusta videtur, dum recreati utrique integri magis, pater ad concionandum, auditores ad audiendum erunt. Sed nec sine concione Augustana Ecclesia manebit. Suffraganeus [2] enim, qui nunc etiam singulis dominicis et festis diebus ecclesiastem post prandium agit, posset mutare concionem in horam .P. Prouincialis antemeridianam, sicut et alias factum est.

4 Vnde non erit difficile nimis hoc Capitulo persuadere, cum ad breue tempus intelligant ipsum abfuturum [b], (de concilio alia ratio est, cum incerta eius mora sit) et sciant id muneris ad ipsum patrem spectare.

3 .P. Lanoyus faceret in uisitando satis, qui etiam nouit Collegia.

4 Si .P. Prouinciale ad uisitandum profecto, nullus hic concionaretur, collectum Augustae auditorium forte dispergeretur. Non videtur autem qui huc mitti possit, praeter .D. Lambertum [3], quem V. P. Moguntinis concedit: aut M. Martinum, qui tamen abesse a monachio non potest, quia M. Dirsius nec potest satis concionandi muneri facere propter remissionem uocis, nec si posset quidem illi iam in lectionibus occupato (quibus propter

5 Hanc remissionem animi a suis concionibus (in quibus certe permultum laborat) praeteritus labor in quadragessima postulare uidetur.

---

[a] diuesa *H.* [b] *10 vv. sqq. ab H. in marg. addita sunt.*

---

[1] Stevordianus; vide supra p. 130.
[2] Michaël Dornvogel; vide supra p. 129 [8]. [3] Auer: cf. supra p. 129.

versionem libri graeci, quam reuocare Princeps noluit, liberatum .P. Theodorum [1] oportuit.) non uacabit [2], nec esse hic ita liberum forte expediret .P. Martinum, quando ad conuiuia eundum saepe esset [3].

5 Commodius hic .P. Prouincialis est ad expediendas literas quae Roma, et ex Collegiis et alijs uarijs locis veniunt. Quod in officij regulis ipsi prouinciali hoc commendatur [4].

6 Satisfacere ad literas poterit, etiam si Augustae non sit, licet serius, nec hoc non uiderunt eius regulae quae locum commodum ut plurimum ad communicationem literarum requirunt, sed uisitanda Collegia tamen sunt [5].

7 Si ad Concilium profecturus P. Prouincialis sit, necesse videtur esse, ut prius Collegia visitet.

In his litteris memoratu digna sunt, quae de actis concilii ephesini dicuntur. Illius aetatis hominibus catholicis tertium concilium oecumenicum, Ephesi anno 431 contra Nestorium habitum, singulariter carum erat, quia summa „Dei genitricis“ dignitas in eo sollemniter pronuntiata erat. Ex cuius concilii monumentis (graece olim scriptis) etiam in altera editione corporis sive „Collectionis“ conciliorum a *Petro Crabbe* O. Min. editae, quae tunc quidem omnium copiosissima erat, admodum pauca exstabant (Conciliorum omnium Tomus primus [Coloniae Agrippinae 1551] p. 533—542). De Alberti V. autem codice ipse *Peltanus* in „Praefatione“ libri „Sacrosancti . . . Concilii Ephesini primi Acta omnia“, Ingolstadii anno 1576 a se editi (f. c[a]—d[b]):

„Annum“, inquit, „abhinc plus minus quintum decimum . . . volumen quoddam Graecum, ad Albertum Principem Catholicae pietatis amantissimum, nescio quis apportauit: corrosum illud sane quidem, ac vetustatis vitio literis pene fugientibus: non tamen ita situ corruptum, atque deformatum, quin legi adhuc, et exscribi posset. Hic me forte id temporis Monachij commorantem, Princeps accersit: ac, ecquidnam illud libri esset, percontatur. Lecta inscriptione, Ephesini Concilij Acta esse respondeo. Tum ille: Est hoc vnum de illorum numero, opinor, quibus Greg. Pont. Max. tantum tribuisse fertur, quantum quatuor Euangeliorum libris. Annuo. rursum ille: Age vniuersi huius operis, vbi primum potueris, Synopsin mihi conficias: Studeo enim summatim cognoscere, quid hic ab Ecclesia Catholica doceatur. Ego . . non sum ausus, meam qualemcunque operam non polliceri: Tametsi verebar, ne ipsi haud satisfacerem, nisi totum opus sursum deorsum prius euoluerem: id quod homini etiam otioso plane magnum negotium creare posse videbatur. Nihilominus beneficentissimo Principi hoc daturus eram. Sed ecce commodum accidit, vt labori iam accinctus, in ipso statim aditu, totius Concilij hypothesin reperirem, quam

[1] Peltanum; vide supra p. 131—132.

[2] In *catalogo collegii monacensis, m. Maio 1561 a P. *Theodorico Canisio* rectore scripto et Romam misso, „P. Joannes Dirsius germanus professor linguae grecae“ comparet (ex autographo. Cod. „G. Ep. II“ f. 153[a]).

[3] Constat, Socios in domum Georgii Fuggeri nonnumquam invitatos esse (*Raderus,* Can. p. 93).

[4] In antiqua illa * „*Tabula* officij Praepositi Prouincialis“, de qua supra p. 102 [4], haec sunt (cap. 13. De commun. n. 1): „Diligenter curet literarum communicationem cum superiore et inferioribus, et ad id idoneum locum ad residendum deligat, et obseruet quae p.° cap. 8[ae] par. cum declaratione dicuntur et ab alijs obseruari faciat“ (Cod. „XV. A“ f. 74[a]). Hoc autem Constitutionum Societatis loco (P. 8, c. 1, n. 7 et l) praepositi provinciales collegia „visitare“ et si quo loco diutius ipsis manendum sit, eum ad id locum deligere iubentur, quo inter ipsos ac Socios iis subiectos praepositumque generalem frequentius ac commodius litterarum commercium esse possit.

[5] Vide adnot. 4 huius pag.

triduo, summum quatriduo, Latinam a me factam, ad Ducem Albertum misi, arbitratus, et me fidem liberasse, et illum iam his contentum fore. Verumenimuero, ille huius Synopseos lectione ardentiorem sitim collegit, maiorique caetera cognoscendi cupiditate affectus, sequenti luce mihi renuntiari iussit: desiderare se etiam atque etiam, totum librum a me latinitate donari. Ego vero onus ingens et laboriosissimum, et, vt Poëta canit, periculosae plenum aleae, detrectaui: et bonas aliquot, cur detrectarem, causas exposui. Caeterum cum Aulici Principis nomine vrgendi finem non facerent: nostrique Patres, ne pertinaci illo detrectandi studio, iustae alicuius offensionis occasionem Patrono optime de nobis merito forte offerrem, verentur, serio mihi praeceperunt, vt coelesti auxilio fretus ad rem aggredi nihil dubitarem: sese omnes commoditates concessuros, acturosque cum Alberto, ne tralatio [*sic*] mea typis impressa diuulgaretur, sed descripta duntaxat, in eius bibliotheca asseruaretur, ne illam dens Theoninus arroderet. Sola itaque obsecundandi voluntate commotus, tanta contentione imposito muneri incubui, vt trium mensium spatio totum opus Latine redderem."

Lainius Canisio per Polancum partim 17., partim 24. Maii rescripsit.

552.

WOLFGANGUS THEODORICUS AB HUTTEN,

decanus, et totum capitulum cathedralis ecclesiae herbipolensis

CANISIO.

Herbipoli ante medium m. Maium (inter 3. et 11.?) 1561.

Ex *Wegele* l. c. I, 109².

Societatis hominem petunt, qui in cathedrali templo contionatorem agat.

In libro (manu scripto) actorum cathedralis capituli herbipolensis de conventu 11. Maii 1561 habito notatum est: „Ist für ratsam angesehen worden, dieweil sehr feine gelerte leute im Jesuiter orden, das dem Thumprediger zu Augspurgk Herrn Doktor Petro Canisio darumben geschrieben wurd, ob er einen hieher befordern mocht. Ist geschriben worden. Dergleichen hat im unser gnediger Herr von Wirtzburgk auch schreiben lassen."

Cf. supra p. 126—128. Societas, quae capitulum petebat, facere tunc quidem ob hominum penuriam non potuit (*Wegele* l. c. I, 109).

553.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 10. Maii 1561.

Ex apographo (A) eiusdem temporis, Romae (ex archetypo, ut videtur) scripto; in margine: „Augusta Padre Canissio". Cod. „Germ. 1559" f. 333.

Particulam epistulae („Non fu uero" — „300 anni") P. *Hurtadus Perez* S. J. Augustae ex archetypo transcripsit et sic inscripsit: „Ex litteris .P. Polanci 26. Maij"

[Augustae nobis traditis? Neque enim dubitari potest, quin 10., non 26. Maii datae sint]. Quod apographum (H) exstat in cod. guelph. „36. 24. Aug." f. 30[a].

Acta synodi ephesinae. Collegium germanicum. Canisium collegia per se ipsum visitare convenit. Res religionis in Bohemia et Gallia. De fenerationis rebus in praesens singulatim non dicendum. Valdenses similesque haeretici a Sabaudiae duce castigati.

Jhesus.

Pax christi etc.

Riceuette nostro Padre quelle di 19. et 26. del passato del padre Hurtado in absentia della Reuerentia V. [1] et dubito anche se questa lo[a] [?] trouara in Augusta ouero se sara partito per uisitar Vienna et Praga . intal caso seruira questa pel Padre Hurtado.

Se 'l maestro Theodoro non può commodamente uoltar in latino quel libro commesso pel Duca di Babiera [2] esta ben trouar qualche modo honesto per sgrauarlo.

Non sò come tardano tanto quelli che doueuano uenire pel collegio Germanico specialmente uno chiamato christoforo, che secondo l' auiso di là lo aspettauamo per la pasqua [3]. V. Reuerentia ci auisi di quello che sà.

Più conueniente è parso di qua che la Reuerentia V. per se stessa faccia la uisita, che per altro et cosi penso li sia stato scritto; che gia s' era detto al Cardinal [4] sicontentasse . et non hà niente contradetto.

Certi punti nelle[b] [?] cose della Religione hauuti da Praga ci mando il Padre Hurtado quali mostrano il missero stato di quelle

Traditae sunt patri nostro epistulae, quas pater Hurtadus diebus 19. et 26. mensis superioris reverentia vestra absente ad ipsum dederat [1], atque etiam dubito, utrum R. V., cum hae litterae Augustam perlatae erunt, ibi degat an inde profecta sit ad Vindobonenses et Pragenses visitandos. Quod si profecta erit, pater Hurtadus his utetur.

Si magister Theodorus librum illum a Bavariae duce sibi traditum [2] in latinum sermonem transferre commode non potest, honestam aliquam rationem, qua eo labore liberetur, inveniri convenit.

Nescio cur ii, quibus in collegium germanicum veniendum erat, tantopere morentur, atque imprimis quidam nomine Christophorus, quem sub diem festum Paschatis huc adventurum esse ex litteris istinc acceptis coniectabamus [3]. Reverentia vestra, quae hac de re cognoverit, ad nos perscribat.

Nobis, reverende pater, visum est convenire magis, ut visitationem istam perageres per te ipsum quam per alterum; id quod ad te iam esse scriptum puto; neque enim cardinalis [4], a nobis, ut rem boni consuleret, rogatus, quicquam adversatus est.

Misit nobis pater Hurtadus capita quaedam, quae de rebus religionis sunt, Praga ad se missa; ex quibus, quam miserae in regionibus illis etiam catholicorum

[a] *Sic A; sed scribendum fuisse videtur* la. [b] *Sic A;* delle?

[1] Hae epistulae perisse videntur.
[2] Acta graeca oecumenici concilii ephesini; vide supra p. 136—137.
[3] Vide supra p. 76—77. [4] Truchsess.

bande etiam frà Catholici. Dio N. S. usi misericordia alla chiesa sua. Quì mando un auiso riceuuto di Parigi che frà le misserie di quel Regno danno[a] [?] qualche consolatione[1].

Vedendo che molti si sono alienati per hauerli toccato in particolar nelli contratti usurarij[2] pare à N. Padre che per adesso sia piu conueniente in Augusta attendere alle cose della fede et delli costumi in comune non descendendo alli particolare contratti usurarij. Benche quando il fundamento detto fossi stabilito si potria trattar anche delli particulari col tempo.

Litterae treverenses per errorem iis, quibus destinatae erant, missae non sunt.

Non fu uero chel[b] Duca di Sauoia[c] asediasi[d] Geneua, mà ben[e] ha superati li Valdensi et castigateli[f] et quasi cachiateli[g] tutti di quelle[h] Valli con altra sentina di errori, che son stati reccettati[i] li più di 300 anni[3].

Petrum Gallego non novimus.

Orate pro nobis. Di Roma li 10. di Maggio .1561.

---

res sint, intellegitur. Deus et dominus noster ecclesiae suae misereatur. Mitto litteras Parisiis ad nos missas, quae inter regni illius calamitates aliquid solacii vobis afferent[1].

Pater noster multos eo, quod in rebus ad pacta feneratoria spectantibus singulatim moniti sunt, a vobis alienatos esse cernens[2], in praesens Augustanis magis convenire censet, vos rebus fidei et morum universim tractandis operam dare neque de pactorum feneratoriorum rebus singulatim agere. Cum tamen fundamentum istud stabilitum erit, tempore procedente etiam singulae istae res tractari posse videntur.

Litterae [etc., ut supra].

Verum non erat, quod dicebant: Sabaudiae ducem Genevam obsidere. Qui tamen Valdenses et vicit et castigavit et fere omnes cum altera quadam errorum sentina ex vallibus illis expulit, quae plus quam 300 annos receptacula iis fuerant[3].

Petrum [etc., ut supra].

Orate pro nobis. Roma 10. Maii 1561.

554.

CANISIUS

PIO IV.,

Pontifici Maximo.

Augusta Vindelicorum 10. Maii 1561.

Ex apographo (A) recenti, quod ex archetypo (a Canisio subscripto), in cod. „E. C. I" f. 116ᵃ—117ᵇ (n. 84) posito, exscriptum est.

---

[a] *Sic;* da*?* dara*?* [b] che il *H.* [c] Saboya *H.* [d] assediassi *H.* [e] bene *H.* [f] castigatili *H.* [g] cacciatili *H.* [h] quelli *H.* [i] ricettati *H.*

---

[1] Vide supra p. 104. [2] Vide supra p. 110.
[3] De parvulis his bellis ab Emmanuele Philiberto duce gestis vide supra p. 121.

Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem archetypo exscriptum.

Prius epistulae caput (usque ad „Praeterea debemus" etc. excl.) posuerunt: *Sacchinus,* Can. p. 185—186; *Boero,* Can. p. 237—238 (italice); *Michel* l. c. p. 252 (gallice); *Riess* l. c. p. 283—284 (germanice); alii.

Pro litteris ad se datis et facultatibus Societati concessis gratias agit. Socios Germanorum omnium sedi apostolicae conciliandorum gratia etiam sanguinem fundere debere. Pontificem rogat, ut sibi sodalibusque benedictionem apostolicam amplioresque facultates impertiat.

†

Beatissime Pater.

Immortales ago debeoque[a] gratias, quod Sanctitas vestra, qua nihil in terris est sublimius, ad me quamuis exiguum et indignum literas dare suumque famulum tot modis recreare dignata est. Benedictus Deus, et Pater Domini nostri JESV Christi[1], qui admirabili spiritu suo tam potenter, quam suauiter operatur in sanctitate vestra, ut eidem curae sit non modo generalis Ecclesiae totius administratio, uerum etiam specialis huius Germanicae[b] nationis, adeoque[c] Ciuitatis Augustanae restitutio. Vtinam uero nos, qui minimae societatis JESV Professores in hac Germanica messe tot modis corrupta uersamur, utinam inquam in Domino id prestare possemus, quod praeclaris Sanctitatis vestrae uotis uereque paternis monitis dignum esse uideatur. Jta fieret sane, ut haec ipsa Christi uinea non solum a feris et lupis rapacibus[2], qui in ea tam diu tamque perniciose grassantur, uindicaretur: uerumetiam summo Pastorj suo, et unico in terris Christi Vicario, eiusdemque ouilj Apostolico[3] statim et integre restitueretur. Ad quam rem curas quidem et operas omnes habemus polliceri, adeoque uitam ipsam et sanguinem ad unum debemus profundere, praesertim si professionis nostrae[4], et huius sanctissimae sedis rationem debitam habere uelimus: sed enim ut uoluntates nostras, et hos qualescunque conatus diuina bonitas prosperet, qua sine frustra tentamus omnia, equidem supplex a Beatitudine vestra illud peto, rogo et obsecro, ut hoc suo singulari fauore, et Apostolica benedictione me aliosque societatis huius operarios passim in Germania sudantes, nunquam destituat, sed continenter prosequi pro sua eximia pietate dignetur.

Praeterea debemus et reuerenter agimus ex animo gratias, quod sanctitas vestra nuper in gratiam societatis nostrae, praesertim in

---

[a] *Ita AB;* habeoque *S.* [b] Germanica *A.*
[c] *Sic AB;* atque adeo *S.*

---

[1] 2 Cor. 1, 3. Eph. 1, 3. 1 Petr. 1, 3.
[2] Gen. 37, 33. Ps. 67, 31. Matth. 7, 15. Act. 20, 29.
[3] Cf. Io. 10, 16; 21, 15—17. [4] Cf. supra p. 77[2].

hac Germanica natione uersantis, facultates quasdam ex gratia et clementia speciali concessit, nimirum ut his ueluti praesidijs muniti, uberiorem animarum prouentum ad summam summi Dei gloriam ex hac ipsa messe commodius reportaremus[1]. Coeterum hoc unum addere liceat, in dictis facultatibus deesse nonnulla, de quibus ad Reuerendum Patrem Praepositum nostrum Generalem scripsimus, ut ad tollendum omnem scrupulum, cuncta nobis explicatiora, et his locis, aut potius Christi[a] ouibus ad Ecclesiae aedificationem[2] conuenientiora essent. Quare maiorem in modum, et qua decet reuerentia maxima precamur supplices, ut sanctitas vestra eidem Patri Praeposito causam nostram agenti faciles (ut solet) aures praebeat, nobisque de spiritualibus huiusmodi subsidijs ad salutem animarum opportunis prouidere pro sua quidem laudatissima, et erga nostros propensissima pietate dignetur.

Quicquid autem erit beneficij, quod in nos collatum fuerit, id nos ad solam Dei Opt. Maximi gloriam, et ad spirituale lucrum animarum, quantum Dei bonitas nobis donauerit, gratis, ac syncere, ut societatis nostrae institutum exigit, conferemus. Precamur, semperque precabimur a Deo Opt. Maximo gratiam, ut ea duce sanctitas vestra concreditum sibi gregem dominicum rite pascat[3], et profligatis semel monstris errorum, ad sanctae unitatis æternaeque uitae pascua laete perducat. Augustae[b] X° Maij. Anno M. D. Lxi°

Beatitud. Vestrae

Seruulus indignus
Petrus Canisius de
societate Jesv sacerdos.

†

Beatissimo in CHRISTo Patri Pio IIIj° S. Romanae sedis, et vniuersalis Ecclesiae Pontifici Maximo.

Canisium has litteras non ad pontificem ipsum, sed ad Lainium misisse ex ipsius epistula eodem die 10. Maii 1561 ad Lainium data intellegitur; in qua Canisius affirmat: Litteras hasce ad pontificem datas „sibi non satisfacere"; „hoc scribendi genus suas vires excedere"; „se etiam atque etiam rogare", ut litterae illae „correctae ac etiam si forte opus est rescriptae" pontifici „offerantur".

Ac Lainius 24. Maii 1561 ei rescripsit, litteras illas, quamvis bonae essent, fortasse, antequam pontifici traderentur, in breviorem formam redactum iri. Quam formam breviorem Pio IV. traditam esse ex eo conicere licet, quod hae Canisii litterae archetypae sub ipsum a. 1860, quo *Boero* eas transcribendas curavit, penes Socios erant.

---

[a] *Sic AB; S. om.* Christi. [b] Agustae *A.*

---

[1] V. supra p. 69—70. [2] 1 Cor. 14, 12. [3] 1 Petr. 5, 2.

555.

CANISIUS
IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 10. Maii 1561.

Ex archetypo (2°; 2 pp.; in p. 4. inscr. et pars sig.), quod P. *Guilielmus Elderen* S. J., Canisio, ut videtur, dictante, scripsit ac Canisius ipse subscripsit („Seruus" etc.). Cod. „G. Ep. II" f. 109. 115.
Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 137.

Collegiorum „visitatio". Contiones augustanae. Ferdinandus I. caesar et P. Victoriae professio; Maximiliani II. et Hosii animi ea pompa offensi. Collegii vindobonensis typographia etc. Collegium pragense. Canisius litteras ad Pium IV. a se datas corrigi cupit. Aliae epistulae. Socii cuiusdam animus perturbatus. „Index." Dubia de Societatis constitutionibus. Universitas vindobonensis de gradibus in Societatis scholasticos conferendis egit. Hos in collegio conferri non expedit; Dilingae promoti a multis repelluntur. Caesar et universitas.

†

Pax christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

26. Aprilis datas accepi cum alijs mittendis Treuirim, quas et ilico mittemus . Sperabam scripturum aliquid Cardinalem ad Canonicos Augustanos de mea in Austriam peregrinatione [1], sed neque ad me quicquam ille mittit hoc nomine. Judicant nostri non satis expedire, ut hoc tempore totoque mense discedam, cum magna sit et frequens oportunitas interea hic Euangelizandi, ut etiam si ualde contendam, discedendi ueniam ab istis uix ego sim impetraturus. Quare maiorem in modum rogo, ut R. T. aut per se, aut per Cardinalem scribendum curet ad Decanum [2] aut Capitulum huius Ecclesiae Cathedralis, me graui aliqua de causa mitti in Austriam [3]. Tales ego literas expectabo, meque duce christo ita comparabo, ut ad 12 Junij sim paratus futurus ad iter. Misit autem proxime P. Hurtadus, rationes in utramque partem, sitne consultum hoc iter a me suscipi, aut ab altero, quemadmodum P. Lanoyo solo, uices meas supplerj in hac uisitanda prouincia [4].

Crediderim P. Victoriam nunc in Hungaria degere [5], de quo mihi Concionator Caesaris [6] cum huc uenisset his diebus, asseruit, se ex

---

[1] Cf. supra p. 134—135. [2] Christophorum a Freyberg.

[3] Lainius Ottonem cardinalem, ut capitulo scriberet, induxit; vide infra, monum. 274. 275. [4] Cf. supra p. 134—136.

[5] P. *Carolus Grim* S. J. Vindobona 25. Aprilis 1561 Lainio *scripsit, Victoriam ad Nicolaum Olahum, archiepiscopum strigoniensem, profectum esse, „cum propter Synodum quae ibi congregatur, tum propter Tyrnauiensis Collegij foeliciorem successum" (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 33ᵃ). Synodus illa Tyrnaviae incohata est 23. Aprilis 1561; de qua pauca refert *Car. Péterffy* S. J., Sacra Concilia Ecclesiae Romano-Catholicae in regno Hungariae celebrata, P. II (Posonii 1742), p. 130—146.

[6] Mathias van Esche, vulgo Cythardus (Cithardus, Sittardus), a. 1522 in op-

Regis ore accepisse, quod egre molesteque tulisset, se ad Professionem Patris accersitum esse. Misit et Caesar quendam ut audio, qui ipsius nomine cum uocatus esset a Patre, professionem illam redderet celebriorem [1]. Haec confirmant sententiam Reuerendissimi Cardinalis Varmiensis quam postremo misi, et idcirco repetuntur a me, quod doleam nobis ambitionis notam inurj in ea re, quae simplicitatem et modestiam magis quam pompam requirit. Faciam uero quae scribit R. T. de Typographia [2] promouenda, deque retinenda classe philosophica [3], et de conferendis promotionis gradibus, quoad eius fieri poterit [4].

Quod scripsimus de domo Diui Bartholomej Pragensi reddet id P. Hurtadus explicatius, cum is norit ad unguem illius Collegij conditionem [5].

Mitto literas ad Pontificem Max. sed quae mihi non satisfaciunt, et quoniam lima egent, etiam atque etiam rogo, ut correcte [a] [?] ac etiam si forte opus est rescriptae offerantur, si tamen eas offerre expedit . Admonuj nonnihil de facultatibus quemadmodum iussit R. T. sed hoc scribendi genus fateor, meas uires excedit. Quare suppleat quaeso R. T. quod a me neglectum atque praetermissum est. Mitto

---

[a] ut correcte, ut correcte *E.* *Pro* correcte *ponendum esse videtur* correctae; *sequitur enim* rescriptae.

---

pido Sittard (tunc ducatus iuliacensis, nunc provinciae limburgensis regni neerlandici) natus, a. 1538 ordinem Praedicatorum ingressus, a. 1542 in album universitatis coloniensis relatus, cum per 16 annos Aquisgrani e sacro suggestu dixisset, sub initium m. Iunii 1559 Ferdinandi I. caesaris contionator. sub m. Augustum a. 1561 etiam confessarius eiusdem constitutus est; cui cum a. 1564 morienti adfuisset, a Maximiliano II. in contionatoris caesarei munere confirmatus est, quo usque ad mortem († Vindobonae 1566) functus est, vir, ut *Hosius* ait, „et pius et doctus" et „cordatus", ac simul pacis amans valdeque eloquens (*Nic. Paulus*, Matthias Sittardus, in „Historisch-politische Blätter" CXVI [München 1895], 236—252. 329—340. *Steinherz* l. c. p. 69. 96—97. *Can.* Epp. II, 768. 793. 914. *H. J. Allard* S. J., Matthias Sittardus, in „Studien op Godsdienstig, Wetenschappelijk en Letterkundig gebied". XXXI[e] Jaarg. [Utrecht 1898], p. 329—374).

[1] „Caes. Maiestas suo nomine Reuerendissimum Varadiensem Episcopum [Franciscum Forgách] uti commissarium interesse uoluit, et similiter Rex Maximilianus alium nimirum Reuerendissimum Quinque Ecclesiensem [Georgium Drascovitium] suo nomine misit qui sacrum soleniter in templo nostro decantauit ac postea professionem accepit P. Rectoris": haec P. *Carolus Grim* S. J. in *litteris modo memoratis. Qui ibidem narrat, 70 taleris a caesare datis et copioso ornatu a sacelli caesarei praefecto commodato Societatis templum magnifice decoratum esse, Societatis fratres scholasticos et Sociorum discipulos externos orationibus et carminibus latine, graece, hebraice a se compositis „amplissimum quendam ambitum ad hoc tapetibus" exornatum replevisse, „Comediam Iosephi" a plus quam 70 hominibus iisque „omnibus preciosissime uestitis" per plus quam 5 horas actam esse. Ante professionem Victoria, ut Grim ibidem testatur, per urbem, saccum palam deferens, stipem emendicaverat atque iis, qui in xenodochiis et publicis custodiis erant, ministraverat. [2] Collegii vindobonensis; vide supra p. 124.

[3] Eiusdem collegii; vide supra p. 124. [4] Vide supra p. 124—125.

[5] Vide supra p. 125 [2].

et aliquid pro quadrimestribus, ut obedientiae sanctae faciam satis[1]: Mittunt similiter Monachienses et Jngolstadienses, missuri reliqua proxime si Dominus uoluerit.

Scribit ad me P. Martinus, se in grauem animi perturbationem incidisse, ut sui compos uix esse queat. Consolabor illum literis, et rogo, ut illius anima et salus R. T. sacrificijs et precibus commendata sit. Non possum illius causa non solicitus esse. Dominus afflictos erigat, et lapsos restauret.

Quod ad facultates circa librorum usum attinet, expectamus ampliorem gratiam Apostolicae Sedis.

Misit huc P. Victoria permultas quaestiones et difficultates, quae ipsi uenerunt in mentem circa examen generale[2], promittitque id genus alias considerationes circa reliquas constitutiones . Visum est consultoribus nostris, ut de ijs omnibus referrem ad R. P. T. cuj me totamque Prouinciam nostram in Christo commendo quam maxime. Augustae 10. Maij .1561.

Dominus Pallar Consul Augustanus, qui Caesaris nomine solet nobis pecuniam numerare[3], postulauit a me et R. T. hoc officij, ut has literas adiunctas et Germanice scriptas Jllustrissimo Cardinali Augustano traderemus, et ab eo uicissim responsum acceptum Augustae ipsi exhiberemus. Jd me facturum recepi.

Venit huc Magister quidam Viennensis qui coram adfuit, cum Professores Viennenses inter se tractarent, ut nostrae scholae studiosi una cum alijs promotionum gradibus ornarentur. Dixit iam annuisse Professores, ut qui nostrae Societatis essent, licet publicas in Academia lectiones non audirent, tamen si digni essent, ad promotionum lauream admitterentur. Verum illud non placuisse quod P. Victoria uelit hoc priuilegium ad omnes nostrae scholae studiosos extendi, ut illi licet nunquam publicas lectiones audiant, tamen eque possint promouerj atque alij in statis illis lectionibus publice uersantes[4]. Hoc addam, etiamsi studiosos scholae nostrae in ipso collegio promoueremus, nullam ipsis authoritatem fore apud exteros, praesertim in publicis Gymnasijs. Sic enim et repelluntur, qui Dilingae promoti sunt, quamuis Vniuersitatis ius et priuilegium illic habeant[5]. Deinde Caesar haud

---

[1] Primas hasce domus S. J. augustanae litteras quadrimestres a. P. Guilielmo Elderen datas vide infra, monum. 232.

[2] De hoc vide *Can.* Epp. II, 375[4].

[3] Cf. supra p. 1[4]. 16. Wolfgangus Paller († 1582), ex vindobonensi familia „Bael" ortus et ex Hungariae metallis magnas opes nactus, a. 1555 in senatum urbis augustanae adlectus erat; qui etiam Ferdinandi I. et Maximiliani II. caesarum consiliarius fuit (*Steinherz* l. c. p. 375. *Paul von Stetten* iun., Geschichte der adelichen Geschlechter in der freyen Reichs-Stadt Augsburg [Augsburg 1762] p. 286).

[4] Hac de re vide supra p. 52. 59. 78.

[5] Universitatum bononiensis, parisiensis etc. privilegia et nominatim graduum academicorum conferendorum facultatem scholae dilinganae ab Ottone Truchsess

facile consentiet, ut antea testatus est, cum praeiudicio Vniuersitatis Viennensis in eadem Ciuitate nouam quasi Vniuersitatem erigi, Atque ut maxime consentiat, non habemus opinor hoc tempore idoneos tum Professores tum Promotores Viennae, qui pro dignitate, huiusmodi gradus conferre et integrum Philosophiae cursum absoluere possint. Jtaque cum P. Lanoyo semper mihi perdifficile uisum est, quod P. Victoria tantopere molitur, ut studiosi scholae nostrae non aliquas in Academia lectiones audiant, si uelint una cum alijs in artibus Baccalaurej et Magistrj promouerj. Sed iudicium R. T. saluum esse uolo.

Seruus in Christo P. Canisius.

†

Al molto Reuerendo in Christo Padre mio Jl Padre Maestro Giacomo Laynez, Praeposito generale della Compagnia di JESV. Jn Roma.

Lainius Canisio per Polancum duabus epistulis 24. Maii 1561 datis rescripsit.

556.

CANISIUS

IOANNI FRANCISCO COMMENDONO,

episcopo Zacynthi[1] et pontificis in Germania nuntio.

Augusta Vindelicorum post medium m. Maium a. 1561.

Ex *Aueri* epistula autographa. Cod. colon. „Epp. ad Kess. I." f. 99ª.

P. Lambertus Auer S. J., Commendoni in legatione germanica comes, Antverpia 6. Iunii 1561 Coloniam ad P. Leonardum Kessel haec, praeter alia, scripsit: „Pater Canisius paucis abhinc diebus Reuerendissimo Nuntio scripsit, miratur is in literis, meum perpetuum silentium; Ego multo magis hoc miror ipsum scribere, quod sciam me plures ad diuersa loca literas V. R. tradidisse mittendas. neque dubito quin aut iam dudum omnes miserit, aut prima occasione mittet."

Fortasse haec epistula est eadem atque illa, de qua infra, p. 157, dicetur.

---

cardinali augustano conditae huius rogatu et Iulius III. pontifex litteris Roma 6. Aprilis 1551 datis concesserat et Carolus V. caesar litteris Bruxellis 30. Iunii 1553 datis confirmaverat (*Braun*, Bischöfe von Augsburg III, 411—412. *Thom. Specht*, Die Privilegien der ehemaligen Universität Dillingen, in „Jahres-Bericht des historischen Vereins Dillingen" VIII [Dillingen 1896], 2—3).

[1] Commendonus litteris Aquisgrano 1. Iunii 1561 ad Ferdinandum I. caesarem datis ipse subscripsit: „Joannes Franciscus episcopus Zacynthiensis nuntius" (*Sickel*, Trient p. 200). Quare corrigendum est, quod *Can.* Epp. II, 772[4] scripsi: eum hunc episcopatum (Zante) a. 1560 dimisisse.

557.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 17. Maii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canisio". Cod. „Germ. 1559" f. 335a.

P. Theodorici Canisii bona et professio. Canisii collegia visitaturi comes. Ultima quorundam vota.

Riceuemmo quella di V. Reuerentia di .3. del presente : et aparte di essa si rispondera adesso, et l' altra settimana si supplira al resto . Quanto alla professione del Dottor Theodorico[1] si senza metter li suoi beni temporali in risico, ò intrichi lui la può fare N. Padre n' è molto contento.

Circa il menar V. Reuerentia seco il Dottor Lanoy nella uisita N. Padre si rimette a lei. Quella adunche faccia come meglio in Domino li parerà. Quà s' è parlato al Cardinal nostro et mostraua non esser necessaria altra licentia dal canto suo. Pur penso scriuera, accio il capitulo sicontenti[2]. si che in questa parte non ci sara difficolta, scriua o non scriua.

Quanto ale persone che 'l Padre Vittoria propone perla professione, quando andera dila la Reuerentia V. uedera meglio le cose, parendoli conueniente, nostro Padre li da facolta cheli possa admettere a quella. Tutti ci raccomandiamo. Di Roma li 17. di Maggio 1561.

Reverentiae vestrae litteras die 3. huius mensis datas accepimus; ad quarum partem nunc respondebimus; reliqua hebdomade proxima supplebimus. Professio doctoris Theodorici[1], si ita fieri poterit, ut ipsius bona in discrimen implicationemque non adducantur, patri nostro valde grata erit.

Pater noster arbitrio tuo, reverende pater, permittit, ut statuas, utrum doctorem Lanoium in visitatione ista tecum ducere velis necne. Tu igitur, quod in domino melius tibi visum erit, facies. Cum cardinalem nostrum hic convenissemus, is alteram ex parte sua licentiam necessariam non esse significavit. Attamen scripturum eum esse puto, ut capitulum rem boni consulat[2]. Itaque ista in re difficultas non erit, sive scribet ille sive non scribet.

Quod ad eos attinet, quos pater Victoria ad professionem admittendos esse scripsit, tu, reverende pater, cum illuc veneris, res melius cognosces. Quodsi ita fieri convenire tibi visum erit, pater noster eorum ad illam admittendorum facultatem tibi impertit. Omnes tibi nos commendamus. Roma 17. Maii 1561.

---

[1] Theodoricum Canisium dicit; cf. supra p. 132—133.

[2] De his cardinalis Truchsessii litteris vide infra, monum. 274. 275.

558.

CANISIUS

MARCO VELSERO SENIORI,

patricio augustano, Antverpiae moranti.

Augusta Vindelicorum 20. Maii 1561.

Ex apographo saeculo XVII. vel XVIII. scripto. Cod. monac. „Lat. 1606“ f. 103b.

De gallicis tumultibus. Pium IV. concilium maturare gaudet. Orandum pro ecclesia.

Pax Christi nobiscum. Patrone obseruande.

Cum his litteris, quas mitto, non possum non aliquid scribere. Si recte in Christo habet praestantia tua, bene est. nos, DEI gratia, non male ualemus, ac uestrum exspectamus reditum. De Gallicis tumultibus adferunt, quae oblectant sectarios, et offendunt bonos [1]. Concilij successum egregie urget Pontifex Max. nec illum deseret, ut spero, DEI bonitas et fida Christi promissio [2]. Nobis interim orandum est diligenter, ut redeat post hanc tristem tempestatem tranquillitas Ecclesiae. Simeones utinam multos habeamus, qui exspectent redemptionem Israël [3]. tum Hieremias, qui deplorent statum tristem Hierusalem, quae nunc undique premitur [4]. Non succurrebat nomen aut potius cognomen Domini Henrici [5], cui soleo meas commendare. Sed illud nouit dignitas tua, eique tradi curet has litteras quaeso. Dominus IESVS aduentum Sancti Spiritus sui impertiat nobis [6]. Augustae. 20. Maij. 1561. — —

— — Antuerpiae.

In codice nostro apographo huic librarius ipse haec inscripsit: „Exemplar Secundum descriptum ex Autographo ibidem [Ingolstadii] seruato, sed mutilo; abscissum enim est in fine nomen R. P. Petri Canisij, et inscriptio Epistolae etiam sublata est, excepto nomine Antuerpiae, quo destinata est.“ Certe et sermo epistulae, et res ipsae eam a Canisio datam esse confirmant. Qui, ut epistula ipsa ostendit, ad virum scripsit auctoritate pollentem, catholicae religionis studiosum, Sociis augustanis amicum, qui tunc quidem Antverpiae degebat, sed Augustae sedem habebat; quae omnia maxime convenire videntur in Marcum Velserum (Welser) „seniorem“, patricium augustanum, qui etiam mense Aprili a. 1560 Antverpiae moratus erat, cuique Canisius et Augusta exeunte m. Aprili 1560 et Vindobona 28. Maii 1560 scripserat; vide *Can.* Epp. II, 625—626. 654—655.

---

[1] Notum est, Catharinam de Medicis, quae, Francisco II. Galliae rege 5. Decembris 1560 mortuo, loco Caroli IX. filii regnum administrabat, et catholicis et calvinianis placere conatam horum audaciam auxisse et atrocia in Gallia discidia cruentaque bella excitasse.

[2] Matth. 16, 18. 19; 28, 20. Luc. 22, 32. [3] Luc. 2, 25.

[4] Canisius maxime „Lamentationes Jeremiae prophetae“ significat.

[5] Dunghen, ut videtur; de quo plura infra.

[6] Hoc anno ecclesia die 25. Maii festum „Pentecostes“ actura erat.

559.

CANISIUS

P. IOANNI RETHIO S. J.,

coloniensis gymnasii trium coronarum „regenti".

Augusta Vindelicorum 22. Maii 1560.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 2. inscr. et pars sig.). Cod. colon. „Epp. ad Reth." f. 112.

Particulam posuit *Hansen* l. c. p. 411[5].

Gaudet, Rethium archiepiscopis treverensi et moguntino, maxime in collegiis condendis, operam navare. Socius quidam coërcendus. Canisii iter vindobonense. Commendonus nuntius eiusque comes. Spes collegii francofurtensis. Archiepiscopo moguntino duo eximii de Societate theologi adiungendi.

Pax Christi nobiscum charissime frater.

Libenter accepi literas tuas, egique gratias authori bonorum Christo, qui tua opera non solum Coloniae, sed etiam apud Treuerensem et Moguntinum Archiepiscopos foeliciter vtitur[1]. Pergat quaeso charitas tua, vti coepit, haec praeclara collegiorum fundamenta iacere: pergat his tantis Ecclesiae Germaniaeque nostrae columnis in domino placere atque gratificari. Nec dubito, quin tales Moecenates breui multos habituri simus: sed habenda quoque ratio nostrorum, qui hoc tempore (vt nosti) non admodum multi, quales desiderantur, sese offerunt. Gaudeo interim bene esse P. Judoco, qui tamen vno et altero in loco suis Rectoribus fuit molestus[2], vt idcirco ex Vrbe monitus scripserim, circa illum sollicite versandum esse, praesertim ne ipsius libertati immodicae in hoc vitae genere plusculum concedatur.

Scripsi Coloniam per hunc adolescentem P. Martini[3] nepotem, qui ad suos redit, vt si quid velint mitti ad me, id recta mittant Moguntiam, inde Viennam perferri posse commode, si tantum Archiepiscopo commendetur. Iter enim ingrediar Viennam duce Christo, ut ante finem Junij sperem vna cum Doc. Lanoio me Viennae futurum, si dominus uoluerit.

Debemus domino gratias, qui hunc dedit successum nostris Treueri, quique Reuerendissimum Legatum[4] Germanis commodum ostendit medicum, si modo ratione vlla uellent sanari. Nunc idem in Daniam

---

[1] Rethius cum Ioanne a Petra et Daniele Brendel archiepiscopis de Societatis collegiis treverensi et moguntino egit ac, praeter alia, eorum pecuniis utrique collegio libros emit (*Hansen* l. c. p. 389, 394).

[2] Iodocus Carcaeneus (Carcinaeus, Carcereus, Krepser), ex palatinatu rhenano ortus, a. 1554 Romae in collegium germanicum receptus, a. 1556 in ingolstadiensi collegio, a. 1559 Augustae cum Canisio, a. 1560 in collegio monacensi fuerat (*Can. Epp.* II, 391. 524. 776. 777. 876[1]. Card. *Steinhuber* l. c. I, 39. 41. 77).

[3] Stevordiani, ut videtur. [4] Commendonum.

mittitur cum Doc. Lamberto [1], quem ego maluissem nobis restitui, vt antea constitutum erat. Recte uobis et nobis amicos paratis Francfordiae, ubi est operae pretium notos et fidos habere [2]. Ex Moguntino collegio sane ad Francfordiense facilis erit transitus. Moguntino autem praesuli vellem ego summopere duos dari eximios Theologos, alterum Contionatorem, alterum non doctum modo, sed etiam sapientem, quoties opus esset, admonitorem atque consultorem. Vtrumque dari uellem a Praeposito nostro [3], nisi quod Romae nullum ego nunc videam Germanum contionatorem. Sed aderit dominus in hac necessitate, qui nos gubernet ac tueatur in suam gloriam. Salutem ex me Reuerendissimo Domino [4], cui nuper scripsi per P. Sittardum [5]. Oret pro me R. T. dominum, et salutet P. Judocum amanter. Augustae 22 Maij .1561. Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendo Patri M. Joanni Rhetio Theologo societatis IESV, apud Reuerendissimum et Jllustrissimum D. Archiepiscopum Moguntinum etc. Moguntiae uel Asschaffenburgi.

Inscriptioni huius epistulae Rethius sua manu adnotavit: „recepi 29. Maij."

560.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 24. Maii 1561.

(Epistula prima.)

Ex apographo eiusdem temporis; librarius in margine adnotavit: „Alemagna. Padre Canissio". Cod. „Germ. 1561" f. 1.

Collegium vindobonense. Victoriae ob erratum, in professione commissum, reprehensio et paena missa sunt per litteras, in collegiis promulgandas. Collegium pragense. Canisii litterae ad Pium IV. datae. „Quadrimestres". Socii monacenses. Facultates ad „Indicem" spectantes. Gradus academici. Sociorum labores nimii. Novi Socii. P. Auer Commendonum nuntium comitatus. Collegium ingolstadiense. Concilium ephesinum. Consultores. Cyprianus.

---

[1] Auer S. J. Commendoni legatio (ut *Antonius Maria Gratianus*, qui eius tunc comes erat ac secretarius, scribit) a Friderico II. Daniae rege „rustice reiecta est" (A. M. Gratiani. De scriptis invita Minerva libri XX. ed. ab *Hier. Lagomarsino* S. J. II [Florentiae 1746], 70—71).

[2] Rethius Francofurti ad Moenum fuerat et m. Novembri 1560 cum Mercuriano praeposito provinciali et m. Aprili 1561 cum Zacharia Delphino nuntio; qui missos a senatu, clerum, omnes humanissime exceperat. De collegio Societatis ibidem incohando cum Mercuriano egerant Iacobus Sutoris et Henricus Phlegerus canonici francofurtenses (*Hansen* l. c. p. 373—374. 389. 390. *Steinherz* l. c. p. 351. 352).

[3] Lainio. [4] Danieli Brendel.

[5] Mathiam Cythardum O. Pr.; cf. supra p. 142[6].

Jhs

Pax Christi etc.

Si fara risposta a quelle di V. R. di 10. del presente, et anche alli punti che restorno della precedente deli 3. *Cardinalis [Augustanus] R. V. scribet, se boni consulere, ut ipsa Augusta discedat ad collegium vindobonense visitandum.*

Quanto alla professione del padre Vittoria[1] alui s' è scritto un capello compito et mandata una penitenza per lo escesso che ha fatto[2], quantunque con buona intencione come crediamo. Quì si manda una lettera d' aparte con intento che la R. V. la mostri doue li parera conueniente et la faccia anche publicare per li collegij doue potrà accader che alcun altro debbia far professione[3]. dil che etiam si auisa al Padre Vittoria et però non li sara cosa nuoua.

La tranlatione della cappella di Santo Bartholomeo alla chiesa di sancto clemente[4] pare molto ragioneuole et di quà si procurara uiua uoce la licentia, ò al modo che bastara quantunque di là è da credere, che il Nuncio[5] di sua Santità lo potrebbe fare .

Quantunque la lettera di V. R. per sua Santità stia bene forse si fara abreuiare per darla à Sua Santità[6]. La lettera di edificatione di Augusta ci ha molto consolato in Domino[7] et in cambio di quella presto spero li mandaremo un altra di Roma.

Jhs

Pax Christi etc.

Respondebimus ad R. V. litteras die 10. huius mensis datas atque etiam ad superioris epistulae, quae die 3. data erat, capita illa, ad quae nondum rescripsimus. *Cardinalis [etc., ut supra].*

Quod ad patris Victoriae professionem attinet[1], per litteras iusta ei missa est reprehensio ac paenitentia pro errato, quod commisit, subeunda[2], quamquam bona mente eum errasse existimamus. Separatas R. V. mittimus litteras eo consilio, ut eas, ubi convenire ipsi visum erit, ostendat atque etiam promulgandas curet in omnibus collegiis, ubi fieri poterit, ut alter professionem emittere debeat[3]. Quae res cum etiam ad patrem Victoriam perscribatur, ei nova non erit.

Cum rationi valde consentaneum esse videatur, sacellum sancti Bartholomaei in ecclesiam sancti Clementis[4] transferri, hic efficere studebimus, ut ea licentia vel voce vel altera ratione sufficienti vobis concedatur; quamquam istic sanctitatis suae nuntius[5] eam concedere posse videtur.

Licet R. V. litterae ad sanctitatem suam datae recte scriptae sint, fortasse eas, antequam sanctitati suae tradamus, contrahendas curabimus[6]. Ex litteris augustanis pietatis excitandae gratia scriptis multum solacii in domino cepimus[7]; pro quibus nos brevi eiusmodi litteras romanas istuc missuros esse spero.

---

[1] Vide supra p. 116. 142—143. 143[1].

[2] De reprehensione hac et „paenitentia" vide infra p. 154.

[3] Latinas has litteras ad Canisium datas vide infra p. 153.

[4] De pragensis collegii ecclesia scribit; cf. *Can.* Ep. 1, 547. 650. 763. 767 etc., ac supra p. 125. [5] Cardinalis Hosius; vide supra p. 116.

[6] Has litteras vide supra p. 140—141. [7] Has litteras v. infra, monum. 232.

Quelli Padri che hanno bisogno di aiuto in Monachio V. Reuerentia glilo procuri animandoli .etc. se potro scriuere adesso al padre Dottor Theodorico[1] lofaro.

La facolta per legger libri heretici che ha dato il Jnquisitore[2] di qua pare assai ampla, seruase di quella V. Reuerentia et auisi in che cosa uorria si stendessi più.

Litterae cardinali destinatae nobis traditae non sunt.

Circa la promotione delli nostri et forastieri in Vienna si considerara quel che conuiene auuti quelli priuilegij non altutto spediti[3].

Che li nostri siano troppo grauati in Alemagna forse non procede solamente della penuria di suggetti mà della copia di uarij assuntti: La Reuerentia V. uisitando Vienna et Praga hauera consideratione ad ogni cosa . et spero che di Spagna ci mandaranno aiuto di gente[4] et non si manchara di far parte alla Germania, come si è cominciato quest' anno, mandando alcuni buoni suggetti specialmente à Vienna[5].

Patribus istis monacensibus, qui auxilio indigent, reverentia vestra id provideat, animum iis addendo etc. Ego si modo patri doctori Theodorico[1] scribere potero, scribam.

Facultas legendi libros haereticos ab inquisitore[2] concessa satis ampla esse nobis videtur. Reverentia vestra ea utatur et, qua in re eam magis amplificari cupiat, nobis scribat.

Litterae [etc., ut supra].

De nostris atque externis Vindobonae ad gradus academicos promovendis, quid conveniat, expendemus, cum privilegia illa acceperimus, quae plene perscripta nondum sunt[3].

Quod nostri in Germania laboribus nimis gravantur, hoc fortasse non tantum ex hominum penuria, sed etiam ex officiorum, quae suscipiuntur, multitudine et varietate fit. Reverentia autem vestra, cum collegia vindobonense et pragense visitabit, omnia diligenter considerabit. Et spero fore, ut ex Hispania homines nobis submittant[4]; cuius subsidii Germaniam participem reddere non omittemus; mittemus enim, sicut hoc anno mittere coepimus, idoneos aliquot homines, maxime Vindobonam[5].

---

[1] Canisio, collegii illius rectori.

[2] Cardinalem Gislerium (S. Pium V.) dicit; cf. supra p. 70. 125—126. 144.

[3] Vide supra p. 144—145.

[4] Polancus Lainii nomine ineunte a. 1561 compluries Roma in Hispaniam ad P. Natalem visitatorem scripserat, ut ibi Socios ad operam Germaniae praestandam idoneos quaereret; quos ut primum Romam mitteret, litteris Roma 22. Maii 1561 datis eum monuerat (Epistolae P. *Nadal* I, 376—377. 379. 421—422. 439—440. 466).

[5] *Polancus* Roma 19. Aprilis 1561 Lainii nomine Victoriae scripsit, 17. Aprilis Roma Vindobonam ad collegium illud iuvandum profectos esse: „Maestro Hermes di Tornai", theologiae doctorem modo creatum; „il Padre Francesco Suniero", artium magistrum creatum; „Volfgango Maria Bohemo", et ipsum artium magistrum promotum; „Andrea Vngaro", ad coadiutorum munera obeunda valde idoneum; „Giouanni Veronese sartore" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 322^b—323^a).

Hauemmo quà lettere del Dottor Lamberto[1] et di Treuere et Colonia et pare nella Legacione non si sia perso il tempo a fatto, hauendo reacquistato sanità detto Lamberto, et fatto buoni ufficij col Nuncio[2] .etc. et accio non patisca Vienna con l' ausentia sua et del Dottor christiano[3] s' è fatta prouission d' altri soggetti di quà et si fara quel di più che si potrà.

Jnsino a tanto che in Jngolstadio habbino chiesa propria, come in Monachio ò d' altro miglior modo penso sara difficile che si faccia gran frutto nelle cose spirituale[4].

Di quà non si leuara l' animo al maestro Theodoro[5] di tradure il Concilio ephesino . et se lui lo potra fare pare bene cosa conueniente compiacere al signor Duca.

Li consultori che la R. V. ha electi N. Padre gli aproba et conferma. Del ufficio loro[6] si scriuera quando sia reuisto.

Si uedera di compir la emendacione di Santo Cipriano . accio si possa stampare. *R. V. precibus omnes nos commendamus.* De Roma li 24. di Maggio 1561.

Epistulas doctoris Lamberti[1] ac treverensium et coloniensium Sociorum accepimus; neque ulla ratione tempus perisse videtur in legatione ista; nam Lambertus ille et sanitatem recuperavit, et nuntio[2] bonam operam navavit etc. Ac ne Vindobona ex ipsius et doctoris Christiani[3] absentia detrimentum acciperet, hic alios iis providimus hisque, quot addere poterimus, addemus.

Ingolstadienses difficulter magnum pietatis fructum collecturos esse opinor, antequam propria iis sit ecclesia, sicut Monachii est vel etiam meliore aliqua ratione[4].

Nos magistri Theodori[5] animum a concilio ephesino vertendo non avertemus. Quem laborem si ipse praestare poterit, convenire videtur, eum domino duci gratificari.

Consultores a R. V. delectos pater noster et probat et confirmat. De quorum officio[6], cum id recognoverimus, scribemus.

Complere et absolvere studebimus emendationem librorum sancti Cypriani, ut typis exscribi possint. *R. V. [etc., ut supra].* Roma 24. Maii 1561.

---

[1] P. Lamberti Auer. [2] Commendono. [3] Rivii.

[4] Monachii in ecclesia monasterii Eremitarum S. Augustini, in cuius parte collegium ad tempus collocatum erat, certum altare ad sacra facienda et eucharistiam distribuendam Sociis assignatum erat; qui ibidem ordinarias contiones habebant. Praeterea iidem prope collegium sacellum quoddam „S. Nicolai" habebant, in quo doctrinam christianam explicabant etc. (*Can.* Epp. II, 870. 874. 876).

[5] Peltanum dicit. *Polancus* Roma 31. Maii 1561 Lainii nomine P. Theodorico Canisio *scripsit: „Per aiutare il padre Theodoro in quella traduttione del concilio Efessino, uederemo se della libreria del Papa si potrà cauar una copia, benche questo non si fara senza spessa et forsa buona del scrittor che sara forastiero, et sepur dilà traducessi quello che li parera chiaro, et lasciase li luoghi più scuri doue patisce difficulta, in quelli si uederia di darli qualche aiuto" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 9b). Exstabat in Vaticano antiqua quaedam Actorum ephesinorum versio latina; de qua disseruit *Steph. Baluzius,* Nova Collectio Conciliorum (Parisiis 1707) p. 385—386.

[6] I. e. regulis.

561.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 24. Maii 1561.

(Epistula altera.)

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Augusta Padre Canissio." Cod. „Germ. 1561" f. 2.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 137.

Praepositus generalis rectori collegii vindobonensis, quod professionem nimio cum splendore emisisset, paenam irrogavit et Canisium cavere iubet, ut professiones modeste fiant.

Pax Christi etc.

Jntellexit Pr. N. Praepositus professionem a Doctore[a] Victoria Rectore collegij Viennensis emissam[b] solenniter satis, aut etiam plus satis, si eam simplicitatem spectemus, quam nostrae constitutiones [requirunt, et][c] eorum qui hactenus sunt professi exempla commonstrant. Jn ipso quidem Doctore Victoria solennitatem istam desiderio aedificationis ascribimus. Vt scilicet eo in tempore ac ea in prouincia in qua quodam modo huiusmodi uota solennia ac tota monastica professio iacere uidetur in hominum animis per celebrem eius professionem, et a uiris Jllustribus ornatam erigeretur. Tanta nihilominus celebritas et splendor non uidetur Patri nostro Praeposito, nec rei quam profitemur[1], nec constitutionum nostrarum simplicitati satis conuenire . Et ideo Rectori collegij Vienensis penitentiam iniungendam censuit, quod limites mediocritatis scilicet[d] [?] pio zelo[e] sit transgressus; et R. V. iniungit ut professionibus suae Prouinciae eam duntaxat solennitatem[f] permittat[g] quae humilitatem ac paupertatem instituti nostri deceat: et primorum Patrum professiones magis imitentur. alijs de rebus per alias literas scribitur. Romae 24. Maij 1561.

Canisium has litteras in provincia sua (Germaniae superioris) promulgare iussum esse ex litteris superioribus (supra p. 150) intellegitur; neque dubium est, quin Hosio eas ostenderit; cf. supra p. 130. 143. 150.

---

[a] Dottore *ap.* [b] emmissam *ap.*

[c] *Vel haec, vel* exigunt, et, *vel similia supplenda esse, ex Polanci litteris eodem die hispanice ad Victoriam datis concludere licet; ubi is scribit „dela simplicidad y humildad que los professos hasta aqui han usado . .; y la que requiere el acto mesmo . ., y nuestras constitutiones". Cf. infra p. 154.*

[d] *Vel* licet; (si licet *ap.* [e] celo *ap.* [f] solenitatem *ap.* [g] permitat *ap.*

---

[1] Paupertati, oboedientiae etc.; cf. supra p. 77[2].

Eodem die 24. Maii 1561 *Polancus* Lainii nomine ad Victoriam praeter epistulam italicam, qua de variis negotiis agebat, *alteram misit eamque de hac professione hispanice scriptam. Ex qua cognoscitur, praeter caesarem, regem, episcopos invitatos, ornatum tapetorum adhibitum, comoediam actam etc., de quibus supra p. 143, in ea professione institutam esse „la procession" visumque Victoriam „lleuar el Crucifixo en la vna mano y en la otra una candela encendida". Cui ibidem in memoriam revocantur, quae „nuestras constitutiones en la .5. parte" c. 3 de professione habent, „a cuya simplicidad no parezio a nuestro Padre Jgnatio se debiesen añadir Ceremonias algunas" (cf. etiam Constitutiones S. J., Ex. c. 4, n. 26—31; P. 3, c. 1, n. 4), atque edicitur: „.V. R. haga por el excesso penitencia que no se sepa qual es. y sera esta de dezir siete auemarias pidiendo por medio dela Virgin Maria gracia de entera discretion. y humildad uerdadera" (ex apographo totius epistulae, eodem fere tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 2b—3a).

562.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO ET ALIIS QUIBUSDAM SOCIETATIS SUPERIORIBUS.

Roma 24. Maii 1561.

(Epistula tertia.)

Ex cod. „Defuncti 1557—1601", f. non sign.

Orandum pro ecclesia et maxime pro Gallia.

In indiculo quodam praeceptorum orationes a Sociis faciendas spectantium, qui saeculo XVI. Romae in domo professa S. J. a variis Sociis scriptus est, haec sunt: „1561 . . . A di 24. di maggio si diede ordine di far qualche oratione in commune et poi raccomandare in tutte le messe et orationi à Dio li bisogni della chiesa et in specie la Francia et altri bisogni ad intentione di N. P. [à] Alemagna, Lombardia, Toscana, Napoli et Spagna."

Inter ecclesiae calamitates haec certe non erat minima, quod Philippus II. Hispaniae rex concilio moram faciebat, bullam convocationis recusans (*Sickel,* Trient p. 179. 185. 191. 203 etc. *J. v. Döllinger,* Beiträge zur politischen, kirchlichen, und Cultur-Geschichte der sechs letzten Jahrhunderte I [Regensburg 1862], 348—361). In Gallia autem praeter turbas molestiasque, quas Galliae tunc protestantes parabant (vide supra p. 78[5]. 147), Societatis collegia billomense et parisiense quorundam invidia magnopere exercebantur (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 5, n. 191—197. *J. Crétineau-Joly,* Histoire religieuse, politique et littéraire de la Compagnie de Jésus T. 1, ch. 7 [Tournai 1846], p. 131—135. Epistolae P. *Nadal* I, 481). Quare P. Ioanni Pelletario S. J. *Polancus* Roma 27. Maii 1561 scripsit: „N. Padre ha dato ordine a tutte bande fuora di Roma che ogni di nelle messe et orationi si tenga memoria del Regno di Francia facendo per questi messi oratione in comune et hoggi si cominciara in Roma con alcune discipline che si compartiranno fra tutti in modo che ogni settimana tocci una à ogni uno." Eodem die *Polancus* Parisios ad P. Pontium Gogordanum S. J. *scripsit: „Per li trauagli della Francia ha ordinato

nostro Padre in Roma et in tutte l'altre bande si faccia oratione ogni di comune, et si aplichino messe quotidiane, . . . et à ogni sorte di persone conuiene essortar alla oratione, et espetialmente la Compagnia di Francia deue atendere a questo" (ex apographis eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 3ª—6ᵇ). Confer etiam epistulam Roma 22. Maii 1561 a Polanco Lainii nomine ad P. Natalem datam, in Epistolis P. *Nadal* I, 466 n. 6. Socii colonienses, ut huic Lainii praecepto satisfacerent, „litaniam" (omnium sanctorum) cotidie communiter recitare 24. Iunii 1561 coeperunt (*Hansen* l. c. p. 399).

563.

CANISIUS

SOCIIS COLONIENSIBUS.

Augusta Vindelicorum vere et aestate a. 1561.

Ex cod. colon. „Hist. coll. Col." (cf. *Can.* Epp. I, LII—LIII), ad a. 1561, in fine; ubi haec in margine ascripta sunt.

Sacras reliquias petit.

P. Jacobus Kritzradt S. J. († 1672) haec exscripsit ex „Hist. Provinciae Germ. Inf. P. Rhetii 1561 fol.", quae ad iter quoddam treverense a P. Francisco Costero S. J., theologiae professore coloniensi, et P. Everardo Mercuriano S. J., Germaniae inferioris praeposito provinciali, m. Septembri a. 1561 susceptum spectant: „D. Francisc. Colonia Treuiros cum P. Prouinciali venit ad Actum Doctoratus S. Theologiae P. Maximiliani a Capella sub finem Septembris. cum hoc illi iniunctum esset, quas inde posset Reliquias SS. Mart. Thebaeorum, rediens secum adferret, quorum ossa non longe inde in loco securo recondita sunt . iuit ad Decanum S. Paulini qui etiam Curiae Officialis dignitate fungitur [1] nobis addictissimus. qui re communicata cum suis Canonicis omnem operam promisit et praestitit. Vocato Notario, quantum D. Francisco placeret, illinc acciperet, potestatem fecit. accepta sunt Decano et Canonicis praesentibus multa integra Martyrum praedictorum ossa, brachiorum, cinerum, 13 capita, e quibus decem capita cum multis ossibus, in Cista secum Coloniam detulit idem Costerus. Reliqua R. P. Prouincialis Moguntiam proficiscens secum tulit et Moguntinis et P. Canisio gratificaturus, qui missis ad nos literis talia ad se munera mitti a nobis non semel postulauit."

Traditio treverensis hoc habet: Sub initium saeculi quarti Maximiano imperante paucis diebus postquam S. Mauritius cum multis militibus legionis thebaicae in Helvetia martyrium subisset, plus quam 600 milites eiusdem legionis, cum ducibus Thyrso et Bonifatio, Treveris a Rictiovaro praefecto ob fidei confessionem occisos eorumque corpora magnam partem, ubi postea ecclesia S. Paulini exstructa sit, sepulta esse (*Acta Sanctorum* Octobris II [Parisiis et Romae 1866], 330—387.

---

[1] Theodoricus de Enschringen (*Ph. Schmitt*, Die Kirche des h. Paulinus bei Trier [Trier 1853] p. 480).

St. Beissel S. J., Geschichte der Trierer Kirchen I [Trier 1887], 19). De decem autem sacris capitibus illis a P. Costero Coloniam allatis *Kritzradt* relationi Rethii haec adnotavit: „Haec capita Thebaeor. SS. Mart. diu fuerunt culta in Templo S. Achatij nostro ab 1590 ad 1622., quo per improuisum Templi etc. incendium, subita ut fit, animorum turbatione a Sacristano F. Ioanne Kesling [Kesting?] illa capita cum alijs multis confusa, et partim in cineres redacta sunt. quorum integram cistam anno 1629 in veteri Collegio juxta Musaeum superius memini me vidisse." Canisio praeter alias reliquias treverenses unum saltem caput sacrum datum esse ex Rethii verbis facile colligitur. Atque in litteris „semestribus" domus S. J. augustanae, Augusta 2. Ianuarii 1563 datis, P. *Guilielmus Elderen* S. J. haec narrat, Sibyllam Fuggeram, nisi fallor (cf. supra p. 39), significans: „Quas accepimus ex Ecclesia Treuirensi Diuorum reliquias, eas matrona quaedam praenobilis eleganter sumptuoseque nobis exornauit, matrona inquam quae antea quidem Lutherj imbuta erroribus, et per nos Ecclesiae restituta, nunc una cum alijs quibusdam pietate sua praelucet Catholicis alijs" (ex autographo. Cod. „G. Ep. IV" f. 130[a]).

564.

PRAEPOSITURAE ELVANGENSIS PRAEFECTUS ET CONSILIARII

CANISIO.

Elvanga sub exeuntem m. Maium 1561.

Ex apographo recenti huius „regesti", m. Augusto a. 1888 Stugartia a praefectis archivi regni wurtembergensis („Haus- und Staatsarchiv") humanissime ad editorem misso.

Rogant eum, ut Elvangae Lutheranorum ad ecclesiam reducendorum gratia contionetur.

Stugartiae in archivo regio antiquus quidam exstat indiculus litterarum ad res religionis spectantium, quae olim Elvangae (Ellwangen, nunc oppidum regni wurtembergensis) in archivo praepositurae asservabantur; in quo inter litteras vel apographa litterarum a. 1561 datarum vel acceptarum hoc apographum comparet: „Copia Schreibens an Dr. Canisium zu Augsburg, solle eine Zeit lang allhie von wegen der Lutherischen predigen."

Ex iis, quae in indiculo hoc brevem hanc litterarum summam antecedunt, facile intellegitur, eas ad Canisium datas esse a praefecto („Statthalter") et consiliariis elvangensibus, nec dubitari potest, quin id fecerint vel iubente vel probante Ottone cardinale Augustano, qui praeposituram principatumque elvangensem tunc tenebat (vide *Can.* Epp. II, 115[5]) et Lutheri doctrinas in eum invasisse cum dolore cognoverat. Cum autem (ut ex Polanci epistula 27. Iunii 1561 ad Canisium data colligere licet) Canisius 7. Iunii 1561 Lainio scripserit, se, ut Elvangam veniret, rogatum esse, has litteras sub exeuntem m. Maium a. 1561 ad eum datas dixeris. Quarum neque archetypum neque apographum illud elvangense nunc exstare videntur. De Canisii contionibus elvangensibus vide infra, monum. 286. 287.

565.

P. HENRICUS DIONYSIUS S. J.,

maximae aedis coloniensis contionator,

CANISIO.

Colonia m. Maio (exeunte?) a. 1561.

Ex apographo epistulae *Kesselii*, ab ipso scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1561 f. 40b.

De P. Petro Silvio S. J.

P. Leonardus Kessel S. J., collegii coloniensis rector, Colonia 27. Novembris 1561 ad Lainium haec, praeter alia, scripsit: „Quod Doctor Dionisius ante 6 menses scripserit p. Canisio quod in futura estate remitteremus illi M. petrum syluium intelligendum fuit si ita p. prouinciali[1] *videbitur, et si fieri poterit. pater Canisius instabat frequenter querulosis literis repetendo suos, quod non erat nobis admodum iucundum, inprimis syluius erat nobis admodum necessarius. tandem treueris vbi modo agit adhuc magis erat necessarius vt ex literis R. p. nostri prouincialis R. V. intelliget."*

De Silvio (de quo vide *Can.* Epp. II, 261. 689 etc.) in * *Catalogo* lectionum novi Coronarum collegii coloniensis Colonia m. Maio 1561 Romam ad Lainium misso (Cod. „G. Ep. II" f. 15) haec dicuntur:

„IN SCHOLA PHYSICA.

M. Petrus Syluius Flander siue Alostensis	Mane hora sexta post libros Physicorum libri de animo [*sic*] legentur. Hora nona Metaphysica Aristotelis."

Atque *Henricus Somalius* S. J. in litteris menstruis collegii coloniensis Colonia 31. Octobris 1561 datis: „P. m. Petrus Sylvius", inquit, „Treviros missus est philosophie professoribus suam operam prestiturus" (*Hansen* l. c. p. 408).

566.

CANISIUS

IOANNI FRANCISCO COMMENDONO,

episcopo Zacynthi et pontificis in Germania nuntio.

Augusta Vindelicorum m. Iunio (ineunte vel ante medium) 1561.

Ex *Mercuriani* epistula autographa. Cod. „G. Ep. II" f. 348.

Vehementer instat, ut Commendonus P. Lambertum Auer S. J., quem legationis habebat comitem, Vindobonam brevi remittat.

P. Everardus Mercurianus S. J. Lovanio 29. Iunii 1561 Lainio praeposito generali scripsit: „Mentre era in Anuersa Monsignor Comendone vltimamente scrisse il Padre Canisio a S. Signoria al D. Lamberto[2]

---

[1] Everardo Mercuriano, inferioris Germaniae praeposito provinciali.
[2] Auer.

et a me, et in sententia a tutti tre mostraua gran desiderio tornasse presto a Vienna il D. Lamberto ben che dopo d' hauer mi essortato a far' il possibile per ottener questo da Monsignor in fine me commetteua si paresse che non douesse esser priuo il Nontio Apostolico del suo diletto Achate[1]*, ch' io confortassi il padre Lamberto con dirli fusse di buon' animo, ne pensasse andando piu oltra co 'l Nontio far' alcuna cosa contra l' obedientia di suoi superiori, anzi lo voleua prouedere di viatico spirituale del orationi etc., Con tutto ciò il Nontio aspettando ogni hora lettere da Roma per partirsi si sentì grande trauaglio, per che non trouandosi tempo di potere pure pensare al prouedersi in tal bisogno, et hauendo da pigliare tal' impresa, si vedeua priuo de la maggiore consolatione ch' habbia in questa suoa Legatione, si ritrouaua assai occupato con le lettere del padre Canisio cosi gagliarde et efficaci nel essaggerare l' incommodità che patiua la Compagnia in quella prouincia per l' absentia del padre Lamberto, non essendo stata l' intentione di suoi superiori che lo menasse oltra di Cologna*[2] *(quello pero, dice Monsignor non ricordarsi fusse li mai fatta mentione di Cologna) Et ch' anche il Cardinale Vuarmiense giudicaua fusse conueniente che lo rimandasse, et simil' altri argumenti assai violenti vsaua in queste lettere, li quali vinsero cosi l' animo di detto Monsignor, ch' alhora si risoluete che 'l padre Lamberto sene tornasse al Canisio, restando esso non mediocremente sconsolato insin' al' vltimo di che si partite, et fece apparecchiare il Padre Lamberto dandoli le cose necessarie per il viaggio chiedendo l' indrizzassimo et ch' in Cologna li dessimo vno compagno."*

Mercurianus sic pergit: „Ritrouandoci alhora li in Anuersa il padre Arnoldo[3] et io fummo anche noi altri assai perplessi pensando qual officio in questo caso sarebbe conueniente fecessimo. Jl Reuerendissimo Nontio prese però la cosa tanto modestamente che ne restammo molto edificati, confessando che non hauea niente nel Padre Lamberto, et che l Padre Canisio hauesse troppo raggione di ridomandarlo, al quale haueua da confessare la colpa suoa per hauere tanto tempo seruitosi del suo subdito, et ch' in effetto quantunque fusse grande la suoa necessità farebbesi scrupulo di conscientia di ritenerselo piu, stimando tanto 'l giudicio d' ognuno dela Compagnia ch' hauendo sentitolo non ci vorebbe pensar piu et vorria sempre preferire ogni minimo scommodo[a] [?] dela Compagnia ale suoe consolationi." At tandem gravissimae rationes (quas Mercurianus copiose exponit) „ci mossero a dire a S. Signoria Reuerendissima ch' a giudicio nostro farebbe piu secondo la mente di V. P. et anche del Padre Canisio menando il D. Lamberto seco che rimandarlo[b] [?] secondo le lettere del Padre Canisio, il quale non potea sapere li particulari di questa causa, Et che di cio ne scrineressimo a V. P. et al Padre Canisio . . . Et cosi in fine dopo d' hauer menata la suoa fameglia insieme con noi altri ad vn' abadia vicina d' Anuersa esso disse la messa comunicando tutta suoa fameglia, racommandosi[c] [?] a N. Signore si partite ala volta di Dania la vigilia di S. Giouan [23. Iunii]

[a] *Sic;* commodo? [b] *Sic;* rimandandolo? [c] *Sic;* racommandandosi?

[1] Achates, fortis ille fidusque Aeneae comes (*Vergilius*, Aeneis I, 120. 188. 312 etc.). [2] Vide supra p. 106[3].

[3] Arnoldus Hezeus (Hecius, van Hees), ut videtur; cf. *Can.* Epp. II, 530[2].

co' l padre Lamberto et il Commissario de l' Jmperatore" [Casparo ab Schönaich, caesaris consiliario; de quo *Sickel*, Trient p. 158. 178].

Exstant Commendoni litterae Antverpia datae 3. Maii, 9., 14., 15., 20., 21. Iunii (*Sickel* l. c. p. 178. *Pallavicino* l. c. l. 15, c. 6, n. 1; c. 8, n. 1. *Pogiani* Epistolae II, 283[d]. *Miscellanea* di storia italiana VI [Torino 1865], 157—178). Ex hac autem Mercuriani epistula mihi quidem satis probabile est, Commendono, haud ita multo antequam Antverpia abiret — abiit inter 20. et 23. Iunii — has traditas esse Canisii litteras proindeque easdem ab iis, quae supra p. 145 memoratae sunt, distinguendas esse.

567.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO ALIISQUE SOCIETATIS SUPERIORIBUS.

Roma 31. Maii 1561.

Ex cod. „Defuncti 1557—1601", f. non sign.

Scholastici et religiosi, ut orationes et paenitentias suscipiant, admonendi.

In indiculo quodam variorum praeceptorum, admonitionum, privilegiorum etc. Roma a praeposito generali S. J. ad Socios missorum, qui „Diuersi ordini della Compagnia" inscriptus et saeculo XVI. Romae in domo professa S. J. scriptus est, haec sunt in a. 1561: „A di ultimo di maggio [si mandò] ordine di essortar li scolari all' oratione et penitentia et li Superiori delli monasterij, ò religioni che facciano far quelle due cose alli Sudditi à Lombardia, Toscana, Napoli et Sicilia, Alemagna, Spagna et Sardegna."

Nescio an *Polancus* has litteras significet, cum ipso hoc die 31. Maii 1561 Vindobonam ad Victoriam de Canisio scribit: „Questa poliza gli la drizo in Vienna. et se ci sara qual che altra cosa anche seli mandara per questa uia" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 10[a]). Cf. etiam supra p. 154—155.

568.

CANISIUS

CATHEDRALI CAPITULO AUGUSTANO.

Augusta Vindelicorum ineunte Iunio 1561.

Ex cod. monac. „Augsb. Domk." p. 41.

Petit, ut in usum contionatoris templi cathedralis libri aliquot emantur.

In actis cathedralis capituli augustani haec sunt:

„Actum denn 9[ten] Junij Anno etc. 6J.

Hatt herr Doctor petrus Canisius Thumprediger gebetten Jme ettliche bucher Lautth seiner verzaichnus zu khauffen, mit dem Erpieten dieselbenn also bey der praedicatur pleiben zulassen, ist bewilligt."

569.

CANISIUS

P. LEONARDO KESSEL S. J.,

rectori collegii coloniensis.

Augusta Vindelicorum 10. Iunii 1561.

Ex apographo huius litterarum partis, ab ipso *Kesselio* scripto et sic inscripto: „Canisius." Cod. colon. „Kess." f. 95ᵇ (in a. 1561 f. 27ᵇ).

Epistulam, paucis verbis omissis, ex eodem fonte primus edidit *Hansen* l. c. p. 396[4]. 411[5].

Pius IV. concilio tridentino seriam operam dat. Typographia Romae instituitur, ex qua Scriptura et Patres prodeant. Collegium oenipontanum. Cardinalis Granvellanus Fuggeris promisit, se Societatem adiuturum esse.

— — Synodus in Septembrem vsque prorogatur [1]. Pontifex nihil intentatum relinquit, vt conuocati sese coniungant, et rem serio exordiantur, itaque bona spes est fore, vt adsit vicario suo Christus in hoc miserando Ecclesiae suae statu, pro quo vt seorsim et coniunctim post hac oremus prudenter et pie[a] Romani patres admonent [2]. Romae instituitur noua typographia unde prodeant nobis optima fide castigati et restituti patres [3]. Data est prouincia doctis Theologis, vt biblia noua, et bene concinnata in lucem proferant [4].

[a] piae *K.*

[1] Iam die 12. Aprilis 1561 *Prosper ab Arco* Roma ad Ferdinandum caesarem scripserat: „Doi o tre giorni sono, si era publicato per Roma che S. Santita era per fare una sospensione dil concilio sin a Settembre; ma sin adesso non e riuscita vera questa fama" (*Sickel,* Trient p. 189).

[2] Cf. supra p. 154—155. Philippus II. 13. Iunii 1561 bullam convocationis concilii admisit.

[3] Huius rei gratia ipso hoc anno 1561 a Pio IV. magnis praemiis Romam accitus est doctissimus vir Paulus Manutius, venetus, Aldi Manutii, praeclari illius typographi et editoris, filius (*Panvinius* l. c. p. 342. *Lagomarsinius,* Pogiani Epistolae II, 273[g, h]. *Jul. Schlick,* Aldus Manutius und seine Zeitgenossen in Italien und Deutschland [Berlin 1862] p. 139—148).

[4] Concilium tridentinum in sessione quarta, 18. Aprilis 1546 habita, decreverat, ut sacra Scriptura, potissimum vero latina illa eiusdem versio „vulgata", „quam emendatissime imprimeretur". Id quod primus conatus est praestare a. 1547 Ioannes Hentenius O. Pr., theologus lovaniensis. De romanis autem hisce conatibus *Latinus Latinius* Roma 27. Martii 1561 ad Andream Masium scripsit: „Addo . . . conductum huc Paulum Manutium, vt sacros primum libros, deinde etiam . . . virorum Sanctorum volumina, excudat. Prima autem erunt, vt audio, Sacra Biblia Latina, deinde Graeca, atque ad eam rem [Gabriël] Faërnus iam cum [Guiglielmo] Sirleto bonam diei partem incumbit" (Latini Latinii Viterbiensis Epistolae etc. a *Domin. Magro* selectae II [Viterbii 1667], 87—88). Sub idem tempus cardinales Moronus, Scotus, Amulius, Vitellius a Pio IV. ad biblia corrigenda designati erant (*C. Vercellone,* Dissertazioni Accademiche [Roma 1864] p. 62—63. 87. *Fr. Kaulen,* Geschichte der Vulgata [Mainz 1868] p. 441).

10 Junij 1561.

ad Oenipontum breui applicabimus nos totos[1], Scribit huc Illustrissimus et Reuerendissimus Dominus Cardinalis Atrebatensis, se facturum omnia pro successu nostrae Societatis, quam Domini nostri Fuggeri Augustae patritij accurate ipsi commendauerunt[2]. Quare a p. Prouinciali[3] velim huc scribi qua in re putet illius operam vobis in Brabantia prodesse posse, nos deinde per D. Fuggeros Cardinalem illum serio admonendum curabimus.

Kessel hac epistula utitur atque eiusdem apographum, quo hic usus sum, aliqua ratione complet, cum Colonia 27. Iunii 1561 Moguntiam ad P. Ioannem Rethium scribit: „P. Canisius desiderat etiam intelligere certiora de collegio Moguntino, iam Oenipontum proficiscitur, ut ibidem iam collegium suscipiat ac nostros introducat (*Hansen* l. c. p. 399).

570.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 14. Iunii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Vienna Padre Canissio." Cod. „Germ. 1561" f. 10^b—11^a.

Capitulum augustanum haud facile Canisio, ut abiret, permisit. Collegia monacense et germanicum. Socios treverenses ab inferioribus scholis incipere oportebat. Deus Societatem contra scriptores quosdam defendet. Epistulae haud facile per tabellarios venetos mittendae sunt.

Pax christi etc.

Traditae sunt nobis R. V. litterae Augusta 24. Maii datae[4]. *Has Vindobonam mittimus.*

Non ci marauigliamo che li Canonici di Augusta non aconsentissero facilmente alla sua partita da quella citta, poi che uedeuano

---

Pax Christi etc.

Traditae [etc., ut supra].

Non miramur canonicos augustanos facile adduci non potuisse, ut boni consulerent R. V. ex civitate illa discedere; videbant enim, quanta utilitas ex R. V.

---

[1] I. e. ad Societatis collegium Oeniponte constituendum; vide infra p. 164—170.

[2] Cf. Epistolas P. *Nadal* I, 528. Antonius Perrenot de Granvella (1517 ad 1586), a. 1540 episcopus atrebatensis (Arras), a. 1560 archiepiscopus mechliniensis (Mechelen), a. 1561 cardinalis, a. 1584 archiepiscopus vesontinus (Besançon) creatus, vir erat et doctrina et rei publicae gerendae ratione prudentiaque praestans, cuius opera Carolus V. et Philippus II. in republica administranda plurimum utebantur. Is hoc tempore Margaritae Parmensi in Belgio Philippi II. nomine regendo praecipuus erat adiutor. [3] Everardo Mercuriano. [4] Hae perisse videntur.

il frutto, che del star seguitaua[a], ma speriamo con la lettera, che penso hauera scritta il Cardinale et con sapper chel ritorno sara certo al suo tempo si seranno quietati[1].

De duobus illis Sociis Monachium missis [Ioanne Vindobonensi et Francisco a Valle] non noveramus quicquam, ob quod istic minus grati futuri essent[2].

Gia che siamo intratti nella stade si puo ben aspettar insin al[b] Agosto, ò al Settembre à mandar quei Giouani pel collegio Germanico[3].

Se quelli di Treuere hauessero ricercato il parer di quà chiaro è che se li saria auisato che hauessero cominciato dal basso per che apoco apoco si fossi poi cresciuto: mà gia che han cominciato a questo modo bisognara pregar à Jddio li dia il suo aiuto. È uero che alcune lettioni di quelle che sono nel cathalogo non si cominciaranno cosi presto, ma son posti lì, per dar nome a quella Vniuersità .etc.[4].

Che alcuni mali scriuano contra la compagnia è segno che lei è lor contraria et Dio la difendera, et conseruera nella sua purità in suo santo seruitio anchorche molti cerchino di machiarla et oscurarla[c] per che la uerità è forte[5].

---

commoratione augustana nasceretur; existimamus tamen eos, cum iam litteras, quas cardinalem ad ipsos dedisse puto, acceperint et R. V. suo tempore redituram esse certo cognoverint, acquievisse[1].

De duobus [etc., ut supra].

Quandoquidem aestatem sumus ingressi, facile vobis licet mensem Augustum vel Septembrem exspectare, ut iuvenes istos in collegium germanicum mittatis[3].

Manifestum est, nos Treverenses, si sententiam nostram exquisivissent, monituros fuisse, ut ab inferioribus scholis inciperent; sic enim pedetentim postea res crevissent; sed quandoquidem hac ratione eas incoharunt, Deum precemur oportet, ut auxilium iis praebeat. Aliquae tamen ex scholis illis, quae in catalogo recensentur, haud ita brevi incohabuntur; quae potius, ut universitas illa nobilitaretur etc., positae sunt[4].

Quod mali aliquot contra Societatem scribunt, hoc indicio est, ipsam eis contrariam esse. Quam Deus defendet et in sancti famulatus sui puritate conservabit, quamvis multi eam maculare atque obscurare conentur; magna enim vis est veritatis[5].

---

[a] *A libr. correctum ex* il frutto, che lei faceua iui.
[b] *3 vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.*
[c] *6 vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.*

---

[1] De hac cardinalis Augustani epistula vide infra, monum. 274. 275.
[2] Vide supra p. 117. 134. [3] Vide supra p. 76—77.
[4] Catalogum hunc, 19. Martii 1561 typis vulgatum, in quo humanitatis, rhetoricae, philosophiae, theologiae scholae a Sociis habendae recensebantur, descripsit *Reiffenberg* l. c. p. 84. Universitas treverensis a. 1473 instituta erat.
[5] Polancus praeter lutheranos contionatores mansfeldienses (*Can.* Epp. II, 915—917, et infra, monum. 232) potissimum significare videtur Ioannem Anastasium calvinistam, cuius „Bekanteniss" a. 1561 in lucem emissa est; de qua vide infra, monum. 415.

Questa settimana si son riceuuti dui plichi uno di V. Reuerentia et un' altro del Padre Hurtado di Augusta et tutte due[a] per la posta di Venetia . Benche l' uno habbiamo pagato noi[b] credo .7. Julij[1], et l' altro il Cardinal d. Augusta . et perche si fa pagar questa posta li porti assai chari : la Reuerentia V. auertira che per l' auenire nonsi mandi per questa uia plico nesuno se non fusse di cose di importanza et non troppo grande, mà tenghi per ordinario la uia del corriero, che uiene d' Augusta in Italia[c], et tanto più che questo dicono tardar solamente uno ò .2. ò .3. dì piu di quel di Venetia, il che poco importa, et se le lettere si danno al Agente del Cardinale anche sara bene auisarlo che non le mandi[d] per la posta di Venetia mà del corriero detto per euitare li grandi porti che pagaria et il Reuerendissimo Cardinale et noi. *Oret pro nobis R. V.* Di Roma li 14. di Giugno 1561.

Hac hebdomade duos litterarum fasciculos, unum a reverentia vestra, alterum a patre Hurtado Augusta, utrumque per tabellarios venetos missum, accepimus, ita tamen, ut pro uno nos, numeratis, opinor, 7 Juliis, solveremus[1], pro altero cardinalis Augustanus. Et quia hi tabellarii sat magnas exigunt mercedes, reverentia vestra suos monebit, ne in posterum hac via ullum mittant fasciculum, nisi de rebus valde gravibus nec nimiae molis erit, sed ut cursoris, qui Augusta in Italiam venit, opera uti consuescant, idque eo magis, quod hunc tantum singulis vel 2 vel 3 diebus tardiorem esse dicunt, quam venetum; id quod parvi est momenti; atque etiam si cardinalis procuratori litterae tradentur, eum moneri conveniet, ut per cursorem illum, non per tabellarium venetum eas mittat, quo et reverendissimum cardinalem et nos tanta mercede solvenda liberet. *Oret pro nobis R. V.* Roma 14. Iunii 1561.

571.

CANISIUS

P. GUILIELMO ELDEREN S. J.,

Augustae Vindelicorum degenti.

Oeniponte inter 15. et 18. Iunii 1561.

Ex *Eldereni* litteris autographis. Cod. „G. Ep. II." f. 112.

Collegium oenipontanum. Anabaptistae.

P. Guilielmus Elderen S. J. Augusta Vindelicorum 22. Iunii 1561 Lainio praeposito generali haec, praeter alia, scripsit: „Dies hodie nonus

---

[a] *Sequuntur vv.* per uia di Augusta, *a libr. oblitterata.*

[b] *Quae sequuntur, usque ad* et *excl., a libr. supra versum scripta sunt.*

[c] *A libr. correctum ex* in quà.

[d] *A libr. correctum ex* non mandi le lettere.

---

[1] Scutatum aureum (scudo d' oro) Romae a. 1560 11 fere „Julios" (*Can. Epp.* II, 94[2]), Vindobonae sub idem tempus 90 fere crucigeros (Kreuzer; 1 talerus

est, quo R. P. Prouincialis Canisius Viennam profectus est cum P. Lanoyo, quos saluos ad optatam peruenisse metam confidimus. De collegio OEnipontano optima scribit P. Prouincialis, de quo is ipse pluribus apud .V. R. P. aget . jnter caetera tres esse combustos Anabaptistas OEniponti scribitur . . . Versor ego hic Augustae solus, abijt enim et P. Hurtadus Jngolstadium, ut et aerem mutet, et nostris auxilio sit absente Rectore P. Lanoyo."

Canisium caesaris iussu 15. Iunii Oenipontem venisse, ut collegio ibi instituendo domum deligeret etc., indeque sub 19. Iunii Vindobonam profectum esse, ex litteris proximis intellegitur. Quod autem Elderen Canisium de Anabaptistis supplicio affectis ad se rettulisse scribit, aliunde quoque notum est, mense Iunio (die 10. vel 13.) 1561 Oeniponte Ioannem Mändl vivum combustum, Georgium Lack et Eustachium Rotter, qui una cum ipso Anabaptistarum doctrinas disseminaverant, securi percussos et postea combustos esse (*J. v. Kripp*, Ein Beitrag zur Geschichte der Wiedertäufer in Tirol. Programm des Staatsgymnasiums [Innsbruck 1857] p. 46. *Ad. Wolf*, Geschichtliche Bilder aus Österreich I [Wien 1878], 102).

572.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Oeniponte 18. Iunii 1561.

Ex apographo (A) recenti, quod exscriptum est ex archetypo, a P. *Nicolao Lanoio* S. J., collegii ingolstadiensis rectore, Canisio (ut videtur) dictante, scripto et a Canisio ipso subscripto („Seruus" etc.), quod positum est in cod. „E. C. I" f. 287a—288b (n. 85).

Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 ex eodem archetypo curante *Boero* exscriptum et ab eodem correctum; quod tamen ad loquendi et scribendi rationem nostrae aetatis accommodatum est.

Epistula usus est et particulam eius germanice vertit *Kröss* l. c. p. 145—146.

Canisius, contionibus de Corpore Christi habitis, caesaris iussu Oenipontem venit, ut cum consiliariis Societatis collegio locum deligeret. Valetudinarium senum omnibus visum est aptissimum. Ex quo Sociis utilis patebit transitus in domum templumque novo canonicorum collegio destinata. Canonici tamen vix invenientur. Senibus aliter providebitur. Socii, qui, quot, quando mittendi. Collegium „dimidium". Contionatore urbs valde indiget. De rebus ad cultum divinum spectantibus Canisio cum consiliariis non convenit. Oeniponte universitas constituetur. Collegium summi erit momenti. „Regiminis" virtus. De rebus ad canones et theologiam pertinentibus multae occurrunt dubitationes. Litterati oenipontani. Tirolis et Bavaria omnium Germaniae provinciarum maxime catholicae. Canisius Vindobonam vehitur, cum caesare Oenipontis amantissimo acturus.

= 68—70 crucigeri) aequabat ac, si metallorum pretium spectatur, idem fere erat ac 17,70 marcae germanicae nostrae aetatis (*Steinherz* l. c. p. 6—7).

Jhesus
Gratia et pax Jesu Christi
molto Reuerendo Padre

Questi giorni passati li conseglieri di questo senato [1] et parlamento [a] [?] Onipontiano [b] [2] mi significorno come l' imperatore per buoni respettj haueà mutato il suo desegno quanto alla casá delli Conti de liechtenstain [c] designata per vn collegio della Compagnia, laquale per ordine di sua Maiestà vedessimo circa [d] il principio della inuernatà passata [3], Por causa doncque [e] [?] di questa mutatione uolendo .S. .M. che jo altra uolta venessi in questa Cità per vedere altri luogi et tradare con questi signori, me parti di Augustá hauendo fornito alle prediche di l' ottauá del Santissimo Sacramento [4] et arriuai qua in Jnspruch la domenica prossime passatá [5], et il Padre Lannoy il di sequente da Jngolstadio.

Jhesus.
Gratia et pax Iesu Christi.
Admodum reverende pater.

Superioribus hisce diebus senatus huius [1] et camerae oenipontanae [2] consiliarii significarunt mihi, imperatorem iustas ob causas consilium mutasse de aedibus illis comitum lichtensteiniensium Societati, ut collegium in iis haberet, destinatis, quas maiestatis suae iussu sub superioris hiemis initium inspexeramus [3]. Cum igitur propter hanc mutationem M. S. me iterum vellet in hanc civitatem venire, ut alia loca inspicerem et cum his dominis agerem, Augusta contionibus octavae sanctissimi sacramenti absolutis [4] profectus Oenipontem adveni dominica proxime superiore [5]; pater autem Lanoius postero die Ingolstadio huc venit.

---

[a] *Ita A B; sed fortasse legendum* camera; *vide infra, adnot. 2 huius pag.*
[b] Onipontiuno *A.* Onipontano *B.* [c] Everztentain *B.*
[d] tutta *B.* [e] *Sic A;* dunque *B.*

---

[1] „Regiminis" Austriae superioris, Oeniponte constituti; de quo infra, p. 169 [3].
[2] Hoc vocabulo Canisium, fortasse lapsu quodam memoriae vel sermonis, „cameram" Austriae superioris significasse vel significare voluisse puto; quae, ex praeside („Kammerpräsident"), quinque fere consiliariis, „procuratore", secretariis etc. constituta, supremam rerum ad reditus publicos pertinentium habebat curam (*Jos. Hirn,* Erzherzog Ferdinand II. von Tirol I [Innsbruck 1885], 522—531). Nam hunc quoque magistratum in negotio, de quo Canisius scribit, consultum esse, et negotii ipsius natura et Ferdinandi I. caesaris litterae Vindobona 16. Decembris 1560 et 5. Augusti 1561 ad regimen et cameram oenipontanam datae (*Can.* Epp. II, 883, et infra, monum. 317. 320) ostendunt.
[3] Vide *Can.* Epp. II, 749—752. 880—883, et infra, monum. 310.
[4] Octava festi Sanctissimi Corporis Christi eo anno erat a die 5. ad 12. m. Iunii. P. *Guilielmus Elderen* S. J. in *litteris Augusta 22. Iunii 1561 ad Lainium datis, de quibus supra p. 163 dixi: „Jnuisam", inquit, „in die S. Sacramenti et eius octaua Augustae supplicationem, stupentibus et catholicis et aduersarijs, habuimus." P. *Theodoricus Canisius* S. J. Lainio Monachio 11. Iunii 1561 *scripsit: „Profectionem Austriacam et Bohemicam . . in crastinum diem p. prouincialis parare dicitur" (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 230[a]). [5] 15. Iunii.

Sequitando il mandato Cesareo questi Consiliarij ci hanno mostrato duoi stanzie per constituire il Collegio della Compagnia nostra in vna o nel' altra adiungendo pur noui edificij quanto besognarebbe alla commoda habitatione delli nostri et per le scuole, La vná è vn hospitale fondato di .S. Maiesta doué notriscé .19 huominj vecchi. L' altrá è casa dun Gentilhuomo prossima a questo hospitale[1]. A tutti noi e parso piu al proposito nostro il hospitale essendo edificato a modo di Collegio, fornito de stuffe, cameré et altrí edificij necessarij, di modo che quel luogo senza quasi mutationé nessuna puo daré habitation bastanté a 25 persone, L' horto il qualé è del detto hospitalé e anche sufficiente per l' uso et recreatione di nostri. Quanto al sito, crediamo ché in questa cita non sia luogo piu quieto ni in aria piu sana et è vicino a quel nouo edificio fabricato per stare Canonicj[2], onde senza discommodo si passa dun luogo a l' altró. La commodita di questa vicinanza[a] è che nel nouo edificio sono già trouate scuole quanto bastano pér .5 o 6 classi alle quali si potria passaré de l' ospitale sotto tetto, Dopo si bisognassi potriano li nostri occuparé nel nouo edificio alchune stanzie adesso preparate, massime non essendo grande speranza (come tutti giudicano) di potér trouaré li habitatori quali ricercá il fondatore cioe che siano sottoposti a leggi et statuti tanto stretti da qual cosá tanto aboriscono li ceruelli di nostri tempi et príncipalmente di allemannj, Cè vna capellá cón duoi altari nel

Ostenderunt nobis hi consiliarii, prout a caesare iussi erant, duas domos, in quarum alterutra Societatis nostrae collegium institueretur, ita tamen, ut, quantum vel commoda nostrorum habitatio vel scholarum ratio exigeret, nova aedificia adderentur. Unum est valetudinarium a maiestate sua fundatum, in quo haec 19 senes alit. Altera est nobilis cuiusdam viri domus valetudinario huic proxima[1]. Nobis autem omnibus visum est valetudinarium hoc magis convenire instituto nostro; nam in modum collegii exstructum, fornaces, conclavia, alia aedificia necessaria habet, ita ut is locus, nulla fere re mutata, 25 hominibus habitationem sufficientem praebere possit. Hortus quoque, qui valetudinarii illius est, in nostrorum usum et recreationem sufficit. Quod autem ad situm attinet, nec tranquilliorem locum, nec salubriorem in hac civitate esse existimamus; et est vicinus novis illis aedibus, quae, ut canonici[2] in iis degerent, exstructae sunt; quare ex uno loco in alterum facilis est transitus. Quae vicinitas valde commoda est eo, quod in novis illis aedibus scholae, quot 5 vel 6 classibus satis erunt, inventae iam sunt, ad quas ex valetudinario transiri poterit via tecta. Postea autem, si necesse erit, nostri in novis aedibus aliquot ex conclavibus, quae modo parantur, occupare poterunt, praesertim cum haud magna spes sit (ut omnes iudicamus) incolas iis inveniri posse, quales fundator requirit: legibus et constitutionibus tam severis subiectos; a qua re nostrae aetatis ingenia, maxime germanica, tantopere abhorrescunt. In valetudinario sacellum

[a] *Ita B;* vicinaza *A.*

[1] Domus hölzliana (Hölzl) in vico silliano (Sillgasse). Vide infra, monum. 312—317.

[2] Canonici saeculares; v. *Can.* Epp. II, 661—664. 881—883, et infra, mon. 318. At huiusmodi canonici praesto non erant (*Hirn* l. c. I, 228. 248).

hospitale et puo il populo intraré drento[a] per vna portá vicina alla commune strada, et hauera il suo vso, però nel nouo edificio Cesareo sta vná chiesa edificatá molto grande et magnificá[1] la quale anchora potra seruire alli nostri benche inquellá altrí haueranno di cantare. et aiuta a questo la vicinanza del luogo. Trattando noi con questi Signori questo negotio et hauendo per bene questa vltima via mostrata di S. Maiesta, pregassimo ché a quellj poueri del hospitale si prouedessi de vn altro luogo commodo accioche ni[b] loro ni altri hauessero causa di lamentarsi de fatti nostri[2], Resposero loro ché con diligentia si prouederebbe ad ogni cosa. Ffuron anchora richiesti da noi che si comprasse vna parte dun horto laquale ha pertenuto al detto hospitale et Consensero anche facilmente[c] a questa domanda promettendo che si racomparebbe quella parte alienata.

Domandando loro quando li nostri potriano venire a questo nouo Collegio[d] respondessimo che in Vienna trattaremo di questo col' Jmperatore et che dopoi scriueremo à Romá di questo negotio accio presto si espedisca come desideranno[e] [?] summámente questi Signori. Non ce li fu data speranza pero che per questo anno si potessero mandare lettori, ma solamente vno o duoi precursori, lj qualj preparino le cose necessarie per il Collegio futuro il quale come giudica

---

exstat duobus altaribus instructum, quod populus per portam viae publicae vicinam ingredi potest, neque inutile hoc erit; in novis tamen aedibus caesareis templum magna et amplitudine et magnificentia exstructum est[1]; in quo licet officia divina aliis cantanda erunt, etiam nostri eo uti poterunt, ad quod loci iuvat vicinitas. Nos cum dominis hisce negotium hoc tractantes et postremam hanc viam a maiestate sua propositam probantes petivimus, ut pauperibus hisce in valetudinario morantibus alter locus commodus provideretur, ne vel ipsi vel alii iustam haberent causam de factis nostris conquerendi[2]. Ad quae ipsi responderunt fore, ut omnibus rebus diligenter provideretur. Rogati etiam a nobis, ut horti pars quaedam, quae valetudinarii illius fuerat, emeretur, his quoque precibus facile indulgentes promiserunt fore, ut pars illa alienata redimeretur.

Quaerentibus ipsis, quando nostri in novum hoc collegium venire possent, respondimus, nos ea re Vindobonae cum imperatore tractata Romam de negotio illo scripturos esse, ut brevi conficeretur; id quod hi domini maxime desiderant. Nec tamen spem iis fecimus, magistros hoc anno mitti posse, sed tantum unum vel duos praecursores, qui res praepararent collegio futuro necessarias; quod quidem im-

---

[a] *Ita A; in B Boero correxit* di dietro *ex* dreto. [b] in *A.*
[c] facilmenta *A.* [d] *Ita B;* Collo *A.* [e] *Ita A;* desiderano *B.*

---

[1] Ecclesia Sanctae Crucis sive aulica, sub a. 1563 fratribus ordinis Minorum tradita (quorum etiam nunc est), maxime clara est ex Maximiliani I. caesaris mausoleo; de qua *W. Lübke,* Geschichte der Renaissance in Deutschland. 2. Abth. (2. Aufl. Stuttgart 1882), p. 85—86. *A. Ilg,* Kunstgeschichtliche Charakterbilder aus Österreich-Ungarn (Wien 1893) p. 181—192. *A. Ortwein,* Deutsche Renaissance in Österreich II. Bd., 3. u. 4. Abth. (Leipzig 1887), n. 32—46.
[2] De hac re cf. infra, monum. 315.

l' imperatore anche non ha di essere pieno et intero per il principio ma comé mezzo[1], come e stato quello di Monachio, Pregano con' grande instantia che li diamo presto vn buon predicatoré imperochè questá cita ne ha bisogno assai, non hauendo adesso in questo luogo principale seno vno predicatoré indotto et potendosi faré molto grande frutto et ueramente si ce ne fusse vno della Compagnia nostra excellente, oltra del frutto che si farebbe nel populo in capitibus et in membris, molto aiutarebbe per daré vn buono principio al Collegio et, nessuno sariá piu ad proposito che il .d. Lamberto per essere della patria[2] al quale li viennensi facilmente aggiungerebbono il P. Carolo[3] come hanno promesso, et saria al P. Carolo vtile questa[a] mutatione per risanarsi nella aria patria, et anche al Collegio per prepararé li luogi per stare, le scuole, et le cose necessarie[b] alla fameglia, ma di questo non ordinaremo niente insin a tanto che intendiamo la volunta di V. R. Del medesimo parere sono li Consiliari cioe che vno delli nostri vengá per ordinare ogni cosa necessaria[c] quanto alli edificij et vtensili, per la qual cosa non vediamo piu idoneo che il P. Carolo il quale si potra mandare inanzi di questa prossima inuernata si l' imperatore trattando con noij[d] [?] fara instantia che il Collegio vada presto inanzi.

Si e trattato anchorá delle cose che pertengono al colto[e] diuino

perator iudicat initio non plenum neque integrum[1], sed quasi dimidium esse debere; cuiusmodi monacense erat. Vehementer autem petunt instantque, ut brevi bonum ipsis demus contionatorem; hoc enim civitatem hanc valde indigere, cum primario hoc loco nunc non suppetat nisi unus contionator isque indoctus, et fructus valde copiosos hic colligi posse dicunt. Ac revera si Societatis nostrae contionator eximius hic erit, praeter fructus, qui ex populi tum capitibus tum membris colligentur, ad bonum collegii principium faciendum is multum conferet, neque quisquam huic rei aptior erit quam D. Lambertus, quippe qui in hac terra natus sit[2]; cui Vindobonenses facile P. Carolum[3] adiungent, sicut se facturos esse promiserunt. Quae mutatio et P. Carolum ad sanitatem in patrio aëre recuperandam et collegium hoc iuvabit; poterunt enim et habitationes et scholae et, quae familiae necessaria sunt, praeparari; nec tamen quicquam hac de re constituemus, antequam R. V. voluntatem intellexerimus. Idem sentiunt consiliarii, censentes uni ex nostris huc veniendum esse, qui, quicquid in rebus ad aedificia et supellectilem pertinentibus necessarium erit, paret disponatque. Cui rei quis aptior sit P. Carolo non videmus. Qui ante proximam hanc hiemem huc mitti poterit, si imperator nobiscum agens instabit, ut res collegii celeriter progrediantur.

De rebus quoque ad cultum divinum, quem imperator in novo templo suo agi

[a] *Sic B;* questo *A.* [b] *Sic B;* necessaria *A.* [c] *Sic B;* necessia *A.*
[d] *Sic A;* coi nostri *B; fortasse legendum* con nostrj.
[e] culto *B;* qcolto *A.*

[1] Collegia integra saltem 20 hominum esse debebant; v. *Can.* Epp. II, 662[5]. 675.
[2] P. Lambertus Auer ex pago tirolensi Rattenberg, prope Oenum sito, ortus erat (*Can.* Epp. I, 414).
[3] P. Carolum Grim, qui et ipse tirolensis erat (*Can.* Epp. I, 380[6]; II, 394.)[1]

il quale secondo la mente del l' imperatore si ha di trattare et frequentare nel suo nouo tempio[1], nellaqual cosa si ritrouano tante difficultadi che non pare di poter haueré progresso ni anche certo principio, et quanto alla noua fabrica, dicono che non sará fornita[a] fra tre annj et che inanzi di quel termine non si potra dare principio alle cantioni[b] et ceremonie anchora che li statuti circá di quelle et dell modo di viuere delli canonicj siano moderate et redotte a maggiore facilitá che non mostra l' imperatoré il quale par di hauere molto a cuoré quelli canti et ceremonie delle quali trattará con noi in Vienna essatamente per fare vna uolta fine, come crediamo,

Li Signori di questo Senato tengono il consenso del' imperatore per otteneré in Roma li priuilegi et faculta di instituire in questa Cita vn studio generale[2]. et molto desideranno che presto vengano li nostri et dianno principio a queste scuole noue, imperoché non dubitano che la cosa non ha di esseré di grande importanza[c] et vtilitá a la Cita et anche a tutta la prouincia, comé anchora si persuadeno moltj altrj. Per molti respetti bisognarebbe che quelli che hanno di venire per principiaré questo nouo Collegio fosseno, huominj valenti nelle virtu et nelle lettere, Jl Senato è molto dotto et prudente[3], desideroso che vengano tali li quali possano satisfaré non solamente alle scuole[d]

---

et frequentari cupit[1], pertinentibus egimus; qua in re tot occurrunt difficultates, ut ipsa non videatur habere posse progressum, immo ne certum quidem principium. Et quod ad novas aedes attinet, eas tribus annis absolutum iri negant neque ante hoc tempus cantus caerimoniasque incohari posse asserunt, etiamsi leges ad haec et ad canonicorum vivendi rationem spectantes mitigentur et ad maiorem, quam imperator sibi placere significat, facilitatem reducantur; cui cantus hi caerimoniaeque magnopere cordi esse videntur, de quibus eum Vindobonae nobiscum diligenter acturum esse, ut negotium hoc tandem absolvat, existimamus.

Imperator dominorum, qui de senatu hoc sunt, probavit consilium privilegia facultatesque Romae impetrandi, quibus studium generale in hac civitate instituerent[2]. Qui nostros brevi huc venire novasque has scholas incohare magnopere cupiunt; neque enim dubitant, quin res gravissima et civitati atque etiam toti provinciae utilissima futura sit; id quod etiam multis aliis persuasum est. Multas igitur ob causas optandum est, ut, qui ad novum hoc collegium incohandum venturi sunt, homines sint et virtutibus et litteris valentes. Senatus hic valde doctus et prudens est[3] atque eos venire magnopere cupit, qui non solum litteras cum fructu bonique

---

[a] *Sic B;* fornitra *A.* [b] *B haud recte:* funzioni. [c] *Sic B;* importaza *A.*
[d] *Sic B;* scusole *A.*

---

[1] Vide *Can.* Epp. II, 662. 881.

[2] Hi Oeniponte etiam ius tradi et graduum academicorum conferendorum facultatem suppetere cupiebant (*Can.* Epp. II, 882. 883; et infra, monum. 315).

[3] „Regimen" dicit Austriae superioris, cui tunc praefecti („Statthalter") nomine praeerat Georgius comes ab Helfenstein, vir et prudentissimus et litterarum amantissimus; secundum locum Christophorus Klöckler (Klekler) „cancellarius" tenebat; „regentes", numero 8—12, partim ex nobilitate tirolensi, partim ex plebe atque hi fere in academiis eruditi, erant (*Hirn* l. c. I, 47. 240. 341. 461—463). Quibus accedebant secretarii, advocati etc.

insegnando le lettere con frutto et buon odore má anchorá trattaré et risoluere casi dubij et difficilj nella materia delli canoni o theologia, liquali spesse uolte occorrono, in confessione et fuor di confessione. Ricerca anchora questo la qualita di certi maestri liquali sono molto lettrati et fanno dotti discepolj in questa Cita [1]. Et merita specialmente questá prouinciá tyrolense di hauer singularé aiuto essendo piu catholica [a] che nessuná altrá germanica et nón hauendo cosi lasciato lusingarsi [b] dalli heretici comé le altre. Onde lei con la bauierá ben che in molti luogi guasta, potria assimigliarsi tribubus Judae et Benianim [*sic*] cultricibus dei et le altre prouinciae di Germania reliquis decem tribubus ad Jdololatriam [c] conuersis [2]. La R. V. sa bene che questa cita è come il cuore et la vitá di tutta la prouincia molto stimata et amata del buon Jmperatore nella quale lui ha eletta la sua sepultura et doue senza dubio desideria [d] [?] viuere et morire.

Questi Signori ci hanno prouisti di vna barca insin a Vienna [3], doue si trattaranno le cose con sua Maiesta piu á minuto dil che si rallegranno loro, non potendo qua finire queste cose come in praesentia del Jmperatoré. Domatina piaccendo al Signore ci imbacraremo sperando di celebraré in vienna la vigilia o al piu longo la festa di

nominis odore tradendo scholis satisfacere, sed etiam dubitationes et difficultates ad canones vel theologiam spectantes, quales et in sacra confessione et extra confessionem saepe occurrunt, tractare et resolvere possint. Id quod etiam magistrorum quorundam ratio exigit, qui valde litterati sunt et doctos efficiunt discipulos in hac civitate [1]. Atque imprimis digna est provincia haec tirolensis, quae singulariter adiuvetur; nam magis est catholica quam ulla alia Germaniae provincia neque tantopere, quam reliquae, haereticis aures praebuit. Quare ipsa cum Bavaria, licet haec multis locis corrupta sit, tribubus Iudae et Beniamin cultricibus Dei, reliquae Germaniae provinciae reliquis decem tribubus ad idololatriam conversis assimilari possunt [2]. Nec R. V. ignorat civitatem hanc totius provinciae quasi cor et vitam esse et ab optimo imperatore magni fieri valdeque amari; in qua ipse sepulcrum sibi delegit, et ubi sine dubio et vivere et mori cupit.

Domini hi naviculam nobis providerunt, qua Vindobonam usque veheremur [3]; ubi res cum maiestate sua magis singulatim tractabuntur; id quod ipsis gaudio est, cum hic ita, ut coram imperatore, haec absolvere non possint. Cras mane domino propitio naviculam conscendemus, sperantes, nos Vindobonae S. Ioannis vigiliam vel

[a] cacholica *A;* cattolica *B.* [b] *Ita B;* lusingorsi *A.* [c] Idolatriam *B.*
[d] *Sic A;* desidera *B.*

[1] Canisius potissimum significare videtur Petrum Collatinum Posthumum († 1569) tirolensem, philosophiae doctorem et „comitem palatinum", qui, in pago Wilten prope Oenipontem habitans, cum Georgio Marbach urbis oenipontanae scholam latinam per multos annos regebat. Christophorum Guilielmum Putsch, historicum tirolensem, Collatini discipulum fuisse constat (*Hirn* l. c. I, 343—344. 354).

[2] Cf. 3 Reg. 12, 1—21. 25—33 etc.

[3] Per Oenum et per Danuvium a duobus nautis vecti sunt; vide infra, monum. 314. 316.

S. Ioanne[1]. Molto ci ricommandiamo alle orationj di V. R. et delli P. nostri et fratelli Ro. Di AEniponto a 18 di Jugno 1561.

Seruus in Christo Petrus Canisius.

Jhesus. Al molto Reuerendo in Christo P. il Padre Maestro Jacomo laynez Praeposito generale de la Compagnia di Jesu in Roma.

---

saltem eiusdem diem festum acturos esse[1]. R. V. ac patrum nostrorum fratrumque romanorum sacris precibus valde nos commendamus. Oeniponte 18. Iunii 1561.

Servus in Christo Petrus Canisius.

Jhesus. Admodum reverendo in Christo P., patri magistro Iacobo Lainio, praeposito generali Societatis Iesu. Romae.

573.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 21. Iunii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu notatum: „Padre Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 14.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 132.

Collegia pragense, vindobonense, monacense, ingolstadiense. Sociorum studia philosophica et theologica. Selecti fratres scholastici Romam mittendi, ut Benedicto Pererio magistro philosophiam discant. PP. Natalis, Perez, Victoria, Cuvillonius. Collegium Oeniponte instituendum. Privilegia (in victu etc.) P. Pisano concedenda. Cyprianus. Iter elvangense. Delphinus nuntius.

Jhesus

Pax christi.

Le vltime di V. R. sono li[a] [?] 7. del presente[2] con altre de Praga, pare che loro vorriano comminciare jl corso di logica li, et adesso non pare cosa opportuna perche in Vienna si comminciarà corso nouo, et quelli che sono prouecti nella Rhetorica doueriano mandarsi là per fare vn corso mediocremente numeroso; maxime

---

Jhesus. Pax Christi.

Die 7. huius mensis datae erant R. V. litterae, quas novissime accepimus[2] cum alteris a Pragensibus missis. Ac quod iidem (ut videntur) cursum logicae Pragae incipere cupiunt, hoc nunc non videtur esse opportunum, quia Vindobonae novus cursus incipietur, et eos, qui in rhetorica satis profecerunt, eodem mitti con-

---

[a] *Sic libr.;* di?

---

[1] Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae 24. Iunii agitur.

[2] Hae perisse videntur.

hauendosi a mandar a Roma li piu selecti ingegni che si potranno mandare perche cominciarà il corso maestro Benedetto Valentiano[a] [1] che adesso finisce vn' altro; et è tenuto vniuersalmente per excellente lettore: et quelli che l' vdiranno si non mancarà da loro potranno riuscir molto dotti col tempo . Si potra anche in Praga far' il corso moltiplicandosi li Collegij et suggetti, et la R. V. vedrà di far capace di questo il buon rettore di praga, al quale si scriuera vn' altra volta di qua. Jl Collegio di monico si raccommandarà a Dio nostro signor come lo ricerca.

Jl Padre Natale per questo anno non credo potrà venir' in Alemagna[2]: mà mandarà per il fin' di questa stata[b] [?] alcuni buoni suggetti; et si vederà l' aiuto che si potrà dar' alla Germania.

Se par' alla R. V. concedere il maestro Hurtado alli Viennensi loro l' accettaranno voluntieri; et credo saria vtile di là , et potrà ancora sentir' le lettioni di Theologia con poca fatica sua accio si possa col tempo dottorare et fare professione di quattro voti[3] che l' ingegno suo è molto buono et essercitato nella Philosophia.

---

venit, ut cursus mediocriter frequens sit, idque maxime eo, quod Romam mitti oportet, quae mitti poterunt, selectissima ingenia; hic enim cursum incipiet magister Benedictus Valentinus[1], qui nunc alterum absolvit; atque hunc omnes egregium ducunt magistrum; quem qui audient, tempore procedente, nisi sibi ipsi deerunt, admodum docti fieri poterunt. Pragae quoque cursum instituere licebit, cum et collegiorum et hominum numerus auctus erit; id quod R. V. optimum rectorem pragensem edocere studebit, cui hinc alias scribetur. Monacense collegium Deo et domino nostro commendabitur, sicut R. V. fieri postulavit.

In Germaniam quidem patrem Natalem hoc anno venire posse non existimo[2]; sed sub finem huius aestatis idoneos aliquot homines mittet, et videbimus, quid subsidii Germaniae ferre possimus.

Si R. V. visum erit magistrum Hurtadum Vindobonensibus concedere, ipsi libenter eum excipient; quem istic utilem operam navaturum esse censeo; atque etiam theologiae scholas sine magno labore audire poterit, ut tempore procedente doctor creari et professionem quattuor votorum[3] emittere possit; ingenii enim est valde boni et in philosophia exercitati.

---

[a] *A libr. correctum ex* Venetiano. [b] *Sic;* state?

---

[1] Benedictus Pererius (Pereira, Pereyra) valentinus († 1610) in collegio Societatis romano primum artis dicendi praecepta, deinde Aristotelem, postea per multos annos S. Thomam, denique sacram Scripturam explicavit. Qui commentariis in Genesim, Danielem, alias Scripturae partes evulgatis magnam eruditionis laudem etiam apud adversarios consecutus est. Eius „Physicorum, sive de principiis rerum naturalium Libri XV“ primum Romae a. 1562, dein Venetiis, Lugduni, Parisiis, Coloniae Agrippinae etc. typis exscripti sunt (*Nic. Antonius*, Bibliotheca Hispana nova. Ed. 2. I [Matriti 1783], 211—212. *Sommervogel*, Bibl. VI, 499—507).

[2] P. Hieronymus Natalis, a Lainio sub finem a. 1560 cum summa „visitatoris“ potestate Societatis domos per Europam visere iussus (Epistolae P. *Nadal* I, 358 ad 362), in Hispania tunc morabatur (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 4, n. 23. 196; l. 5, n. 1—47; l. 6, n. 61).

[3] *S. Ignatius* ad hanc professionem eos tantum admitti iusserat, qui non solum in virtutibus, sed etiam in „theologia scholastica et sacris litteris“ satis profecissent (Constitutiones P. 5, c. 2, n. 2).

Ben sarà che quanto prima si faccia la fundatione del Collegio de OEniponte, quantunque la gente non si manda questo anno saluo il Padre Carlo[1] con qualche compagno che andara facendo qualche frutto; et mettendo in ordine le cose di là accio si possa con la gratia di dio l' anno che viene mandar la gente per il Collegio compito.

Quanto alle lettioni del Padre Vittoria[2] V. R. vedi et s' informi beni[a] [?] di quel che conuiene, cioè se può sufficientemente attendere al buon gouerno del Collegio, et a queste lettioni senza pregiudicare alli negotij importanti di fuora, ni anche alla sua sanità. Et cosi proueda come li parerà esser' il bisogno: credo ben che lui si diletta di questo essercitio literario — et cosi doue se li può condescendere, saluo quello che ho detto di sopra, sarà bene.

Dell' andare del Padre Couillon ò restare per adesso in Jngolstadio faccia la R. V. come li parerà[3]: credo ben' che alla sua sanità sarebbe vtile l' essercitio et la mutatione al suo tempo però et luogo.

Al dottor Pisa[4] conosceuamo qua realmente hauer' bisogno d' alcuni priuilegii; maxime circa il mengiare[b] [?]:. bisognara aiutar lo come meglio si può, et darli anche ordine come pigli li suoi bisogni quanto si può senza offesa di nessuno etiam infirmo.

Collegii Oeniponte fundandi consilium quam primum ad effectum adduci convenit; quamquam hoc anno homines nostri eo non mittentur nisi pater Carolus[1] cum socio aliquo; qui ibidem aliquid fructuum colligere ac res parare et disponere studebit, ut Deo iuvante anno proximo homines in collegium iam constitutum mittere possimus.

Quod ad scholas istas patris Victoriae attinet[2], R. V. videbit et, quid conveniat, cognoscere diligenter studebit, quaerens, num ipse simul et collegio bene regendo et scholis istis habendis sufficientem operam dare possit ita, ut nec gravibus negotiis ad externos spectantibus nec valetudini suae praeiudicium afferat. Atque ita R. V., quod necessitas exigere visa erit, statuet. Censeo equidem exercitatione ista litteraria eum delectari. Ubi igitur salvis condicionibus supra memoratis ipsius ingenio indulgeri poterit, recte indulgebitur.

Quod R. V. quaerit, utrum pater Cuvillonius abire an in praesens Ingolstadii manere debeat, ipsa, quod expedire iudicaverit, faciat[3]; et licet exercitatione et loci mutatione eius valetudinem adiutum iri existimem, suo tamen et tempore et loco ista fieri debent.

Doctorem Pisam[4] revera privilegiis aliquibus, maxime iis, quae ad cibum pertinent, indigere hic intelleximus; quem, ut optime fieri poterit, oportet adiuvari atque etiam praecepta quaedam ei tradi de ratione res ipsi necessarias ita usurpandi, ut, quantum fieri poterit, nullius, ne infirmi quidem, animus offendatur.

---

[a] *Sic;* bene? [b] *Sic;* mangiare?

---

[1] Grim; vide supra p. 133.

[2] *Polancus* Lainii nomine eodem hoc die 21. Iunii 1561 Roma ad Victoriam *scripsit: „La lettione delle controuersie per li nostri sarebbe conueniente: et anche quelle de Metaphisica: ma nostro Padre si rimette al Padre Prouinciale spetialmente circa le seconde: perche in effetto tante lettioni difficilmente possono star insieme con l' occupationi che ha la R. V. in casa et fuor di casa" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 13[a]). [3] Cf. supra p. 132[2].

[4] P. Alphonsum Pisanum, theologiae professorem in universitate ingolstadiensi.

Si ben' si parte nostro Padre di Roma[1], si lasciara raccommandata la diligentia di emendar' il libro di Cipriano.

La R. V. potra visitare quella Prepositura del Cardinal d' Augusta[2], et se li domandarà quella littera credentiale.

Al Reuerendissimo Nuntio[a] Delphino salutarà V. R. o vero il Padre Vittoria[b] di parte del nostro Padre Preposito officiosamente[3]. Resta che tutti ci raccommandiamo molto nelle orationi et sacrificij della R. V. et del Padre Dottor Lannoy. Di Roma li 21. di Giugno 1561.

Licet pater noster Roma discessurus sit[1], hoc tamen hic relinquemus commendatum, ut Cypriani liber diligenter emendetur.

Ad praeposituram istam cardinalis Augustani adire R. V. licet[2]; cuius rei gratia publicas illas litteras ab eo petemus.

Reverendissimum nuntium Delphinum vel R. V. vel pater Victoria patris nostri praepositi nomine devote salutabunt[3]. Superest, ut omnes R. V. et patris doctoris Lanoii orationibus et sacrificiis vehementer nos commendemus. Roma 21. Iunii 1561.

574.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 28. Iunii 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine a librario adnotatum: „Dottor Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 16[b].

Ionas Adler, sacerdos ex Societate dimissus, adiurandus est, ut munus ecclesiasticum inveniat.

Jhesus.

Pax christi.

Jl portator della presente sara maestro Jona Adlero il quale per la sua natura o vsanza o qual si voglia altra causa che lo fa

---

Jhesus.

Pax Christi.

Has litteras R. V. afferet magister Ionas Adlerus. Qui vel ob naturam vel ob vitae consuetudines vel ob quamlibet aliam causam, qua libertatis suae amator

---

[a] *A libr. correctum ex* Seraphino. [b] Vittorio *apogr.*

---

[1] Pius IV. Hippolyto Estensi (d' Este) cardinali ferrariensi in Galliam, ut ecclesiae a protestantibus afflictae opem ferret, legato ipsius rogatu Lainium consiliarium et theologum adesse iusserat (*Boero,* Lainez p. 228—230).

[2] Praeposituram elvangensem; vide supra p. 156, et infra, monum. 286. 287.

[3] Delphinus m. Martio 1561 nuntius „ordinarius" apud caesarem nominatus erat (*Sickel,* Trient p. 188. *Steinherz* l. c. p. 348).

esser amator della libertà sua, non pare atto per l' instituto della compagnia nostra. Con questo per che ha talento come la R. V. lo sa per seruire Jddio nostro signor con la predicatione etc., pare a nostro Padre sarà ben' che V. R. lo aiuti a trouar qualche honesto partito con qualche Principe ecclesiastico o secolare di Germania perche li tali hanno assai carestia di ministri catholici. Et ci persuadiamo in Domino che detto maestro Jona in questa parte sia sempre per far il debito suo a gloria diuina. Et perche non è questa per altro effetto non mi estenderò in altro senon in raccomandarci tutti molto nelle orationi et sacrificij di V. R. Di Roma li 28. di Giugno 1561.

---

efficitur, ad Societatis nostrae institutum idoneus esse non videtur. Cum tamen, ut R. V. novit, eo praeditus sit ingenio, quo Deo et domino nostro famulari possit contiones habendo etc., pater noster convenire censet, ut R. V. eum ad honestum aliquod munus apud aliquem Germaniae principem vel ecclesiasticum vel saecularem inveniendum adiuvet; hi enim ministris catholicis haud parum egent. Atque in domino nobis persuademus, magistrum illum Ionam ea in re semper officio exsequendo divinam gloriam aucturum esse. Nec plura, cum hae litterae aliud non spectent, scribam, nisi ut nos omnes R. V. precibus et sacrificiis valde commendem. Roma 28. Iunii 1561.

Nota: Has litteras Canisio tradere debebat ipse Ionas Adler, monacensis; qui a. 1553 Vindobonae in Societatem receptus (*Polancus*, Chronicon III, 239—240), postea Romam missus indeque a. 1555 cum P. Hieronymo Natale Vindobonam reversus (Epistolae P. *Nadal* II, 34—35) et contionatoris officio aliquamdiu Labaci, Vindobonae etc. optime functus (*Polancus* l. c. VI, 343. 348. 354), a. 1558 cum magno Canisii dolore „libertatem plus aequo diligens", ut *Lainius* Roma 27. Iunii 1561 ad Ioannem a Petra archiepiscopum treverensem *scripsit, a Societate „defecerat"; sed „cum a fide nunquam defecisset, et ad cor se rediisse significans Romam venisset", „quia" Socii romani „timebant, si repulsam pateretur, ne de se ipso quid deterius statueret" („ex hereticis parentibus catholicus effectus" erat), a. 1560 in Societatem iterum admissus et Treveros cum primis huius collegii Sociis ire iussus erat (ex apographo epistulae Lainii. Cod. „Germ. 1561" f. 15; vide etiam *Can.* Epp. I, 415; II, 61. 105. 113. 196. 257. 592. 735. 745 etc.). Ubi cum in aede maxima satis prospere contionatorem ageret, domi (ut videtur) se nec satis honorifice nec satis laute tractari putabat ac quaedam, quae sibi iterum Societatem intranti promissa essent, negari sibi dicebat. Tandem ex suggestu de Societate conquestus est ac, ut P. *Antonius Vinck*, collegii treverensis rector, Treveris 15. Iunii 1561 Lainio *scripsit, sacro Pentecostes die (25. Maii) ex collegio, scripta sua secum auferens, discessit (ex litteris autographis. Cod. „G. Ep. II." f. 201). Quem a proceribus quibusdam reductum Socii publicae offensionis vitandae gratia ut hospitem receperunt. Volebat autem ipse „libertatem" habere „eundi et visitandi et colloquendi etiam extra civitatem viros honestos, prout ipsi videretur, denique libertatem scribendi ac recipiendi quaslibet litteras etc., et . . nemini . . subesse preter preposito Societatis generali". Haec ad Rethium *Vinck* rettulit (*Hansen* l. c. p. 402[2]). Qui Lainio in *litteris modo memoratis scripsit: Il „Padre Jona . . . fin adesso è cum noi come hospite et perseuera nella sua obstinatione di non voler obedire ad altro se non immediate et personalmente alla R. P. V. . . . et quanto posso iudicare il disegno suo non era altro se non lassar la compagnia et restar predicatore della chiesa metropolitana et habitar in vna casa la quale è la habitatione dello predicatore". Die vero 17. Iulii 1561 *Vinck* Treveris ad Lainium* rettulit, Adlerum paucis diebus ante (13. Iulii, ut videtur) oboedientia neglecta collegium deseruisse et Confluentes ad archiepiscopum profectum esse (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 204—205). Paulo post Polanci litterae, quas supra posui, Treverim

ad Vinckium allatae sunt una cum epistula Lainii supra memorata et binis litteris a Polanco Lainii nomine 28. Iunii 1561 ad Vinckium et ad ipsum Adlerum datis. Atque Adlero (quem simplicibus „scholasticorum“ votis, non sollemni professione obstrictum fuisse ex *Vinckii* * litteris proxime memoratis constat) *Polancus* scripsit: „N. Padre . . . ha uisto etiam le conditioni, che proponete per tornar et star fra gli nostri. et ben credo intendete che la compagnia nostra non è solita far patti con gli suoi, ne intrar in conditioni, non uoglia Dio, che in tempo alcuno sia tanto debilitata la obedientia della compagnia . che gli subditi habbino a dar legi alli superiori, quanto alla persona sua.“ De consilio autem vel desiderio, quod Adler habebat, Treveris extra Societatem manendi, *Polancus:* „Uoler“, inquit, „ò pretendere restar di là fuora della compagnia . . . sarebbe anche peggio, et cosa che non si potrebbe tolerar“; ad extremum scribit: „Teneteui per libero del obligo della compagnia nostra, la quale sempre pur' ui hauera del suo canto per amico, et ui usera la charita che christo ci ha insegnato, etiam u i n c e n d o i n b o n o m a l u m“ [Rom. 12, 21] (ex * apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561“ f. 16[a]; particulam epistulae posuit *Hansen* l. c. p. 402[2]). Archiepiscopum quoque *Lainius* plane monuit: Quod Adler in aede maxima contionatoris munus retinere vellet, id „nec decere, nec expedire“ (ex * litteris supra memoratis). Ac tradunt Adlerum aulae sacellanum vel contionatorem ab archiepiscopo (timente, ne a fide is deficeret) constitutum, cum pristino hominum plausu se carere cerneret, in amentiam quandam actum esse ita, ut et sica arrepta et saltu in profundum facto se occidere conaretur, tandem autem tum corporis tum mentis sanitate recuperata supplices ad Societatem litteras dedisse, quibus, ut rursus admitteretur, impetraret; se quaevis officia praestare atque etiam perpetuo pauperibus in valetudinario ministrare paratum esse (*Christ. Browerus* S. J. et *Iac. Masenius* S. J., Metropolis Ecclesiae Trevericae, ed. *Christ. de Stramberg,* II [Confluentibus 1856], 266. *Reiffenberg* l. c. p. 86). *Natalis* autem in „Ephemeridibus“ notavit: „Romam quum venisset supplex, non fuit admissus“ in Societatem (Epistolae II, 35). Quod porro ad has litteras Canisio destinatas attinet, Polancus quidem Adlerum monuerat, ut quam primum Canisio eas traderet. Num vero saltem aliquanto post is eas tradiderit, non constat; nam scripsit quidem *Vinck* Treveris 6. Augusti 1561 ad Lainium, se ipsas Confluentes ad archiepiscopum misisse, ut is eas traderet Adlero; sed simul de hoc notavit: „Penso che non andara allo D. Canisio ma che restara predicatore in qualche cita ò terra nella diocese di treuere per che si n' sono di besogno“ (ex autographo. Cod. „G. Ep. II.“ f. 209). Initio a. 1563 Adler Mundae (Münden) Erico duci brunsvicensi operam suam ad aliquot annos dicasse videtur (*Hansen* l. c. p. 465—466). Canisius Ioanni Iacobo Khuen de Belasi, archiepiscopo salisburgensi, litteris Roma 17. Iunii 1565 datis commendavit, ut Adlerum, qui ipsi „se totum offerre“ vellet ac „catholicus, eruditus, eloquens et castus contionator“ esset, sacellanum suum nominaret. Anno 1569 idem Adler Ferdinandi II. archiducis tirolensis contionator aulicus fuit (*Hirn* l. c. I, 255[1]). Postea parochi officium in Bavaria (Straubingae?) non sine laude administrasse et christiano more obisse videtur (*Browerus-Masenius* l. c. p. 266. *Reiffenberg* l. c.).

575.

P. CHRISTOPHORUS DE MADRID S. J.,

Lainii praepositi generalis vicarius [1],

CANISIO.

Roma 2. Iulii 1561.

Ex apographo epistulae Madridii ad Victoriam datae, quod, fere eodem tempore scriptum, exstat in cod. „Germ. 1561“ f. 19.

[1] De hoc vide *Can.* Epp. II, 200[2].

Lainius cum Polanco etc. in Galliam profectus. Salmeron et Madridius Lainii vices gerere iussi. Regulae consultorum. Praecepta de litteris scribendis.

Madridius Roma 2. Augusti 1561 Vindobonam ad Victoriam haec, praeter alia, scribit: „Gia hauera .V. R. inteso la partita di N. Padre col Padre Polanco et altri dui della compagnia la uolta di Francia al primo del passato [1] *et qualmente in suo luogo resta il Padre Salmerone che uerra uerso il settembre di Napoli portando io fra questo mentre il peso per che poco dopo la lor partita ho scritto al Padre D. Canissio di questo drizando à V. R. le lettere con intento che lui absente le uedesse, ò essendo presente glile mostrasse et dese copia del ufficio de consultori, che all' hora domando, et d' altri ordini datti circa il scriuere."*

Haec ostendunt, P. Christophorum Madridium, qui e Lainii „assistentibus" erat et res Italiae curabat (*Sacchinus* Hist. S. J. II, l. 2. n. 46), ab ipso Roma abeunte res Societatis, donec P. Alphonsus Salmeron, provinciae neapolitanae S. J. praepositus, Romam venisset, administrare iussum esse. *Sacchinus* quidem Salmeronem a Lainio „regendis Italiae Siciliaeque prouinciis" tantum destinatum esse scribit: „Boreales [Lainius] per se erat ipse ex propinquo recturus" (Hist. S. J. II, l. 5, n. 134; similiter *G. Boero* S. J., Vita del Servo di Dio P. Alfonso Salmerone [Firenze 1880] p. 76); at cum ex iis, quae Madridium 2. Augusti 1561 Victoriae scripsisse modo dictum est, tum ex ipsis litteris et canisianis et romanis, quas proxime ponam, sat clare intellegitur, Lainium Salmeroni etiam ad germanicas provincias suo loco nomineque administrandas auctoritatem tribuisse, ita tamen, ut graviora quaedam ad se iuberet referri. Quare P. *Ioannes Pezzano* S. J. Roma 28. Augusti 1561 in Lusitaniam ad P. Hieronymum Natalem haec, nullam addens exceptionem, scripsit: „El P. Maestro Salmerón será aquí, Deo duce, para mediado Setiembre, según nos scriue, y terná el lugar de nuestro Padre" (Epistolae P. *Nadal* I, 518); et *Natalis* ipse in „Ephemeridibus" notavit: „Intelleximus ex literis romanis missum Patrem generalem . . . in Galliam . . . designasse vicarium Patrem . . . Salmeronem" (l. c. II, 79).

Hoc quoque ex his Madridii verbis colligi posse videtur, litteras, quas ipse ad Canisium paulo post Lainii discessum se dedisse affirmat, una cum regulis sive „officio" consultorum Vindobonam missas esse. De hoc autem officio in antiquo illo **Indiculo* „Diuersi ordini" (vide supra p. 159) in a. 1561 notatum est: „A 2. di Luglio si mandò l' officio delli Consultorj del Prouinciale et Rettor à . . . Alemagna, Fiandra." Harum „Regularum consultorum" („De officio consultoris prouincialis et Rectoris"), quae ab iis, quae nunc in „*Instituto* Societatis" (III, 137—138) sunt, multis locis (salva rei substantia) discrepant, apographum a. 1561 (ut videtur) in collegio S. J. ingolstadiensi scriptum exstat in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 85[a]—86[a]. Quod autem Madridius Victoriae scribit, etiam *praecepta* quaedam ad modum scribendi spectantia cum litteris Canisio destinatis in Germaniam missa esse, fortasse illa missa sunt, quorum apographum eodem fere tempore, atque archetypum, in Canisii usum scriptum exstat in cod. „Can. X. Sa" f. 198[b]. Quorum praeceptorum brevis summa haec est: Sociorum ac laborum numero admodum aucto litterarum, quas Socii usque ad id tempus ex praescripto „declarationum" octavae partis Constitutionum [c. 1. L. M. N] inter se, et maxime Romam, dare soliti sint, frequentiam, ne incommoda oriantur, minui oportere, mitigatis ea in re Constitutionibus („o per uia d' interpretatione delle declarationj, in quanto la sopportino, o per uia de dispensatione

[1] Cum Lainio 1. Iulii 1561 Roma in Galliam profecti sunt PP. Ioannes de Polanco et Hannibal Codrettus ac Ludovicus Giappus frater laicus (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 5, n. 134. Epistolae P. *Nadal* II, 95).

mentre ui sonno cosi urgenti cause di dispensare; et altro non dispone la congregatione generale"). Rectoribus igitur ac locorum superioribus et iis, qui alicuius negotii causa ab iis aliquo missi sint, ad praepositum provincialem vel generalem scribendum esse, ubi periculum in mora sit; cetera vero negotia, nisi singularis ratio aliud suadeat, ab iisdem non ad generalem, sed ad provincialem ac, si opus sit, per ipsum ad generalem referenda esse. Catalogus deinde proponitur rerum, de quibus iidem solitis ad provincialem litteris agere debeant; hunc singulis mensibus ipsis rescribere debere. Magis tamen mihi probatur, Madridium illa significare praecepta de modo scribendi data, quae 15. Iulii 1561 Canisio Roma missa esse infra videbimus, sive lapsu quodam memoriae ea iam 2. Iulii missa esse putaverit, sive 15. Iulii iterum (prioribus non allatis?) missa sint.

576.

P. CHRISTOPHORUS DE MADRID S. J.,

Lainii praepositi generalis vicarius.

CANISIO ALIISQUE SOCIETATIS PRAEFECTIS.

Roma 12. Iulii 1561.

Ex apographo (A), eodem fere tempore Augustae Vindelicorum a P. *Guilielmo Elderen* S. J. in Canisii usum ex archetypo — ita omnino videtur — exscripto. Cod. „Can. X. Sa" f. 197[b]—198[a].

Alterum apographum (B), eodem fere tempore in collegio S. J. ingolstadiensi scriptum, exstat in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 85[a].

Epistulam, sermone tamen ad nostrae aetatis morem plurimis locis accommodato, posuit *Boero,* Lainez p. 218—219. Eadem usi sunt: *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 5, n. 122; *Dan. Bartoli* S. J., Dell' Istoria della Compagnia di Gesù. L' Italia l. 4, c. 10 (Torino 1825, p. 145—146).

Lainio officium deponere volente, ceteris praepositum perpetuum esse debere sentientibus, Pius IV. idem sanxit, Pauli IV. decreto abrogato.

Per li pareri delli professi mandati à[a] Roma s' è uisto che quasi[b] tutti giudicano et affirmano sentire[c] che debbia esser il Praeposito[d] generale di Nostra Compagnia perpetuo et non triennale[1]. Et perche non dimeno[e] con tutto questo N. Padre era determinato di lasciar il carico in man[f] del Papa adesso che si finiua il Triennio parendo à[g] gli assistenti[2] esser cosa inconueniente et danneuole al bene[h] uni-

Ex professorum sententiis Romam missis intellectum est, eos fere omnes iudicare et affirmare, Societatis nostrae praepositum generalem perpetuum, non ad triennium esse debere[1]. Et quia, licet haec ita sint, tamen patri nostro certum erat consilium, munus, triennio dudum finem habente, in summi pontificis manibus deponere, assistentes[2] id inconveniens et saluti cum publicae tum ipsius Societatis obfuturum

[a] a *B.* [b] quas *B.* [c] sentir *B.* [d] preposito *B.*
[e] perche nondimeno *B.* [f] mano *B.* [g] a *B.* [h] ben *B.*

[1] Ita etiam Canisius sentiebat. Vide supra p. 109.
[2] Lainio a. 1558 a Societatis congregatione generali „assistentes" additi erant PP. Hieronymus Natalis, Ludovicus Consalvius, Ioannes de Polanco, Christophorus Madridius (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 46).

uersale et particular della medema[a] [?] compagnia, determinorno che il Padre Polanco et il Padre Strada[1] andassero da sua Santità per narrarli questa cosa et per supplicarla[b] remediasse[c] à[d] detti inconuenienti . Et cosi S. Santità annullò quell'[e] che ordinò Papa Paolo IIIJ et confirmò le nostrj[f] constitutionj et dechiaro[g] in presentia dell' Jllustrissimo Cardinal di Ferrara[2] che uoleua che il preposito generale fusse[h] perpetuo et non ad tempus. Et cosi detto Cardinal fa fede con questa patente[3] del suddetto[i] uiuae[k] uocis oraculo. Di Roma li 12. di Luglio[l] 1561

D. V. R.

seruo in Christo Madrid.

---

esse rati constituerunt, ut pater Polancus et pater Strada[1] sanctitatem suam adirent, quo ipsi hoc narrarent ac supplicarent, ut incommodis illis remedium afferret. Itaque sanctitas sua, quae Paulus IV. pontifex decreverat, irrita esse iussit, constitutiones nostras confirmavit, coram illustrissimo cardinale Ferrariensi[2] dixit velle se praepositum generalem perpetuum, non ad tempus esse. Atque ita cardinalis ille illius vivae vocis oraculi publicum hoc scribi iussit testimonium[3]. Roma 12. Iulii 1561.

R. V.

servus in Christo Madridius.

Nota: Una cum his litteris, ut ex ipsis et ex antiquo illo **Indiculo* „Diuersi ordini" etc. (vide supra p. 159) intellegitur, Madrid Canisio misit litteras publicas (nondum, quod equidem sciam, typis exscriptas), quibus *Hippolytus d' Este* (Alphonsi Ferrariae ducis et Lucretiae Borgiae filius, Galliae regum propinquus, † 1572), S. Mariae in Aquiro cardinalis diaconus, Roma 22. Iunii 1561 ad Socios rettulit: „Cum hodie . . Sanctissimus D. N. intellexisset Reuerendum Patrem Magistrum Jacobum Laynez Praepositum Generalem uestrae Societatis uelle officio suo renunciare, iuxta decretum Paulj Papae IIIJ uiua uoce factum, qui triennalem et non perpetuum praepositum tam eum quam successores eius in posterum esse, et id constitutionibus praedictae societatis addi iusserat; (licet ille alioqui perpetuum et non ad tempus Praepositum Generalem eligendum statuebat[4]) me praesente praedictum decretum abrogauit et annullauit; ac tam modernum Praepositum quam eius successores pro

---

[a] *Sic A; sed fortasse legendum* medesima, *quod est in B.*
[b] supplicarlo *B.* [c] rimediasse *B.* [d] a *B.* [e] quel *B.* [f] *Sic A B.*
[g] dichiaro *B.* [h] fussi *B.*
[i] con la sudetta patente di questo *A B; quae ut vel ita, ut supra posui, vel prorsus simili ratione corrigantur, res ipsa omnino postulare videtur;* con la sua patente del sopradetto *Bo.* [k] viue *B.* [l] Juglio *B.*

---

[1] Franciscus Strada (de quo *Can.* Epp. I, 78[3]), a. 1554 provinciae Societatis aragonicae a S. Ignatio praefectus, a. 1560 ex Hispania Romam venerat, ut Lainium de earum provinciarum rebus certiorem faceret (*Sacchinus* l. c. l. 4, n. 196).
[2] Hippolytus Estensis is erat.
[3] Vide quae sub ipsas has litteras dicuntur.
[4] Paulus IV. m. Iulio 1558 et Sociis ad praepositum generalem eligendum congregatis significaverat, se eo inclinare, ut praepositus ad vitae tempus eligeretur, et Lainium ita electum confirmaverat; mense vero Septembri eiusdem anni praeceperat, ut praepositi potestas haud ultra triennium esset, quamvis post triennium confirmari posset (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 55—61. *Sommervogel,* Bibl. V, 76—77).

tempore existentes non ad tempus determinatum, sed ad uitam suo fungi officio uoluit; prout iuxta praedictas constitutiones ante illud decretum debebat. Quas quidem constitutiones sua et sedis apostolicae auctoritate approbauit et confirmauit." Ita apographum, eodem fere tempore Augustae a P. *Guilielmo Elderen* S. J. (in Canisii usum, ut omnino videtur) scriptum, quod nunc exstat in cod. „Can. X. Sa" f. 197. Alterum apographum eodem fere tempore, neglegentius tamen scriptum, exstat in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 84[b]—85[a]. Litteris, praeter alios, usi sunt *Io. Pinius* S. J. in „Actis Sanctorum Iulii" VII (Parisiis et Romae 1868), 596, et *A. v. Druffel*, Ignatius von Loyola an der Römischen Curie (München 1879) p. 43, qui eas „Breve Pii IV." perperam appellavit.

577.

CANISIUS
P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

rectori collegii vindobonensis.

Praga 14. Iulii 1561.

Ex archetypa Victoriae epistula, quam Victoria (ut videtur) dictante scripsit P. *Carolus Grim* S. J.

De Canisio, qui Societatis collegio Vindobonae „visitato" aliisque rebus ibidem gestis (v. infra, monum. 377—379) 7. Iulii, ut videtur, Pragam profectus erat (v. infra p. 193), ubi ab 11. ad 15. Iulii collegium visitavit etc. (infra, monum. 342. 343), Victoria Vindobona 13. Augusti 1561 ad Lainium praepositum generalem scripsit: „Dela casa di Probatione questa, è, la sententia dil Padre Prouinciale scripta in litera di 14 di Lulio di Praga: Domus probationis Pragae suo tempore constitui commodissime poterit. Interea utamur ea, quae nunc isthic utcunque instituta est . vt noua *(loquitur de fabrica domus)* exstruatur isthic non probamus."

„Domus probationis", inquit *Polancus*, a. 1554 „sic Viennae inchoata fuit, ut novitii P. Erardum Avantianum magistrum haberent, sed tamen in eodem collegio eadem mensa uterentur" (Chronicon IV, 260—261; cf. Chronicon VI, 43). Atque antiquus ille collegii vindobonensis **Historicus* refert, a. 1561 noviciis propriam assignatam esse collegii partem, propriam culinam, proprium magistrum cum socio et coquo, „et ab hoc tempore Domus Probationis proprie haberi coepit" (Cod. vindob. „Hist. coll. Vienn." f. 9[a]). Anno autem 1564 novicii Vindobona Pragam translati sunt (*Socher* l. c. p. 120).

578.

P. CHRISTOPHORUS DE MADRID,

Lainii praepositi generalis vicarius,

CANISIO ALIISQUE SOCIETATIS PRAEPOSITIS PROVINCIALIBUS.

Roma 15. Iulii 1561.

Ex litterarum Madridii ad Lainium datarum apographo eodem tempore scripto. Cod. „Italia 1560. 1561. 1562" f. 187[a].

Qua ratione in posterum litterae scribendae sint.

P. Christophorus Madrid, qui Romae, donec Salmeron eo adveniret, Societatis res administrare a Lainio iussus erat (v. supra p. 177), eidem Roma 16. Iulii 1561 vel ipse scripsit vel scribi iussit: „Al Padre Natale et al Padre Francesco [Borgia] et anche à tutti li Prouinciali di Spagna, Jtalia et Alemagna s' è dato auiso degl' ordini che quì restano, et del modo che si ha a tener' nel scriuere in questa absentia di V. P.“

In antiquo illo **Indiculo* „Diuersi ordini“ etc. (vide supra p. 159) notatum est, litteras a cardinale Estensi de perpetuitate praepositi generalis datas (vide supra p. 179) in Germaniam et Flandriam missas esse 15. Iulii 1561. Simul autem — id quod ex Canisii litteris 9. Augusti 1561 Romam missis satis certe cognoscitur — praepositi provinciales, rectores etc. in posterum „Romam fere“, non in Galliam ad Lainium, „scribere“ sive litteras de statu collegiorum, negotiis etc. dare iussi sunt, ita tamen — atque hoc ex multis, quas infra ponam, Canisii litteris liquet —, ut ipsi Lainio, perinde ac si Romae is moraretur, eas inscriberent. Atque ita etiam, ut aliud exemplum ponam, *Iacobus de Guzman* S. J., rector collegii florentini, Florentia 19. Iulii 1561 litteras Romam misit Lainio, quem nec Romae esse nec brevi eo rediturum esse probe noverat, inscriptas, in quibus ei, qui Lainii vice fungeretur (P. Madridio, ut videtur), de eodem Lainio scripsit: „Farò solamente quel tanto che mi disse sua Reuerentia cioè che si dovesse indrizar tuttavia le lettere all' istesso N. P. quantunque chi havera la cura potra legerle“ (Cod. „Ep. It. 1561. II“).

579.

CANISIUS

HENRICO SCRIBONIO,

archiepiscopatus pragensis administratori et ecclesiae metropolitanae praeposito [1].

Ex monasterio inter Pilsnam et Thinam sito 17. Iulii 1561.

Ex Ioannis Beckovský, ordinis Crucigerorum cum rubea stella, pragensis historiae sive chronici Bohemiae bohemice scripti (Poselkyně starých příběhův českých) parte II, vol. 1, ed. Dr. *Ant. Rezek* (Pragae 1879), p. 254.

Pilsnae et regionum vicinarum praeclara religio. Collegium Pilsnae condendum. Quid in eam rem urbis senatus, Scribonius, Dominicani conferre debeant.

Volui his literis animum gratum testari, quem debeo pro singulari humanitate et charitate erga nos Reverendissimae Dominationis tuae, quam praeterea rogo, ut Pilsnensis ecclesiae rationem habeat diligentem [2]. Si quid in Bohemia enim sincerum est ac fuit hactenus, id haec Boemiae portio, quae Pilsnensibus adhaeret atque vicina est, suo jure vendicare videtur. Quare cooperemur, quaeso, huic gratiae Dei, qua voluit hic Boëmos electos et germanos ecclesiae filios con-

[1] Scribonium (de quo vide supra p. 17 [3]) a. 1556, S. Ignatio mortuo, Lainius, Societatis vicarius, bonorum eiusdem spiritualium — id quod Canisius ab Ignatio petierat — participem reddiderat (*Polancus,* Chronicon VI, 382).

[2] Pilsna (Plsna, Pilsena; bohemice Pilzeň, Plzeň; germanice Pilsen), urbs bohemica.

servare adeoque in summis etiam schismaticorum oppugnationibus perpetuo tueri. Venit nunc in mentem schola, quae in hoc archidiaconatu praesidium, lumen et robur adfert sane maximum [1]. Scio pietatem tuam huic praeclaro et utilissimo instituto favere, ut de sua quoque patria bene mereatur [2]. Res non difficilis erit effectu; primum, si senatus Plsnensis serio agat negotium apud Caesarem, deinde si quaedam fiat compensatio, ut ordini Praedicatorum adversus nostros claudatur ostium obmurmurandi et conquerendi [3], postremo si Dignitas Tua cum eodem senatu tractet de necessariis sumptibus collegii, quod ut classes majorum etiam artium instruat ac domi forisque suo muneri satisfacere possit, personas 20 requirit [4]. Haec Prudentiae Tuae fideliter suggero, quod coram intelligam, quanti referat huic civitati et viciniae opem adferre inductis probis in hanc messem operariis, quos Christus augeat in suam gloriam. Dominus idem nobiscum.

Ex monasterio [5] inter Plsnam et Thinam sito 17. Iulii anno 1561.

Servus in Christo
Petrus Canisius.

Has Canisii litteras *Scribonius* Praga 13. Augusti 1561 Pilsnam misit cum hac epistula ad Thomam Bavorinum archidiaconum pilsnensem data: „Salutem et omne bonum. Uti priores absolvissem literas et vester D. Wlk nondum abiret, convenit me dominus prior a s. Agnete [6], cum quo agebam de monasterio Praedicatorum in civitate vestra Plsnensi, ut ageret cum domino provinciali, quo possit concedi monasterium illud fratribus de societate Jesu, ut ludus literarius publicus institueretur. Is quidem videns paucitatem fratrum suorum consensit, sed velle se id referre ad provincialem dixit, quod et fecit. Et quantum intelligo, dominus provincialis non est contrarius, si quid [ad] aedificationem ecclesiae romanae et fidei catholicae possit inde surgere, uti ego id futurum non dubito. Idcirco optarem, ut id domino Sigismundo Staškoni et aliis nonnullis praecipuis et literatis significaretis, simul et has literas domini patris Canisii, quoniam ex itinere eas dedit ad me, eis monstraretis, si modo domini Plsnenses voluerint manus admovere et nutriendis aliquot fratribus cum auxilio Caesareae Maiestatis consilium inire scholamque illam

---

[1] P. *Ioannes Schmidl* S. J., provinciae bohemicae S. J. historicus, narrat: P. Victoriae m. Martio a. 1558 Praga Straubingam ad Canisium proficiscenti Pilsnae ipsum consulem, qui in Societate filium habuerit [Gasparum Pilsnensem? Cf. *Can.* Epp. II, 521 [2]], cum aliis civibus obviam venisse et urbis senatum, ut collegium Pilsnae conderetur, proposuisse (l. c. I, 117).

[2] Scribonius ortus erat Thina (Bischofteinitz, Tynhoršov); quod Bohemiae oppidum a Pilsna haud longe distat.

[3] [Victoriae Pilsnae] „offerebatur Coenobium Patrum Praedicatorum, in quo unicus erat super; cum eo P. Victoria collocutus, invenit hominem perbenevolum, et Societati peramicum“: *Schmidl* l. c. [4] Cf. supra p. 168 [1].

[5] Quodnam monasterium Canisius significet, nescio. Ipse tunc Praga Elvangam ad contiones habendas proficiscebatur; vide supra p. 156, et infra, monum. 286. 287. 343.

[6] Fridericus Borzekowsky? Cf. *Can.* Epp. I, 616 [5]. *Beckovský,* qui has Scribonii litteras l. c. p. 255 ponit, hoc loco haec verba (uncis rotundis inclusa) inserit: „illo tempore jam translati erant RR. PP. Dominicani a S. Clemente ad s. Agnetem Vetero-Pragae“.

sustentare, salva essent omnia: religio enim confirmaretur bonorum, et haereticorum, si qui essent occulti, reprimeretur vesania, frequentia et nobilium puerorum et aliorum conflueret, mechanici quoque inde sentirent commodum suum, totus ille tractus confirmaretur, sacerdotes etiam inde aliqui prodirent doctiores. Quare agite cum illis, siquidem intellexistis, ipsi eos id petere, et haberent ii concionatorem germanicum, non admitterent bibulos nonnullos Polonos, sed alerent homines frugos et sobrios. Sed prior rogat, ut interim provideretur monasterio concione. Quid? Ille vicarius prioris sit quidem bonus pater familias, sed in concione nihil valet. Consulebat, an deberet eligere alium priorem? Sed ego suasi, ut vicarium hunc servaret, quandoquidem agitandum erit de illo negotio brevi. Bene valete. Arcis Pragae feria IV. post Laurentii anno 1561. Henricus praepositus ecclesiae Pragensis."

Canisius, etsi his litteris (ex quibus eum inter 15. et 17. Iunii 1561 Pilsnae fuisse collegeris; cf. supra p. 180) hoc non effecit, ut Sociis Pilsnae sedes pararetur — id quod numquam iis contigit —, aliqua tamen ratione viam aperuisse videtur apostolicis illis Societatis viris, qui in ea urbe, dum Canisius vivebat, compluries, ut a. 1578, 1582, 1583, copiosam animarum messem fecerunt (*Schmidl* l. c. I, 425. 479. 487—488).

580.

P. LAMBERTUS AUER S. J.,

Ioannis Francisci Commendoni nuntii apostolici theologus,

CANISIO.

Lubecca 30. Iulii 1561.

Ex autographo (2°; 1/3 p.; in p. 2. inscr. et pars sig.). Cod. colon. „Epp. ad Kess. I." f. 123.

Partem epistulae posuit *Hansen* l. c. p. 388[5].

Nuntius Sueciae regem adire cupit. Populi septentrionales ecclesiae catholicae inimici. Protestantium lubeccensium ministri concilium tridentinum timent. Auer aegrotat.

Ihesus

PAX CHRISTI .etc.

Pauci dies elapsi sunt quod V. R. fusius de rebus singulis scripsi. Nunc tertio ex Lubeca scribo[1]; quod referam vix post iam dicta, habeo. Nuntius ex Suetia in horas expectatur[2]. Aërem modo magis propitium habet, hoc biduo saltem, quae nuntiabit mox communicabo, male nobis cupiunt populi isti, sed dominus[a] causam nostram interim tuetur, occasiones detrahendi quaerunt iam diu, sufficientes [*sic*] tamen ac nec probabiles quidem reperiunt hactenus, CHRISTo sit gloria.

[a] deus *H.*

[1] Epistulae prima et secunda perisse videntur.

[2] Cum Pius IV., Ferdinandi I. caesaris rogatu, Daniae et Sueciae reges ad concilium invitare in animum induxisset, Commendonus Lubeccae (Lübeck) responsum ad litteras exspectare statuerat, quibus, num ipsos adire liceret, quaesiverat. Atque a Daniae rege repulsam iam tulerat (vide supra p. 149[1]); tandem Ericus XIV. Sueciae rex eum in Angliam, quo ipse profecturus esset, se sequi iussit (*Reimann* l. c. p. 271).

Timent sibi vehementer a concilio isti Magistri, et iam aliquoties conuenerunt, de confessione Augustana et religionis articulis [1], quae tamen constituerint alijs non constat, forte nec ipsis. Ad pedis infirmitatem accesserat, aut illinc prodierat potius propter quietem continuam, ventriculi languor et morbus non leuis, sed CHRISTo sit laus vtroque incommodo breui me confido liberandum. Dominus Iesvs interiorem hominem [2] respicere dignetur et iuuare, totamque causam nostram vestris pijs votis ad felicem statum perducere. Reuerendissimus V. R. amicissime salutat. Ego fructus vberrimos eidem in agro suo et salutaria cuncta opto, vnaque D. Hurtado [a] et d. Guilhelmo [b] [3] cui nunc forte literas mittam. Ex Lubeca 3. calend. Augusti Anno 1561.

V. R.

Indignus seruus
et filius
Lambertus Auer.

Reuerendo in CHRISTo Patri Domino Petro Canisio S. Theologiae Doctori atque Societatis JESV per Germaniam et Bohemiam prouinciali praeposito. Augustae. Zu Augspurg dem Herrn Thumbprediger.

Ex eo, quod epistula haec in cod. „Epp. ad Kess. I." (de quo vide *Can. Epp.* I, LIII—LIV) exstat, suspicari licet, eam Lubecca Coloniam, ut inde Canisio mitteretur, perlatam, a Sociis coloniensibus vel per oblivionem vel alia de causa retentam esse.

581.

CANISIUS

P. CHRISTOPHORO DE MADRID S. J.,

Lainii praepositi generalis vicario.

Augusta Vindelicorum 9. Augusti 1561.

Ex apographo recenti, exscripto ex archetypo (in cod. „E. C. I" f. 121a—122b [n. 86] posito), quod Canisii „nomine" scripsit P. Nicolaus Lanoius S. J., praeter extremam illam partem, quae latina est; hanc enim Canisius sua manu scripsit.

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 186.

Canisius collegium pragense visitarit. Bonus collegii status. Duorum Sociorum inconstantia. Pilsnenses collegium desiderant. Sociorum pragensium valetudo, labores, molestiae. Novicii. Vota. Ferdinandus archidux in collegium benevolus, religionis catholicae studiosus. Exercitationes oratoriae latine, germanice, bohemice habitae. Graecarum litterarum magister valde necessarius est. In Bohemia catholicorum nu-

[a] Hurdado *A.* [b] Guilhemo *A.*

[1] *Commendonus* Lubecca 14. Iulii 1561 Romam ad S. Carolum Borromaeum de Lubeccensibus scripsit: „Circa la religione non ci resta quasi vestigio della chiesa cattolica; . . gli predicatori . . . sono quasi tutti apostati carichi di mogli e di figli e di rabbia, fanno fra loro ogni settimana congregazione" (*Miscellanea* etc. VI, 194).

[2] Rom. 7, 22. Eph. 3, 16.

[3] PP. Hurtado Perez et Guilielmo Elderen, S. J.

merus minuitur. Archiepiscopatum pragensem restitui oportet. Monasterii oibinensis commoda et incommoda. Domus probationis Pragae, non Vindobonae condenda. P. Victoria rectoris officio, quod ipse sibi operosum reddit, cedere cupit. Caesar queritur Vindobonae Socios nimis saepe mutari. Collegium oenipontanum mox incohandum. P. Auer. Modus scribendi. Moguntiam selecti Socii mittendi. Collegium germanicum.

Ihesus

Gratia et pax Jesu Christi nobiscum, Amen.

Molto Reuerendo Padre

Di Vienna habbiamo scritto alla R. V. del stato et dispositione del Collegio nostro viennense[1] donde ci partessimo per Praga il di [dopo l' ottaua][a] [?] delli .S. Apo. Pietro et Paolo[2]. et trouammo quel Collegio quieto per il buon guuerno del Rettore[3] et li buoni soggettj che li stanno, di modo che tutti stanno fermj nella sua vocatione eccetto Jacomo Jtaliano[4] il qualé non ha fatto li voti et stá tribolato per vscire, et li habbiamo[b] dato vn mese per deliberar[c] et risoluersi, et apresso di forestieri cresce il buon nome di esso Collegio. Per questa raggione si desiderá in Bilsna Cita principale dopoi Praga vn Collegio[5] il quale sarebbe molto ad proposito per conseruare iuj et in luoghi circumuicinj . li catholicj, et per redure

---

Ihesus. Gratia et pax Iesu Christi nobiscum. Amen.

Admodum reverende pater.

Vindobona ad R. V. scripsimus de collegii nostri vindobonensis statu et condicione[1]; unde postridie octavae[a] [?] SS. Petri et Pauli apostolorum[2] Pragam profecti hoc collegium quietum repperimus idque eo, quod et a rectore[3] bene regitur et boni homines in eo degunt; itaque omnes in eo vitae genere, ad quod a Deo vocati sunt, firmi consistunt, praeter Iacobum Italum[4], qui vota non nuncupavit et Societatis deserendae tentatione affligitur; cui mensem concessimus ad deliberandum et certum aliquid constituendum. Atque apud externos eiusdem collegii fama augetur. Quam ob rem Pilsnae, quae urbs post Pragam praecipua est, collegium habere cupiunt[5]; quod certe utilissimum erit et ad catholicos illic locisque, quae circumiacent, con-

---

[a] *Vide quae sub ipsas has litteras dicentur.* [b] habliamo *ap.*
[c] delibera- *ap.*

---

[1] Hae Canisii et Lanoii, qui eum comitabatur, litterae perisse videntur.
[2] Die 7. Iulii? Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.
[3] Is erat P. Paulus Hoffaeus. De Sociorum pragensium pietate et diligentia v. *Kröss* l. c. p. 130—132; de rebus Pragae a Canisio gestis infra, monum. 342. 343.
[4] De hoc (cf. *Can.* Epp. II, 643, et supra p. 54. 90) P. *Henricus Blissemius* S. J. in „*Catalogo collegii pragensis" 2. Ianuarii 1562 dato: „Jacobus Voltelin annorum forte 26. . . . Jn Societate per duos, in uotis per medium annum. Deinde propter Carthusianae religionis desiderium votis solutus sed ad nos reuersus iterum probatur. Coadiutor temporalis est maxime in re fabrili et muraria." Cod. „G. C. 67" p. 454; cf. ibidem p. 430. 438.
[5] De hac re vide supra p. 181—183.

alla .S. obedientia della chiesa[a] [?] .Ro. li hussiti, liquali paiono assai piu vicinj a quella che li altri sectarij o schismaticj.

Pietro Slauo[b] [1] Maestro delli putti si ha laisciato[c] [?] vincere, et transportaré della tentatione fuor del Collegio, al quale tamen lui e[d] tornato dopo il spatio di duoi hore . et paré chè il Signor facci adesso con quella tentatione prouentum[2] essendo piu quieto et meglio disposto di faré mégliore progresso dopo questo errore, Maestro Ludouico[3] et similmente .M. Roberto[4] sono quasi risanati di la lor infirmitá et possono trauaigliare come prima, Wolfgango Bohemo[5] é passato di Vienna a Praga et dila alla sua patria doue[e] stará vn mese per meglio risanarsi pare chè l' aria bohemica li sia megliore chè la austriaca per viuere piu sano. Essendo lui scholare in Bilsna[f] [?]

---

servandos, et ad Hussitas ad sanctam[a] [?] ecclesiae romanae oboedientiam reducendos; qui eidem multo viciniores esse videntur quam ceteri sectarii vel schismatici.

Petrus Slavus[1], parvulorum magister, tentatione victus et extra collegium translatus, post duarum horarum spatium eo rediit; ac dominus modo cum ea tentatione proventum facere[2] videtur; nam ipse post erratum illud quietior et ad melius proficiendum paratior est. Magister Ludovicus[3] et similiter M. Robertus[4] paene convaluerunt ex morbis et laborare possunt, sicut antea. Wolfgangus Bohemus[5] Vindobona Pragam, inde in patriam transiit, ubi mensem morabitur, quo melius sanitatem recuperet; qui bohemico aëre magis quam austriaco iuvari videtur ad melius valendum. Atque ipse, cum Pilsnae[f] [?] discipulus esset, semel tantum morbo

---

[a] alla .S. obedientia della chusa *ap.; fortasse legendum* alla obedientia della .S. chiesa. [b] Sdano *ap.; cf. infra, adnot. 1 huius pag.*
[c] *Sic ap.;* lassciato? lasciato? [d] et *ap.* [e] doire *ap.*
[f] *Sic ap.; legendumne* Italia, *ut paulo infra? Vel ibi* Bilsna *pro* Italia?

---

[1] „M. Petrus Schlauus annorum forte 28. . . Jn Societate 6 annis vel amplius paulo. Jn votis 4. Corpore sanus est, nisi quod pedes non omnino integros habeat. Classem minorem grammatices gubernat“: *Blissemius* in *Catalogo supra (p. 185, adnot. 4) memorato p. 449. Atque hic idem esse omnino videtur ac „Petrus de Chiasira, illyricus“ ille, quem m. Novembri a. 1554 Vindobonae in Societatem admissum esse *Polancus* (Chronicon IV, 268) scribit. Cf. *Can.* Epp. II, 468.

[2] 1 Cor. 10, 13.

[3] „P. Ludovicus Bacretius [Bacrelius?] Flander“ (de quo cf. *Can.* Epp. II, 349. 390. 480. 579) „annorum 25. . . . Jn Societate 4 annis, in votis vltra 3 annos fuit . . . iam Collegij ministrum agit. Vocem habet ita debilem vt vltra horam vnam difficulter in schola legere possit, grauiter audit“: *Blissemius* in eodem *Catalogo. Mense Novembri a. 1560 in schola rhetorices Ciceronis „Partitiones oratorias“ et orationem pro Murena explicuerat (*Hoffaeus* in „*Catalogo Fratrum Pragensium pro mense Nouemb. Annj 1560“. Cod. „G. C. 67“ p. 429).

[4] „M. Robertus Byrulius Leodiensis annorum 24. . . . Jn Societate 4 annis, in votis 2 fuit. Corpore sanus est nisi quod ruptura et oculorum debilitate laboret“: *Blissemius* in eodem *Catalogo p. 448. Is m. Novembri 1560 Iustinum et Vergilium in schola explicabat, rhetoricen et graecas litteras domi audiebat (*Hoffaeus* in *Catalogo supra, adnot. 3, memorato p. 429).

[5] „M. Wolffgangus [Maria; vide supra p. 151[5]] Tinensis“ (ex Thina sive Bischofteinitz ortus) „annorum 25, . . . in Societate vltra 6 annos, et in votis per 4 annos et medium fuit“: *Blissemius* l. c. p. 448. Cf. *Can.* Epp. II, 449[1].

fù toccato vna uolta[a] solamente dal morbo caduco, ouer epilepsia, dopo li é tornato alchune uolte quel malo manco forte che in Italia[b] [?]. voressimo sapere si per questo ha lui di esser prohibito del sacerdotio.

Nel collegio pragense piu persone sono adesso che mai, non dimeno li cè mancamento di vn greco, ministro et sottoministro, onde oltra di questi officij il Rettor legge nelli classi[1], ben che habbiamo dato ordine che non legga et attenda al guuerno di casa et che il detto Wolfg.[c] sia sottoministro et lettore in humanitate che lui molto desideraua per causa di farsi buon humanista[d] et rhetorico.

Nella casa delli collegiali et commensali sono quatro giouani liquali si offeriscono alla Compagnia, l' uno chiamato vincenzo gia e riceuuto alla probatione[2]. L' altro chiamato Sigismundo[3] senè andara (come speriamo) a Roma con Maestro Stephano[4], Jl 3º, Adalberto[5] il quale facendo instantia sara presto riceuuto[e]. Jl 4º Io. Uuittembergense[f] buon suggetto al quale tamen si danno inducie di vn anno inanzi che si riceua[g] per probare la sua constantia[6].

---

comitiali sive epilepsia oppressus est; quo malo postea iterum, minus tamen vehementer, quam in Italia[b] [?], aliquotiens afflictatus est; intellegere igitur cupimus, num hac de causa sacerdotio ipse prohibendus sit.

Licet in collegio pragensi nunc plures quam ullo alio tempore degant, egent tamen et litterarum graecarum magistro et ministro et subministro; quare praeter horum officiorum administrationem rector in scholis docet[1]. Quem tamen scholae labore omisso domui regendae operam dare ac Wolfgangum illum subministrum agere et litteras humanitatemque iussimus docere; id quod ipse vehementer desiderabat, ut litterarum atque artis oratoriae peritus efficeretur.

In domo collegialium et commensalium quattuor sunt iuvenes, qui Societati se offerunt; quorum unus, nomine Vincentius, ad probationem iam est admissus[2]; alterum, nomine Sigismundum[3], Romam cum magistro Stephano[4] iturum esse speramus; tertius est Adalbertus[5], qui, cum precibus instet, brevi admittetur; quartus Io. Vitembergensis isque bonae indolis, quem tamen, antequam admittamus, in unum annum differimus, ut de eius constantia magis securi simus[6].

---

[a] nolta *ap.* [b] *Sic ap.;* Bilsna*? V. supra p. 186, adnot. f.*
[c] Wolf *ap.; cf. supra p. 186.* [d] humanistica *ap.* [e] ricemito *ap.*
[f] *Ita, vel* Ioanne Uuittembergense, *haec duo verba, quae obscurius scripta sunt, legenda esse, ex litteris romanis 31. Ian. 1562 ad Canisium datis conicere licet.*
[g] ricena *ap.*

---

[1] Rhetoricen tradebat (*Schmidl* l. c. I, 149. 154).
[2] Hic quis fuerit nescio. „Vincentius Toma" in *Catalogo noviciorum vindobonensium ab *Hoffaeo* sub a. 1563 scripto comparet (Cod. „G. C. 67" p. 375).
[3] „Sigismundus Dominatius" „Pragensis" (Cod. „G. C. 67" p. 168) sive „de Pisnicz" (ut *Schmidl* eum vocat) significatur.
[4] Liberio; de quo vide supra p. 42.
[5] Hunc non novi.
[6] Iuvenem quendam, Vitemberga ortum ibique in Melanchthonis schola institutum, Pragae a. 1560, cum a Sociis aleretur et doceretur, ad ecclesiam catholicam redisse affirmat *Schmidl* l. c. I, 143.

Li dottori nostri Paolo et Henrico[1] hanno fatto li voti semplicj di professi[2] et vn giouane[a] nouitio chiamato Alessandro[3] quelli semplici di scholari, Jo insieme col Rettore visitai l' archiduca[4] et li ricommandai in speciali, li nostri et li poueri collegiali[5], et vna certa difficulta de certe case vicine al collegio donde per certe fenestre risguardeno huominj et donne, li nostri nella sua piazza et passano tal uolta[b] aloro, per le dette fenestre, lui se monstro molto[c] fauoreuole et pronto per aiutare il Collegio in queste et in altre cose et molto zeloso per conseruare et defendere la fede catholica et si rallegro de successo del Collegio oenipontano, dando buon testimonio delli nostri Pragensi dicendo che haueano di vincere la difficulta de questi paessi con questa[d] [?] patientia. Vno beneficio singulare ci fece dandoci vn coccio con tre caualli insin ad Augusta col' quale partessimo di Praga a .8 di luglio, hauendo ordinato le cose pertinenti alla visita nostra.

Jnuitassimo alchunj amicj singulari del Collegio al pranso[e] doue si sono resitate orationi extemporali nella lingua latina todesca et bohemica con satisfactione de tuttj.

Habbiamo dato ordine quanto alle classi, il quale si ha di esseguire alla renouatione delli studij[6]. Non essendo li professore greco perde il Collegio della sua stimá. onde non senza raggione il Rettor ha scritto di questo mancamento tante uolte, forsi vno delli Bohemi

---

Paulus et Henricus[1] doctores nostri vota simplicia professorum[2] et iuvenis novicius, nomine Alexander[3], simplicia scholasticorum vota nuncuparunt. Ego autem cum rectore archiducem[4] adii eique singulariter nostros et pauperes collegiales[5] ac difficultatem quandam commendavi, quae ex domibus quibusdam collegio vicinis oritur, unde per fenestras quasdam viri feminaeque nostros in area sua versantes aspiciunt et nonnumquam ad ipsos per fenestras illas transeunt. Atque ipse valde benevolum et ad collegium cum in hac tum in aliis rebus iuvandum paratum ac fidei catholicae conservandae et defendendae admodum studiosum se praebuit, et gavisus est res collegii oenipontani prospere succedere ac bono testimonio nostros pragenses prosecutus est, dicens ipsis patientia sua difficultatem earum regionum vincendam esse. Singulare autem beneficium in nos contulit curru cum tribus equis nobis dato, quo Augustam usque veheremur; in quo Praga 8. Iulii discessimus, rebus ad visitationem nostram pertinentibus constitutis.

Singulares aliquot collegii amicos ad prandium invitavimus, ubi orationes ex tempore linguis latina, germanica, bohemica cum omnium satisfactione pronuntiatae sunt.

De scholis quaedam constituimus, quae in studiorum renovatione exsequi debent[6]. Ex eo autem, quod litterarum graecarum magister illic non est, collegii fama minuitur. Quare haud sine ratione rector de hac inopia tam saepe ad vos scripsit. Fortasse inter Bohemos aliquis invenietur, qui ad hoc munus cum satis-

---

[a] gionane *ap.* [b] nolta *ap.* [c] molte *ap.* [d] *Sic ap.; molta?*
[e] pramso *ap.*

---

[1] Hoffaeus et Blissemius. [2] De his votis vide supra p. 92. 92[2].
[3] Voyt; vide infra, monum. 342. [4] Ferdinandum II.
[5] Cf. supra p. 3. [6] Vide infra, monum. 342. 343.

si potria trouare bastante per sodisfare in questa parte[1]. Quanto al stato della religione in Praga e in Bohemia, se dice che il numero delli catholicj si minuisca ogni giorno et questo anche si troua vero per certa esperientia, et per rimediare si crede che la via molto conueniente saria, la restauratione del Archiuescouato Pragense et si spera che il proposito del Jmperatore et del Nuntio apostolico[2], ha di riuscire per la gratia del Signore. Adesso fanno ambiduoi instantia apresso di S. Santita, questo regno sia ricommandato alle orationi di Vestra R.

Il P. Lucas[3] auanti della partita nostra si ritrouo in Praga non troppo sano, molto é lui necessario per il guuerno di Oybin donde si caua grande frutto in temporalibus per tratenere il Collegio Pragense. Circa[a] li beni del monasterio non mancano difficultati contra stando semper li Zitauiensi per il proprio interesse, mà come scriuesse[b] de Vienna et come il P. vittoria prometteua di scriuere piu a longo non pare che si possa resistere alla uolunta del Jmperatore il quale vuole presto mandare nouj commissarij per stimare[c] li benj et promesse di nouo 300 daleri al collegio pragense[4] con lettere di fondatione, hauendo l' imperatore certa informatione delli commissarij, di risoluera quanto alla translatione de Oybin. Doue adesso stanno

---

factione administrandum satis idoneus sit[1]. Quod ad religionis in urbe pragensi et in Bohemia statum attinet, catholicorum numerum in dies minui dicunt, id quod etiam certo rerum usu verum esse cognoscitur; cui malo medendi rationem valde convenientem hanc fore censent, quod archiepiscopatus pragensis restituatur, atque imperatoris et nuntii apostolici[2] consilia prospere, domino iuvante, ea in re eventura esse sperant; quam nunc uterque apud sanctitatem suam urget. Reverentia vestra regnum illud, quaeso, in preces suas commendatum habeat.

Pater Lucas[3] ante discessum nostrum Pragam venit haud ita prospera utens valetudine. Qui valde necessarius est ad Oibinum regendum, ex quo magni colliguntur fructus, quibus collegium pragense alatur et sustentetur. In iis, quae ad monasterii bona spectant, difficultates non desunt, cum Zittavienses proprii lucri gratia semper nobis adversentur. Sed, ut Vindobona scripsi, utque P. Victoria se copiosius scripturum esse promisit, non videmur imperatoris voluntati resistere posse, qui brevi viros denuo a se delectos ad bona illa aestimanda mittere vult, ac denuo collegio pragensi 300 taleros[4] cum litteris fundationis promisit. Idem autem imperator, cum ex viris illis certa cognoverit, de Oibino in alios transferendo constituet.

---

[a] Cicca *ap.* [b] *Vel* scriuessi; *ap.:* scriuesso. [c] stimari *ap.*

---

[1] De iuvenibus bohemis, qui in collegio S. J. romano instituebantur, vide *Can.* Epp. II, 307[2]. 449[1]. 531[8]. 545. In *Catalogo collegii pragensis 2. Ianuarii 1562 a P. *Henrico Blissemio* scripto haec sunt: „M. Petrus Hamersfordiensis annorum 22, Jn Societate 6 annis, in votis 4 fuit, corpore vtcunque robusto. Jn graecis valet et alijs prodest“ (Cod. „G. C. 67“ p. 448).

[2] Zachariae Delphini. De hac re multa ponit *Steinherz* l. c. p. 296. 303—306.

[3] Molitor (*Can.* Epp. II, 100[1]. 258. 505).

[4] Hos singulis annis ex fisco bohemico solvi iussit (*Bucholtz* l. c. VIII, 201).

con il P. Luca[a] Padre Joanne magno[1] et Hieronimo fornaro[2] liquali habbiamo consolati con nostre lettere.

Quanto alla casa di probatione per molti rispetti ci pare che si trouaria luogo assai piu commodo in praga che in vienna, piu amplo et capacé è il Collegio Pragense per poter fabricar et star et intorno quello sono case, li quali per non molti denari si potrebbono comprar et applicar a questo et ad altri effetti, jmo ce li nel poter del collegio la chiesa et casa di Santo Bartholomeo della quale per altre uolte si e scritto alla R. V. per hauere la dispensatione per conuertirla in casa di[b] probatione[3]. Jl principal punto saria la difficulta in trouar vn buon maestro de nouitij et ben che in Vienna ce fosse eguale amplitudine de luogo, nondimeno il sito del Collegio pragense e piu retirato et quieto che quel di vienna, non dico niente de l' aria piu sana ni de la ceruoisa bohemica, et altre commoditatj.

Essendo questo collegio pragense di tanta importanza vorria nondimeno il P. vittoria leuare il Rettore et metterlo in Vienna in su luogo, lasciando il guuerno del Collegio di Praga al dottor Henrico[4] huomo debole et piu contemplatiuo che prattico, le molte empresa del P. Vittoria et le pocche persone che tienne atte al guuerno fanno l' offitio del Rettore trauaiglioso et graue massime hauendo lui pigliato

---

Ubi nunc cum P. Luca pater Ioannes Magnus[1] et Hieronymus Fornarus[2] morantur, quos per litteras consolati sumus.

Quod ad domum probationis attinet, ob multas causas locus longe commodior Pragae quam Vindobonae ei inveniri posse nobis videtur. Amplius enim est collegium pragense et maius praebet spatium ad aedificandum et habitandum; ac circa illud domus sunt, quae pecunia haud magna emi et cum huic tum aliis rebus usui esse possunt; immo illic in collegii potestate ecclesia et domus S. Bartholomaei sunt, de quibus aliis epistulis cum R. V. egimus, ut dispensationem impetraremus, qua eas in domum probationis convertere liceret[3]. Res autem omnium gravissima erit difficultas bonum magistrum noviciorum inveniendi, atque etiamsi Vindobonae eadem esset loci amplitudo, collegium tamen pragense loco situm est a tumultu magis remoto et tranquilliore, quam vindobonense, ut nihil dicam de aëre salubriore, de cerevisia bohemica, de aliis commoditatibus.

Licet collegium illud pragense tanti sit momenti, P. Victoria eius rectorem inde sublatum Vindobonae in locum suum substituere cupit, collegii pragensis administratione doctori Henrico[4] permissa; qui homo debilis est et magis ad contemplandum quam ad negotia gerenda idoneus. Quod enim P. Victoria multa facere coepit et paucos habet ad regendum aptos, hoc ipsi rectoris officium operosum et

---

[a] Cura *ap.; cf. supra p. 189.* [b] di di *ap.*

---

[1] P. Ioannes Gros (*Can.* Epp. II, 574. 651).

[2] In **Catalogo* provinciae S. J. Germaniae superioris sub a. 1560 scripto inter Socios oibinenses „Hieronymus Heluetius" comparet (Cod. „G. C. 67" p. 328).

[3] Id anno 1564, noviciis vindobonensibus et tyrnaviensibus Pragam missis, factum est (*Schmidl* l. c. I, 184).

[4] Blissemio.

l' assunto del collegio delli nobili et di tanti fabriche liqual ricercano la praesentia di quel il quale le ha comminciate[1].

Jo mi smenticai in Vienna di scriuere alla R. V. come l' imperatore si é lamentato (come hauemo inteso dal Signor Pigler[2] thesauraro) della frequente mutatione delli dottorj et praedicatori del Collegio Viennense, massime non hauendo adesso seno .D. Christiano et Hermete[3], essendo solo praedicatore .P. Gregorio[4], il quale non ha studiato theologia, onde pare che la Maiesta Sua si potria piu risentire si il D. Lamberto[5] restasse fuora de questa prouincia et si mandasse a Moguntia o altroue, oltra che li Signori di Jnspruch lo domandano per praedicatore et l' imperatore vuole per ogni modo hauerne vno tale per quel luogo et li hauemo promesso per la quaresima prossima onde per ordine di sua Maiesta adesso jl P. Carolo[6] si parte per accommodare[a] le cose del Collegio aenipontano come si è scritto. Per questo si e concluso che il Rettor viennense reuochi il .d. Lamberto et lo caui[b] fuor delle mani del prouincial fiandrese[7], o di qualche si voglia altri chi lo ritengono.

---

grave reddit, praesertim cum collegii nobilium et tam multorum aedificiorum curam in se susceperit, quae eius, qui ipsa incohavit, praesentiam exigunt[1].

Ego Vindobonae oblitus sum R. V. scribere, imperatorem (id quod ex domino Pigler[2], aerarii praefecto, audivimus) questum esse, quod collegii vindobonensis doctores et contionatores tam saepe mutarentur, maxime cum nunc solos D. Christianum et Hermetem haberet[3], atque unicus contionator esset P. Gregorius[4], qui theologiae non studuit. Quare, si D. Lambertus[5] extra hanc provinciam manebit et vel Moguntiam vel alio mittetur, maiestas sua id aegrius latura esse videtur; accedit quod domini oenipontani ipsum expetunt contionatorem, et imperator loco illi omnino aliquem vult dari contionatorem; quem ad proximam Quadragesimam nos missuros esse ei promisimus. Quare maiestatis suae iussu P. Carolus[6] nunc proficiscitur ad res collegii oenipontani accommodandas, sicut scriptum est. Ea de causa constitutum est, ut rector vindobonensis D. Lambertum revocaret et ex manibus praepositi provincialis Flandriae[7] vel quorumlibet aliorum, qui eum retinerent, auferret.

---

[a] accommadare *ap.* [b] cuvi *ap.*

---

[1] Nobilium contubernio vindobonensi, collegio tyrnaviensi, collegii vindobonensis scholis aedificia nova parabantur.

[2] Leonardo Püchler (Pichler, Puchler) „de Weittenegg", qui Ferdinando I. „a consiliis fisci" erat (*W. Hartl* und *K. Schrauf*, Nachträge zum dritten Bande von Joseph Ritter von Aschbach's Geschichte der Wiener Universität I. Bd., 1. Hälfte [Wien 1898], p. 331[61]. Cf. *Can.* Epp. II, 571. 643).

[3] P. Christianus Rivius in universitate vindobonensi „legebat duas lectiones theologiae" (**Victoria* Lainio, Vindobona 13. Augusti 1561. Ex archetypo. Cod. „G. Ep. II" f. 60[b]). P. *Hermes Winghenius* Vindobona 4. Iulii 1561 Lainio *scripsit, se 2. Iunii 1561 in eadem universitate [theologiam] docere coepisse (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „G. Ep. II" f. 53[a]).

[4] Gregorius Roseffius. [5] Auer. [6] Grim; cf. infra, monum. 319.

[7] P. Everardi Mercuriani. .

Hucusque Pater Lanoyus meo nomine, priusquam allatae fuissent, quas recens accepimus[a] à R. T. de modo scribendi, quem Rectoribus huius Prouinciæ mox communicandum curauj[1]. Scripsimus de Vienna quoque sed missae illae fuerint fortasse in Gallias, quemadmodum P. Polancus, ut mitteremus monere uisus fuit[2]. Placet autem modo mutatio consilij, ut Romam fere scribamus. Cuperem interim ex viennensibus literis accipi, de illius collegij statu, alijsque per nos viennae confectis. Constituta res est quantum ad OEnipontanum Collegium attinet, Caesarique promissum, ut primo uere[b] annj sequentis primi illuc accedant operarij cum Germano Concionatore, qui inprimis desideratur, Nos illum D. Lambertum dare cupimus, simulatque redierit ex Danica profectione, et eundem nominatim expetunt isti Tyrolenses, nisi forte, quod ualde rogamus, ex vrbe mitti potest alius concionator, qui certe si adesset isthic, Moguntiam forte illico mittendus uideretur, ubi nostrj[c] paratis collegij rebus diu expectatj maiorem in modum desiderantur ac quotidie expectantur, sicuti scribit ad me ualde anxius eius Collegij Procurator M. Jo. Rhetius. Ni fallor, Archiepiscopo illi[3] promissus fuit nostrorum ad Autumnum aduentus. Referet autem, ut selecti mittantur in eam Rempub. haud parum uitiatam atque perturbatam. Sequenti autem anno fore confido vt sicuti cum Caesare conuenimus, dimidiata saltem ex parte Collegium OEnipontanum in Christi nomine instituatur. Hebdomada sequenti[d] scribam prolixius Domino cooperante[4], qui sua quidem gratia nos augere dignetur, per orationes et sacrificia R. T. ac fratrum reliquorum. Augustae .9. Augusti .1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

Tres uel ad summum 4 Germani ex Bauaria breuj mittentur ad Collegium Germanicum, uti antea concessum fuit a P. Praeposito[5]. Viennensibus iam[e] [?] scripsimus ne mitterent, nisi[f] impetrato prius ex vrbe[g] consensu mittendj.

Hucusque *[etc., ut supra]*.

[a] accopimus *ap.* [b] nere *ap.* [c] nostis *ap.*
[d] frequenti *ap.*
[e] *Sic vel similiter corrigendum esse videtur, quod posuit libr.:* Viennañ nom.
[f] insi *ap.* [g] vibe *ap.*

---

[1] Cf. supra p. 181. [2] Cf. supra p. 174. 177[1]. [3] Danieli Brendel.
[4] Marc. 16, 20.
[5] Vide supra p. 61—62. In collegium germanicum a. 1561 admissi sunt: „Leonardus Agricola Frisingensis“ 4. Octobris, „Adamus Wagner de Burkusia“ 3. Novembris, „Christophorus Rastperger“ „Brixinensis“ (cf. supra p. 48[4]) et „Conradus Transser Bauarus Ratisbonensis“ 23. Novembris. Ita antiquissimus collegii * *Catalogus* (Cod. rom. „All. coll. Germ. p. 15—16).

Ihesus.

Al molto Reuerendo in Christo P. Jl P. Maestro Jacomo Laynez Preposito generale della Compagnia di Giesu. in absentia uero Reuerendo Patrj D. Alfonso Salmeronj, aut P. D. Madridio[1]. Romae.

Jhesus. Admodum reverendo in Christo patri, P. magistro Iacobo Lainio, praeposito generali Societatis Iesu, in absentia *[etc., ut supra]*.

Nota: Primae harum litterarum sententiae graviorem adhibui emendationem; cuius mihi rationem hoc loco reddendam esse censeo. In apographo, quo usus sum, Canisius sic exorditur: Se de collegii vindobonensis rebus ex ea urbe scripsisse; atque Vindobona se (cum Lanoio) „il di delli .S. Apo. Pietro et Paolo", qui est 29. Iunii, Pragam profectum esse. At eum 2. Iulii Vindobonae professionem sollemnem P. Caroli Grimii et ultima vota trium fratrum coadiutorum excepisse ex litteris quadrimestribus collegii vindobonensis aliisque fontibus constat (vide infra, monum. 378). Atque etiam hoc ipsum per se vix credendum est, Canisium, sub 23. Iunii Vindobonam advectum (vide supra p. 170), 6 fere diebus et collegii vindobonensis, quod tam magnum tantique momenti erat ac duo triave iuvenum contubernia et Societatis tirocinium sibi coniuncta habebat, visitationem absolvisse et negotia, quae cum caesare aliisque proceribus ei erant, confecisse, 11 vero dies in itinere pragensi insumpsisse; nam 11. Iulii eum Pragam advenisse, ex Hoffaei litteris constat (infra, monum. 342). Accedit, quod in litteris illis vindobonensibus plane affirmatur, eum „quindecim, aut amplius, diebus" Vindobonae mansisse. Quare post „il di" verba „dopo l' ottaua" in apographo ac fortasse etiam in archetypo supplenda, ac dicendum esse censeo: Canisium 7. Iulii (dies 6. Iulii dominica erat) Vindobona abisse. Quod temporis spatium ad hoc iter sufficiebat.

Madrid Canisio rescripsit 23. Augusti 1561.

582.

CANISIUS

OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG,

cardinali et episcopo augustano, Romae moranti.

Augusta Vindelicorum m. Augusto (post medium?) a. 1561.

Ex apographo epistulae Ottonis, eodem fere tempore scripto, quod est in cod. august. „Registr." f. 77.

Eadem epistula est in *Cypriani* Tabulario p. 187—188 et in *Pogiani* Epistolis, ab *Hier. Lagomarsinio* S. J. editis, II, 321—322, atque apud *Ant. Weber,* Literae a Truchsesso ad Hosium datae (Ratisbonae 1892) p. 95—96, et (partim) apud *Th. Wiedemann,* Geschichte der Reformation und Gegenreformation im Lande unter der Enns V (Prag und Leipzig 1886), 568.

Hermannum Winckel, episcopi vindobonensis officialem, officium quaerere in Germania superiore.

Otto cardinalis Augustanus Roma 11. (6.?) Septembris 1561 (v. Pogiani Epistolas II, 322^m) Tridentum ad Stanislaum cardinalem Hosium haec scripsit de Hermanno Winckel (ex Altendorf Westphaliae

---

[1] Cf. supra p. 177—178. 181.

orto), utriusque iuris doctore et (postea?) canonico coloniensi, qui inde a d. 14. Iunii 1560 Antonii Brus, episcopi vindobonensis, „officialem" agebat (Wiedemann l. c.; cf. etiam Can. Epp. II, 678): „Scribit mihi Canisius noster Hermandum[a] *[?] Coloniensem hominem Jurisperitum Viennensium Episcopi Vicarium si conditionem se dignam nactus*[b] *fuerit libenter in Germania superiore futurum. Quare te oro me ut certiorem facias, an idem Vicariam mihi Augustae operam recte dare, aut, si id minus Episcopalis Jurisdictionis officio ibidem*[c] *satisfacere possit."*

Iacobo Heinrichmann, episcopatus augustani vicario generali, 28. Iunii 1561 mortuo (*Pl. Braun*, Die Domkirche etc. [Augsburg 1829] p. 173) Otto Winckelium aut vicarium aut, si id fieri non posset, officialem suum — vicarii munere fortasse in Conradum Brunum officialem collato — constituere voluisse videtur. At *Hosius* ad Ottonis litteras Tridento 2. Novembris 1561 *rescripsit: „Quae [Reuerendissima Dominatio Tua] scribit de officiali, vel ut ipsa vocat vicario Viennensi, nouisse mihi videor hominem. virum quidem bonum, nec indoctum opinor, et valde catholicum. sed linguae cviusdam impeditioris, Jtaque quam sit futurus ad munus hoc gerendum idoneus in tanta praesertim ciuitate. statuere non possum. Est Coloniensis ut arbitror. An sit aliquam authoritatem habiturus. dubito" (ex commentario, quod est Cracoviae in bibliotheca universitatis, Cod. „160" Fasc. VIII. f. 8ᵃ. Cf. etiam *Pogiani* Epistolas II, 339). Winckel Augustam non venit.

Canisii litteras ante 30. Augusti 1561 Ottoni traditas non esse ex eo intellegitur, quod hic in epistula Roma 30. Augusti 1561 ad Hosium data earum mentionem non facit; cf. *Pogiani* Epistulas II, 314—317.

583.

P. DAVID ECKIUS S. J.

CANISIO.

Ulma 21. Augusti 1561.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 2. inscr. et pars sig.), a Canisio Romam misso. Cod. „G. Ep. II" f. 315.

Vindobona Augustam profectus in Canisii conspectum prodire ausus non est. Cum se in Societate quieto animo vivere posse non existimet, votis solvi cupit.

Salutem in Domino.

Miratur haud dubie plurimum Reuerenda Tua Paternitas cur illico Vienna post eius discessum recesserim, atque coram ea de re nec uerbo nec nutu aliquid tua cum paternitate contulerim, Nouit equidem Dominus JESVS me nunquam sinistri quid illo uel alijs diebus in meum induxisse animum, Verum cum cernebam me nulla ratione muneribus seu officijs iniunctis satisfacere neque multo tempore ab illis

---

[a] *Ita etiam Lag. et Web.;* Hermundum *Cyp.;* Hermannum *Wied.; atque ita corrigendum esse videtur.*

[b] *Wied. haud recte:* pactus.

[c] *Ita etiam C.; L. (quem sequitur Wied.):* dare, necne, ibique episcopalis iurisdictionis officio. *V. supra, quae post ipsum hoc „regestum" notantur.*

liberari posse, Augustam uersus iter institui, cum uero Augustam appulj, ductus pudore et innata uerecundia non fui ausus in tuum progredi conspectum, statim itaque relicta Augusta Vlmam me contulj, in paternis aedibus aliquamdiu sedi, ubi mecum rem melius omnem perpenderem, vidi facile me nunquam toto uitae mee curriculo, animo pacato et quieta religione in Societate conuersari, uiuere, nec[a] [?] perseuerare posse. Quare obnixe peto atque contendo vt T. Reuerenda P. mihi uel aliter prospiciat, uel saltem a simplici uoto (quod grauissimum mihi multisque foret) liberet[1], nihilominus tamen fautor et filius Societatis perpetuo existam, Rogo itaque vt quam primum per litteras liberatum me intelligam, quo tutius et minore cum pudore vultum Cancellarij[2] aliorumque accedam, Vale feliciter multos in dies atque me tibi pater mi semper commendatissimum habe, Literas tuas per fratrem patris mei vel Alexandrum nepotem meum accipiam, Datum Vlmae 21 Augusti Anno 61,

T. Dauid Wang[b] [?] Echius.

† Reuerendo in Christo Patri domino Petro Canisio sacrae Theologiae [Doctor]i ac Societatis JESV [Praepos]ito in Germania, [Austria], atque Bohemia, Augustae.

P. Davidem Wanger (Wang? Waug?) sive Eckium — ita enim a Sociis vocabatur — avunculum habuisse praeclarum illum Simonem Thaddaeum Eckium (Maier, ex Eck, Suebiae bavaricae pago, ortum), Bavariae supremum cancellarium, ac proinde etiam doctissimi illius Ioannis Eckii († 1543), theologiae professoris ingolstadiensis, qui Simonis Thaddaei frater ex patre erat, nepotem fuisse, ex Canisii litteris 6. Septembris et 15. Novembris 1561 ad Salmeronem datis intellegitur. Is, ut videtur, anno 1555 ex universitate vindobonensi, sua potius, quam Canisii voluntate, huius tamen litteris commendaticiis instructus, Romam petiit, ubi se in collegium germanicum receptum iri sperabat (*Can.* Epp. I, 517). In **Catalogo* collegii vindobonensis sub initium a. 1560 Romam misso haec sunt: „P. Dauid Eckius Germanus, ingressus est Societatem anno 55., natus est an. 26. Reliqua uero, quae de eo essent scribenda, permultis arbitramur pernota esse Romanis. Caeterum hic primo anno postquam ex vrbe venit secundae classi praefuit, reliquo uero tempore studiorum exactorem egit . tum alia etiam quaecunque potuit, cum in rebus domesticis, tum in concionando, audiendisque confessionibus, atque alijs huiusmodi rebus, libenter ac bene satis expediuit. Lectiones audit modo Theologicas, quas ferme semper postquam classem deseruit audiuit, ingenio polere magno non uidetur, neque propensionem animi ad aliquam rem certam habere. Legit doctrinam christianam in templo nostro. Non esset ineptus omnino concionator, si esset audacior, uiribus corporis atque spiritus non est omnium infimus, ad corporis uero honestas, magis, quam mentis actiones (maxime si illae essent maximae[c] [?] intensae) aptior uidetur. Compendiosiori artium studio, quantum arbitror esset contentus, cum magnopere

[a] *Vel* aut; *obscure scriptum.* [b] Wanger*?* Waug*?*
[c] *Sic;* valde*?*

[1] Eckius „vota scholasticorum" nuncupaverat; de quibus vide *Can.* Epp. I, 653—654; II, 770[3].
[2] Simonis Thaddaei Eckii; vide quae sub ipsam hanc epistulam dicuntur.

erga studia affici non uideatur" (Cod. „G. C. 67." p. 288). Die autem 25. Iulii 1561 P. *Carolus Grim* S. J. Vindobona Romam ad P. Christophorum Madridium *scripsit: „Sequenti die postquam P. Prouincialis hinc Pragam profectus erat, inscijs omnibus P. Dauid Eckius Collegium exiit, relinquens in scedula quadam scriptum, quod ad P. Prouincialem Pragam pergat, ut melius declaret animum suum, quod hic propter multitudinem negotiorum illius facere non poterat. Sed Pragam adhuc non uenit, nec scimus aliud de illo." Ac *Victoria*, collegii vindobonensis rector, Vindobona 13. Augusti 1561 Lainio *scribens: „M. Dauid Eckio", inquit, „essendoli leuato il officio di ministro et dato à Adamo Heler il altro giorno di buona hora doppo la partita dil P. Prouinciale si ando via al modo nostro uestito con le sue bone ueste . non sappiamo se le ha mutato, ma crediamo habbi fate di esse uesti di viaggio, non sappiamo anche quanto habbi hauuto per il viatico, disse di uoler andar à Roma, o uero al Padre Prouinciale al qualle io haueua detto lo menasse seco piu presto che lasciarlo qui con tal mutatione, credo sia andato à Roma, o da V. R. per trattar le[a] sue cose, per che al instituto, quanto potiamo intendere, era affecionatissimo si ben l' habbi transportato il desiderio di fugire qualche occasione, o l maggiore periculo" (ex epistulis archetypis. Cod. „G. Ep. II." f. 58[a]. 60[a]). Canisius Eckium simul atque officio ministri sive „vicerectoris" (ut tunc saepe dicebant) moverat, „confessarium principalem" — ita ipse 6. Septembris 1561 Lainio scribit — „in templo fecerat". Ceterum ad Eckii animum vulnerandum etiam Victoriam rectorem aliquid contulisse ex Canisii litteris 6. Septembris et 12. Octobris 1561 datis (quas infra ponam) collegeris.

584.

P. CHRISTOPHORUS DE MADRID S. J.,

Lainii praepositi generalis vicarius,

CANISIO.

Roma 23. Augusti 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Augusta Padre Canissio." Cod. „Germ. 1561" f. 20.

De collegio oenipontano et de rectore pragensi praepositus generalis consuletur. Socius comitiali morbo laborans sacerdotio non est initiandus. Collegio pragensi magister litterarum graecarum quaeritur. De tirocinio Pragae instituendo ad Lainium scribetur; ad quem de rebus gravioribus scribere etiam Canisio licet. Novicii. Collegii moguntini initia. P. Lambertus Auer eiusdem rector. Collegium germanicum. Societas per litteras a Pio IV. caesari, a cardinali Borromaeo nuntio commendata est, imprimis negotii cuiusdam neapolitani gratia. Collegium Pilsnae condendum. Viaticum Sociorum moguntinorum.

Jhesus

Molto Reuerendo in christo Padre

Pax christi etc.

Ho riceuuta questa matina quella di V. Reuerentia di .9. del presente scrita in Augusta con la quale ci siamo quà molto rallegrati

---

Jhesus. Admodum reverende in Christo pater. Pax Christi etc.

Hodie mane reverentiae vestrae litteras die 9. huius mensis Augusta datas accepi, quibus hic magno gaudio in domino affecti sumus, intellegentes, R. V. una

---

[a] la· *archet.*

in Domino, intendendo esser lei insieme col Padre Dottor Lanoy arriuato asaluamento, et tanto ci sono state queste lettere più grate quanto, che con desiderio le aspettauamo, specialmente non se hauendo qui riceuuto doppo quelle, che al andar a Vienna V. Reuerentia scrisse di Jspruch, di maniera, che pensiamo sian state mandate quelle prolisse che lei dice in Francia al Padre N. Generale, et cosi quì non s' è inteso altro del collegio di Eniponte senon quello che adesso V. Reuerentia mi scriue cio è che alla primauera s' ha da cominciare con solo la mità delli soggetti [1] sopra laqual cosa io non dico altro se non che me rimeto a quel che 'l Padre N. Generale rispondera.

Non poca consolacione ci ha dato lintendere il buon progresso del collegio di Praga sopra la mutatione de cui Rettore à Vienna se è scritto à N. Padre Preposito, et se aspettara l' ordine suo [2].

Presuposta la infirmita di Volfgango Bohemo sò che non pareua a nostro Padre quando gliele fù scritto che per adeso pigliassi l' ordine del sacerdotio [3].

Mastro stephano si aspetta con quel nouitio [4], et saria bene si affrettasino per giungere à tempo della rinouatione delli studij.

Sopra il greco che si desidera in Praga nostro Padre Preposito nel camino ha dato ordine che si scriuesse à Colonia acciò di la ne mandassero uno potendo et cosi s' ha scritto una ò duoi uolte .V. Reuerentia anche con lettere può sollicitare quelli di Colonia.

---

cum patre doctore Lanoio incolumem istuc advenisse; quae litterae eo gratiores nobis fuerunt, quo maiore cum desiderio eas exspectabamus, praesertim cum huc nullae allatae essent post eas, quas reverentia vestra Oeniponte Vindobonam proficiscens dedit; quare prolixas illas litteras, de quibus R. V. scribit, in Galliam ad patrem nostrum praepositum generalem missas esse existimamus; itaque de collegio oenipontano aliud non accepimus nisi quod reverentia vestra modo mihi scribit: Ipsum proximo vere incohandum esse ita, ut tantum dimidia hominum necessariorum pars eo mittatur [1]; qua de re nihil aliud dico nisi facienda esse, quae pater noster praepositus generalis ea de re rescripserit.

Haud parvo solacio affecti sumus, cum cognosceremus collegium pragense tam prospere procedere; de cuius rectore Vindobonam transferendo ad patrem nostrum praepositum generalem scripsimus et, quid ipse constituat, exspectabimus [2].

Quodsi Wolfgangus Bohemus morbo illo laborat, scio patrem nostrum, cum ea de re ipsi scriptum esset, sacerdotium in praesens ei suscipiendum esse non censuisse [3].

Magistrum Stephanum noviciumque istum exspectamus [4]; quos maturare convenit, ut, quo tempore litterarum studia hic renovabuntur, adsint.

Quod Pragenses graecarum litterarum magistrum desiderant, pater noster praepositus ex itinere iussit nos Coloniam scribere, ut inde eiusmodi magistrum, si possent, mitterent, atque ita semel bisve eo scripsimus. Reverentia vestra Colonienses et ipsa, opinor, per litteras ad idem urgebit.

---

[1] V. supra p. 168.

[2] Hoffaeum Victoria rector vindobonensis in suum substitui locum cupiebat; vide supra p. 190.

[3] Wolfgangus Maria Thinensis morbo comitiali aliquotiens afflictatus erat; vide supra p. 186. [4] De Stephano Liberio et Sigismundo Dominatio v. supra p. 187.

Ci sarà grato intendere qualche cosa d' Oybin se sene fara qualche buono essito: daremo auiso al Padre seli pare chesi procuri dispensa per poter conuertire la chiesa et casa di Santo Bartholomeo in casa di probatione: sepur' li parerà à sua Paternità che detta casa di probatione si facci piu presto in Praga che in Vienna sopra la qual cosa anche segli scriuira toccando le ragioni che mouino V. Reuerentia aquesto disegno, et lei anche potra scriuergliene se uorra à Francia cosi di questo come d' altre cose importanti.

C' è stato grato intendere che in Praga s' erano riceuuti alcuni nella Compagnia et che si speraua di riceuerne qualche altro specialmente se quelli fossero buoni soggetti, de quali c' è carestia se si risguarda la molta messe. Quanto al chiamar il dottor Lamberto[a] [1] per Jspruch V. Reuerentia sappia che N. Padre Generale auanti che di Roma partisse lo disegno per Rettor et predicator di Moguntia et cosi per ordine suo s' è scritto al Padre Euerardo[2] chelo ritenga per questo effetto . si che per adeso non uedo si possa far altro di lui. Quà etiam non c' è niuno che si potessi mandare per predicare in Moguntia. Per doue[b] partiran di qua alcuni questo Settembre et altri si pigliaranno di Fiandra per dar principio al collegio come lo desidera l' Arciuescouo[3].

Gratum nobis feceritis, si qua ratione nos edocueritis, num res oibinenses ad bonum aliquem exitum perducturi sitis; ex patre nostro quaeremus, num dispensatio petenda sit, qua ecclesiam et domum sancti Bartholomaei in probationis domum convertere liceat; si modo domus illa probationis Pragae potius quam Vindobonae instituenda esse paternitati suae visa erit; ac de ista quoque re ipsi scribemus et, quibus rationibus reverentia vestra ad consilium istud capiendum moveatur, significabimus; reverentia vestra et ipsa, si volet, tam de ista re quam de aliis rebus gravibus litteras in Galliam ad eum dabit.

Gratum nobis erat intellegere Pragae et aliquot in Societatem admissos esse et spem vobis esse fore, ut aliquot alii admitterentur; id quod maxime gratum erit, si isti valde idonei erunt; quorum quidem in tam ampla messe magna est penuria. Quod ad doctorem Lambertum[1] Oenipontem vocandum attinet, sciat reverentia vestra, patrem nostrum praepositum generalem, antequam Roma discederet, ipsum rectorem et contionatorem moguntinum designasse; itaque eiusdem iussu patri Everardo[2] scripsimus, ut eius rei gratia ipsum secum retineret: quare in praesens aliud de ipso fieri posse non video. Neque hic quidem quisquam est, qui Moguntiam ad contionandum mitti possit. Quo, ut archiepiscopi[3] desiderio satisfiat, aliquot hinc proximo mense Septembri proficiscentur, alii ex Flandria destinabuntur ad collegium illud incohandum.

---

[a] L' amberto *ap.* [b] per Doue *ap.*

---

[1] Auer.

[2] Mercuriano, praeposito provinciali Germaniae inferioris; cuius provinciae pars novum collegium moguntinum futurum erat. *Polancus* Lainii nomine Parisiis 18. Septembris 1561 Madridio *scripsit: „Ha fatto bene V. R. de scriuer al Padre d. canisio. che il d. Lamberto era destinato per Moguntia, et in effecto non si puo promettere per adesso, per il collegio nouo d' ispruck, ne per altra parte“ (ex autographo, quod est Romae in archivo regni italici, „Arch. dei Gesuiti. Lettere 1548 —1575“). [3] Is erat Daniel Brendel a Homburg.

Quelli tre ò quattro che lei dice si possono mandare al collegio Germanico poi che tiene gia la licenza.

S' è ottenuta da sua Santità una lettera per la Maiestà del Jmperatore per la quale li raccomanda in genere la compagnia[a] rimettendosi però a quel che in particulare li dira a bocca il Reuerendissimo Delphino[1] et d' altro canto scriue il Jllustrissimo Cardinal Borromeo al Nuntio che facci quelli ufficij con sua Maestà in nome di sua Santità che dalli nostri li seranno detti[2] secondo che V. Reuerentia potrà uedere nelle copie di dette lettere che si mandano qui alligate . Dette lettere con sue copie furno mandate hoggi son .15. di al Padre Vittoria accio che tratti quel negocio di Napoli (del qual penso sia V. Reuerentia informato) del miglior modo che gli parera[3]. Quella anchora non lasci di aiutare in quel che potrà detto Padre Vittoria al quale se è piu particularmente scritto di questa materia.

Tres quattuorve illos, de quibus R. V. scripsit, in collegium germanicum mittere licet, quandoquidem R. V. eam facultatem iam accepit.

A sanctitate sua litteras impetravimus, quibus ipsa maiestati caesareae Societatis res commendat universas monens, singula reverendissimum Delphinum coram ipsi propositurum esse[1]; atque ex altera parte reverendissimus cardinalis Borromaeus nuntio isti scribit, ut iis in rebus, quae a nostris ei significatae erunt, apud maiestatem suam sanctitatis suae nomine operam interponat[2]. Id quod reverentia vestra ex litterarum illarum exemplis, quae huic epistulae adiuncta mittimus, cognoscet. Quae litterae cum suis apographis ante hos 15 dies patri Victoriae missae sunt, ut ipse neapolitanum illud negotium (de quo reverentiam vestram certiorem factam esse puto), ut optime fieri posse censeret, tractaret[3]. Nec reverentia quidem vestra patrem illum Victoriam, quantum fieri poterit, iuvare omittet; cui ea de re magis singulatim scriptum est.

---

[a] *VV. sqq. usque ad* Delphino *incl. a libr. in marg. addita sunt.*

---

[1] Has Pii IV. litteras, 8. Augusti 1561 datas, vide infra, monum. 408.

[2] Ex iis, quae proxime sequuntur, intellegitur, S. Carolum Borromaeum, Pii IV. nepotem, haec scripsisse vel in litteris illis Roma 9. Augusti 1561 ad Delphinum datis, quarum pars exstat apud *Steinherz* l. c. I, 290—291, vel in alteris, eodem fere tempore ea de re seorsim ad Delphinum datis.

[3] Ex variis *Victoriae* epistulis, maxime ex iis, quas is 1. Februarii et 17. Maii 1561 ad Lainium dedit (Cod. „G. Ep. II" f. 11. 44[a]), haec fere — res mihi quidem haud ita clara est — colligo: Ferdinandus I. bellorum contra Turcas etc. gerendorum gratia a ditissimis quibusdam regni neapolitani hominibus religiosis magnam pecuniam, reditu, quem ipse in eodem regno habebat, oppignerato, mutuatus erat. Quem reditum Victoria a Ferdinando summo pontifici in gratiam pii cuiusdam instituti (de quo vide Ribadeneirae litteras 25. Septembris 1561 ad Canisium datas) cedi cupiebat ita, ut hic pro summa sua bonorum ecclesiasticorum administrandorum potestate Ferdinandum et haec et similia debita solvendi onere liberaret, Ferdinandus autem nuntios apostolicos cum regnorum suorum praelatis, maxime religiosis, agere sineret, ut ipsi ad pia quaedam instituta (collegium vindobonense? pauperum studiosorum contubernium?) iuvanda modicam quisque pecuniam conferrent.

Quanto alla dispusitione che lei scriue esserci in Bilsna di far li un collegio[1] mi pare che V. Reuerentia doueria informarsi bene del modo che ci sara di sustentar la gente et del resto senza prometter cosa certa et doppoi scriuere à N. Padre come anche di quà seli potrà scriuere. Questo ben posso io dirli, che non manca desiderio alla compagnia di aiutar la Alemagna et tanto più, questa parte di Bohemia doue mostra V. Reuerentia tanto buona speranza della conuersione degli Hussite col mezzo di detto collegio.

Quì ua una lettera pel Padre Jo: Rethio[2] alquale V. Reuerentia de gratia la facci drizare a buon ricapito, perche seli dice che rimetta il uiatico per quelli che di quà andaranno à Moguntia per mezzo di mastro Christoforo Velzer di Augusta nelli Olgiati[3], poi che quà non si troua facilmente chi dia a cambio. Non mi estendo in altro se non in raccomandarci tutti molto nelle orationi di V. Reuerentia etc. Di Roma li .23. d' Agosto 1561.

Nota: Canisius rescripsit 6. Septembris 1561.

Quod R. V. Pilsnensium animos ad collegium instituendum bene dispositos esse scribit[1], reverentiam vestram, quomodo homines nostri ibi sustentari possint, et reliqua diligenter, nulla tamen re certa promissa, cognoscere et deinde patri nostro scribere debere censeo, sicut etiam hinc ei scribi poterit. Atque hoc equidem R. V. affirmare possum, Societatem desiderio non carere Germaniae atque imprimis huius Bohemiae partis adiuvandae, ubi Hussitarum collegii illius opera ad ecclesiam reducendorum tam bonam esse spem R. V. significavit.

Mitto epistulam patri Ioanni Rethio destinatam[2]; quam reverentia vestra diligenter, quaeso, ad ipsum perferendam curet; scribitur enim ei, ut viaticum nostris hinc Moguntiam profecturis necessarium remittat ad Christophorum Velserum augustanum cum mandato, ut is illud ab Olgiatis nobis curet reddendum[3]; neque enim hic facile, qui pecuniam per syngrapham credat, invenitur. Nec plura dico, nisi ut nos omnes vehementer commendem sacris precibus reverentiae vestrae etc. Roma 23. Augusti 1561.

585.

P. DAVID ECKIUS S. J.

CANISIO.

Monachio (?) exeunte m. Augusto 1561.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 2. inscr. et pars sig.), a Canisio Romam misso. Cod. „G. Ep. II“ f. 244.

Rogat, ut, quoniam in Societate, in qua numquam firmus constiterit, manere non possit, Eckii cancellarii arbitrio permittatur.

---

[1] Vide supra p. 181—183. 185.

[2] Is Moguntiae res novo collegio necessarias parabat (*Hansen* l. c. p. 399. 407).

[3] Christophorus Welser eiusque socii Augustae, Olgiati (Olciati) Romae argentariam faciebant.

†

Salutem in Domino JESV etc.

Voluit Reuerenda tua paternitas ante suum hinc [1] discessum per literas doceri, quid nam in posterum essem acturus, quo aliquid certi ipsamet intelligere atque Superioribus significare posset . Rem itaque oratione meditationeque diuersa perpendens, plane uidi me salua religione et tranquilla mente amplius in Societate uel studere uel perseuerare non posse, Licet saepius me in ea perseueraturum proposuerim, nunquam tamen ita pure ita constanter uocationem hanc uel imprimere uel alta mente reponere potui. Ne igitur maius inde oriatur scandalum, atque adeo cum corporis et animae meae detrimento maximo, obnixe rogo atque apud T. Reuerendam Paternitatem contendo (cui salutem meam animo esse noui optime) uti me Magnifico Domino meo et amico Cancellario [2] liberum linquat, cui in omnibus et singulis morem geram lubentissime, Polliceor praeterea, Deo duce, Societati omnem tutelam, atque fauorem perpetuum. Jllud etiam me monet et mouet maxime (relictis causis alijs) quo amplius ad uos uenire non queam, ne uidelicet secundo resiliam, tunc sane nec in uestrum nec in Cancellarij conspectum progredi auderem, quid uero inde periculi proueniret, melius Reuerende Domine D. Canisj pro tua singulari prudentia quam ego nosti atque intelligis . Vale feliciter atque me tibi hac in causa commendatissimum habe.

T. R. P.

Dauid Wang [a] [?] Echius.

Si hic responsum commode habere non potuero, conueniam T. Reuerendam Paternitatem Augustae, cum illi uidebitur.

Reuerendo domino D. Canisio ad manus proprias.

Epistulam, quam Eckius Ulma 21. Augusti 1561 ad Canisium dedit, cum his litteris conferenti facile patet, illam his priorem esse. Si quis autem cum iisdem litteris contulerit, quae Canisius Augusta 6. Septembris 1561 Lainio scripsit: [P. Eckius] „Collegium deseruit Viennense, deinde ad amicos, postremo ad me profectus est": eas ante 6. Septembris datas esse intelleget. Ex quarum primis verbis et inscriptione conicio, ipsas exeunte m. Augusto in collegium monacense ad Canisium ibidem versantem (vide infra p. 202) ab Eckio, in eadem urbe ac fortasse in domo Simonis Thaddaei Eckii cancellarii, avunculi sui, tunc degente, missas esse.

---

[a] Wanger? Waug?

---

[1] Monachio, ut videtur; vide, quae sub epistulam ipsam dicuntur.

[2] Simoni Thaddaeo Eckio; vide supra p. 195.

586.

P. HURTADUS PEREZ S. J.

nomine Canisii

P. CHRISTOPHORO MADRIDIO S. J.,

Lainii praepositi generalis vicario.

Augusta Vindelicorum 30. Augusti 1561.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 2. inscr. et reliquiae sigilli). Cod. „G. Ep. II." f. 116.

„Visitatio" collegii monacensis. Fructus augustani. Litterae quadrimestres. Socii Vindobonae pestilentia infecti. Canisius a Coloniensibus Socios petit. Collegium oenipontanum.

†

Pax Christi nobiscum Molto Riuerendo in Christo Padre.

Hieri è tornato nostro Padre Prouinciale del Collegio di Monico de far la visita [1], doue le cose restano bene per la gratia del signore . nostro Padre non ha riceuuto letere di Roma dopo quelle de .12. del passato, et cosi non occorre tropo che scriuere. Le cose qui van bene sempre per l' Jddio gratia nelle confessionj et prediche.

Mandamo gia qui .4.[a] quadrimestri de Vienna del quadrimestre passato [2]. intendiamo ch' à Vienna è la peste, et delli nostri son alcunj stato infermj. ma per gratia del signore convallono . et vltimamente intendemmo ch' il Padre Vittoria anche fusse molto[b] infermo, V. r. si degnj far raccomandarlo al signore col Collegio tutto; et anche al Padre Theodoro Peltano, che hier si partite di qua per Colonia, per procurar et pregar ci diano alcuna gente per questa

---

† Pax Christi nobiscum. Admodum reverende in Christo pater.

Heri pater noster praepositus provincialis huc ex collegio monacensi, visitatione peracta, rediit [1]. Ubi res domino iuvante in bono statu manent. Cum pater noster litteras romanas post eas, quae die 12. mensis superioris datae erant, non acceperit, haud ita multa occurrunt, quae scribamus. Res hic semper bene procedunt Deo nos iuvante in confessionibus et contionibus.

Modo quaternas mittimus litteras quadrimestres collegii vindobonensis ad superius illud tempus quadrimestre spectantes [2]. Audimus Vindobonae pestem esse et aliquot e nostris aegrotasse, sed iam domino iuvante convalescere; ac novissime audivimus, patrem quoque Victoriam valde aegrotum esse. Quem cum toto ipsius collegio R. V. dignetur domino commendandum curare; atque etiam patrem Theodorum Peltanum, qui heri hinc ad Colonienses profectus est, ut eos ad homines

---

[a] *Correctum (Canisii manu, ut videtur) ex* .6.
[b] *Vocabulum Canisii, ut videtur, manu insertum.*

---

[1] De hac visitatione vide infra p. 206—207 et monum. 306.
[2] Canisius has litteras, quae m. Maio Romam mitti debuerant, emendaverat et transcribendas curaverat; vide infra, monum. 379.

prouincia [1]. non altro, se non che nostro Padre et noi ci raccomandiamo nelle oratione de v. r. et tutti Padri et fratelli Romanj . gia pensamo che il Padre Carolo [2] sara à eneponto, o appresso, per che partir douea circa il .20. di questo. Augustae 30. Augusti 1561.

Per comissione de nostro Padre

figliolo de V. r. nel signore
Hurtado.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre il Padre Doctor Christofo Madrid della Compagnia di Jesu à Roma.

---

aliquot huic nostrae provinciae dandos precibus permoveret [1]. Neque aliud dicam nisi et patrem nostrum et nos R. V. atque omnium patrum fratrumque romanorum orationibus nos commendare. Iam patrem Carolum [2] Oeniponte vel in vicinia esse existimamus; nam sub diem 20. huius mensis eo proficisci iussus erat. Augusta 30. Augusti 1561.

Iussu patris nostri R. V. filius in domino
Hurtadus.

† Admodum reverendo in Christo patri, patri doctori Christophoro Madridio Societatis Iesu, Romae.

587.

CANISIUS

P. FRANCISCO PALMIO S. J.,

rectori collegii bononiensis [3].

Monachio vel Augusta Vindelicorum sub exeuntem m. Augustum 1561.

Ex *Palmii* epistula archetypa. Cod. „Epistolae Italiae 1561. 2." f. 218[a].

Philippum Eduardum et Octavianum Secundum Fuggeros, Bononiae litteris operam daturos, atque adulescentem in collegium germanicum proficiscentem ei commendat.

P. Franciscus Palmius S. J., collegii bononiensis rector, Bononia 10. Octobris 1561 Romam ad Salmeronem, Societatis vicarium generalem, haec, praeter alia, scripsit: „Jl mercordi passato [4] gionsero qua certi Todeschi racomandatimi dal Padre Canisio che sono delli Fuccari [5] et jn compagnia loro ui era vn certo adamo vn altro christophoro che ueniuano per il Collegio Germanico [6]. al detto Adamo deti cinque scudi d' oro che mi disse mancarli per il uiaggio et questo per ordine del Padre Canisio, Jo non so se sua Reuerentia hauera ordinato che siano

---

[1] Cf. infra, monum. 307. [2] Grim.

[3] De hoc vide, quae sub ipsas has litteras dicentur. [4] 8. Octobris.

[5] Philippum Eduardum et Octavianum Secundum, Georgii II. Fuggeri et Ursulae de Lichtenstein filios, Bononiam, ut litteris studerent, tunc missos esse Palmii litterae sub 24. Aprilis 1562 ad Canisium datae ostendunt.

[6] Adam Wagner et Christophorus Rastperger; vide supra p. 192[5].

pagati alcuni dinari qua in Roma et caso che non fusse stato questo ordinato li scriuero la colligata accioche siano pagati costa, et di piu per vna lettera del Padre Vittoria che mi scrisse prestai ad vn conte Giouani Roydracen Polaco[1] *.7. scudi d' oro et homai sara l' anno et non ho piu jnteso parola di lui, onde scriuero anche sopra di questo al Padre Canisio et ordinero che questi denari si pagino anchor costi . . . . per Amor di Dio V. Reuerentia procuri di mandar queste lettere jncluse à chi uano che sono per riscoter detti denari che sarano boni da seruirsene jn questo nostro bisogno."*

Franciscus Palmius († 1585), Benedicti Palmii S. J. frater, multum meruit non solum de Societatis collegio, quod Bononiae inde ab eius ortu diu rexit, sed etiam de tota illa urbe atque etiam de universa dioecesi; hanc enim Gabrielis Paleotti cardinalis et archiepiscopi, qui eum magni faciebat, iussu saepius recognovit. Hunc virum eximiae tradunt caritatis fuisse erga Socios hospites, qui plurimi et propter egestatem ad iter male instructi per Bononiam transibant (*Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars quinta. Tomus prior [Romae 1661], l. 5, n. 70). Palmio Salmeronis nomine P. *Franciscus Petrarcha* S. J. Roma 18. Octobris 1561 rescripsit: „Riceuemo quella di .V. R. di .10. del presente con altre lettere per Alemagna et per Biglion allequali si procurara de dargli buon recapito, oltro che di qua anche si scriuera à detti luoghi accio che .V. R. tanto prima riscuota quel ch' ha prestato" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Italia 1560. 1561. 1562" f. 240b).

588.

CANISIUS

P. ALPHONSO SALMERONI S. J.

aut

P. CHRISTOPHORO MADRIDIO S. J.,

Lainii praepositi generalis vicario[2].

Augusta Vindelicorum 6. Septembris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo vel apographo eiusdem temporis in cod. „E. C. I" f. 124a—125b (n. 87) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B) quod sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem vel archetypo vel apographo, verborum tamen scriptione ad usum nostrae aetatis accommodata, exscriptum et ab eodem recognitum est.

Epistula usus et *Kröss* l. c. p. 138.

Collegium moguntinum. P. Auer. Commendoni legatio septentrionalis. Archiepiscopatus moguntini status. Collegium oenipontanum. P. Victoria in se nimis rigidus. Collegia pragense et vindobonense. P. Hurtadus. Negotium neapolitanum. Collegium germanicum. Collegii monacensis rector, nova sedes, bibliotheca. Alberti V. ducis favor. Socii Colonia et ex Hispania mittendi. P. Eckius Societatis desertor. Litterae quadrimestres et indicae. Concilium.

---

[1] Stanislai Rosdracevii (Rozdrażewski) S. J. (de quo vide *Can.* Epp. II, 649[4]) frater erat; vide infra, Canisii litteras sub medium m. Decembrem 1561 Palmio missas. [2] Vide supra p. 177.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende Pater.

Accepi 23 mensis Augusti datas. Moguntiam[a] cito mittemus adiunctas. quando autem maioribus ita uisum est, ut D. Lambertus[1] nobis ereptus Moguntini Collegij Rectorem et concionatorem agat, fiat uoluntas Dominj[2]. Vereor ne moleste ferat Caesar hanc illius translationem. Nihil accepimus de Patris huius ex Dania reditu[b]. nunc ille scribit Lubeca[c], se factum in[d] naui claudum, longam superesse profectionem in Daniam, swetiam, de reditu uero se nihil constituere posse. Narrat insuper multa et uaria pericula in quibus uersatur Legatus, ut pro illis merito sit rogandus nobis Dominus[3]. Minus autem gratus Archiepiscopo et Moguntinis erit aduentus nostrorum, nisi adsit aut potius praecesserit concionator, quem illic expectant plurimum: sed de his monebit rectius M. Rhetius, ad quem ego quoque scribam. Tarde satis illuc uenient nostrj, si expectant uiaticum. Indiget haec ciuitas doctis et constantibus uiris quorum sane operam Archiepiscopus[4] inprimis requirit, ad suam ditionem et latissimam et corruptissimam restituendam.

De Collegio OEnipontano scripsi alias quid Caesar sequenti vere fieri uelit, et spero P. Praepositum illi Reipub. a qua permulta pendent, idoneos aliquot operarios donaturum esse.

Conualuit, ni fallor[e], D. Victoria ex egritudine[f], sed nunc in febrim relapsum esse cognouimus. qui est nimium rigidus sibi, et sedendo somnum capere dicitur. Vnde scripsi Viennam, curatorem ut haberet corporis. Vrget adhuc negotium de pertrahendo ex Praga D. Paulo[5] Sibique Viennae substituendo. Sed antea monuj consilium hoc D. Lanoyo et mihi minime probarj, maleque consuleremus nunc

---

[a] Moguntian *A.*
[b] *VV. sqq. usque ad* Minus autem *excl. in archetypi marg. ascripta sunt.*
[c] *Ita in B a Bo. recte correctum est ex* Laus boca. *A:* las̃ beca.
[d] ni *A.* [e] Conualuit, infallor *A.*
[f] *7 vv. sqq. in archetypi marg. ascripta sunt.*

---

[1] Auer; vide supra p. 198. [2] Act. 21, 14.
[3] *Auer* Lubeca 14. Iulii 1561 Lainio de infirmitate illa *scripserat: „Jl sino di oceano appresso Dodraco in Holandia, mi non ha trattato bene, perche in litto mi fece male alla gamba manca, che ancora non sono guarito sono gia tre settimane.“ Et de periculis: „Ne sono periculj moltj in queste partj, tanto dellj hereticj li qualj non curano dio ne huominj, quanto anche dellj asassinj et caualierj . . Il mare in suetia e tropo terribile et periculoso, Ne hauiamo pur di esperimentare 4, o, 5 volte“ (ex autographo). Ac *Commendonus* nuntius Lubeca 1. Augusti 1561 ad cardinalem Borromaeum scripsit: Eam urbem non tam a senatu, quam a contionatoribus lutheranis regi; hos autem fere omnes apostatas et furore plenos esse atque e suggestibus contra pontificis legatum tonare (*Miscellanea* di storia italiana VI, 21). Ceterum vide supra p. 183—184.
[4] Daniel Brendel. [5] Hoffaeo rectore.

primum emergenti Collegio Pragensj hoc sublato Rectore qui multis modis in Bohemia necessarius uidetur[a]. Oramus ut consolationem accipiat Collegium Viennense ex quo .3. breuj fugisse nuntiatur[b] [?][1] nec habent sane ministros sibi necessarios, ad numerosum illum, sed imbecillem gregem rite gubernandum.

Est apud me M. Hurtadus, nec parum illius opera iuuor[c], in rebus Collegiorum constituendis. Si tamen is uideretur Viennensi Collegio posse prodesse, quoniam egent uiris istiusmodi, non recusarem illum dare, modo P. Praepositi literis uelut ad Rectoris Viennensis postulationem illuc euocetur atque mittatur. Jd enim ut fiat, illius ingenio magis conuenire arbitror.

Quod ad causam pecuniariam apud Neapolitanos attinet, non satis illam compertam habeo: efficiet autem proculdubio D. Victoria, ut non frustra scripserit ad Caesarem Pontifex nostros commendando. Si quid ego ad rem promouendam possum adferre, non negligam Christo duce.

Tres nunc missi sunt ad Germanicum Collegium e Monachio, quartus hinc proficiscetur ualde pius adolescens, qui ad studia[d] superioribus annis intermissa redit auide[2]. Veniet cum hoc ipso Puer amici doctoris filius, quem Pater suis alendum sumptibus curabit in eodem Collegio fauente huc[e] ut spero, R. V.[3].

Hebdomada superiore Collegium Monachiense uisitauimus[f][4], neque sine fructu quorundam praesertim P. Martini[5] et P. Dyrsij, quos Dei gratia reddidimus tranquilliores, et qui meliora nobis promiserunt. Confirmet illos Dominus in[g] Proposito sancto. Rector[6] utilem ualde operam praestat huic Collegio, licet non parum subinde patiatur. Extruxit a fundamentis domum ingentem, parauit Bibliothecam non uulgarem, ac rem omnem sic instruxit, ut nostris nihil[h] deesse uideatur. Quare commodius nostri uiuunt Monachij quam Jngolstadij. Fauet

[a] *VV. sqq. usque ad* Est apud me *excl. in archetypi marg. ascripta sunt.*
[b] *Ita A;* nuntiantur *B.* [c] uiuor *arch.* [d] stadia *A.*
[e] *Ita AB; A similiter in Canisii epistula 29. Sept. 1561 ad Rethium data:* huc fauentibus*; huc = ad hoc?*
[f] insitauimus *A.* [g] ni *A.* [h] inhil *A.*

[1] Duos ex his novicios fuisse ex *Victoriae* litteris 30. Augusti 1561 Romam missis patet (Cod. „G. Ep. II" f. 56[b]). Tertium fortasse Eckium dicit; de quo supra p. 196. [2] Conradus Trausser? Vide supra p. 192[5].

[3] Augustano huic adulescenti nomen Everardo (Vehlin?) fuisse neque ante a. 1562 eum in collegium receptum esse ex Canisii litteris a. 1563 Romam missis aliqua ratione conicere licet.

[4] Canisium, postquam 24. Augusti, quae dies dominica simulque S. Bartholomaeo sacra erat, in cathedrali ecclesia augustana pro muneris officio contionatus est, Monachium petisse puto; 29. Augusti Augustam rediit; vide supra p. 202.

[5] Stevordiani. De hoc et de P. Ioanne Dyrsio cf. infra, monum. 307.

[6] P. Theodoricus Canisius.

interim Princeps [1] nostrorum conatibus, apud quem de collegijs Bauaricis dotandis agere constituimus. De reliquis ipse Rector Monachiensis admonebit suis literis, quem ad finem huius mensis in professorum huius societatis numerum cooptabimus si Dominus ita uoluerit. Misimus interim Coloniam P. Theodorum Peltanum, ut fratribus aliquot comitatus ad nos redeat et hanc ingentem personarum (qua laboramus) penuriam subleuet. Expectamus praeterea benedictionem [2], quam nobis promittere uisus est P. Natalis, missurus, sed utinam breui, Hispanicam coloniam [3]. Postridie quam discessimus Vienna clam discessit e Collegio nostro P. Dauid [4], ac nunc primum huc uenit, ut liberatus uotorum uinculis suae libertati relinquatur. Ego nullam uideo causam grauem adferrj cur absoluj debeat, quem utinam permouere possemus ad Romanam profectionem [5]. Eget sane diuina gratia, ut rectius norit seipsum, utque non respiciat retro [6] quemadmodum caepit. Oremus pro illo patrem misericordiarum [7], et pro Joanne Jtalo [8] ad carthusianum institutum plus satis anhelante.

Peto mihi ueniam darj quod in scribendis quadrimestribus [9] paulo tardius agamus. Gratia Dominj sit nobiscum per sacrificia et preces R. T. Patrum etiam fratrumque omnium.

Nosse cupimus aliquid de aduentu, aut reditu potius P. Prepositi et P. Natalis, quos quidem speramus rebus probe confectis breui, duce Christo, redituros esse. Et miramur tam diu nihil [a] adferrj de rebus Jndicis. Dormire uidetur synodus Tridentina, quam hic boni impatienter expectant. Dominus Ecclesiam [b] suam reformare dignetur. Dominus Jesvs nobiscum. Augustae 6. septembris 1561.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

†

Al molto Reuerendo Padre D. Alfonso Salmerone, o, D. Madrid. vice Praeposito Generale della Compagnia di JESV etc.

Jn Roma.

Salmeron Canisio rescripsit Roma 25. Septembris 1561.

---

[a] inhil *A.* [b] Ecelesiam *A.*

---

[1] Albertus V. [2] Gen. 33, 11. 1 Reg. 30, 26 etc.

[3] Vide supra p. 172. [4] Eckius.

[5] Canisius hanc eodem die Eckio persuasisse videtur; vide epistulam proximam.

[6] Luc. 9, 62. [7] 2 Cor. 1, 3.

[8] „Joannes Anthonius Gnerus [Gnecus?] Brixiensis Jtalus 20 annorum, duob: iam annis in Societate partim in Jtalia partim Viennae Austriae uixit, communibus toto eo ferme tempore exercitijs ac domesticis officijs deditus, studuit tamen interim nonnihil": *Catalogus* vindobonensis sub m. Augustum 1559 conscriptus (Cod. „G. C. 67" p. 313).

[9] Domus S. J. augustanae.

589.

CANISIUS

IACOBO LAINIO,

praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 6. Septembris 1561.

Ex apographo recenti, quod ex autographo, in cod. „E. C. I" f. 126 (n. 88) posito exscriptum est.

P. David Eckius ad Canisium venit, petens, ut votis solveretur. Canisius eum in viam revocare frustra conatus, tandem, ut Romam iret, ei persuasit. Rogat igitur Socios, ut eum et ipsius et Simonis Thaddaei Eckii, eius avunculi, gratia, optime tractent.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende Pater.

Venit isthuc frater noster Dauid [1] sacerdos, qui tentatione victus Collegium deseruit Viennense, deinde ad amicos, postremo [a] ad me profectus est. poterat vtilis admodum esse nostris, quem ego in postrema visitatione confessarium principalem in templo feceram. Sed ut modo fatetur, non satis firmus in vocatione fuit, et desperauit se posse assequi, quantum scopus instituti huius exigit. Displicebant et quaedam in P. Rectore [2], molestae erant occupationes nonnullae spirituales, latebat et male sibi conscius animus: quemadmodum literae illius [b] indicant quas alias misimus [3]. Ego primum illi ob oculos posui, quam inconsiderate et periculose fecisset, a patribus fratribusque sine grauiore causa discedendo . ut hinc scandalum attulerit [c] infirmis, et uelut piscis extra aquam esse coeperit in foueam ipsam [d] incidens cum cogitat de uita liberiore [e] ineunda. Deinde cum explicassem illi causas discessus, quas adferebat, non tanti esse momenti, persuasi tandem cum in viam plane reuocare non possem errantem, vt Romano tribunali se sisteret, cum Praeposito generali acturus, meum non esse talia [f] votorum vincula soluere, et libertatem dare ad saecularem statum redeundi [4].

Hoc consilium idcirco [g] caepi, vt ab amicis et patria abstractus ad priorem gratiam et vocationem facilius redeat, præsertim adiutus

[a] postrenio *ap.* [b] *In archetypo sequitur* adiunctae, *oblitteratum.*
[c] altulerit *ap.* [d] ipsum *ap.* [e] biberiore *ap.* [f] salia *ap.* [g] idcicro *ap.*

[1] Eckius; vide supra p. 194—196. 201. [2] Ioanne de Victoria.
[3] Vide supra p. 194. 200.
[4] Eckius simplicia vota scholasticorum S. J. nuncupaverat; vide supra p. 195. „La autoridad de despedir sera . . . del Prepósito General en todo lo demás fuera de lo que toca á su persona. De los otros de la Compañía tanto participa de la autoritad cada uno, cuanto de la cabeza le es comunicado . . . Declárese á los despedidos, que quedan libres de los votos simples" : *S. Ignatius,* Constitutiones Societatis Iesu P. 2, c. 1, n. 2; c. 4, n. 3 (Constit. latinae et hispanicae p. 71. 79).

nostrorum consilijs et opera Romae . Deinde habet auunculum D. Cancellarium Bauariae [1], qui de nostris bene meretur, et qui ualde sollicitus est pro hoc suo nepote, quem veretur in desperationem prolapsurum, sibi suisque ignominiosum quoque futurum, nisj a votis absoluatur. Non ostendit sane animum redeundi, neque ingenium habet aut doctrinam, aut dotes singulares.

Promisi autem me pro illo acturum sedulo apud R. T. ut tractetur comiter, nec dubitandum esse dixi, quin sit impetraturus quae ad maiorem Dei gloriam et salutem animae pertinere uiderentur. Haec summa est negotij. Sentiat quaeso et ipse, et D. Cancellarius fidem illi seruatam esse, nostrosque Romae tali aegroto non defuisse [a], quicquid tandem de illo definietur. Vixit antea Romae et non paucis est cognitus [b]. Dominus errantes oues restituat ouili, nosque gubernet ad suam gloriam. Commendamus nos R. T. et fratrum omnium precibus in Christo JESv Domino nostro. Augustae 6 Septembris 1561.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

†

Admodum Reuerendo in Christo patri M. Iacobo Laynez preposito generali Societatis JESV, patri colendiss. Romae.

Canisium has litteras non per tabellarium Romam misisse (sicut litteras superiores), sed ipsi Eckio tradidisse eodem perferendas, haud obscure significatur eiusdem Canisii litteris 13. Septembris 1561 Romam missis. Qui quia Lainium Romam „brevi rediturum esse" sperabat (vide supra p. 207), ipsi, non Salmeroni vicario, has litteras inscripsisse videtur, ita tamen, ut, si Lainius Roma abesset, vicario eas aperire liceret. Ceterum vide, quae inscriptioni litterarum 11. Octobris 1561 a Lanoio Canisii iussu Romam missarum adnotabuntur; haec enim, partim saltem, de hac quoque inscriptione dicenda esse videntur.

590.

CANISIUS

P. IOANNI RETHIO S. J.,

gymnasii trium coronarum coloniensis regenti [2].

Augusta Vindelicorum 9. Septembris 1561.

Ex archetypo (2°; 1 p.; in p. 2. inscr. et pars sig.), quod P. *Guilielmus Elderen* S. J., Canisio dictante, scripsisse videtur; Canisius ipse nomen subscripsit. Cod. colon. „Epp. ad Reth." f. 131.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 146.

---

[a] defrisse *ap.* [b] cognitas *ap.*

---

[1] Simonem Thaddaeum Eckium.

[2] Hic tunc Moguntiae res parabat collegio, quod Daniel Brendel archiepiscopus et elector proxime ibi instituturus erat, necessarias; vide supra p. 200 [2].

De Sociis Moguntiam mittendis, eorum viatico, rectore etc. De P. Lamberto Auer et de iuvene Andrea Stör. Se a Coloniensibus Socios expetere. De collegio oenipontano. Qui libri scholastici adhibeantur. De concilio et de Vicelio.

†

Pax christi nobiscum Reuerende Pater.

Quantum ex Romanis literis intelligimus, mitti statim postulant uiaticum, quo uenturi fratres egent, et reuera mittendi tempus est. Respondi ego nostrorum aduentum minus gratum fore non praesente simul concionatore. Is quod miror, constitutus est D. Lambertus [1] Concionator simul et Rector futurus Collegij. Qui postremus ad me Lubeca scripsit, nihil certi de suo reditu promittens, imo etiam timens de longiore et periculis plena profectione danica. Videat ergo R. T. satisne sit nostros uenire, quamdiu de aduentu D. Lamberti constare non potest, qui praeterea grauiter ex pede laborauit. Sin illum breui adfuturum nostis, bene habet, et operepretium uidetur statim nostros aduolare, quos equidem optarim, ut etiam scripsi, doctos et in uocatione sua probatos idoneosque operarios mitti in hanc uineam, quae utinam minus laboret.

Andreas [2] tuas ad me dedit commendatitias, qui nunc domi famulum agit, cum aliam Augustae conditionem reperire non posset. Si quid nosti de illo quod mea scire intersit, perscribe.

Transijt isthac P. Theodorus peltanus ut opinor, quem extrudere Coloniam sumus coacti, ut collegiorum nostrorum inopiam quoad personas attinet, subleuaremus. Accedit alia necessitas ob instituendum breui Collegium Oenipontanum, cui destinatus erat concionator D. Lambertus, hunc abripiunt nobis Moguntini, nec est Romae quisquam, qui possit illius supplere locum. Sed res nostras diuinae prouidentiae commendamus. I l l i enim c u r a d e n o b i s [3].

Gratum nobis erit officium, si huc mittantur libri inferioribus classibus inseruientes [4]. Iamdiu meditamur eosdem authores et libros in schola nostra proponere, sed hactenus desunt, qui satisfacere uideantur. Igitur ad tempus utimur Despauterio [5], principijs grammaticae [6], Ma-

[1] Auer.

[2] Stor vel Stör; vide quae de eo Canisii epistulae 29. Septembris 1561 ad Rethium datae adnotabuntur. [3] Sap. 6, 8. 1 Petr. 5, 7.

[4] Qui libri eo tempore in Societatis gymnasio coloniensi adhibiti sint, exponit *Bernh. Duhr* S. J.: „Mitteilungen der Gesellschaft für deutsche Erziehungs- und Schulgeschichte", herausgegeben von *K. Kehrbach*, 8. Jahrg. (Berlin 1898), p. 132—134.

[5] Ioannis van Pauteren († sub 1525), e „Fratribus vitae communis", flandri, commentarii grammatici (de syntaxi, de etymologia etc.) eo tempore multum quidem usurpabantur, sed non paucis displicebant; cf. *Can.* Epp. II, 680[1].

[6] Ipso hoc anno 1561 „Principia Grammatices", ab Hannibale Codretto S. J. conscripta et a Canisio a. 1556 Ingolstadii edita, Dilingae in lucem emissa sunt; vide infra, monum. 388.

cropedio de arte Epistolari[1] et catone[2]. Quas nostri Coloniae Ciceronis Epistolas selegerunt, libenter accipiemus[3].

De Concilio nihil noui, quieta utcunque Germania. Scriberem ad Archiepiscopum[4] si opus esset. Salutem ex me D. Vicelio[5] et amicis alijs. Gratia Christi nobiscum per omnia. Augustae postridie Natiuitatis Diuae Virginis 1561. Commendamus nos R. T. precibus et sacrificijs.

Seruus in domino P. Canisius.

† Reuerendo in Christo Patri Magistro Joanni Rhetio Coloniensi societatis JESv Theologo, nunc agenti in aula Reuerendissimi Archiepiscopi Moguntini. Moguntiae.

Rethius huic inscriptioni adnotavit: „Rescripsi".

591.

P. LEONARDUS KESSEL S. J.,

collegii coloniensis rector,

CANISIO.

Colonia 11. Septembris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis, ab ipso *Kesselio* scripto et sic inscripto: „ad p. Canisium". Cod. colon. „Kess." in a. 1561 f. 31.

Duos Socios in Germaniam superiorem mittit. Reineri Fabri (Fabricii) virtus. Socii Colonia alio missi. Spes novorum collegiorum condendorum. Coloniensis collegii status.

Reuerende in Christo pater.

Mittimus R. V. duos confratres M. Reinerum Fabrum, et Henricum Culinarium nostrum[6], M. Reinerus hoc anno promotus est Magister artium, sua modestia et alacritate, diligentiaque in studijs

---

[1] Georgii van Langhveldt († 1558), brabantii (ex Gemert orti), e „Fratribus vitae communis", qui scholis buscoducensi, leodiensi, ultraiectensi praefuerat compluresque libros grammaticos, dramaticos, theologicos conscripserat, „Epistolica . . . quae nihilominus quicquid ad prima Rhetorices elementa attinet, breuibus praeceptis plane complectitur", primum a. 1543 Antverpiae edita esse fertur; a. 1564 cum titulo „Methodus De Conscribendis Epistolis" etc. Dilingae excusa est (*J. N. Paquot,* Mémoires pour servir à l'Histoire Littéraire des dix-sept Provinces des Pays-Bas II [Louvain 1768]. 611—613. *Bibliotheca* Belgica. Bibliographie générale des Pays-Bas. Première série. T. XVIII [Gand-La Haye 1880—1890] M. 80. M. 87).

[2] Latinis sententiis sive „praeceptis moralibus" incerti auctoris, quae Catonis nomen prae se ferunt; vide *Can.* Epp. I, 558[5].

[3] Socii colonienses (P. Ioannes Rethius?) iam ante a. 1558 „Selectarum Epistolarum Ciceronis libros 3" edidisse videntur (*Hansen* l. c. p. 304[5]. 484).

[4] Danielem Brendel.

[5] Georgius Vicelius (Witzel) „senior" (de quo vide *Can.* Epp. I, 588[3]) tunc Moguntiae habitabat (*F. Falk,* Zu Witzel's Monographie, in „Katholik" 71. Jahrg. I [Mainz 1891], 136).

[6] De his duobus vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

omnes suos confratres non parum edificabat, in sua vocatione firmus est, naturam habet tractabilem, non opus est dura admonitione. In omnibus eum promptum ac obedientem inuenimus, videtur accommodus ad linguam germanicam, Coloniensem linguam enim intelligere videtur.

Alter in Culina apud nos sese exercuit, nec aliud desiderat, quam in laboribus Culinarijs se Christo Domino consecrare in nostra Societate. In praesentiarum non potuimus plures mittere, vt pater Theodoricus Peltanus[a] [?] latius dicere poterit. Nam Maguntinense Collegium tres praeceptores ex Coloniensi Collegio accepit, Treuerensibus etiam tres aut 4 Magistri missi sunt, Tornacenses[b] [?] etiam aliquid a nobis acceperunt, iam breui ibi fauente Domino expectatur Collegium, Cardinalis Atrebatensis[1] et Leodiensis Episcopus[2], breui sua etiam statuerunt erigere Collegia.

Ex literis Doctoris Dionisij reliqua R. V. intelliget[3], omnes in Domino valemus, studiosorum et fratrum numerus hic Dei gratia augetur. Archiepiscopus[4] noster eorum quae aliquoties nobis promisit, nihil adhuc praestitit, Senatui cogimur hoc anno numerare 100 daler.[5]

confratres nostri a Conuictoribus omnino separati sunt, iam viuunt Societatis more, quos commendo R. V., et omnium patrum sanctis sacrificijs cum toto Collegio, quotquot hic sunt patres et fratres R. V. in Domino salutatam cupiunt et p. gulhelmum[6] cum patre Dominico[7], quorum literas accepi.

Bene valeat R. V. in Domino.

Raptim Colonie 11 Septembris — —.

Epistulam hanc a. 1561 datam esse, et ex rebus, quas continet (cf. infra p. 234), et ex eo intellegitur, quod in codice nostro eius exemplum inter litteras huius anni exstat. Quam Colonia ad Canisium attulerunt „Reinerus Faber" et „Henricus". Ac „Reinerus Faber Leodiensis" 17. Ianuarii 1559 in matriculam universitatis coloniensis relatus erat (*Hansen* l. c. p. 361. 775. 777). Atque hic idem est ac „Reinerus Fabricius Leodiensis" ille, de quo in * *Catalogo* collegii monacensis sub 1. Ianuarii 1565 conscripto notatum est, eum 4. Iunii 1559 Societatem ingressum, „venisse eodem tempore statim" ac iam Monachii rhetoricen tradere (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 376[b]). Is a. 1567 a Canisio cum Sancto Stanislao Kostka Romam missus (*Urb. Ubaldini* S. J., Vita et miracula S. Stanislai Kostkae, in „Analectis Bollandianis" XI [Bruxelles 1892], 444), postea in Germaniam rediit in eaque litterarum atque humanitatis scientia claruit (*Agricola* l. c. I. Dec. 5, n. 263. *Pachtler* l. c. II, 482). De Henrico autem haec inveni: „Adiutores coci.

[a] *Sic legendum videtur vocabulum hoc obscure scriptum; vide supra p. 210.*
[b] *Vel* Louanienses*; obscure scriptum. In utraque civitate collegium parabatur.*

[1] Antonius de Granvella, episcopus atrebatensis (Arras).
[2] Robertus de Bergis.
[3] Hae P. Henrici Dionysii S. J. litterae iam non videntur exstare.
[4] Ioannes Gebhardus a Mansfeld.
[5] Pro aedibus gymnasii trium coronarum Societati locatis; vide supra p. 66[3].
[6] Elderen. [7] Mengino.

Henricus Hollanus Lovaniensis totus simplex" etc. Ita P. *Leonardus Kessel* in catalogo collegii coloniensis 8. Augusti 1560 scripto; in aliis catalogis Henricus ille „Holland." „Hollant" vocatur (*Hansen* l. c. p. 363. 776. 778).

592.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.[1]

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 13. Septembris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Augusta Padre Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 22[b].

Collegia moguntinum et vindobonense. P. Salmeron Romam advenit.

Epistulam adiunctam R. V. Moguntiam ad P. Rethium mittat. Socii Moguntiam destinati hinc proficiscentur 15. Septembris.

Vindobona scripsit P. Adamus [Höler, collegii minister], se ob P. Victoriae aegrotationem et aliorum discessum auxilio indigere; quem ad R. V. remittimus.

Non resta altro che dir in questa senon che tutti ci raccomandiamo molto nelle orationi[a] di V: Reuerentia et specialmente il Padre maestro salmeron il quale è uenuto di Napoli giouedi passato[2] sano Dio laudato, cui gratia sia con tutti accio intendiamo et adempiamo sua santissima uolontà. Di Roma li .13. di Settembre 1561.

Epistulam [etc., ut supra].

Vindobona [etc., ut supra].

Neque aliud iam est, quod in his litteris dicam, nisi ut omnes reverentiae vestrae sacris precibus magnopere nos commendemus, singulariter autem pater magister Salmeron, qui Neapoli superiore die Iovis[2] huc advenit sanus, Deo sint laudes; cuius gratia cum omnibus sit, ut sanctissimam ipsius voluntatem et intellegamus et exsequamur. Roma 13. Septembris 1561.

Nota: In codice quidem, quo usus sum, his litteris, a quo mandatu Salmeronis vicarii scriptae essent, adnotatum non est; valde verisimile tamen est, et in his, et in compluribus aliis, quae sequentur, scribendis adhibitam esse operam Socii illius, qui in catalogo professae „Domus Societatis" romanae m. Maio a. 1561 composito vocatur: „P. Franciscus Petrarcha Italus" (*Sommervogel*, Les Jésuites etc. f. B 2[a]). Hunc enim a. 1561, 1562, 1563 Romae adiutorem quendam sive vicarium secretarii et procuratoris Societatis (utrumque munus Polancus tenebat) egisse ex variis monumentis eruitur; ut ex Canisii litteris 21. Decembris 1561 ad eundem Petrarcham datis; et P. *Ioannes de Victoria* S. J. P. Christophoro Madrid S. J. Tyrnavia 30. Iulii 1561: „Hoggi ho riceuuto lettere di M. Francesco Petrarcha in nome di .V. R. doue posso colligere . . che .V. R. restaua in loco di Nostro padre,

---

[a] oroni *ap.*

---

[1] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicuntur. [2] 11. Septembris.

il qualle, e, partito (ex *autographo. Cod. „G. Epp. II“ f. 303[b]). Idem Petrarcha Roma 30. Maii 1562 mandatu Salmeronis vicarii generalis eiusque consiliariorum ad P. Leonardum Kessel, collegii coloniensis rectorem, de variis Societatis negotiis scripsit (*Hansen* l. c. p. 424). Ac *Polancus* Lainii iussu Tridento 12. Octobris 1562 Romam ad P. Christophorum Madrid scripsit: „che seli dessi aiuto al Padre Francesco Petrarcha si nel scriuer, come anche nelli conti etc.“ (ex epistulae summa brevi, eodem fere tempore scripta. Cod. „V. P. 62“ f. 20[b]).

593.

CANISIUS

ALPHONSO SALMERONI,

Societatis Iesu vicario generali.

Augusta Vindelicorum 13. Septembris 1561.

Ex autographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus“ etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I“, f. 127 et sq. non sign. (n. 89), posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem archetypo, scriptione ad nostrae aetatis usum accommodata, partim transcriptum et postea ab altero librario ex eodem suppletum est.

P. Eckius aliique Societatis desertores. Collegia vindobonense, pragense, tyrnaviense, oenipontanum, ingolstadiense. Canisius se Tridenti, quo cardinalis Augustanus ipsum mittere velit, nihil praestare posse censet. Consiliarii oenipontani doctrina excellunt.

†

Pax Christi nobiscum admodum Reuerende Pater

Ex Vrbe nihil accepimus. quadrimestres aliquot mittimus, et cum his quaedam scripta P. Dauidis [1], quem scripsi ex Viennensi Collegio fugisse, et nunc a nobis animo satis alieno esse. Promisit tamen se isthuc profecturum, ut a votis absoluatur. Credo illum non syncere hactenus inter nostros et cum nostris ambulasse, sicut suo ipse scripto satis indicat. Si ueniet Romam, literas nostras offeret, quibus illius causam explico.

Scribit Rector Viennensis [2] post illum Dauidem duos aut tres fugisse alios; quae res haud dubie magis affligit Rectoris animum alioquin satis aegritudine impeditum. Vrget idem negotium, ut adiungamus illi ministrum aut successorem potius in Rectoratu. Verum id neutiquam conuenire uidetur, praesertim hoc tempore, quo Caesar abit Pragam, et quo instituendum est per viennenses Collegium tyrnauiense, quod et ipsum quoque non parum laborat. Dominus hanc nostrorum imbecillitatem abundanti gratia sua supplere ac [a] superare dignetur.

---

[a] *Ita B;* at *A.*

---

[1] Eckii; vide supra p. 196. 208. [2] P. Ioannes de Victoria.

Scripsit ad me Jllustrissimus Dominus Cardinalis Augustanus uelut in[a] animo habeat mea uti opera Tridenti, quod ego sane, si recusare liceret, lubens recusarem, cum satis intelligam, in illo Doctorum coetu me parum aut nihil potius posse praestare. Quod si abeundum esset, non parua erit habenda cura de inueniendo successore in hac[b] Augustana Cathedra, quem Cardinalis idem ex nostris surrogarj uellet.

Proficiscar Christo duce Jngolstadium, ut hoc quoque Collegium uisitetur, unde utinam P. Carolo[1] darj famulus posset OEniponti. Hic enim ille uersatur ad collegij nouj res instituendas, sicut proxime scriptum arbitror. Cogitemus quaeso in tempore de uno atque altero theologo bene perito, qui ad aestatem illuc mitti possit conuenienter, ob insignem doctorum, qui ibi iudicijs praesunt, eruditionem[2]. Nobis desunt fere Theologi, quorum in his Collegijs satis utilis opera uideatur. Conmendamus nos interim R. T. ac fratrum omnium precibus in Christo, qui suam nobis gratiam ad omne[c] opus bonum[3] augeat, ut ipsi uere placeamus. Augustae 13 Septembris .1561.

Seruus in Christo Petrus Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre mio, il Padre Maestro Jacomo Laynez Praeposito Generale della Compagnia di JESV. etc. Jn Roma.

Etsi hae litterae Lainio — qui 1. Iulii 1561 Roma in Galliam profectus erat (vide supra p. 177[1]) — inscriptae sunt, proxime tamen et primo loco P. Alphonso Salmeroni, qui Romae eius vicarium agere iussus erat (vide supra p. 177), destinatae sunt; id quod ex iis, quae inscriptioni epistulae a P. Lanoio Canisii iussu 11. Octobris 1561 Romam missae adnotabuntur, facile intellegetur.

Salmeronis nomine P. Petrus de Ribadeneira ad has litteras rescripsit Roma 25. Septembris 1561.

594.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.[4]

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 15. Septembris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Augusta Padre Dottor Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 23[a].

Socii complures, collegio Moguntiae incohando destinati, Augustam ad Canisium mittuntur. Qui eorum profectionem ulteriorem adiuvare iubetur.

[a] ni *A*. [b] hoc *A*. [c] amne *A*.

[1] Grim.
[2] „Regimen" dicit et „cameram" Austriae superioris; vide supra p. 165. 169.
[3] 2 Tim. 2, 21; 3, 17. Tit. 3, 1. [4] Vide supra p. 213—214.

Li portatori di questa lettera saranno li nostri fratelli, Padre Pietro Borgognone[1], Padre Arnoldo Concho, et Bartholomeo Siciliano, Vito Bohemo, et Pietro Fiamengo; li quali si mandano per dar principio al collegio di Moguntia insieme con altri che si cauano di Colonia, ò d' altra parte di Fiandra. Di quà è stato scritto al prouincial della bassa Alemagna[2] che auisase .V. Reuerentia se questi cinque doueuano passar dritto a Moguntia, ò più presto andar aritrouar gl' altri destinati[a], in Colonia ò in altra parte, accio che tutti insieme andassero à Moguntia . Et speriamo che all' arriuar loro in Augusta hauera V. Reuerentia riceuuto tal auiso dal padre Euerardo, ò Padre Jo: Rethio . Quella adunque l' indrizara in quello luogo che li sara stato auisato : et se non hauesse riceuuto tal auiso lei consideri di là qual parera meglio, et quello ordini à detti Padri et fratelli : et se alcuna cosa bisognase loro aggiongere per uiatico (il quale pero in Jtalia gli è stato dato compitamente) V. Reuerentia li facci dar quel tanto li parera esser necessario, che di qua segli faranno buoni. Non mi estendo in altro . senon in dire chel Padre maestro Salmeron con tutti questi altri padri et fratelli ci raccomandiamo molto nelle orationi di V. Reuerentia et de gl' altri nostri fratelli charissimi. Di Roma li .15. di settembre .1561.

Has litteras secum afferent fratres nostri, pater Petrus Burgundus[1], pater Arnoldus Conchus, Bartholomaeus Siculus, Vitus Bohemus, Petrus flander, qui istuc mittuntur, ut collegium moguntinum una cum aliis, qui Colonia vel ex altera Flandriae parte extrahentur, incohent. Hinc autem praeposito provinciali Germaniae inferioris[2] scriptum est, ut reverentiam vestram certiorem redderet, utrum hos quinque recta Moguntiam ire an cum ceteris eodem destinatis Coloniam vel alio oporteret convenire, ut omnes simul Moguntiam irent. Ac speramus fore, ut, antequam ipsi Augustam adveniant, reverentia vestra a patre Everardo vel a patre Ioanne Rethio id edoceatur. Ipsa igitur in locum designatum eos mittet; de quo si forte edocta non erit, ipsa istic, quid optimum esse videatur, expendet, atque hoc patres illos fratresque facere iubebit; et si quid forte ad eorum viaticum (quod tamen in Italia eis traditum est integrum) addi oportebit, reverentia vestra, quantum ipsi visum erit necessarium, iis daudum curabit; id quod vobis acceptum referemus. Nec plura scribam, nisi ut dicam patrem magistrum Salmeronem cum omnibus hisce patribus fratribusque reliquis reverentiae vestrae et reliquorum fratrum nostrorum carissimorum orationibus magnopere se commendare. Roma 15. Septembris 1561.

Nota: Cur a P. Francisco Petrarcha has litteras scriptas esse coniciam, vide supra p. 213—214.

De iis, qui has litteras ad Canisium secum attulerunt, quique ex primis collegii moguntini Sociis fuerunt, haec iuverit notasse: P. „Petrum Burgundum" superiore anno (1560/61) in collegio romano tertiae classi grammatices praefuisse ex * *Litteris romanis,* 15. Septembris 1561 Moguntiam missis intellegitur (ex apographo

[a] desti destinati *ap.*

[1] De hoc et de eius sociis vide, quae post ipsas has litteras dicentur.
[2] P. Everardo Mercuriano.

eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 23; cf. *Sommervogel*, Les Jésuites de Rome etc. f. C b); in collegio treverensi m. Maio 1563 „lector classis syntaxeos", in moguntino exeunte a. 1567 „professor linguae graecae" et „confessarius scholasticorum externorum", exeunte a. 1569 „lector casuum conscientiae, et linguae graecae in classe rhetorices" fuit, ut ex * *Catalogis* iisdem temporibus scriptis Romamque missis patet (Cod. „G. C. 67" p. 116. 69. 73); *Sommervogel*, ubi de eius scriptis agit (Bibl. II, 40—41; VIII, 1894), eum „Pierre Bourguignon" vocat, atque a. 1522 Gerardimonte (Grammont in Belgio) natum, a. 1559 in Societatem admissum, a. 1598 Treveris mortuum esse scribit. — „Arnoldus Conchus" (Conchius) flander (de quo vide *Can.* Epp. II, 530 [2]), ut in * *Litteris romanis*, quas modo dixi, refertur, et Romae et aliis locis rhetoricen tradiderat; ac P. *Lambertus Auer* S. J., collegii moguntini rector, paulo post Romam * scripsit, eum „praefectum studiorum, Lectorem catechismi, 1ae classis Magistrum" futurum (ex autographo. Cod. „G. C. 67" p. 136). — „Bartholomaeum Siculum", cui gentilicium nomen „ab Angelo" erat (vide infra, monum. 277), in rhetorica ac litteris graecis „et nell' arte versificatoria" versatum esse in iisdem illis * *Litteris romanis* asseritur. — Ex *quibus* etiam cognoscitur, „Vitum Bohemum" iuvenem propter infirmam valetudinem Roma in Germaniam missum esse; qui „Vitus pistor pragensis 4ae [classis] praefectus" in * Catalogo quodam moguntino, cui annus ascriptus non est, a *Lamberto Auer* rectore vocatur (Cod. „G. C. 67" p. 142); nescio autem, num is idem sit ac Vitus ille, de quo in * *Cathalogo* Boemorum" Sociorum Romae degentium, ibidem ineunte m. Decembri 1557 scripto, notatum est: „Vitus Sebastiani Pragensis . annos natus 17 . Jngressus est societatem 1557 . audiuit grammaticam" (Cod. „G. C. 67" p. 386). — De „Petro Flandro" in * *Litteris romanis*, quas supra dixi, scribitur: „È un giouane Fiamengo molto modesto et anche mediocremente dotto : il quale haueua adesso finite le sue prime probationi con satisfatione. Ma perche questa aere non seli confa con la sua natura trattandolo male, si manda con gl' altri à Moguntia"; qui a P. *Lamberto Auer* in * Catalogo moguntino, quem proxime dixi, „Petrus Loppersum Frisius" appellatur; aliunde autem constat, Petrum Loppersium (Lopperum) Moguntiae a. 1571 Societatis vota sollemnia nuncupasse (*Hansen* l. c. p. 601), Fuldae primum collegii rectorem fuisse ac de ea regione egregie meruisse (*Sommervogel*, Bibl. IV, 1962. *Hansen* l. c. p. 671. 691. *Aug. Theiner*, Annales Ecclesiastici III [Romae 1856] in a. 1584 n. 46. *G. J. Komp*, Die zweite Schule Fulda's und das päpstliche Seminar [Fulda 1877] p. 15—32).

Hi igitur Socii epistulam hanc Augustae 18. Octobris 1561 tradiderunt Canisio. Qui eos usque ad 20. Octobris secum retinuit et liberalissime tractavit; vide infra, monum. 234. 277.

595.

P. ADAM HÖLLER S. J. [1],

collegii vindobonensis „minister",

CANISIO.

Vindobona 16. Septembris 1561.

Ex autographo (2°; 2 pp.; in p. 2. etiam inscr. et partes sig.), cuius inscriptioni Canisius ascripsit: „Minister Viennensis collegij de Rectore." Cod. „G. Epp. II" f. 75.

---

[1] Adamum Höller (Höler, Heller) vindobonensem (de quo *Can.* Epp. II, 596 [2]. 643. 659, et supra p. 37. 45. 57) 25. Maii 1561 Vindobonae primum sacrum obtulisse in * *Litteris* annuis collegii vindobonensis 1. Septembris 1561 datis asseritur (Cod.

„Ministri" officio a Canisio sibi imposito vix ita satisfacere potest, ut Victoriae rectori probetur. Qui, licet ceteroquin prudens rerumque providus sit, fratres severius habet. Disputatio tyrnaviensis. Ferdinandi caesaris liberalitas.

Jhesus.

Pax christi.

Admodum in Christo Reuerende P. Licet paucis ante diebus scripserim .R. V. nunc autem me cogit anxietas nimia et dolor continuus anjmae meae[a] scribere quae hic aguntur, et certe liberari non ualeo nisi hac in re .R. V. mihi consulat aut hac in re ordinem faciat quid facere debeam aut possim.

Nouit Reuerentia V. quod dum me huic[b] oneri (Ministerio dico) praeficeret[c] aperuisse[d] difficultates meas .R. V. et denique me nullo pacto aptum ad tale offitium [esse dixi][e] quod nunc clare uideo quia nihil facere possum aut certe parum quod Reuerendo patri nostro[1] placeat. Dixi tandem . me libentissime facturum omnia (et in posterum faciam) quaecunque potero, et quaecunque sanctissima obedientia iniunxerit. Proposui etiam Reuerendi Patris nostrj infirmitates quibus sepius commoueri solet (nunc uero maxime). Ego uero facile turbor . nec mirum cum tot sint ei negotia peragenda in tam diuersis locis . Jn fine ni fallor .R. V. hanc mihi potestatem dedit quod facultatem dare possim bibendi illis quj potissimum indigent[2]. id tamen cum discretione, quod quidem hactenus feci. Nunc uero altera die quae erat 15[f] Septembris exhortationem habuit ad fratres (praecedebant aliae exhortationes alijs diebus vt quicunque haberent aliquam facultatem uel a proujnciali uel ab alijs ei significarent)[3] qua admonuit

---

[a] maee *autogr.* [b] *Sequitur* operi, *ab H. oblitteratum.*

[c] Ministerio dico praeficeret *aut.* [d] *Sic; sed scribendum erat* aperui.

[e] *Haec vel similia supplenda esse res ipsa ostendit.*

[f] 5 *Höll.; at tota epistula et maxime prima et extrema eius verba ostendunt, eum* 15 *scribere vel voluisse vel debuisse.*

„G. Ep. II" f. 64[a]). Quem Canisius praepositus provincialis, cum mensibus Iunio et Iulio a. 1561 idem collegium visitaret, collegii „ministrum" sive, ut in iisdem litteris scribitur, „Vicerectorem" constituerat; cf. supra p. 196.

[1] Ioanni de Victoria, collegii vindobonensis rectori.

[2] „Vt consulatur ualetudini, nemo extra consueta tempora absque facultate bibet": Ita olim *Regula communis 6.* (Cod. „Scripta B. P. Can. X. K." f. 69[a]). Quae postea inter easdem regulas 16. loco posita et sic mutata est: „Ut consulatur valetudini, nemo extra consueta tempora bibat, nec extra Domum cibum sumat, absque facultate Superioris" (*Institutum* S. J. III, 10—11). „Tempora consueta, quorum mentionem facit regula, sunt solitae refectionis tempora: prandij, coenae, et coenulae seu collationis vespertinae, vt Theologi loquuntur, diebus ieiuniorum atque abstinentiae": Ita quidem olim *Iul. Nigronius* S. J., Regvlae commvnes Societatis Jesv Commentarijs Asceticis illustratae. Ed. 3 (Coloniae Agrippinae 1617) p. 324.

[3] Ipse *Lainius* praepositus generalis a. 1560 pronuntiaverat: Rectores Sociis sibi subditis facultatum a praeposito generali vel provinciali acceptarum usum vel restringere vel tollere posse (*Can.* Epp. II, 733).

omnes, vt nullus (haec quasi verba fuerunt) quisquis fuerit bibat foris absque mea[1] facultate siue sint amici, siue parentes, siue alij familiares nostrj. Si autem contingeret uobis dari a me facultas[a] foris prandendi nullus bibat aliud quam aquam. Caeterum domi nostrae nullus bibat aut comedat praeter prandium et coenam sine expressa mea sola facultate . addidit . sub poena inobedientiae, si quis transgressus fuerit[2]. quae quidem verba me plurimum angustiarunt, malo enim millies mori quam contra obedientiam quid agere. Multi ex his verbis commoti sunt ex fratribus, et non quidem mihi . sed alijs dicebant . video bene quod hic minister non sit aliud praeterquam seruus Collegij (quod vtinam bene essem). Jnsuper dicebant . Antequam peterem a P. Rectore quid potius sitim ac famem patiar ad mortem usque . Haec eo dixerim non ut putem : eum ignorare quid faciat qui tam prudenter omnia agit . sed quod nunc plurimum dubius[b] [?] sim quid facere debeam . R. V. uoluit ut curem ne quid fratribus desit, hic prohibet. Jnterim fratres turbantur et plurimum affliguntur et facile hinc tentarj possunt . potissimum ego hoc pacto turbor nouisque tentationibus agitor (sed gratia diujna contra vocationem nunquam, tota mea tentatio est ne offendam Deum ita tractando fratres)[c]. Si facio secundum mentem .Reuerentiae v. omnjno ujdeo quod contra uoluntatem suam faciam aut certe non admodum ei placet, si illj obtempero . quod hactenus facere debuj et fecj . timeo ut dixi ne fratribus quid desit et facilius in tentationem cadant . Quid igitur faciam aliud praeterquam me submitendo uoluntati Reuerentiae V. et toti sanctissime societati, faciant mecum quodcunque uolunt; licet nunc plurimum tenter cur non studeam[3]: et alia similia (quae merae[d] sunt ostentationis) faciam, sed gratia diuina non diu me uexare solent tentationes tales cogitando omnia esse studere quae obedientia praecipit licet quasi indies ueniant et nonnunquam fortius et denique vt totum cor meum .Reuerentiae V. aperiam nunquam puto me ita afflictum fuisse ut nunc. Jdcirco rogo Reuerentiam V. tanquam patrem meum primarium vt hac in re consilium mihi det. Si paciendum est Jn nomine dulcissimi JESVS libentissime suffero, spero enim quod semel liberabor solutus de hoc corpore putrido.

---

[a] *Ab H. ipso correctum ex* facultatem.
[b] *Vel* in dubio*; H. ipse scripsit* indubius*; id quod certe corrigendum est.*
[c] fratres. *aut.* [d] mera *aut.*

---

[1] I. e. Victoriae rectoris.
[2] Fortasse Victoria significare volebat, se „in virtute oboedientiae“ sive „vi voti“ ea praecipere, ita ut, qui praeceptum violasset, non solum erratum quoddam perfectioni virtutis oboedientiae contrarium commisisse, sed ipsum oboedientiae religiosae votum laesisse censeretur.
[3] Hollerus litterarum studia nondum absolverat; cf. *Can.* Epp. II, 596. 643 ad 644. 659.

Nunquam ita mutatum uidi hunc patrem Rectorem quam diu hic sum. praeter hos dies post infirmitatem suam.

Alterum est quod plurimum suo consilio vina corrumpantur. Vult enim vt quantum Vinj exponjtur tantum aquae reponatur . quod certe haec Vina Germanjca non paciuntur vt Jtalica et nunc primum hoc pacto Vinum Vngaricum quoddam corruptum fuit . Nihil dicam de templo quod post discessum .Reuerentiae .V. ita relinquitur . Dicere enjm solet facite quod uultis (si quando quid deest:) pecunijs vtar ad fabricam [1], iam enjm facultatem habeo a Romanis [2], hinc omnino puto quod vix vllum alium ponet in templo praeter Bernhardum [3]. nisi .Reuerentia V. aliud ordinet. Dicere enim solet . Jlle sufficiet pro duobus nec alium dabo nisi aliunde mitatur . Jacobus [4] breui recedet. Aecclesia relinquetur cum Bernhardo, iussit enim vt Jacobus eum in omnibus jnstruat, Corporalia facere doceat sed omnia (spero) non sine iuditio ipsius fiunt. Certe non aliud video nisi quod Deus singulariter me probare uult tot tribulationibus. Sit nomen dominj benedictum [5]. Jam Hotschoa male agit officium suum . ego patior cur non videam omnia. Jnfirmatus nunc is . sed credo quod conualescet. Jn domo res non bene succedunt, ego patior . Jn Typographia et alijs similiter. Det mihi quaeso .Reuerentia V. consilium hac in re vt utrique satis facere possim uel ut melius dicam instituto nostro . toties enim inquit : Quod Regulae Rectorum bene duriora exigunt fieri a fratribus etc . haec omnia Reuerende pater eo dicta sunt non ut accusare uellem patrem ita utilem huic Collegio quj tam ordinate cuncta disponit sed potius vt .Reuerentia V. mihi paucis signjficare uelit quid mihi faciendum erit. omnia sufferam ex animo cum bono Job [6] etiamsi adhuc plura obuenirent. Non enim coronabitur nisi qui legitime certauerit [7]. Sit nomen domjni benedictum [8].

Mittimus conclusiones Tyrnaujensium [9]. Reuerentia V. uideat . vt tandem remitti possint. Omnia haec scripsi tum propter angustias

---

[1] I. e. ad aedificandum. [2] A Lainio vel eius vicario.

[3] Brandt; de quo vide *Can.* Epp. II, 583 [2].

[4] Secler (Seckler); de quo P. *Carolus Grim* in * Catalogo vindobonensi m. Augusto 1561 scripto: „In ornatu . . templi cuj praeest atque alijs officijs pietatis, ad quae propensus uehementer fertur, non parum . . ualet. . . . Nouit etiam pileos Romano more bene parare, aliosque eandem docere artem, viribus corporis gaudet honestis et venustate“ (ex autographo Romam misso. Cod. „G. C. 67“ p. 317).

[5] Ps. 112, 2; 71, 17 etc. [6] Cf. Job 1, 21. 22; 2, 10 etc.

[7] 2 Tim. 2, 5. [8] Vide supra adn. 5 huius pag.

[9] Canisio hae conclusiones sive theses proponebantur recognoscendae et approbandae. Paulo post „in principio scholarum per triduum in sacello Sclauorum disputatum est in contrarias partes de theologia et philosophia, audiente Olaho [archiepiscopo strigoniensi], episcopo Transsiluaniae eodemque Nitriensi, Scopiensi item et collegio canonicorum“: *Steph. Katona,* Historia critica Regum Hungariae stirpis Austriacae XXIII (Budae 1799), 452.

in quibus positus sum . et merito deflere possum meam miseriam et peccata quae causa sunt omnjum istarum : tum etiam quia Reuerentia V. in discessu suo dixit ut quae fierent in hoc collegio scriptis Reuerentiam v. certiorem facerem . Plurimum me commendo .Reuerentiae V. Omnes fratres ac patres laus Deo bene habent. Jmpetrauit nunc Reuerendus P. Rector a .S. C. M. vinum pro Collegio et similia . Deus det nobis gratiam suam in omnibus actionibus nostris 16 Septembris 1561. Seruus Jndignus .Reuerentiae V.

Adamus Höller.

Jhesus. Reuerendo in christo P. D. Petro Canisio Sa[crae] Theologiae Doctori et Societatis J[ESV] per Germaniam ac Bohemia[m pro]uinciali etc. ad manus proprias Augustae.

Etsi haec epistula de rebus minutioribus est, integra hic posita est, quia ex epistulis a collegiorum „ministris" ad Canisium praepositum provincialem datis paucissimae supersunt. Atque, id quod et antea vidimus (supra p. 120 etc.), et postea videbimus, his quoque litteris illustratur: Canisio multas difficultates ortas esse ex Victoria, rectore vindobonensi. Qui vir, in se ipsum admodum severus (cf. supra p. 205), divinae gloriae et salutis animarum cupidissimus, Societatis quam maxime amans, cum Socios extra domum aliud atque aquam bibere, domi autem praeter prandium cenamque manducare quicquam aut bibere, nisi se consulto, vetaret, hoc certe spectabat, ut Socii ceteris temperantiae exemplum praeberent, idque ea quidem aetate in Germania valde necessarium; immoderato enim cum luxu convivia agi solebant (cf. *Janssen-Pastor* VIII, 218—221. 256—273). Attamen hanc eius severitatem fines prudentiae transisse negari vix potest; praesertim cum Socii vindobonenses — ipse Canisius id testatur; vide supra p. 52. 53 — adeo occupati essent, ut ipsorum valetudo periclitaretur. P. *Iulius Nigronius* S. J. genuensis († 1625), qui in Italia compluribus Societatis domibus praefuit, in libro de regulis communibus S. J., ipsi Claudio Aquavivae Societatis praeposito generali dedicato atque ab hoc approbato, hanc quasi regulam statuit: [Extra prandium et coenam] „solet coadiutoribus, qui propter laboriosa ministeria egent, nec non adolescentibus, aestate praesertim, atque ijs, qui lecturi sunt super mensam, matutinum praeberi ientaculum" (l. c. p. 324). In antiquissimo autem quodam *codice*, qui olim collegii S. J. monacensis erat, haec leguntur saeculo XVI. scripta atque, ut videntur, a praeposito provinciali vel visitatore probata: „De ientaculo. Praeceptores et Officiales, qui ordinarie laborant, et adolescentes usque ad .18. annum, et ualetudinarij et debiles possunt ientaculum sumere toto anno nisi sit ieiunium. Alij aestate possunt 3 aut 4. mensibus: alio tempore non sinantur sumere sicut fit in Collegio Romano, Jentaculum autem communiter est modicum panis et uini. Diebus, quibus fratres communicant nisi necessitas urgeat, non solet dari ientaculum. Nec maerenda solet in Societate unquam dari, nisi fratribus fabris murarijs, uel lignarijs etc. ubi tota die uersantur in labore" (Cod. „XV. A" f. 217[b]).

Quid Canisius Hollero rescripserit, ignoramus. Hoc tamen constat: Has eius litteras 12. Octobris 1561 ad supremos Societatis moderatores misit, significans, eum „iustas adferre querelas"; Victoriae „animum . . suis etiam duriorem esse Viennae"; „fratres, in victu praesertim, suauius atque commodius" ei „tractandos" esse. Quae litterae ubi ad *romanos Socios* perlatae sunt, hi Roma 25. Octobris 1561 Victoriam iterum — primum 18. Octobris id ei scripserant — certiorem reddiderunt, Lainium rectoris vindobonensis officium ab ipso (id quod ipse flagitaverat) in P. Paulum Hoffaeum transtulisse, simulque eum omnium rerum domesticarum collegii vindobonensis administrationem Hoffaeo tradere iusserunt (ex apographo huius * epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 27[a]).

596.

P. HURTADUS PEREZ S. J.

nomine Canisii

P. IOANNI RETHIO S. J.,

gymnasii trium coronarum coloniensis regenti, Moguntiae moranti.

Augusta Vindelicorum 19. Septembris 1561.

Ex apographo recenti, quod ex autographo (4°; 1 p.: in p. 2. inscr. et pars sig.), in cod. colon. „Epp. ad Reth." f. 132 posito exscriptum est.

Frater quidam scholasticus Canisio parum probatus in Germaniam inferiorem mittitur, ut adiuvetur. Praepositi generalis valetudo et negotium quoddam augustanum Deo commendanda.

Jhs

Pax Christi nobiscum R. P.

R. P. Canisius r. t. rogat, uti hunc fratrem M. Ogerium [1] Treuerim versus dirigat cum aliqua bona societate, cum ipse linguam nesciat, mittitur eo, ut ibi probetur, quum in hac nostra prouincia non se satis ad institutum societatis accommodarit . speramus autem ibi iuuari posse, eaque ratione mittitur . res tum tota in p. M. Leonardum [2] reijcitur, si nec illic satis aptus societati uideretur, ut ipse eum a uotis absolutum dimittere possit. t. r. quae ipsum nouit, poterit consilio etiam iuuare, quo pacto tractandus, quoque iuuandus sit. Nihil de his, qui ad istud Collegium uenturi sunt, intelleximus. Retulit quidam nobis, audisse Comi a P. Tarquinio [3] Patrem nostrum Generalem infirmari Ferrariae [4]. Qua de causa [a] [?] r. t. eum orationibus impensius commendamus, nosque omnes, quibus dominus suam gratiam augeat. amen. Augustae .19. Septemb. 1561.

Ex commissione p. n. Prouincialis.

r. t. in Christo seruus
Hurtadus.

Vna cosa di grande importanza sta fra le mane, accio habbi buon fine, nostro padre prega alcune messe, cioe tre, offerirse al signore da ognuno [5].

Res quaedam magni momenti nobis in manibus est. Quae ut prosperum exitum sortiatur, pater noster vos rogat, ut singuli missae sacrificia aliquot — tria dicit — domino offeratis [5].

---

[a] *Sic vel similiter haec vv. obscurius scripta legenda esse in ap. meo notatum est.*

---

[1] Davantianum; de quo plura sub ipsam hanc epistulam dicentur. [2] Kessel.

[3] Rainaldo, qui Comi (Como) Sociis praeerat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 5, n. 95).

[4] Inciderat quidem in febrim Lainius Ferrariae; at 7. Augusti iter gallicum repetere potuerat (*Sacchinus* l. c. n. 146. *Boero*, Lainez p. 231—232).

[5] De canonia S. Georgii augustana in Socios transferenda agebatur; qua de re plura postea dicentur.

† Reuerendo in Christo Patri Domino Joanni Rhetio de societate Jesu Moguntiae.

Has litteras Moguntiam ad Rethium secum attulit „Ogerius Davantianus Leodiensis" (d'Avant? Awans, pago prope Leodium sito, ortus?), gymnasii trium coronarum coloniensis discipulus (*Hansen* l. c. p. 317[3]. 347[1]), qui, ad Societatem singulari quadam ratione a Deo vocatus (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 4, n. 108. 109), eidem m. Martio 1560, 19 annos natus, Coloniae ascriptus erat (*Hansen* l. c. p. 347); proximo autem mense ad Canisium ire iussus (*Hansen* l. c. p. 350. *Can.* Epp. II, 636[1]) theologiae operam dabat in collegio vindobonensi, ut ex eiusdem * Catalogo a. 1560 a P. *Carolo Grim* S. J. scripto intellegitur (Cod. „G. C. 67" p. 332); unde m. Septembri 1561 a Victoria rectore Augustam ad Canisium missus est (vide infra p. 225); ex hoc ipso autem, quod Davantianus m. Martio a. 1560 in Societatem admissus erat, colligitur, eum hoc tempore non „votis scholasticorum", quae post biennium emittuntur et hominem efficiunt religiosum, sed „votis devotionis" tantum obstrictum fuisse; quae quidem maxime privata sunt et facilius solvi possunt; cf. *Can.* Epp. I, 653—654; attamen ille postea „disciplinae religiosae bonus cultor", ut ait *Reiffenberg* (l. c. I, 91), evasit; quem in collegio moguntino 23. Augusti 1564 obisse ex *„*Catalogo* Defunctorum" provinciae Rheni, saec. XVI. Romae scripto, colligitur (Cod. „Defuncti. 1557" f. non sign.).

597.

CANISIUS

ALPHONSO SALMERONI,

Societatis Iesu vicario generali.

Augusta Vindelicorum 21. Septembris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I", f. 128[a]—129[b] (n. 90), posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod, sub a. 1860 curante *Boero* — scriptione ad nostrae aetatis usum accommodata — ex archetypo transcriptum, postea cum eodem collatum est.

De canonicorum regularium monasterio Augustae Societati tradendo agi. Res provinciae cum „consultoribus" a se collatas esse. De collegii ingolstadiensis convictoribus, officialibus, magistris etc., collegio oenipontano, collegiis Bavariae dotandis, pauperum studiosorum contubernio. Victoriam rectorem vindobonensem nimios Socios eosque pannosos peregrinatum mittere atque ab officio abire velle. De collegio tyrnaviensi. De subsidiis collegio vindobonensi ferendis ac de duobos Sociis haud satis probatis.

†

Pax Christi nobiscum Admodum Reuerende in Christo Pater.

Nullas accepi literas ex Vrbe. Scripsit autem Cardinalis noster ad Canonicos, ut Monasterium quoddam Augustae ordinis [Canonicorum] regularium[a], cuius nunc prior obijt, et quod uix fratres duos

[a] ordinis regularium *A B. At plurimi sunt „ordines regularium". Quare omnino existimo, vel memoriae vel calami lapsu omissum esse vocabulum* Canonicorum; *vide infra, p. 224, adn. 1.*

retinet[1], ad usum collegij nostri applicaretur. Canonicj nobis fauere uelle uidentur[2]. De Senatu bene speramus, nec deerunt amicj et patroni, si ita sit opus. Magnum sane huic vrbi et toti regioni praesidium adferremus[a] [?], hoc si procedat institutum. Est locus quidem non procul a Ciuitatis porta, ac idcirco remotior; sed nihilo secius amplectenda uideretur occasio non solum hoc monasterium, sed etiam eius bona, quae simul offeruntur consequendi. Nihil dubitarem, quin paulatim reliqua Collegio necessaria in vrbe tam opulenta, multisque fauentibus duce Christo impetraremus. Ad Cardinalem nihil hac de re scripsi[3]. Oro maiorem in modum, ut cum Cardinale isthic agatur, egoque deinde monear de sententia R. T. ut sciam qua mihi ratione tractandum sit negotium, quod sane magni momenti esse iudico. Deus uertat in suam gloriam, et ad huius Reipub. utilitatem. Sacrificijs, et precibus multorum hic inprimis cupimus apud Deum adiuuarj.

Venio ad Collegium Jngolstadiense, quod his diebus uisitauj. Quid illic tractatum sit cum consultoribus P. Lanoyus perscribit[4]. Res Collegij sic satis recte procedunt, sed conuictores multi multum facessunt nostris negocij, ut expediret eos culinam a nostra omnino separatam habere, idque ut fieret monuj. Rector[5] in externis anxiam Martham agit[6], quem ego uellem circa spiritualia, et principalia Collegij magis uersari. Ministrum et subministrum nouum dedi, mutatis etiam alijs quibusdam ad officia domestica pertinentibus. Cogimur esse solliciti de Concionatore OEnipontano, quem ex Vrbe donarj, si fieri potest, cupimus maxime. Sin minus darj potest, M. Hermetem[7] Jngolstadio abstrahendum ducimus, modo in illius locum sufficiatur alter Professor logicae, quem aut Roma, uti speramus praebebit, aut Colonia restituto nobis M. Syluio[8]. Paramus nunc scriptum offerendum Principi Bauariae, ut Collegijs Bauaricis[9] addatur firma dotatio, et Collegium simul pauperum studiosorum. M. Hermes et M. Hen-

[a] *Ita A B; sed legere malim* adferemus.

[1] Die 18. Augusti 1561 obierat Iacobus Widenmann, praepositus canonicorum regularium ordinis S. Augustini ad S. Georgii. *Corb. Khamm* O. S. B. „quatuor Capitulares Canonicos Regulares“ in eo monasterio superfuisse affirmat (Hierarchia Augustana. P. III [Augustae 1719], p. 411). Cf. infra, monum. 278. 279.

[2] Maiorem capituli cathedralis partem ea in re Sociis non fauisse infra, monum. 278 videbimus.

[3] Cives igitur aliqui augustani, ut Fuggeri, Velseri, ea de re Romam ad Ottonem cardinalem scripsisse videntur.

[4] „Consultores provinciae“, ut dici solet, sive praepositi provincialis significari ex his Lanoii litteris, 18. Septembris 1561 datis (de quibus vide infra, monum. 290), intellegitur. Id munus tunc habebant patres Lanoius, Cuvillonius, Pisanus, qui omnes Ingolstadii degebant; cf. supra p. 51[1]. 152.

[5] P. Nicolaus Lanoius. [6] Cf. Luc. 10, 38—42.

[7] Halbpaur; cf. supra p. 54. 55. [8] Petro Silvio; vide supra p. 130. 157.

[9] Ingolstadiensi et monacensi.

ricus[1] creabuntur Baccalaurei theologiae[a]. hic graecas profitetur literas. Jlle non solum logicen docet, sed etiam concionatur. Sunt res Collegij solito quietiores, et doctores quoque tolerabiliores[2]. Jndigerent tamen D. Hermanno[3], qui plus duobus illis effecturus in Bauaria uideretur. Vtinam illius saltem loco surrogarj possit aliquis praesertim ad tractandos Germanos[b] maxime uero in poenitentiae sacramento. Expectamus Consolationem et opem a colonia illorum, quos P. Natalis ex hispanijs adducet.

Venerunt huc M. Ogerius[4], et Joannes Ortner[5] missi a Rectore Viennensi[6]. Malim autem ego missiones has ab illo rarius fierj, et non nisi post meum acceptum responsum. Deinde non placet Patribus et Doctoribus Jngolstadiensibus et Monachiensibus, nostros ita pannosos, per mediam mitti Germaniam[7], qui deinde ad aulas penetrant ut stipem emendicent. Quidam hoc imputant tenacitati Rectoris, nec putant necessarium saepe ita multos mittere, et nescio quam iusta de causa. Non ausim de his admonere Rectorem Viennensem. quem doleo in ministerio suo non conquiescere, sed potius ut promisit, tentare omnia, quo Rector esse desinat. Jngolstadij de hoc eius negotio egi cum Consultoribus, et facta precatione scripserunt ad illum singuli, ut consolarentur et confirmarent eius animum in hoc munere, quod magno cum fructu hucusque gessit. Jmponit forte plus onerum humeris suis, quam tollerare possit, cum tam multa et magna complectitur. Tyrnauiae[c] laborant non parum in primis principijs, ut nesciam, quando nostri commode sint Collegium inhabitaturj. Fugerunt Viennae nonnulli ut scriptum est. Abijt et M. Dauid[8] nunc profectus in Vrbem, sic alienus a nostris, ut nihil nisi solutionem uotorum sit isthic petiturus. De causa illius proxime scripsimus. Visum est autem haec Viennensi collegio subsidia praebere, ne rebus afflictis desimus, Primum quos in Bauariam missurj erant[d], eos ut retineant sibi monemus. De-

---

[a] theologia *A*. [b] *In archet. sequitur* praesertim, *oblitteratum.*
[c] Tyrnauia *A*; Tirnavia *B*. [d] orant *A*.

---

[1] Arboreus. De quo vide supra p. 37[5] et *Fr. S. Romstöck,* Die Jesuitennullen Prantl's an der Universität Ingolstadt und ihre Leidensgenossen (Eichstätt 1898) p. 19.

[2] PP. Ioannes Cuvillonius et Alphonsus Pisanus, theologiae in universitate professores; cf. supra p. 132. 173.

[3] Thyraeo; cf. supra p. 2[4]. 130. [4] Vide supra p. 222—223.

[5] Cf. supra p. 117[1]. [6] Victoria.

[7] P. *Theodoricus Canisius,* collegii monacensis rector, Monachio 2. Septembris 1561 de duobus Sociis Vindobona missis Victoriae *scripsit: „Hoc libere dicam, . . . grauissime et exteros praesertim Germanos, et nostros commouerj solere, quando tam misere mittuntur fratres, atque nuperrime missi sunt Paschalis et Gaspar. Quod si ex habitu quod societatis essent, aduerti non posset, leuius id ferrent. At nostros per Germaniam, vbi alioqui nos exhorrent, tam lacero et foedo [foetido?] schemate mittere, putant intolerabile" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „G. Ep. II." f. 324[a]). [8] Eckius.

inde P. Hurtadum dabimus, qui certe a Consilijs Rectorj esse poterit, et aliquam supplere partem curarum, quae in humeros P. Caroli [1] incumbebant. Nec deerit eidem occasio studia promouendi, licet ego sane inuitus illius praesentia destituar, qui multis in rebus Prouincialem iuuare posset. Sed quoniam Rector Viennensis haud dubie suas querelas [a] uarijs literis contexit [b] [?], statuet R. T. de toto negotio, quod in Domino uidebitur.

M. Ogerius et Joannes [c] Ortner culpas agnouerunt, et ex animo meliora promittere uisi sunt. Priorem igitur ad Treuirenses misi, ut probarent poenitentem; sin minus idoneus uideretur, ut uotis eundem absoluerent [2], Videtur alioqui non omnino malignus, licet in potu, loquacitate ac leuitate nonnunquam fratres offendat. Alterum quoque probandum dedimus Monachensibus ad tempus, quem facilius curari posse speramus, praesertim, ut sit uerae [d] paupertatis cultor et amator.

Viennensis Collegij morbos qui fuerunt et sunt, inde uel maxime dimanare putauerim, quod tantus fratrum numerus bono et perito confessario egeat. Nam P. Cornelius [3] non satis ad rem tantam idoneus uidetur. Quare huic necessitati consulat quaeso R. T. ut melius cum illo Collegio agatur. Commendamus [e] nos omnemque Prouinciam R. T. sacrificijs et precibus, ut obedientiae sanctae et officio nostro respondeamus. Augustae .21. Septembris 1561.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre il Padre M. Jacomo Laynez Praeposito Generale della Compagnia di JESV etc.

Jn Roma.

De hac inscriptione idem dicendum est, quod dixi supra p. 215.
Salmeronis nomine Ribadeneira Canisio rescripsit Roma 4. Octobris 1561.

598.

P. PETRUS DE RIBADENEIRA S. J.,

provinciae tuscae S. J. praepositus et secretarii S. J. vicarius [4],

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis S. J.,

CANISIO.

Roma 25. Septembris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Augusta Padre Canissio." Cod. „Germ. 1561" f. 23ᵇ—24ᵃ.
Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 146.

[a] quaerelas *B.* [b] *Sic;* contexuit*?* [c] M. Ogerium et Joannem *AB.*
[d] vere *B.* [e] commendamus *A.*

[1] Grim. [2] V. supra p. 222—223. [3] Brogelmannus; cf. *Can.* Epp. I, 272 [1].
[4] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

Collegia moguntinum et vindobonense. PP. Auer, Jaen, Hurtadus Perez. Lainii iter gallicum. Collegium oenipontanum. Socii ex Hispania in Germaniam mittendi. Collegium germanicum. P. Eckius. Canisium Augustae contionari praestat, quam Tridenti disputare. Bavariae collegia ab optimo duce dotari convenit. Negotium neapolitanum et romani collegii dotatio. P. Natalis labores utilissimi. Litterae indicae. Religionis in Indiis propagatio. Rerum concilii tridentini prosperi processus. S. Franciscus Borgias in curia romana clementissime exceptus; eius amor in Germaniam. Ribadeneira secretarium et collegii germanici superintendentem agere iussus preces efflagitat.

Pax christi etc.

A Due lettere di V. Reuerentia di .6. et .13. di settembre[1] rispondero con questa: et quanto al Dottor Lamberto[2] essendo egli stato deputato da nostro Padre Generale Rettore del collegio di Moguntia non pare che ci sia che alterare specialmente che non si uede altro che sia al proposito et anchora chel Reuerendissimo Arciuescouo[3] desideri il predicatore pure hauera pacientia mentre chel Dottor lamberto torna per non potersi far più et l' Jmperatore non hauera cagione di lamentarsi uedendo che 'l Dottor lamberto si caua di Vienna per cosa tanto importante; et che [a] sua Maiestà si da per Vienna ricompensa bastante la quale sara il Padre Dottor Jaen, il quale l' anno passato uenne da spagna per legger in questo collegio di Roma Theologia come ha fatto con sodisfatione[4]; ma per trouarsi unpoco fiaco s' è giudicato chel' aere di Alemagna li sarebbe piu gioueuole et con la conuersatione tra spagnoli potrebbe anche far frutto[5], detto Padre si mandera con un altro compagno fra tre ò

Pax Christi etc.

Ad binas reverentiae vestrae litteras diebus 6. et 13. m. Septembris datas[1] hac epistula respondebo: et quod ad doctorem Lambertum[2] attinet, cum is a patre nostro praeposito generali collegii moguntini rector designatus sit, aliud quicquam constitui posse non videtur, praesertim cum alius ad id officium idoneus non appareat; ac reverendissimus archiepiscopus[3], quamvis contionatorem desideret, tamen, cum plus praestari non possit, patienter exspectabit, donec doctor Lambertus revertatur, neque erit cur imperator queratur; videbit enim doctorem Lambertum gravissimae rei gratia Vindobona extrahi, detrimentum autem, quod maiestas sua Vindobonae patiatur, sufficienti ratione compensari; compensabitur autem per patrem doctorem Jaen, qui anno superiore ex Hispania venit, ut in romano hoc collegio theologiam traderet; quam quidem cum satisfactione tradidit[4]; sed quia paululum debilis est, Germaniae caelum ei salubrius fore eumque commercio cum Hispanis habendo[5] etiam animarum fructum colligere posse iudicavimus. Qui pater cum socio post

---

[1] Has v. supra p. 205—207 et p. 214—215. [2] Auer. [3] Daniel Brendel.

[4] Ferdinandus Jaen († 1567), patria cordubensis, theologiae doctor complutensis, a. 1559, cum plus quam 40 annos natus esset, Societati Iesu nomen dederat. Postea pius hic vir, quem „animam benedictam“ vocabant, collegii maceratensis rector et basilicae S. Petri vaticanae „poenitentiarius“ fuit (*Phil. Alegambe* S. J., Bibliotheca Scriptorum Societatis Iesu [Antverpiae 1643] p. 110).

[5] Vindobonae multi Hispani in aula Mariae, Philippi II. sororis et Maximiliani II. uxoris, degebant.

quattro di piacendo al signore et questo è l' aiuto che di quà si puo dare per hora alla prouincia di V. Reuerentia . Di là pare al Padre Vicario [1] che V. Reuerentia mandi al Padre Hurtado a Vienna accio che possa aiutare in questa necessita al Padre Vittoria al qual si scriue che di quà si da quest' ordine per l' instantia grande; che egli[a] fà che si mandino simili huomini quantunque sia con qualche scomodo di V. Reuerentia et cosi non accadera per adesso che si muti il Rettor di Praga [2]: ne quel di Vienna fin atanto che uenga altro ordine di nostro Padre Generale, del quale hoggi habbiamo hauuto nuoua di .6. del presente, che staua sano col Padre Polanco et compagni, et gia stauano 20. legue piu oltre di lione, uerso parigi. seguitando il suo uiaggio . V. Reuerentia faccia continare le orationi per questa causa per che entendiamo che c' è gran bisogno. La settimana passata partirono per Maguntia .4. fratelli et in loreto doueuano pigliare il Padre Arnoldo conccho [3]. Di Colonia bisognara pigliar il resto, come gia s' è scritto al Padre Euerardo [4] che di quà c' è gran carestia come V. Reuerentia sa . et cosi uederemo questa primauera quel che si potrà fare in beneficio del collegio d' Jspruch, specialmente si hauera cura di mandare à Alemagna quelli che dal Padre Natale a questo effetto saranno mandati et di quà giudicati aproposito.

Quelli che uengono pel collegio germanico essendo atti come speriamo saranno ben ricebuti.

---

tres quattuorve dies, domino propitio, mittetur, atque hoc subsidium hinc in praesens provinciae reverentiae vestrae mittere possumus. Istinc autem patri vicario [1] videtur pater Hurtadus a reverentia vestra mittendus esse Vindobonam, ut ea in necessitate adiuvare possit patrem Victoriam, cui hic ita constitui scribimus, quia ipse, ut eiusmodi homines mittantur, adeo instet; licet cum aliquo reverentiae vestrae incommodo id fiat. Quare in praesens nec pragensis [2] nec vindobonensis rectores mutandi sunt, donec aliud constituatur a patre nostro praeposito generali, quem cum patre Polanco et sociis bene valere ex litteris die 6. huius mensis datis hodie intelleximus, atque iam, iter prosequentes, 20 leucis ultra Lugdunum Parisios versus processerant. Reverentia vestra faciat, ut subditi eam rem Deo commendare pergant; id enim valde necessarium esse audimus. Hebdomade superiore Moguntiam versus 4 fratres hinc profecti sunt, qui Laureto patrem Arnoldum Conchum secum ducere debebant [3]. Reliquos Colonia educi oportebit, sicut patri Everardo [4] iam scriptum est; hic enim magna hominum penuria laboramus; id quod reverentia vestra novit. Itaque proximo vere, quid in collegii oenipontani commodum conferre possimus, videbimus; singulari autem curae nobis erit, ut in Germaniam illos mittamus, qui a patre Natale eius rei gratia huc missi et a nobis idonei iudicati erunt.

Qui huc, ut in collegium germanicum admittantur, veniunt, a nobis, qui eos aptos fore speramus, bene excipientur.

---

[a] *Vel:* ch' egli*; apogr.:* che gli.

---

[1] Alphonso Salmeroni; vide supra p. 178. 213. [2] P. Paulus Hoffaeus.
[3] Cf. supra p. 216—217. [4] Mercuriano.

V. Reuerentia fà bene di mandar quà il Padre dauid [1], si uerra ho speranza nel signore che sara consolato.

Quanto al' andar di V. Reuerentia a trento quà pare, che sara piu gloria di Dio et utile delle anime, attendere alle sue prediche con le quali fara piu frutto che con le dispute : et questo ha detto il Padre Vicario al Cardinale di Augusta il quale ha mostrato restare sodisfato et giudicare il medessimo; et cosi ha detto di scriuerlo a V. Reuerentia.

L' attendere alla fundatione et perpetuità delli collegij di Babiera [2] è un opera molto santa et cosi fa bene V. Reuerentia di adoperarsi col Jllustrissimo Duca [3]; di cui religione et liberalità speriamo che farà quel che conuiene per la gloria di Jddio N. S. et conseruatione della Religione nel suo [a] stato.

Jl negocio di Napoli per la fundatione di questo collegio di Roma [4], tenga V. Reuerentia como tiene molto raccomendato [b] per aiutarlo et promouerlo per la autorità et conseglio, perche di quà non ci occorre per hora altro mezzo meglio di questo.

Jl padre Natale sappiamo star sano in Portugallo et hora crediamo, che sara arriuato à Castella, è stata la sua andata di grandissimo frutto per tutto doue è stato et cosi penso, che sara in Alemagna quando ui uerra.

Reverentia vestra bene agit, quod patrem David [1] huc mittit; qui si venerit, in domino spero fore, ut solacio afficiatur.

Quod ad reverentiae vestrae iter tridentinum attinet, ipsa nobis Dei gloriam et animarum salutem magis videtur auctura esse contionibus habendis operam navando, ex quibus maiorem fructum quam ex disputationibus colliget; atque hoc pater vicarius cardinali Augustano dixit; qui id sibi probari seque eiusdem sententiae esse significavit; atque ita se reverentiae vestrae scripturum esse dixit.

Collegiis Bavariae [2] fundandis et in perpetuum stabiliendis operam dare res est valde sancta; itaque reverentia vestra bene agit, quod illustrissimo duci [3], ut id praestet, persuadere conatur; quem pro pietate et liberalitate sua, quae Dei et domini nostri gloriae amplificandae et religioni in ducatu suo conservandae conveniant, facturum esse speramus.

Negotium neapolitanum, quod ad romani huius collegii fundationem spectat [4], reverentia vestra valde sibi commendatum habeat, sicut habet, ut et auctoritate et consiliis id iuvet provehatque; neque enim in praesens aliud adiumentum, quod illo melius sit, nobis occurrit.

Patrem Natalem prospera valetudine in Lusitania usum esse novimus et modo in Castellam advenisse existimamus. Cuius iter cum, ubicumque fuit, maximam utilitatem attulerit, eandem, cum in Germaniam venerit, allaturum esse puto.

---

[a] *Ita legi oportere res ipsa omnino videtur ostendere; ap.:* di nostro.

[b] racconendato *ap.*

---

[1] Eckium.

[2] Collegia dicit ingolstadiense et monacense. [3] Alberto V.

[4] De hoc negotio vide supra p. 199 [3]. Collegium Societatis romanum firmo reditu carebat et, quantum hominibus abundabat, tantum pecuniae inopia laborabat idque, ut *Madridius* Roma 19. Iulii 1561 ad Mercurianum * scribit, „in una Roma, doue si compra insin' a l' acqua" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 17 [a]).

Le lettere del Jndie si mandaranno come siano stampate in Venetia, che sara presto [1]. habbiamo hauute nuoue grandissime et di grandissima consolatione uedendo che quanto di qua si perde della Religione tanto dila si guadagna . il Signor ci dia gratia che questo poco di resto non si perda; per il che speriamo aiutara grandimente il concilio uniuersale il quale di quà non dorme, mà camina et ua inanzi, et gia uengono li Vescoui di Spagna et parte di quelli di Portugallo sono uenuti et quelli de Jtalia, ò uanno ò sono gia arriuati come anchora l' ha [a] fatto in Roma il Padre Francesco di Borja [2] mandato a chiamare da spagna per due Breui da Sua Santità il quale conla sua santita et authorita speriamo sarà utilissimo quì in Roma doue è stato molto ben uisto dal Papa et di questi Reuerendissimi Cardinali [3]. egli si raccomanda molto à V. Reuerentia et sappia che è afficionatissimo alla reductione di Alemagna. Non altro senon che essendo io uenuto in Roma per ordine di N. Padre generale mi hanno carricato del pesso de la secretaria et superintendenza del collegio

Litterae indicae vobis mittentur, ubi Venetiis ex officina typographica prodierint; prodibunt autem brevi [1]. Relationes certe accepimus, quae gravissimae sunt et maximo nos afficiunt solacio, quod, quantum de religione hic deminuatur, tantum ibi ei accrescere cernamus. Dominus gratia sua nos iuvet, ne parvas hasce reliquias perdamus; qua in re nos magnopere adiutum iri speramus concilio generali; quod quidem hic non dormit, sed incedit et progreditur; atque episcopi hispani iam veniunt, et lusitani ex parte venerunt, et itali vel eodem proficiscuntur vel iam advenerunt; sicut etiam Romam advenit pater Franciscus de Borgia [2], a sanctitate sua per binas litteras apostolicas ex Hispania evocatus; quem ob morum sanctitatem et nominis auctoritatem hic Romae utilissimum fore speramus; ubi et a summo pontifice et a reverendissimis hisce cardinalibus valde clementer exceptus est [3]. Ipse tibi, reverende pater, magnopere se commendat, et scito, eum cupidissime hoc appetere, ut Germania ad fidem reducatur. Neque aliud scribam nisi hoc: Praeter onera, quae Tusciae provinciam regendo atque infirmitates meas ferendo sustinere debeo, hoc quoque mihi, patris nostri praepositi generalis iussu Romam advecto, niunxerunt, ut secretarium et collegii germanici superintendentem agerem. Id

[a] l' ha ha *ap.*

[1] Venetiis apud Michaëlem Tramezzino inter a. 1558 et 1568 complura huiusmodi volumina italico sermone („Diversi avisi particolari dall' Indie di Portogallo“, „Nuovi Avisi“ etc.) edita sunt. Ribadeneira autem volumen illud significare videtur, quod, a. 1562 editum, multas epistulas a. 1548—1561 a Sociis in Brasilia, India orientali, Iaponia, terra mosambicana etc. fidem disseminantibus scriptas continet, quodque accurate describitur ab *Aug. de Backer* S. J., Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus. Nouv. éd. II (Liége-Lyon 1872), 242—243.

[2] Sanctus Franciscus Borgias tunc cum „commissarii“ titulo Sociis in Hispania, Lusitania, Indiis degentibus praeerat (*P. Ribadeneira* S. J., Vita Francisci Borgiae, ex hispanico sermone in latinum versa ab *And. Schotto* S. J. [Moguntiae 1603] p. 171—172. *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 1, n. 29).

[3] Cf. *Sacchinum* l. c. l. 4, n. 194. 195; l. 5, n. 154. 155 et *Alr. Cienfuegos* S. J., La heroyca vida, virtudes, y milagros, del grande S. Francisco de Borja (Madrid 1702) p. 389—390.

germanico oltra il gouerno della prouincia di Toscana et la patientia delle mie infirmità, Que scriuo a V. Reuerentia accio intenda quanto bisogno ho delle sue orationi . lequali domando per elemosina et per giusticia perche io ordinariamente non mancho nelle mie faccende di far lo per V. Reuerentia et per la sua prouincia . Dio N. S. ci dia gratia di intender et far sempre sua santissima uolonta. Di Roma li 25. di settembre 1561.

---

quod tibi, reverende pater, eo consilio scribo, ut, quantopere orationibus tuis indigeam, intellegas; quas et pro caritate et pro iure meo peto, quia ego inter tot negotia pro reverentia vestra et pro ipsius provincia Deum orare fere numquam omitto. Deus et dominus noster gratiam nobis det, qua ipsius sanctissimam voluntatem semper et intellegamus et exsequamur. Roma 25. Septembris 1561.

Nota: Ribadeneiram haec scripsisse ex iis intellegitur, quae auctor epistulae in extrema eius parte de provinciae tuscae S. J. administratione sibi imposita scribit; cf. supra p. 121[1].

Canisius Salmeroni rescripsit 12. Octobris 1561; rescripsit etiam Canisii iussu Lanoius 11. Octobris 1561.

599.

P. HURTADUS PEREZ S. J.

nomine Canisii

ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 25. Septembris 1561.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et particulae sig.). Cod. „G. Ep. II" f. 117[a]. 120[b].

Puer ex Hussitarum erroribus ad fidem catholicam mire conversus et Socius quidam in Italiam mittuntur cum senatus augustani et Canisii litteris. Hic discipulo cuidam collegii germanici locum quaerit.

Jhesus.

Pax Christi nobiscum R. in Christo .P.

Hoggi son venuti qua da Praga Stephano Liberio fratello nostro, et Sigismundo Pingense [1], il qual anche non è lontano, come v. r. la meglio intendera, chi sia questo puto, quando lui et M. Stephano raccontara la mirabile sua conuersione, la qual se ben sia prima scritta, uoglio qui breuemente trarla . essendo Sigismundo figliol de

---

Iesus. Pax Christi nobiscum R. in Christo P. Hodie Praga huc venerunt Stephanus Liberius frater noster et Sigismundus Pingensis [1], qui ne ipse quidem longe a nobis est. Qui puer qualis sit, R. V. istic melius intelleget, cum ipse et M. Stephanus mirabilem ipsius conversionem narrabunt; de qua licet antea ad vos

---

[1] Sigismundus Dominatius sive de Pisnicz; vide supra p. 187.

padri honesti, ma hussiti, la madre durissima in suo errore, et l' auo non manco, hauendo il puto àpresso noi studiato piu annj, et non uedendo occasione di farsi catholico (il che molto desideraua), per le minacia della madre, si fugì ad vna citta catholica, et dila fatto catholico rescrise alla sua madre occupata in saper de incantatrici doue il figliolo fusse, et à Stephano Liberio suo mastro, et alli condiscepuli mirabilmente et con mirabil spiritu, di modo che la madre che prima non voleua fusse Catholico, dopo non è mal contenta che resti con noi anche della compagnia. ci par anche puto de singular speranza, et come si puo credere, a chi dio ha dato tanto buon principio (che bisogno andasse non solo all' orechie delli Signori boemj, ma anche etiam alla presentia del stesso archiduca il caso suo) che debia esser gran cosa, et cosi come tal lo raccomandamo alla .P. V. M. Stephano s' è portato bene, massime dopo che passo à praga, il che io parte ho uisto, et parte il .P. Rettore D. Paolo[1], et è degno di esser cosi promoto per magior Seruitio diuino secondo nostro iudicio.

inanzi hieri venne M. guilielmo fiamengo, che stette nel Collegio germanico da Roma[2]. Pensa nostro Padre trouargli buona conditione in qualche monasterio per insegnar li frati.

Mandiamo quadrimestri et nostre et di questi Collegj; et aloro procuramo patenti letere dal Senato Augustano, accio siano admessi per Jtalia non venendo da luoghi infermj[3]. Per li Collegij nostri de

---

scriptum sit, hic breviter eam describam. Sigismundus igitur puer, parentibus honestis quidem, sed hussitis natus, matrem habens in errore maxime obduratam, avum haud minus durum, cum per complures annos scholas nostras audivisset neque occasionem ad ecclesiam catholicam redeundi (id quod vehementer desiderabat) propter matris minas prospiceret, in civitatem catholicam aufugit ibique catholicus effectus, inde ad matrem, quae, ubi filius esset, ex divinatricibus diligenter quaerebat, et ad Stephanum Liberium magistrum suum et ad condiscipulos mire et mira cum pietate scripsit, ita ut mater, quae primum eum catholicum esse noluerat, postea haud aegre ferret eum nobiscum etiam in Societate manere. Qui puer etiam singularis spei nobis esse videtur, atque existimare licet, eum, cui Deus tam bonum dederit initium (ut eius causam non solum ad procerum bohemorum aures pervenire, sed etiam coram ipso archiduce tractari oporteret), magnum aliquid esse; atque ita eum P. V. commendamus. M. Stephanus bene se gessit, maxime postquam Pragam venit; id quod partim ego, partim pater rector D. Paulus[1] vidimus; quare nostro iudicio dignus est, qui divinae gloriae magis amplificandae gratia ad maiora provehatur.

Nudius tertius M. Guilielmus flander, qui Romae in collegio germanico fuerat[2], huc venit. Cui pater noster bonum quaerere cogitat locum in monasterio aliquo, ubi monachos doceat.

Litteras quadrimestres mittimus et nostras et collegiorum nostrorum. Ipsis autem litteras publicas a senatu augustano impetrare studemus, ut in Italiam admittantur eo, quod ex locis pestilentibus non veniant[3]. Atque etiam pater prae-

---

[1] Hoffaeus. [2] Cf. *Can.* Epp. II, 718. 736. 747.

[3] Vindobonae pestilentia vel erat vel paulo ante fuerat; vide supra p. 202.

Jtalia gli dette il .P. Prouinciale anche patente letere . non piu se non che ci raccomandiamo molto negli santi sacrificij et orationj della r. p. v. de Augusta alli 25. di Settembre 1561.

Per commissione di .n. P. Prouinciale

Jndegno figliolo de v. r. p.
Hurtado.

Jhesus. Al molto Reuerendo in Christo Padre il Padre M. Jacomo Laynez Praeposito General della Compagnia de Jesu à Roma.

Nota: Has litteras fortasse non tabellarius publicus, sed Liberius et Dominatius ipsi Romam pertulerunt. De earum inscriptione cf. supra p. 215.

---

positus provincialis litteras publicas iis dedit, quibus in collegiis nostris italicis uterentur. Nec plus dicam nisi nos sanctis sacrificiis et orationibus R. P. V. magnopere nos commendare. Augusta 25. Septembris 1561.

Iussu patris nostri praepositi provincialis — R. P. V. indignus filius
Hurtadus.

Jhesus. Admodum reverendo in Christo patri, patri M. Iacobo Lainio, praeposito generali Societatis Iesu Romae.

600.

CANISIUS

P. IOANNI RETHIO,

gymnasii trium coronarum coloniensis regenti, Moguntiae moranti.

Augusta Vindelicorum 29. Septembris 1561.

Ex archetypo (2°; $^2/_3$ p.; in p. 2. inscr. et pars sig.), cui Canisius sua manu nomen subscripsit. Cod. colon. „Epp. ad Reth." f. 134.

Epistulae particulas posuit *Hansen* l. c. p. 411[5]. Eadem usus est *Reiffenberg* l. c. I, 89[b]; qui tamen a. 1560 falso ei ascripsit.

Collegii moguntini initia. Germaniae episcopi ad concilium adire nolunt. Socii quidam. Spes collegii francofurtensis. Dolet collegium coloniense ab archiepiscopo et senatu neglegi. Augustana messis. Vicelius. Agricola.

Pax Christi nobiscum Reuerende frater.

Mitto literas Romanas quae promittunt fratrum aduentum [1]: eos hic etiam expectamus. Adiunxi P. Lamberti [2] literas, quae nihil statuunt de ipsius reditu. Oramus Dominum, ut foelicia sint Moguntini Collegij auspicia, huc [a] fauentibus S. Bonifacij Archiepiscopi primi [3] suffragijs, quem spero uestris conatibus omnino adfuturum.

---

[a] *Sic; cf. supra p. 206.*

---

[1] Roma 13. Septembris 1561 ad Rethium datas, quarum * apographum exstat in cod. „Germ. 1561" f. 22[b]. [2] Auer.

[3] Maximum illum dicit Germaniae apostolum, quem omnes norunt.

Cardinales Augustanus et Hosius ad me scribunt, Episcoporum numerum in Concilio augeri . Sed mira in Germanis socordia, qui uocati ad caenam omnes excusant [1] et nescio quid tergiuersantur [2].

Redijt huc P. Peltanus [3], Precamur M. Francisco sanitatem et in cruce patientiam [4]. Orabunt pro illo fratres etiam in Collegijs. Gratulamur nobis et uobis de bona spe Collegij Francfordiensis.

Doleo tam incommode cum nostris agi Coloniae, ut Archiepiscopus [5] et Senatus nihil presidij adferant, et fratres ueluti occulti maneant discipuli JESV [6]. Vtinam P. Prouincialis [7] uelut alterum Cyrum hic praestet [se] in libertate restituenda captiuis [8], qui neque sibi, neque alijs prodesse satis posse uidentur.

Commendamus nos et Augustanam messem quae late succrescit, vestris praecibus, et petimus aliquid rescribi per hunc puerum [9], antea meum famulum, cui successit Andreas Stor, quem mihi commendaueras.

Salutem ex me primum fratribus, deinde D. Wicelio [10], et M. Philippo Agricolae [11], et D. Geörgio [12] Archiepiscopi Sacellano pridem in Comitijs Augustanis [13].

Dominus Jesus in suam gloriam nos conseruet, gubernet atque tueatur.

Augustae 29. Septembris Anno partus virginei M. D. LXI.

Frater in domino P. Canisius.

---

[1] Luc. 14, 16. 18.

[2] Germaniae episcopi se timere dicebant, ne, dum ipsi concilio interessent, in terris suis seditio fieret vel protestantes eas invaderent. Atque etiam caesar pontifici affirmabat, iter tridentinum iis periculosum fore, nisi protestantes quoque ad concilium venirent. Quorum quidem principes omni ratione impedire conabantur, quominus episcopi ad concilium adirent (*Janssen-Pastor* l. c. IV, 149. *Bucholtz* l. c. VIII, 412. *Steinherz* l. c. p. 297. 300. 351—352. 372—373. 379).

[3] Colonia; vide supra p. 210.

[4] P. Franciscus Hemerolus (Dachverlies) S. J., de quo vide *Can.* Epp. II, 210 [3]. 739, m. Augusto 1561 ex collegio coloniensi Moguntiam ad Rethium profectus erat (*Hansen* l. c. p. 399 [2]).

[5] Ioannes Gebhardus a Mansfeld. [6] Io. 19, 38.

[7] Everardus Mercurianus. [8] Cf. 2 Par. 36, 22. 23. 1 Esdr. 1, 1—5.

[9] Andream; vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[10] Georgio Vicelio „seniori"; vide supra p. 211 [5].

[11] Philippus Acker sive Agricola († 1572), theologiae doctor, a *Petro Merssaeo Cratepolio* O. Min., eiusdem aetatis viro, „Concionator Moguntinus insignis" vocatur (Electorum Ecclesiasticorum Catalogus [Coloniae Agrippinae 1580] p. 223). Qui Moguntiae canonicus ecclesiae B. M. V. ad gradus, decanus capituli S. Petri, ecclesiae metropolitanae contionator et parochus fuit et multos Ioannis Feri (Wild) O. Min., sibi amicissimi, libros in lucem emisit (*Nic. Paulus,* Johann Wild [Köln 1893] p. 63. 69—75. *Sim. Widmann,* Eine Mainzer Presse der Reformationszeit [Paderborn 1889] p. 61—62).

[12] Artopaeo († 1583)? Cf. *Widmann* l. c. p. 65.

[13] Anno 1559 (*G. Chr. Ioannis,* Volumen primum rerum moguntiacarum Francofurti ad Moenum 1722] p. 867).

Reuerendo in Christo Patri .M. Joanni Rhetio, Societatis JESv Theologo etc Moguntiae.

Rethius inscriptioni adnotavit: „Respondi."

Ex hac epistula intellegitur, me *Can.* Epp. II, 865—866 perperam puerum illum Andream, qui Augustae usque ad m. Septembrem a. 1561 Canisii coquum egit quique m. Novembri a. 1561 cum P. Carolo Grim S. J. Oeniponte fuit, cum Andrea Stor (Stör), qui a. 1561 exeunte et a. 1562 Canisii coquus et scriptor fuit atque initio a. 1563 Romae collegium germanicum ingressus est, in unum confudisse. Atque sic corrigenda sunt etiam, quae scripsi *Can.* Epp. II, 710[5]. 760[2]. 845.

601.

P. PETRUS DE RIBADENEIRA S. J.,

provinciae tuscae S. J. praepositus et secretarii S. J. vicarius,

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis S. J.,

CANISIO.

Roma 4. Octobris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Augusta P. Canissio." Cod. „Germ. 1561" f. 25.

De monasterio S. Georgii augustano Societati tradendo. P. Victoria, rector vindobonensis, de erratis quibusdam monendus.

Pax christi.

Reciuimo quella di V. R. di 21. del passato et ci piaque intender con quella la dispositione che c' era per hauer quel monastero, cui abbate era passato all' altra vita [1], perche quì ne dal Cardinale, ne d' altri non n' haueuamo intesso nulla . Qui se ne parlara al Cardinale [se] si possa; per che adesso sta infermo. Et doppoi, si potra dar auiso a V. R. di quel che quà si sente di questo negotio, et anche di quel che ci parera si debbia far in quello, tra questo mezo V. R. gli faccia quel che meglio li parera in Domino.

De Sociis aliquot. Il concilio non ua cosi feruente come deside-

---

Pax Christi.

Traditae nobis sunt R. V. litterae d. 21. mensis superioris datae, ex quibus gratum nobis erat intellegere, quam bene hominum animi ad monasterium illud, cuius abbas ad alteram vitam transisset [1], vobis tradendum dispositi essent; hic enim neque ex cardinale neque ex aliis quicquam ista de re cognoveramus. De qua cardinali, cum poterimus, loquemur; nunc enim aegrotat. Postea autem R. V. certiorem faciemus, quid hic de isto negotio sentiamus atque etiam quid in eodem praestandum esse nobis videatur. Interea R. V. istic, quod optimum ipsi in domino visum erit, faciat.

De Sociis aliquot. Res concilii non adeo fervent, ut desideramus. R. V. si

---

[1] Monasterium S. Georgii augustanum (cf. supra p. 223); de quo *Franc. Petrus* Can. reg. O. S. A., Suevia Ecclesiastica (Augustae Vindelicorum et Dilingae 1699) p. 105—106.

riamo. S' a V. R. non pare che sia ben fatto mandar di Viena li subietti cosi facilmente, potra ordinar al Rettor[1] che non lo faccia, poi che V. R. è suo superior. Di qua si scriuera à detto Rettor che non carrighi tanto s' estesso et anche gl' altri, et V. R. anche di la gli lo potria auisare. *Vindobonae P. Hurtadus, adiuvante, si opus erit, P. Jaën Sociorum confessarium agere potest. Roma 4. Octobris 1561.*

Nota: Canisius rescripsit 18. Octobris 1561.

---

homines nostros Vindobona tam facile alio mittendos esse non censebit, rectori illi[1], ne id faciat, praecipiet; nam R. V. ipsius superior est. Hinc autem eidem rectori scribetur, ne aut sibi aut ceteris tanta onera imponat; de qua re eum istic quoque a R. V. moneri convenit. *Vindobonae [etc., ut supra].*

602.

OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG,

cardinalis, episcopus augustanus, praepositus elvangensis etc.,

CANISIO.

Roma m. Octobri (ineunte, ut videtur) a. 1561.

Ex apographo huius partis litterarum Ottonis, a. 1888 ad me misso Stugartia ex regio archivo („Haus- und Staatsarchiv") wurtembergensi, ubi Ottonis litterae archetypae et partim etiam autographae asservantur (Reg. Stift Ellwangen I, 1011).

Canisium interrogat, num Elvangam Socium, qui contionatorem agat, mittere possit.

Otto cardinalis Truchsess, episcopus augustanus et praepositus elvangensis, cuius rogatu Canisius sub finem m. Iulii 1561 Elvangae fuerat (v. supra p. 156 et infra monum. 287), Roma 4. Octobris 1561 Elvangam ad decanum et capitulum urbis haec, praeter alia, scripsit: „Betreffend den Prediger zu Ellwangen, dieweil je hoch von Nöthen, dass der Predigtstuhl mit einem andern geschickten, tauglichen u. guten katholischen Prediger versehen werde, so wollet desshalb fleissige Nachforschung haben. So solle gleichergestalt an uns auch kein Mangel erscheinen. Insonderheit auch wollen wir dem D. Canisi desshalb schreiben, ob er Euch vielleicht dergleichen einen aus der Societät Jesu zuzuweisen wisste, wie Ihr dann euerer theils bei ihm auch ansuchen wollt . . .[a]*. Jn summa do wird kein Ordnung oder anders helfen, man greif dann zu einer wirklichen Reformation bei der ganzen Clerisei in der Stadt und auf dem Land."*

---

[a] *Quae sequuntur, in archetypo manu ipsius Ottonis scripta sunt.*

---

[1] Victoriae.

603.

CANISIUS
STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 7. Octobris 1561.

Ex autographo (2⁰; 2½ pp.; in p. 4. inscr. et sig.), quod est Gothae in bibliotheca ducali, cod. 384 („Volum. IIII. Epistolarum ad Card. Stanislaum Hosium scriptarum, siue earund. appendix I.") f. 21—22.

Epistulam ex autographo primus edidit *Cyprianus*, Tabularium p. 190—192. Particulas posuerunt: *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae II, 349[c]. *Riess* l. c. p. 286[4]. *Weber* l. c. p. 104[8]. *Michel* l. c. p. 250[6] etc. Eadem usus est *Steinherz* l. c. p. 302.

Gaudet, Hosium concilio praefuturum. Dolet, quod concilio mora afferatur. De messe augustana. Libros novos mittit. Quomodo Augusta et Norimberga „praefationem" naumburgensem excipiant. Equestrem ordinem principibus succensere, quod bona ecclesiastica abstulerint. Lutheranos a Calvinianis superari. Atheismum prope instare. Staphylum laudat. Hosium iterum contra protestantes scribere cupit. De Confessione augustana et Vergerii scriptis. Hosio curandum esse, ut Colonienses novam conciliorum editionem parantes Romae adiuventur.

†

Pax[a] Christi nobiscum Jllustriss. Domine,

et Reuerendissime in Christo Pater.

Diuinae bonitati gratias agimus, quae Cels. tuam Jllustrissimam isthuc saluam adduxit, et sanctae synodo non solum interesse voluit, verum etiam cum amplissimis lectissimisque viris praeesse[1] ad communem totius Ecclesiae vtilitatem. Precamur, et vna cum bonis omnibus exoptamus, vt necessarium hoc institutum magis magisque procedat. Nam lenta certe auspicia, difficilesque aditus nuntiantur, atque vtinam filij lucis[2] tantum in promouenda Christi causa praestarent, quantum in oppugnanda et remoranda illa plaerique tum seculi, tum tenebrarum[3] filij[4] praestare non desinunt. Sed probati Ecclesiae filij hoc modo agnoscuntur, et a zizanijs triticum facile discernitur[5]. Quam pauci pro Christo stant, et cum eo colligunt?[6]

---

[a] *Hoc vocabulum et 9 sqq. a Cypr. omittuntur.*

---

[1] Pius IV. 10. Martii 1561 praeter Hosium cardinales Iacobum Puteum (qui tamen ob infirmam valetudinem Tridentum venire non potuit), Herculem Gonzagam Mantuanum, Hieronymum Seripandum O. Er. S. Aug., Ludovicum Simonetam concilii praesides sive „legatos" creaverat. Hosius 29. Iulii 1561 Vindobona Tridentum profectus erat (*Steinherz* l. c. p. 290).

[2] Luc. 16, 8. Io. 12, 36. Eph. 5, 8 etc.

[3] Cf. Io. 12, 35. Eph. 5, 8 etc.

[4] Luc. 16, 8; 20, 34. [5] Cf. Matth. 13, 24—30.

[6] Luc. 11, 23.

nunc videre uidemur, de qua discessione[1] loquatur Apostolus, cum ex ea finem mundi colligit. Sed sus ego Mineruam[2], et intempestiuus Propheta luctum augeo, vbi solatia potius expetuntur.

Augustae res quidem Catholica sic gubernante nos Christo succedit, vt aduersarijs terrorem adferat numerus auctus electorum[3]. Qua de re coram exponet is, qui perfert literas vir ille colendus et eruditus, quantum ex uno congressu colligere licuit. Per hunc mitto quaedam ex mercatu recens allata[4], nec est opus remitti pecuniam, quae mihi saepe immerenti cumulate numerata fuit. Catalogum expecto aliorum quoque librorum: et si modo haud licebit, breui tamen transmittendum curabo[5].

Quod scribunt quidam, Augustanos Confessioni impiae subscripsisse, figmentum est[6]. bis quidem eo nomine admoniti ac rogati, subscriptionem hactenus recusarunt[7]. Sed neque Nurembergenses citra quandam exceptionem subscripserunt[8]. Audimus graues in Saxonia motus facile exorituros, et in alijs quoque prouintijs non abesse procul, propterea quod equestris ordo nunc demum sentiat, quid sibi et Reip.

---

[1] 2 Thess. 2, 3.

[2] „Etsi non sus Minervam, ut aiunt, tamen inepte, quisquis [inepte quisque] Minervam docet“: *Cicero,* Academicorum posteriorum l. 1, c. 4, n. 5.

[3] Matth. 20, 16. Rom. 8, 33. 2 Tim. 2, 10 etc.

[4] Dubitari vix potest, quin Canisius libros significet ex librorum mercatu „autumnali“, qui Francofurti ad Moenum mense Septembri haberi solebat, allatos a Georgio Willer, bibliopola augustano, qui semper ad eas nundinas adibat.

[5] Constat, Willerum inde ab a. 1564 „catalogos“ evulgare consuevisse librorum novorum, in nundinis francofurtensibus a se coëmptorum atque Augustae in officina ipsius libraria venalium (*Friedr. Kapp,* Geschichte des deutschen Buchhandels bis in das siebzehnte Jahrhundert [Leipzig 1886] p. 479—480. 836). Atque ex his Canisii verbis fortasse colligere licet, Willerum iam a. 1561 eiusmodi catalogum in lucem emisisse.

[6] Principes protestantes, Naumburgi ineunte a. 1561 congregati (vide supra p. 84—86), „praefationem“ quandam ad „Confessionem augustanam“ composuerant et subscripserant, eamque satis obscuram et ancipitem, in qua omnes „Confessionis augustanae“ editiones (quamvis eas in rebus gravibus inter se discrepare notum esset) approbabantur et in re eucharistica sententia Melanchthonis, quae in Calvinismum propendebat, proponebatur (*H. Heppe,* Die confessionelle Entwicklung der altprotestantischen Kirche Deutschlands [Marburg 1854] p. 166—171. *A. Tholuck,* Lebenszeugen der lutherischen Kirche [Berlin 1859] p. 14. *Janssen-Pastor* l. c. IV, 141—144). *Delphinus* nuntius Vindobona 14. Septembris 1561 et Romam et Tridentum scripserat, Augustanos praefationi illi subscripsisse (*Steinherz* l. c. p. 309). Quos non subscripsisse certum est (*Paul von Stetten,* Geschichte der Stadt Augspurg [Franckfurt u. Leipzig 1743] p. 542).

[7] „Sind wir auch ausser Standes anzugeben, ob und welchen Antheil Canisius unmittelbar an der Haltung des Magistrates zu Gunsten der Parität hatte, so wird man jedenfalls seinen mittelbaren Antheil durch Ermuthigung einflussreicher katholischen Männer, und durch das Ansehen, das er der katholischen Sache bei billiger denkenden Protestanten erwarb, nicht in Abrede ziehen können“: *Riess* l. c. p. 286 ad 287.

[8] De hac „exceptione“ vel potius excusatione scripsit *Calinich* l. c. p. 243—244.

adferat detrimenti bonorum ecclesiasticorum et monasticorum dissipatio, quam Principibus istis ferunt acceptam. Contra hos igitur insurgitur, qui rationem reddere communi rumore clamante iubentur, in quos demum vsus verterint ea bona atque donaria, quae plebeiorum ac nobilium parentes Ecclesijs perpetua esse voluerunt, vt inde ipsorum quoque successores et pauperes, minime vero principes, alerentur. Ad seditionem res spectare uidetur [1].

De sacramentaria re summa nunc istorum est concertatio. Caluinus Lutherum suppressurus videtur non solum in Gallia, sed etiam in Germania. Nec est quo progrediatur Sathanismus, si solem e mundo, Christum Christique corpus ex Ecclesia sustulerit, vt prorsus atheos faciat [2]. Resistunt quidem Saxonici tantae impietati [3], sed vincuntur arte, fraude, subtilitate, eloquentia, vafricie Caluinianorum. Dum ita pugnant inter se sectarij, Turcicam sectantur prudentiam, quae Christianis pacem permittit, et bella non mouet Ecclesiae, quamdiu res suas male constitutas, et ignem domi grassantem videt Jmperator. Solus est Staphylus, qui negotij tantum illis vno alteroque scripto [4] facessit, vt reliquorum obliuisci propemodum videantur. Vtinam quod multi percupiunt, amplitudo tua otij aliquid impetret, et ad scribendum se iterum accingat, vt siue de oppresso Dei uerbo [5], siue de argumento alio edat suae et Catholicae pietatis monumentum, quod inprimis desiderant filij Dei [6].

Confessionis Aug. conquiram exemplaria, sed Latina solum, nam Germanica requiri non arbitror. Nihil reperio a Vergerio editum, nisi quod mitto [7]. Dominus JESVS colligat et gubernet Ecclesiae suae pastores, et per illos oues errantes [8], vt fiat vnum ouile et vnus pastor [9] toto orbe terrarum.

Colonienses Conciliorum nouam parant editionem [10], meque rogant admodum, vt ex Vrbe adferri procurem, quod ad recognitionem ac locupletationem tanti operis conferat. Hic non possum amplitudinis

---

[1] Cf. *Janssen-Pastor* l. c. IV, 245.

[2] Notum est, Calvinum docuisse: Christi corpus virtute tantum, non re in eucharistia esse. Lutherus Christi corpus vere in ea esse affirmaverat.

[3] Ioannes Fridericus, Saxoniae dux, et theologi ienenses, ut Flacius Illyricus, Simon Musaeus, Matthaeus Iudex, Ioannes Wigandus.

[4] Significari videntur potissimum hi Staphyli libri: „Theologiae Martini Lutheri trimembris epitome“ (vide *Can.* Epp. II, 275 [8]). „Defensio“ huius epitomes (l. c. p. 671 [1]). Apologia de vero Scripturae intellectu (l. c. p. 744 [7]).

[5] „De expresso verbo Dei“ Hosius iam scripserat (Dilingae 1558 etc.).

[6] Ps. 28, 1. Rom. 8, 16. 1 Io. 3, 1. 10 etc.

[7] Vide quae sub ipsas has litteras dicentur.

[8] 1 Petr. 2, 25. Is. 53, 6.

[9] Io. 10, 16.

[10] Concilia collegerant Iacobus Merlinus, canonicus parisiensis (Parisiis 1523. 1536. Coloniae 1530) et Petrus Crabbe O. Min., belga (Coloniae 1538. 1551). (*C. J. von Hefele,* Conciliengeschichte I, 2. Aufl. [Freiburg i. Br. 1873], 74—75).

tuae gratiam et opem non implorare, qua duce confici et perfici potest plurimum in re tam sancta et frugifera promouenda. Scio difficile videri quod postulatur: sed refert profecto Ecclesiae, Concilia limatius et accuratius et copiosius prodire, quam hucusque factum cernimus. Catholici Coloniae sumptus ingentes faciunt[a], vt hanc ornent, si possunt editionem. ad quam Cels. tua quaeso illis et Ecclesiae fauorem praesidiumque tribuat. Sunt isthic docti plaerique, a quibus rogatis conferri forte in hanc rem posset aliquid, vt loca quaedam restituerentur. De quibus admoneri Coloniae per me uellent. De Concilio Ephesino nuper inuento, et breui fortassis edendo scripsi ad Jllustriss. Card. Augustanum [1].

Dominus gratiam nobis suam augeat, vt vere ipsi placeamus, et Ecclesiae vtiliter inseruiamus. Augustae 7 Octob. 1561.

Seruus in Christo P. Canisius[b].

† Reuerendissimo in Christo patri, et Jllustriss. Domino .D. Cardinali et Episcopo Vuarmiensi, in Concilio Tridentino S. S. Apostolicae Legato, Patrono clementiss. Tridenti.

Inscriptioni manu altera eiusdem temporis adnotatum est „Recepta 16 octobris 1561", ac tertia, quae Hosii ipsius est: „Resp. 4 nouembris."

Canisius Hosio una cum his litteris, ut ex iisdem intellegitur, vel unum vel aliquot — pauca tamen — Vergerii scripta misit, quae fortasse Willer, bibliopola ille augustanus, Francofurto ex autumnali librorum mercatu secum attulerat. Ediderat autem Petrus Paulus Vergerius, apostata ille notissimus (cf. *Can.* Epp. II, 235[6]) a. 1561 usque ad m. Septembrem adversus ecclesiam catholicam minimum 7 libellos famosos; e quibus tunc videntur fuisse novissimi:

1. „Le Proposte di due Nuncii del Papa fatte in Numburgo dauanti gli Illustrissimi Principi del Sacro Roman Imperio. Con la proposta etiandio fatta dauanti i deputati del Senato della Republica d' Argentina. E la risposta del detto Senato. Nella materia del concilio con le Scolie. Nel M. D. LXI." Libelli litterae dedicatoriae 15. Maii 1561 datae sunt. 2. „Al Reuerendiss. Monsignor Delfino Vescouo di Liesena Nuncio Apostolico per Germania. Nel LXI. Nel mese di Giugno." Qui libellus etiam germanice versus in lucem prodiit: „Dem Ehrwirdigen herrn Zachariae Delphino Bischoff zu Lisena Apostolischen gesanten durch Teutschland. Anno. M. D. LXI." 3. „Confvtation d' alcvne scuse, che s' allegano per difender la grandissima iniquità della indittion del Concilio fatta da Pio IIII L' Anno M. D. LXI. nel mese di Luglio." 4. „All' Illvstrissimo e Eccellentissimo Principe e Signor, il Signor Ercole Gonzaga, chiamato il Cardinal di Mantoa, Legato al concilio di Trento. Che Papa Pio IIII. non fa da douero. L' Anno LXI. nel mese d' Agosto" (*E. Weller*, Uebersicht der litterarischen Thätigkeit des Pietro Paolo Vergerio, in „Serapeum" 19. Jahrg. [Leipzig 1858], p. 92. 98. *Friedr. Hubert*, Vergerios publizistische Thätigkeit [Göttingen 1893] p. 314—315).

His Canisii litteris Hosius permotus esse videtur, ut Ottonem cardinalem Augustanum Romae degentem per litteras rogaret, ut Colonienses novam conciliorum editionem parantes Romae adiuvaret. *Otto* enim Roma 1. Novembris 1561

---

[a] faciant *aut.* [b] *Quae sequuntur, a Cyp. omissa sunt.*

---

[1] Cf. supra p. 131—132. 136—138.

Hosio scripsit: „Quod scribis de adiuuando eo, qui conciliorum librum et locupletissimum et emendatissimum edere cupiat, ego uero libentissime agam et cum Sirleto et cum Borromaeo, Amulio, ceterisque cardinalibus, qui et librorum impressioni et Vaticanae bibliothecae praepositi sunt, ut, quibuscunque rebus consilium et institutum eius, quem mihi commendas, iuuari possit, iuuandum curent" (*Weber* l. c. p. 104. *Pogiani* Epistolae II, 349). Et *Latinus Latinius* Roma 16. Iunii 1562 ad Andream Masium de Sirleto: „In restituendis actis Synodorum operam nauat" (Latini Latinii Epistolae a *Dominico Magro* collectae II [Viterbii 1667], 104). Atque anno quidem 1567 Laurentius Surius, carthusianus coloniensis et Canisii amicus, pleniorem conciliorum editionem (4 voll. in 2°) Coloniae in lucem emisit; anno vero 1561 ipsos Socios colonienses eiusmodi editionem meditatos esse (quam tamen non perfecerunt) ex Ribadeneirae litteris 11. Octobris 1561 ad Canisium datis colligere licet.

604.

P. PETRUS DE RIBADENEIRA,

provinciae tuscae S. J. praepositus et secretarii S. J. vicarius,

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis S. J.,

CANISIO.

Roma 11. Octobris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis, cui in margine eadem manu adnotatum est: „Augusta Canisio", quodque exstat in cod. „Italia 1560. 1561. 1562" f. 237ᵇ—238ᵃ. Eiusdem epistulae in cod. „Germ. 1561" (f. 26ᵃ) his verbis mentio fit: „Augusta Canisio. Pax christi etc. Questa lettera sta nel libro d' Jtalia à di .11. d' ottobre .1561."

Quid cardinalis Augustanus, ut monasterium S. Georgii Sociis traderetur, egerit, et quid Canisio eius rei gratia agendum sit. De domo probationis, quid praepositus generalis statuat, exspectandum esse. Salmeronem Socios colonienses in conciliorum editione paranda adiuturum esse.

Pax christi etc.

Riceuemo quella di .V. R. di .27. del passato [1], nella quale non scriue che cosa si sia fatto sopra quel monasterio [2], che si trattaua hauer per la compagnia . Jntorno al quale negotio s' è parlato quà al nostro Reuerendissimo Cardinale [3] il quale mostra tener grande speranza della buona conclusion di quello: Et dice hauer scritto al Signor Preposito Remo [4], che procuri per ogni mezzo possibile il con-

---

Pax Christi etc.

R. V. litteras die 27. mensis superioris datas accepimus [1]; in quibus ipsa non scripsit, quid in causa monasterii istius [2], de quo Societati tradendo agebatur, factum esset. De quo negotio hic reverendissimo cardinali nostro [3] locuti sumus, qui eius prospere conficiendi magnam sibi spem esse significavit; et dixit se domino praeposito Remio [4] scripsisse, ut, quacunque ratione fieri posset, capituli impetrare

---

[1] Hae litterae perisse videntur. [2] S. Georgii; vide supra p. 223—224. 235.

[3] Ottoni Truchsess.

[4] Wolfgango Andreae Rhem, collegialis ecclesiae S. Mauritii augustanae praeposito et cathedralis ecclesiae augustanae canonico; cf. *Can.* Epp. II, 397 [2].

senso del capitolo, senza ilquale non si faria nulla [1]. Qua pare che .V. R. doueria dare aiuto al detto Preposito, et dal canto suo procurar questo consenso; perche hauendosi quello la cosa non hauera difficultà alcuna. Giouara anche il consentimento del Senato, non perche sia necessario, ma perche non facci rumore doppoi contradicendo etc. [2] Quanto al transferire la casa di probation di Vienna à Praga, di qua ne è stato scritto à N. P. Generale à Francia et aspettiamo sua risolutione perchè è negotio che depende del suo parere. Fra questo mezzo .V. R. non innoui cosa alcuna. *De collegio pragensi quaedam monet.* N. P. Vicario [3] ha uisto quel che .V. R. scriue intorno alli Concilij, che in Colonia li nostri disegnano stampare emendati, et ampliati [4] et dice che trattara di questo con alcune persone litterate et intelligenti qui in Roma, et che non manchera di dar l' auiso et consiglio che da lui si ricerca. Stefano Liberio et Sigismundo [5] non sono anchora arriuati. Non mi resta altro che dir in questa, se non che tutti ci raccomendiamo etc. di Roma a di .11. d' ottobre 1561.

Nota: Canisius rescripsit 26. Octobris 1561.

studeret consensum, sine quo nihil efficeretur [1]. Nos autem censemus, R. V. praeposito illi opem ferre atque, quantum ex ipsa est, consensui isti impetrando operam dare debere; hoc enim impetrato nulla omnino in ista re erit difficultas. Iuvabit etiam efficere, ut senatus consensum praebeat, non quod is necessarius sit, sed ne senatores postea tumultuentur, contradicendo etc. [2]. Quod ad domum probationis Vindobona Pragam transferendam attinet, hinc in Galliam ad patrem nostrum praepositum generalem ea de re scripsimus et, quid ipse constituat, exspectamus; id enim negotii ex ipsius iudicio pendet; neve interim R. V. quicquam novi statuat. *De collegio pragensi quaedam monet.* Pater noster vicarius [3] legit, quae R. V. de conciliis scripsit, quae Coloniae nostri emendata et amplificata typis exscribere cogitarent [4]; atque ipse dixit, se ea de re hic Romae cum hominibus aliquot litteratis et intellegentibus acturum esse et cordi sibi fore, ut, prout petissetis, vos edoceret vobisque consilia daret. Stephanus Liberius et Sigismundus [5] nondum huc advenerunt. Neque aliud, quod in his litteris scribam, superest, nisi nos omnes nos commendare etc. Roma 11. Octobris 1561.

[1] Monasterium hoc canonici ecclesiae cathedralis augustanae (cum Walthero episcopo) a. 1135 fundaverant et canonicis regularibus ordinis S. Augustini tradiderant, „vt quidquid" (ita in diplomate fundationis dicitur) „ab ipsis in dei laudibus minus aut negligentius fieret, quam deberet, hoc istorum piis studiis et laboribus quodammodo suppleretur" (*Braun*, Bischöfe II, 89 [bb]). Cardinalis autem Otto capitulo suo cathedrali sollemniter promiserat, se ecclesias, beneficia ecclesiastica etc. sine capituli consensu in alios non translaturum etc. (*Braun* l. c. III, 367. 155. 496—501).

[2] *Ribadeneira* 18. Octobris 1561 Canisio *scripsit, „per piu fermeza et amoreuoleza" hunc consensum utilem fore.

[3] Alphonsus Salmeron. [4] Cf. supra p. 231—232.

[5] Dominatius.

605.

P. NICOLAUS LANOIUS S. J.,
rector collegii ingolstadiensis,

iussu Canisii

ALPHONSO SALMERONI,
vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 11. Octobris 1561.

Ex autographo (2°; 3 pp.; in p. 4. inscr. et pars sig.). Cod. „G. Ep. II.“ f. 121ª—122ᵇ.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 138.

Res ingolstadienses: Bonus collegii status; contionator Oenipontem iturus; nova aedificia; convictores; deest ecclesia; clerus saecularis. Augustae domus professa utilior erit quam collegium. Socii aliqui. Domus probationis Pragae paratur; magistri noviciorum mittendi. Collegium oenipontanum; consiliariorum oenipontanorum virtus. Res vindobonenses: Rector aegro animo est, quia nimia onera sibi imposuit; „collegiales“ pauperes; convictores; semiconvictores; contubernium nobilium; Canisius totum collegium et maxime rectorem consolari studet. Canisio adiungendus est, qui eius laboribus moderetur et ordinem domesticum Augustae melius instituat.

Jhesus.

Gratia et pax Jesu Christi nobiscum semper.

Reuerendo Padre.

Ritrouando mi per adesso in Augusta per rispetto della fiera et de altre cose di maggiore importanza, mi ha il P. nostro Prouinciale commesso che jo scriuessi alla R. V. delle cose del Collegio nostro Jngolstadiense et anche de altre piu vniuersale dj questa sua Prouincia [1].

Quanto adonque tocca al primo sappia la R. V. che questi giorni lasciai tutti sane quanto al corpo li Padri et fratelli del detto Collegio,

---

Jhesus.

Gratia et pax Iesu Christi nobiscum semper. Reverende pater.

Degentem me in praesens Augustae et propter nundinas et propter alias res maioris momenti pater noster praepositus provincialis ad R. V. de rebus collegii nostri ingolstadiensis atque etiam de aliis, quae magis ad totam hanc ipsius provinciam spectant, scribere iussit [1].

Quod igitur ad primum attinet, sciat R. V., collegii illius patres fratresque omnes, cum his diebus ab iis discederem, sanis fuisse corporibus; quod autem ad

---

[1] Lanoius Canisii praepositi provincialis „admonitor“ erat (*Can.* Epp. II, 753). Ex huius epistulae verbis postremis intellegitur, una cum Lanoio P. Ioannem Cuvillonium et P. Theodoricum Canisium Augustae fuisse. *Georgius Crispus* S. J. in *Litteris quadrimestribus collegii ingolstadiensis Ingolstadio 3. Ianuarii 1562 datis „peregrinationes“ augustanas a Lanoio „pedestri semper itinere peractas“ esse scribit (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „Litterae Quadrim. . . . ex Anno 1561 in A. 1566“ P. II. in a. 1562 [Coloniae in archivo ecclesiae B. M. V. in caelum assumptae]).

et quanto al' spirito jo non so seno che tutti vanno bene nella sua vocatione et senza tentationj notabilj inquanto jo puosso giudicare et intendere. Maestro Hermeti [1] volendo il Signore dira la sua prima messa nella festa di tuttj santj [2] et con questo mezzo et con li studij de theologia si prepara per predicare in Jnspruck circa la quaresima inquanto non li fosse mandato vn altro da Roma come si e promesso à l' imperatore et questo con detrimento del Collegio nostro si puo fare per vna quaresima si V. R. non mandasse vn altro philosopho per leggere in academia publice Aristotelis philosophiam [a].

Jl Collegio nostro si è in parte mutato et rinouato, hauendo noi schuole nuoue doue staua quel arbore grandi, comingiandosi quelle alla casa piccola del cantone et ext[endendo]si [b] insin al riuo chiamato der Schütter, cosa nota per esperienza alla R. V. [3] si adesso sene ricorda. Le schuole vecche cio è li luogi infimj sotto le stanzie nostrae et le schuole di theologia et caetera danno adesso duoi rifettorii vno per noi et l' altro per li nostri commensali [4], Cucina et altre nuoue stanze si sono fabricate abasso al muro del detto riuo et bisogna di guadagnare a pocco a pocco . essendo noj freddi dal canto nostro in Germania noi dico Germani o Fiandresi . et trepidi li nostri Patroni . Jl principal mancamento di questo nostro Collegio è

---

eorum animos attinet, aliud non novi nisi omnes in vitae genere, ad quod a Deo vocati sunt, bene procedere idque sine maioribus tentationibus, quantum equidem iudicare et intellegere possum. Magister Hermes [1], si domino placuerit, primum sacrum die omnibus sanctis sacro [2] faciet atque et hac ratione et theologiae operam dando ad contiones se parat Oeniponte sub Quadragesimam, nisi aliud a patribus romanis ei praescriptum erit, habendas, sicut imperatori promissum est, atque hoc cum collegii nostri detrimento per Quadragesimae unius tempus praestari poterit, nisi R. V. alium philosophiae magistrum, qui in academia Aristotelis philosophiam publice tradat, nobis miserit.

Collegium nostrum partim immutatum et instauratum est; novas enim scholas, ubi magna illa arbor erat, habemus; quae a domuncula illius vici prima incipiunt et usque ad rivum, cui nomen der Schütter est, se extendunt; quam rem R. V. [3] experta scit, si tamen nunc eius meminit. Scholae autem veteres sive conclavia, quae sub cubiculis nostris sunt, et scholae theologicae et cetera modo duo constituunt triclinia, quorum unum nostro, alterum commensalium nostrorum [4] usui destinatum est. Ac culina et alia cubicula nova proxime ad rivi illius murum exstructa sunt; et pedetentim nos progredi oportet, cum in Germania nos quidem ex parte nostra — nos Germani dico vel Flandri — frigidi simus et patroni nostri trepidi sint.

---

[a] *Verba* Jnspruck *etc. usque ad* philosophiam *incl. Lanoius in margine addidit, deletis in ipsa epistula verbis his, quae post* predicare in *scripserat:* Augusta nella absentia del P. Prouinciale nostro se forse la R. sua fosse di qua per il Concilio Tridentino. [b] *Locus atramento maculatus.*

---

[1] Halbpaur, philosophiae professor in universitate ingolstadiensi; vide supra p. 54.
[2] Kalendis Novembribus.
[3] Salmeronem significat; vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.
[4] Adulescentes dicit litterarum studiosos, qui Sociis in disciplinam traditi erant.

che non tiene chiesa proportionata et atta al suo fine, ni anche veggo apparentia[a] di poterne hauere vna conueniente vicina et commoda al Collegio et si ben hauessimo vso libero di quella piccola che sta nel Collegio [1] et che l' ingresso delli professori publici si leuasse di la, nondimeno il sito cosi obscuro et angulare non é al proposito ni la capacita sarebbe anchora basteuole, Edificare noua chiesa grande a fundamentis in qualche luogo vicino, sarebbe cosa troppo dificile a praticare con questa gente, massime essendo queste duoi parochie di Santa Maria et .S. Mauritio qui senza pretti . Onde la speranza nostra doueria esser diretta ad ottenere vna buona parte della chiesa di Santa Maria, per predicare subinde dire messa et confessar et communicare il populo[2]. Sed non recipit nos Diotrephes[3].

Qui in Augusta alchunj diuoti et diuote vorianno che si fondasse vno Collegio della compagnia nostra, a noi pare che sarebbe cosa piu frutuosa in domino hauere vna casa di professi doue fossero sacerdoti valenti per aiutare questo populo cosi infetto et tamen facile a ridure al grembo della Santa madre chiesa[4], ma humanamente par-

---

Maxima vero huius collegii nostri difficultas in hoc est, quod ecclesia instituto suo accommodata et apta caret, neque solida spes mihi apparet ecclesiae convenientis, quae collegio et vicina et commoda sit, accipiendae, atque, etiamsi parvae illius ecclesiae, quae in collegio [1] est, usum haberemus liberum et porta, per quam professores publici ingrediuntur, inde transferretur, tamen eadem, quia loco tam obscuro et in angulo sita est, neque nobis satis utilis esset neque satis quidem capax esset. Novam autem amplamque ecclesiam vicino aliquo loco a fundamentis exstruere, res esset nimis difficilis effectu apud hos homines, praesertim cum duae illae, quae hic sunt, parochiae — parochiae dico sanctae Mariae et S. Mauritii — sacerdotibus destitutae sint. Quare spes nostra eo converti debet, ut ecclesiae sanctae Mariae partem haud exiguam impetremus ad contiones subinde habendas, missae sacrificium offerendum, sacrae confessionis et communionis sacramenta populo ministranda[2]. Sed non recipit nos Diotrephes[3].

Hic Augustae homines aliquot et feminae nostri studiosae optant, ut Societatis nostrae collegium fundetur. Nos vero utilius in domino fore censemus, domum habere professorum, ubi sacerdotes sint ad populum hunc adiuvandum idonei, qui, licet adeo errore infectus sit, facile tamen ad sanctam matrem ecclesiam reduci potest[4]; sed si ad nos tantum respicimus, ab huiusmodi re suscipienda valde longe

---

[a] *Sequitur* speranz, *a L. ipso oblitteratum.*

---

[1] Primi collegii ingolstadiensis Socii a. 1556 in „collegio veteri“ sive domo universitatis collocati erant, donec propria iis domus aedificata esset. In quo collegio prope portam sacellum erat S. Catharinae Alexandrinae idque facultatis artium (philosophiae) proprium (*Can.* Epp. I, 309[1]. 586. 723).

[2] Huic parochiae, quae „academica“ erat, Georgius Theander (cf. *Can.* Epp. I, 690[4]), vir probus et doctus nec Societati Iesu inimicus, praeerat (*Mederer* l. c. I, 320—321). [3] 3 Io. 9.

[4] In domibus „professorum“ sive „professis“ sacerdotes, qui Societatis vota sollemnia nuncuparunt, non scholis habendis (id quod in collegiis fit), sed contionibus habendis, catechismo explicando, confessionibus audiendis, iis, qui in valetudinariis et in carceribus sunt, adiuvandis etc. operam navant (*Constitutiones* S. J. P. 3, c. 1, n. 27, X).

lando, tal impresa pare essere molto lontana, non essendo persone atte per stare qua et in tanta carestia di quelle nelli Collegii di Germania. Si ce fossero conuenienti operarii non mancarebbe il secondario ni el modo di viuere.

Jl P. Prouinciale e stato constretto di mandare a Vienna il P. Hurtado dal quale molto si aiutaua . et Lunedi [1] si parti di Jngolstadio in barca con Giouanne Sartore giouane non troppe stabile nella sua vocatione [2] desiderando lui questa estade passata di farsi shiartosino, ma adesso dice che lui e liberato di quella tentationj.

Si tratta adesso di fare in Praga vna casa di probatione. Jl che pare cosa necessaria parendo cosa piu difficile che de maggiore frutto mandare Todeschi per probarsi in Roma . doue anche non e casa di probatione [3]. Per dare principio a questa casa, si racolgie la materia prima cioe li denari da questi Collegii, per trouare et preparare la seconda, ligna et lapides. Cè vna capella nel Collegio Pragense [4] et altri edificj antichi et horti liquali si possono facilmente accommodare a questo effetto . Solamente resta vna cosa non di pocca importanza senza laquale non si fa niente et si edifica indarno . Cio è che le R. V. per l' amor che tengono alla Germania mandino vn o duoi huomini et Padri Santi et atti a guuernare tal fameglia, perche in Germania non se ne ritroua nessuno, il quale almanco non sia necessario alli Collegi.

---

abesse videmur; nam homines idonei, qui hic degant, non suppetunt et Germaniae collegia magna eiusmodi hominum penuria laborant. Sin autem operarii idonei praesto erunt, ne secundaria quidem aut vitae necessaria deerunt.

Pater praepositus provincialis Vindobonam P. Hurtadum, a quo multum iuvabatur, mittere coactus est; atque is die Lunae [1] Ingolstadio in navicula profectus est cum Ioanne sartore, iuvene in hoc vitae genere haud ita constanti [2]; superiore enim hac aestate Carthusianorum ordinem ingredi cupiebat; nunc vero se ea tentatione liberatum esse dicit.

Nunc de domo probationis Pragae constituenda agitur. Quae res necessaria esse videtur; nam difficilius quam utilius esse videtur, Germanos Romam mitti, ut probentur; ubi ne domus quidem probationis est [3]. Cuius domus incohandae gratia materiam primam, quae pecunia est, ex his collegiis colligimus, ut ita secundam, quae ligna et lapides sunt, nanciscamur et praeparemus. In collegio pragensi sacellum [4] et alia aedificia vetera et horti sunt; quae huic rei facile accommodari possunt. Una tantum praeterea providenda est res haud parvi momenti, sine qua nihil efficietur et frustra aedificabitur: Reverentiae vestrae pro suo in Germaniam amore unum duosve homines mittant oportet, qui patres sancti et ad huiusmodi familiam regendam idonei sint; in Germania enim eiusmodi homo, saltem qui collegiis necessarius non sit, non suppetit.

---

[1] 6. Octobris.

[2] Ioannes Antonius Gnerus (Gnecus) significari videtur; cf. supra p. 207 [8].

[3] Romae domus probationis cum professorum domo iuncta erat (*Polancus*, Chronicon VI, 43), donec a. 1565 separata ei sedes constituta est (*Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesv Pars tertia [Romae 1649] l. 1, n. 54).

[4] Parvum illud templum S. Bartholomaei dicere videtur; v. supra p. 125 [2]. 150.

Altra uolta auisiamo la R. V. che si ricordi del Collegio OEnipontano il quale ricerca buoni suppositi[a] et alchunj ben dotti in theologia per aiutare quelli Signori del Regimento di quelle prouinciae liquali sono huominj dotti et alchunj molto letterati et deuoti desiderando loro esser aiutatj tanto per le predichae delli nostri come in confessioni et casibus conscientiae qui subinde occurrunt nella lor prattica.

Si riccommanda alla R. V. il Collegio Viennense il quale non sta in troppo buoni terminj in capitibus et in membris. Jl Rettor[1], per esser afflitto parte de infirmitadi corporali et di melanconia non videtur esse qualis erat heri et nudiustertius[2], non li mancano occasioni di tristitia et alchune turbationi essendo lui priuo di diuerse persone lequali lo poteuano aiutare et recreare in domino D. Lamberto dico, M. Carolo, Dauide[3] (qui in veritate ibi noluit stare[4]). Ma la radice di questa turbatione et discontentezza nel suo officio rettorale vienne de le molte et grande imprese che fa la R. sua in quelle magnifice fabbricche, Stampa et subito aumento di tante fameglie, Sub eodem tecto sono tanti fratelli nella commune habitatione, ce sono li nouitij in altra parte di quel stretto monasterio[5] liquali hanno la lor cucina separata et coco propio, Rettor o Preposito. Di altra banda parmente stanno li Collegialj[6] con alchunj commensali[7] hauendo loro anche omnia propria. Item li commensali

---

Alias R. V. monuimus, ut collegii oenipontani memor esset; quod idoneos homines et aliquot in theologia valde versatos exigit ad dominos illos, qui de provinciarum illarum supremo magistratu sunt, adiuvandos; qui homines docti et eorum aliqui valde litterati et pii sunt; ipsi enim a nostris tum in contionibus tum in sacris confessionibus et in casibus conscientiae, quos vocamus, in officii administratione subinde ipsis occurrentibus adiuvari cupiunt.

R. V. collegium vindobonense commendamus, quod, sive capita sive membra spectamus, haud ita bene se habet. Eius rector[1], cum partim corporis infirmitatibus, partim animi aegritudine afflictetur, non videtur esse qualis erat hodie et nudiustertius[2]; cui certe tristitiae et perturbationum aliquot non desunt causae, cum variis hominibus, qui ipsum adiuvare eiusque animum in domino recreare poterant, privatus sit, D. Lamberto dico et M. Carolo ac Davide[3] (qui in veritate ibi noluit stare)[4]. Huius tamen perturbationis et taedii, cum quo reverentia sua rectoris munus sustinet, radix haec est, quod ipsa tam multa et magna aggreditur: magnificas illas aedificationes, typographiam, tot familiarum subitas amplificationes. Sub eodem enim tecto tot fratres communiter habitant et novicii in alia angusti illius monasterii[5] parte sunt, qui culinam separatam et coquum proprium ac rectorem vel praepositum suum habent. In alia parte similiter collegiales[6] cum commensalibus aliquot[7] degunt, qui et ipsi omnia propria habent. Item commensales, qui collegiales

---

[a] supposito *L.*

---

[1] Victoria. [2] Gen. 31, 2. 5. 1 Reg. 19, 7 etc. [3] PP. Auer, Grim, Eck.

[4] Io. 8, 44. [5] Monasterii Beatae Mariae Virginis, a Carmelitis ad Socios translati.

[6] Pauperes illos litterarum studiosos dicit, quibus educandis a. 1558 „collegium novum“ a Victoria institutum erat (*Can.* Epp. II, 90². 304². 641. 655).

[7] Hi (convictores) cum „collegialibus“ ad eandem mensam, suis tamen expensis, accedebant. Cf. *Can.* Epp. II, 304³.

non Collegiali mangiano della pignata del Collegio et in questa parte non sono separati del Corpo del Collegio [1]. Oltra di questj Contubernij di forastieri et di municipi si espettano certi nobili li quali staronno nella Casa del Dottor Crans [a] [?], vicina al Cimeterio del Collegio, edificata molto magnificamente et con molta spesa [2] et hanno di esser anche loro guuernati dalli nostri almanco quantum ad instructionem et directionem domesticam . non si e mancato di consolare il buono P. Rettore Vittoria con mezzi conuenienti et questo ha fatto il P. Prouinciale per se con letere et aiuto reale commettendo anche a me et ad altri che il medesimo quasi motu proprio ex charitate facessimo. Essendo i noi tre adesso con sua Reuerentia congregatj molto habbiamo trattato per trouare il modo di consolare et aiutare il detto Collegio Viennense . vedendo apertamente la necessita et bisogno che tienne come pottra anche la R. V. intendere delle letere de .M. Adamo Ministro Viennense [3], et pareua che saria buono che la .V. R. essortasse il P. Hurtado et li commettessi il cargo di aiutare con molta diligentia quel Collegio et specialmente il Rettore et il Ministro Adamo come pusillanime et tribulato come intendera la R. V. Hor mentre che jo scriuo questa sono venute quelle del P. Ribadenayra scritte per commissione della R. V. [4] et ne siamo molto rallegrati intendendo che per ricompensa del P. Lamberto si

---

non sunt, ex collegii olla comedunt neque ea in re a reliquo collegio separati sunt [1]. Praeter illa autem externorum et municipum contubernia nobiles quidam exspectantur, qui in domo doct. Crans [a] [?] collegii coemeterio vicina, quae valde magnifice magnisque expensis [2] aedificata est, habitabunt; qui et ipsi saltem in rebus ad institutionem gubernationemque domesticam pertinentibus nostrorum consilio regentur. Nos quidem optimum patrem rectorem Victoriam rationibus convenientibus consolari non omisimus; id quod pater praepositus provincialis et per se praestitit, litteras ad eum dando et ipsa re eum adiuvando, et mihi atque aliis mandavit, ut quasi nostra sponte ex caritate idem faceremus. Nos igitur tres cum reverentia sua modo congregati multum inter nos contulimus, qua ratione collegium illud vindobonense consolari et adiuvare possemus; clare enim intelleximus, illud auxilio valde indigere; id quod etiam R. V. ex M. Adami ministri vindobonensis litteris [3] cognoscere potest; atque optandum esse nobis videbatur, ut R. V. ad hoc P. Hurtadum exhortaretur hocque eidem negotium daret, ut magna cum diligentia collegium illud et maxime eius rectorem atque Adamum eius ministrum adiuvaret, quippe qui abiecto et afflicto animo esset, id quod R. V. facile intelleget. Dum hanc epistulam scribo, P. Ribadeneirae litterae iussu R. V. datae [4] nobis allatae sunt; quibus vehementer delectati sumus intellegentes detrimenti, quod collegium vindobonense ex P. Lamberti abitu patitur, resarciendi

---

[a] *Vel* Craus; *obscure scriptum.*

---

[1] Hi (semiconvictores) apud Socios quidem cibum, extra collegium vero, apud parentes, amicos etc., somnum cepisse sive habitasse videntur.

[2] De hoc nobilium convictu, Ferdinandi I. caesaris expensis aedificato, vide *Can.* Epp. II, 574. 641 [1]. 650. 655.

[3] Has P. Adami Höller litteras vide supra p. 218—221.

[4] Vide supra p. 227—231.

manda al Collegio Viennense quel Dottore spagnolo, dotto[1]. al quale anche maggiormente saria buono et utile al detto collegio che per aiutare il Rettore hauesse special cura et autorita . Jl che forsi la R. V. hauera fatto,

Quanto al bene vniuersale di questa prouincia saria cosa molto utile che il P. nostro Prouinciale hauessi buoni compagni per aiutarlo in corporalibus et spiritualibus negotijs et rebus . il quale moderassi li suoi studij et faticche con authorita della R. V. et guidasse il Patrone et la case con buon ordine nel mangiare, bere, dormire, et religiosa recreatione . Molto mi riccommando alla R. V. alle sue orationj et suffragij come fanno anchora questi Padri nostro Prouinciale, jl suo fratello rettor monachiense et il dottor Cuuillonio. Di Augusta a 11. di Ottobre 1561.

Per commissione del P. nostro Prouinciale

Di V. R. seruo in domino
Nicolaus Lanoyus.

Jhesus. Al molto Reuerendo in Christo Padre il P. Maestro Jacomo Laynez Praeposito generale della Compagnia di Giesu in Roma.

---

gratia eruditum illum doctorem hispanum[1] eo mitti. Qui etiam magis adiuvabitur[2] et collegio eidem utilior erit, si rectoris adiuvandi singularis ei curatio commendata et auctoritas data erunt. Quas fortasse R. V. ei dedit.

Quod ad huius provinciae communem utilitatem attinet, valde expediet, patri nostro praeposito provinciali bonum adiungi socium, a quo in negotiis et rebus tum corporalibus tum spiritualibus adiuvetur, et qui R. V. auctoritate ipsius litterarum studiis et laboribus moderetur et tum patrem familias tum familiam ipsam regat efficiendo, ut in edendo, bibendo, dormiendo, animis religiose relaxandis bonus ordo servetur. R. V. precibus et orationibus valde me commendo; similiter hi patres se commendant: praepositum nostrum provincialem dico et rectorem monachiensem eius fratrem et doctorem Cuvillonium. Augusta Vindelicorum 11. Octobris 1561.

Iussu patris nostri praepositi provincialis — R. V. servus in domino
Nicolaus Lanoyus.

Jhesus. Admodum reverendo in Christo patri, patri magistro Iacobo Lainio, praeposito generali Societatis Iesu, Romae.

Nota: Lainio quidem, qui tunc in Gallia, non Romae morabatur, hae litterae a Lanoio inscriptae sunt; at proxime et primo loco Salmeroni, qui Romae Lainii vicarium agebat, eas destinatas esse haec Lanoii verba, quae in priore litterarum earundem parte (supra p. 244) leguntur, ostendunt: „Jl Collegio nostro si è in parte mutato et rinouato, hauendo noi schuole nuoue doue staua quel arbore grandi, comingiandosi quelle alla casa piccola del cantone, et ext[endendo]si insin al riuo chiamato der Schütter, cosa nota per esperienza alla R. V. si adesso sene ricorda.“ Ingolstadiensem illam arborem, domunculam, rivum nec Lainius nec Ribadeneira nec Madridius neque alius ex Sociis romanis, ad quos Lanoius has litteras dare poterat, viderat, nisi Salmeron; qui a 13. Novembris 1549 fere ad 10. Septembris 1550 Ingolstadii fuerat (*Can.* Epp. I, 296[2]. 329[3]. 690). Attamen Lainio hae litterae destinatae erant secundo loco, sive ita, ut cum ipso communicandae essent, si quid

---

[1] P. Ferdinandum Jaen. [2] Vel: adiuvabit illud.

in iis propositum esset, quod diiudicare, concedere etc. in Salmeronis potestate non esset. Ceterum quod ad praecepta de litteris scribendis paulo ante Sociis data attinet, vide supra p. 177—178. 181.

606.

P. NICOLAUS LANOIUS S. J.,

collegii ingolstadiensis rector,

mandatu Canisii

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

rectori collegii vindobonensis.

Augusta Vindelicorum 11. Octobris 1561.

Ex autographo (2°; $1^1/_3$ pp.; in p. 4. inscr. et pars sig.), a Victoria Romam ad Salmeronem misso. Cod. „G. Ep. II." f. 376^a—377^b.

Qui Socii Augustam modo venerint. P. Elderenum, Augustae occupatissimum, Ingolstadium quietis refectionisque gratia iisse. Adiutoribus opus esse. Multa illa contubernia, quae Victoria instituerit, et sibi et aliis in „vanitatis arena" collocata esse videri. Ipsum cum valetudinis detrimento nimia aggredi, concitatius scripsisse, subditos durius — id quod Germani ferre vix possint — tractare.

Jhesus.

Gratia et pax Jesu Christi etc. Reuerendo Padre.

Adesso ci ritrouiamo in Augusta col' Padre nostro Prouinciale jo, jl Rettore Monachiense [1], et il P. Cuuillonio [2] il quale parte per la sua recreatione parte per aiutare il detto Padre in certi negotij si ferma quà mentre che durano queste vacantie del studio Jngolstadiense [3], et saria molto di bisogno che vno restasse fermo in questa casa per il medesimo fine, massime essendo partito di qua il P. Hurtado per Vienna . et benche qui stia il P. Eldrense [4] pur non li bastano le forze per sostenere solo tanto peso nel scriuere cose tante, molte, e diuerse . et per spendere denari per la oeconomia et per altri

---

Jhesus.

Gratia et pax Iesu Christi etc. Reverende Pater.

Nunc Augustae cum patre nostro praeposito provinciali versamur ego et rector monacensis [1] et P. Cuvillonius [2]; qui partim quietis refectionisque, partim patris illius in negotiis quibusdam adiuvandi gratia, dum hae sunt universitatis ingolstadiensis vacationes [3], hic manet; et valde necessarium erat, aliquem eiusdem rei gratia semper in hac domo degere, praesertim cum P. Hurtadus hinc Vindobonam profectus sit; ac licet P. Eldrensis [4] hic sit, vires tamen ei non suppetunt, quibus tantum onus tam multarum tamque diversarum rerum scribendarum solus sustineat et pecuniam solvat rei domesticae administrandae et alia praestet; totus enim hic sacras con-

---

[1] Theodoricus Canisius.

[2] P. Ioannes Cuvillonius, theologiae professor in universitate ingolstadiensi.

[3] Vacationes significare videtur, quae a die festo S. Michaëlis (29. Septembris) ad diem S. Lucae (18. Octobris) erant (*Mederer* l. c. IV, 195).

[4] Guilielmus Elderen.

respetti . Le confessioni et conuersationi di huominj et di donne l' occupano qui tutto . Jl Signore li dia animo et forze a tanti carrichi. Partito il P. Hurtado venne lui ad Jngolstadio per recrearsj nel spirito et nel corpo et poi tornarà alli soliti trauagli . La R. t. vede la necessità di buoni et sufficienti coadiutori, in capitibus et in membris. Tal soccorso anche manca alli Rettori tanto nelle cose spirituali et di letteratura come nelle temporali. Jl Signore li dia la sua Sancta benedictione et spiritum duplicem[1] sicut fecit Heliseo, et massime a quello di Vienna il quale hauendo tante fameglie a gubernare tienne pocchissime persone idonee a portar insieme con lui parte di tanto peso, come fecero quelli vecchioni et Sauij nel regimine di Mose per conseglio di Jethro[2]. Tante cure et trauagli nel fabricare esteriore, et interiore in tante case[3] mal fondate sopra de la firma pietra[4], anzi piu tosto collocate (parlando da non pocchi) nel' arena della vanita mondana[5] portano seco afflittioni corporali et spirituali al capo et superiore. Oltra di questo il zelo ardente di stabilire le cose quanto alli prouenti et intrata et quanto al' augumento del numero delle persone, et altri lauori et stenti conformi al modo di procédere della compagnia di Giesu . bastano quasi per fare succumbere, ò gettare per terra la persona, il ché facilmente accaderebbe nisi Dominus supponeret manum suam[6]. Questa excessiua occupatione secundum intensionem et extensionem senza

---

fessiones et virorum et feminarum excipiendo atque etiam extra confessiones aures iis praebendo occupatur. Cui dominus ád tot officia administranda animum viresque tribuat. Ipse P. Hurtado hinc profecto Ingolstadium, ubi et animum et corpus reficeret, venit; postea ad labores pristinos revertetur. Videt igitur R. T., boni idoneique adiutores quam necessarii et capitibus et membris sint. Cuiusmodi auxilium etiam rectoribus tam in rebus pietatis et litterarum quam in domesticis deest. Dominus sanctam suam benedictionem et spiritum duplicem[1], quem Elisaeo dedit, iis tribuat et maxime rectori vindobonensi, cui, cum tot familiae regendae sint, paucissimi praesto sunt, qui partem tanti oneris una cum ipso ferre possint, sicut Iethro suadente senes illi et sapientes regendi onus cum Mose tulerunt[2]. Ubi autem tanta cura totque labores aedificiis tum corporalibus tum spiritualibus erigendis impenduntur in tot domibus[3] male supra firmam petram fundatis[4], immo potius (ut haud paucorum nomine loquar) in terrenae vanitatis arena collocatis[5], fieri non potest, quin eius, qui caput et superior est, et corpus et animus variis modis afflictentur. Praeterea rerum in iis, quae ad proventus reditumque atque ad numerum hominum augendum spectant, stabiliendarum ardens studium atque alii labores et negotia agendi rationi, quam Societas Iesu sequitur, conformia fere sufficiunt ad hominem opprimendum vel prosternendum; id quod facile accideret, nisi dominus supponeret manum suam[6]. Certe ex occupationibus istis et modum et numerum excedentibus corporis imbecillitas ista et variae infirmitates

---

[1] 4 Reg. 2, 9.

[2] Cf. Ex. 18, 13—27. Num. 11, 16. 17. 24. 25. Deut. 1, 10—18 etc.

[3] Sociorum, noviciorum, studiosorum pauperum, convictorum, semiconvictorum, nobilium; vide supra p. 247—248.

[4] Matth. 7, 25. Luc. 6, 48. [5] Cf. Matth. 7, 24—27. [6] Ps. 36, 24.

dubio è causa di debolezza corporale et di infirmitadi diuerse, lequali la R. T. sente nella parte inferiore [1], di maniera che essendo salda la superiore [2] . vacilla tal uolta la inferiore, come si puo vedere nel suo scriuere, notanter in quella lettera che lei scriue al Rettor Monachiense, doue essa si mostra troppo vehemente, essendo stato da lui amonito et auisitato suauemente di certe cose, come anchora fa in altre doue al P. Prouinciale risponde sopra di quello debito Pragense [3]. Questa vehementia di animo alli absenti non noce, ma ben a quelli, forsa che stanno appresso di V. R. quando loro la vedano melanconica et difficile ouer rigorosa nella sua conuersatione et modo di procedere. Bisogna di considerare la tenerezza di Germanj liquali quasi mai arriuano al grado di tanta patientia et perfettione nella vita spirituale . che possano sostenere parole dure o di forte reprehensionj . Questa è la condition della gente et si compensa questa imperfectione con molti altri doni che il creatore et segnor nostro li dona communemente . Questa nostra liberta la R. V. pigliarà da buona parte et admetta le nostre parole con quel animo che sono da noi proferite . Vale Pater Charissime et nos ut soles ama. Di Augusta á 11 Di Ottob. 1561.

Jl P. Cuuillonius si ricommanda alla R. T. et alle sue orationj.

Di V. R. in domino seruus
Nicolaus Lanoyus.

Jhesus. Reuerendo in Christo Patri domino Joanni Victoriae Collegij Societatis Jesu Rectori Viennae.

---

oriuntur, quas tu, reverende pater, in inferiore tui parte [1] experiris ita, ut salva parte superiore [2] inferior nonnumquam vacillet; id quod ex scribendi ratione, qua uteris, intellegitur, et maxime ex litteris istis ad rectorem monacensem datis, ubi nimis concitatum te exhibes, cum suaviter de rebus quibusdam ab ipso monitus et certior factus sis; quarum litterarum similes sunt alterae, quibus patri praeposito provinciali de aere illo alieno ad Pragenses pertinente respondes [3]. Ista autem animi concitatio non absentibus quidem, sed iis fortasse, qui tecum, reverende pater, degunt, detrimentum affert, cum ipsi tristem te et difficilem vel acerbe severum in conversando et agendi modo experiuntur. Memores vero nos esse oportet delicatiores esse Germanos; qui fere numquam eo perveniunt patientiae neque tantopere in pietate proficiunt perficiunturque, ut verba dura vel quibus vehementer reprehendantur, ferre possint. Gentis hoc est ingenium; quod vitium multis aliis donis, quae creator et dominus noster iis tribuere solet, suppletur. Atque R. V. hanc dicendi libertatem nostram boni consulet et verba nostra eodem, quo a nobis proferuntur, animo excipiet. Vale, pater carissime, et nos, ut soles, ama. Augusta 11. Octobris 1561.

P. Cuvillonius R. T. tuisque orationibus se commendat.

R. V. in domino servus
Nicolaus Lanoyus.

Jhesus *[etc., ut supra]*.

---

[1] Corpus et nervos dicit et maxime animi sensus (phantasiam) affectusque.
[2] Intellectum dicit et voluntatem.
[3] De binis his litteris vide infra, p. 254.

Nota: Lanoius hanc epistulam significat, cum (supra p. 248) sibi a Canisio, ut Victoriam consolaretur, mandatum esse scribit. Atque hac ratione Canisius Victoriam, quem suis litteris, ut 12. Octobris Salmeroni scripsit (infra p. 254), monere non audebat, litteris monuit Lanoii, qui, cum Canisius praepositus provincialis collegia „visitaret", ipsius socium agere solebat (cf. supra p. 133. 185). Quare mirum non est, Victoriam 24. Octobris 1561 ad Canisium scripsisse „circa verba maxime", ut ipse Victoria dicit (infra p. 265), „R. Patris D. Lannoy in literis 11. Octobris Augustae" ad se „datis".

607.

CANISIUS
ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 12. Octobris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex autographo, in cod. „E. C. I" f. 134ª—135ᵇ (n. 91) posito, exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex autographo (scriptione ad nostrae aetatis morem accommodata) transcriptum et postea cum eodem collatum est.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 138.

Domum probationis Pragae instituere vult; pecunia huic rei necessaria. Victoria rector vindobonensis nimis instat, ut officio liberetur; idem subditos, maxime in rebus ad victum pertinentibus, durius tractat et in Canisium stomachatur; hic vero, ne ipse peccaverit, timens, se a superioribus corrigi cupit. Convictus nobilium vindobonensis. Victoriae animus placandus. Socii aliquot. Collegia moguntinum et oenipontanum. Canisius Augustae frigide contionari mavult, quam Tridenti inepte disputare. Negotium neapolitanum. Theodorici Canisii professio. Socii Lainium voluntariis paenitentiis adiuvant.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende Pater.

Scripsi postremo ante dies 14 [1], nec [a] ullas interea literas accepi, ualde nobis vtile, ne dicam necessarium uideri, vt Pragae domus probationis constitueretur, et in ea praefectus ex Vrbe missus nouitijs praeficeretur. Ac Pragensis quidem Rector [2] locum ad eam domum commodissimum offert, hoc tantum precatus, vt ad fabricam 800 floreni ex collegijs totius prouintiae conferantur. Etsi uero summa sit haec grandior, quam ferat praesens tenuitas et inopia Collegiorum, tamen si R. T. accedet consilium atque authoritas, spe diuinae misericordiae et liberalitatis [b] suffulti aggrediemur sanctum hoc opus, et initium quoddam corrasis vndecunque nummis facere in Christo conabimur. Quod ad Rectorem Viennensem [3] attinet, scripsi non semel, quam importune vrgeat, vt a suo munere liberetur, licet aliter plane con-

---

[a] ner *A*. [b] liberatis *A*; liberalis *B*.

---

[1] 27. Septembris; vide supra p. 241. [2] P. Paulus Hoffaeus. [3] Victoriam.

sultoribus meis, qui singulatim ad eum scripsere, videatur[1]. Atque vt facilius hoc munus obiret, misi ad illum P. Hurtadum, quo multum equidem indigebam, vt Viennensi tantum collegio suppetias ferrem, missurus et alios, si liceret. Fit interim nescio quo modo, vt Rectoris huius animus a me alienior videatur, et suis etiam durior Viennae. Quare P. Adamus iustas adfert querelas, ut eius adiunctae literae testantur[2], magnamque praebet occasionem, ut de conseruatione Viennensis collegij solliciti esse debeamus. Jn scribendo Rector idem nescio quam acerbitatem et amarulentiam ostendit, et quod sane[a] doleo, Rectores nonnihil offendit exemplo suo. Admonitus blande admodum a meo fratre, stomachose respondit, mihique culpam tribuit, ac praeterea promittit uel minatur potius, se literas in Vrbem illas missurum esse[3]. Ego nihil ausim respondere, neque monere illum de tractandis fratribus, in victu praesertim, suauius atque commodius, ne videlicet irritabilem animum prouocem. Debet 400 florenos pragensi Rectori, a quo rogatus monui blande vt solueret: tulit id quoque permoleste, et respondit aspere, varia suspicatus. Haec inuitus narro, ut rectius cuncta iudicentur a meis superioribus, qui ne mihi hac in parte parcant, sed libere potius reprehendant rogo, vt et Rector, et collegium eius Viennense probe curentur, nihilque meo vitio illis depereat. Jnchoata est Viennae structura, quam aegre absoluet alius quam quj coepit P. Victoria, tantis sumptibus opus est[4]. Verum si ita pergeret se aliosque turbare, et in sustinendo munere alienum exhibere semper[b] animum, equidem dubito an expediret illum ita coactum et inuitum retinere diu. Vt literis autem sanetur et tranquilletur, ualde optarim. Hic egemus R. T. sacrifitijs et precibus, quibus dei gratiam impetremus[c] aduersus has aliasque tentationes.

Inter alios qui ex Viennensi collegio his mensibus fugere, duo sunt Guilhelmi, alter Germanus qui et antea Romae fuit, seque turpiter post fugam gessit in Hungaria, et in patria sua Bauarica nonnullis pro infami ducitur, quod vxorem duxisse putetur: alter uero Belga. Prior ad me scripsit Oeniponto, vt literis meis ipsum Romanis patribus ad quos recta pergeret, commendarem. Jd quam consulte faciam nescio, author est ni fallar, alteri, cur a nostris hac aestate[d] discesserit, cum esset tamen Rhetoricae classis professor. Vnde poste-

[a] fane *A.* [b] semper exhibere *B.* [c] impetiemus *A.*
[d] *Sic legendum esse mihi quidem omnino videtur;* aetate *A B.*

[1] Cf. supra p. 248.
[2] Has litteras, a P. Adamo Höller, collegii vindobonensis „ministro", ad Canisium datas, vide supra p. 217—221.
[3] Victoria reapse apographum partis earum Romam misit; quod nunc exstat in cod. „G. Ep. II" f. 324; ex quo aliqua exscripsi supra p. 225[7]; alia ponam infra, monum. 308.
[4] Contubernium dicit puerorum nobilium; de quo vide supra p. 248.

riorem existimo huic quidem instituto nostro facilius et tutius restitui posse.

Hucusque scripseram, cum adferuntur litterae 27[a] [?] Septemb. isthic datae[1] mihique in domino gratissimae quemadmodum et Doct. Lanoio et D. Theodorico fratri, qui mecum agunt hoc tempore . Benedictus deus, quo fauente mittitur Doc. Jaen Viennam: poterit is quoque Rectori opem et consolationem adferre. Moneri forte posset Rector authoritate vestra, vt commode tractet patres duos Doc. Jaen et M. Hurtadum, utque similiter alijs exhibeat se in uictu quotidiano liberaliorem, neque praestet se tenaciorem ac seueriorem fratribus, qui certe in alijs collegijs nostris commodiore victu quam Viennae vtuntur.

Fiat voluntas Domini[2] de Doc. Lamberto, qui Lubecae moratur magno cum toedio, nihilque pollicetur de reditu[3]. Oremus dominum ut Reuerendissimi Legati[4] cui ille adiunctus est, viam dirigat prospere.

Expectamus aduentum fratrum, qui Moguntiam destinantur, neque minus optamus eos venire saluos, qui Oenipontano collegio promittuntur Hispanos. Nunc misit Caesar huc nummos, quibus libros illi collegio necessarios emeremus[5]. Paratur et supellex[b] in Martium mensem, vt nihil desit nouis hospitibus. Quare maiorem in modum oramus, vt huius collegij proximo anno constituendi ratio inprimis habeatur, virique docti eo mittantur, qui doctos sane inuenient Consiliarios, a quibus nostri ualde desiderantur.

Gratias ingentes ago R. T. quod meam egerit causam apud Cardinalem Augustanum, illudque perfecerit, vt me sinat hoc loco potius frigidum contionatorem, quam Tridenti ineptum disputatorem agere[6].

Scripsit haud dubie Rector Viennensis, quae incommoda secum aduehat causa illa Neapolitana, si apud Cæsarem vrgeatur. Mihi nunquam rem totam aperuit, sed modo scribit, inconsultum sibi videri hoc quod coepit prouehere, plusque damnj nobis, quam emolumenti inde rediturum esse. Sequar autem iuditium R. T.

---

[a] *Ita AB; vide infra, adnot. 1 huius pag.*
[b] *In aut. sequitur* futuris, *oblitteratum.*

---

[1] Ex iis, quae proxime sequuntur, clare intellegitur, Canisium litteras significare, quas supra p. 227—231 posuimus. In codice autem tum his litteris, tum iis, quae eas proxime antecedunt et sequuntur, dies 25., non 27., Septembris ascriptus est, idque recte; nam dies 25. Septembris eo anno sabbatum erat; tabellarii autem publici sabbatis Roma in regiones septentrionales proficisci solebant; cf. *Can.* Epp. II, 759[1]. [2] Act. 21, 14. Matth. 6, 10.
[3] Canisius nondum cognoverat, P. Lambertum Auer 24. Septembris Coloniam advenisse indeque 27. Septembris Moguntiam profectum esse (*Hansen* l. c. p. 399[2]. 407).
[4] Commendoni. [5] Cf. infra, monum. 321. 323.
[6] Salmeron id perfecerat; vide supra p. 229.

Valde cupimus P. Natalem reducem videre, et literas Jndicas legere, Concilijque progressus serios intelligere. Dominus JESVS gratiam nobis suam augeat, vt uere ipsi placeamus, et vtiliter Ecclesiae inseruiamus.

Doc. Canisius frater meus altera septimana in professorum numerum hic cooptabitur[1]. Vnde R. T. precibus Domino cupit commendari. Mittimus quadrimestres nonnullas: mittent Viennenses[a] quoque, sed quae mihi prolixiores videntur. Commendamus nos plurimum R. T. Patrumque omnium sacrificijs et precibus in Christo domino nostro, qui R. P. Generalem in Gallia contra potestatem tenebrarum[2] defendat atque confortet. Extraordinarias quidem poenitentias praeter illas, quae constitutae sunt in collegijs nostris[3] ad causam illius iuuandam quotidie subeunt fratres. Respiciat dominus Galliam, Germaniam, et reliquas Christianismi corruptissimi nationes. Augustae 12 Octob. 1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

†

Al molto Reuerendo in Christo padre M. Giacomo Laynez preposito generali della compagnia di JESV padre osseruandiss.

Roma.

Cur in epistula Lainio inscripta Canisius ipsum alloquatur Salmeronem et de Lainio ut de tertia persona loquatur, vide supra p. 249—250.

Salmeron Canisio rescripsit 25. Octobris 1561.

608.

CANISIUS
MARTINO CROMER,

cathedralis ecclesiae cracoviensis canonico et Poloniae regis apud Ferdinandum I. caesarem legato.

Augusta Vindelicorum 14. Octobris 1561.

Ex archetypo (2°; 1 p.) a Canisio ipso subscripto; quod tamen laceratum mancumque est. Cod. cracov. „Cromeri epistt." n. 20.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 132.

De Oporino. De archiepiscopatus pragensis restitutione gaudet; hunc forti animo administrari oportere. De Michaelis Helding episcopi merseburgensis morte valde dolet. Perperam Possiaci protestantes ad disputandum admissos esse. Iudaeos famam esse e Caspiis montibus erupisse. Collegii pragensis commode dotandi negotium Cromero commendat.

---

[a] Vienneses *A*.

---

[1] Cf. infra, monum. 276. [2] Luc. 22, 53. Col. 1, 13.
[3] Cf. *Can.* Epp. II, 601.

Pax Christi nobiscum Obseruandiss. Domine.

Misi ad Operinum[1]. De Pragensi Archiepiscopatu bene speramus, et Christo gratias agimus, qui Caesaris pia vota foeliciter prosperat[2]. Sed magni refert, vt initia nouae administrationis recte constituantur. Magno quidem spiritu ad restituendam Boëmis Religionem opus fuerit. Vtinam Adalbertos et Stanislaos aetas nostra uideat[3]. Martyrij subeundi forte causam non deesse sibi intelligerent. De morte Merspurgensis Episcopi Germania merito tristetur[4]: parem doctrina et in concionando dexteritate nullum quem sciam, Episcopum Germanum reliquit, et in hac aula poterat Ecclesiae causam promouere . Dominus animae illius propitius esse dignetur.

De Gallia dolemus, quod accersitos Caluinianae et Lutheranae sectae principes, ut audimus, admiserit, audierit et Ecclesiasti[cis opposuerit in] colloquio[5] . Scilicet de Sacris ita iudicabunt Status et [Principes saeculares *[?]*]. Exitus boni nihil expecto: de praescriptione haereticorum [praeclare scribit[a] *[?]*] Tertullianus[6], si fructus aliquis

[a] bene scripsit?

[1] Praeclarus ille Cromeri liber „De origine et rebus gestis Polonorum" primum a. 1555, deinde a. 1558 et 1568 ex typographia Ioannis Oporini (Herbster, Herbst; 1507 ad 1568), typographi basileensis, in lucem prodiit (*Eichhorn*, Kromer l. c. p. 100—105).

[2] Archiepiscopalis sedes pragensis, quae ex a. 1421 vacaverat, a Pio IV. in consistorio Romae 5. Septembris 1561 habito Antonio Brus de Muglitz (episcopo vindobonensi), a Ferdinando I. caesare „praesentato", collata erat (*Steinherz* l. c. p. 302—306. *Ant. Frind,* Die Geschichte der Bischöfe und Erzbischöfe von Prag [Prag 1873] p. 180—181).

[3] S. Adalbertus, episcopus pragensis, cum contra paganorum errores in Bohemia et Hungaria strenue pugnasset, a. 997 in Borussia, ubi evangelium propagabat, a paganis occisus est. S. Stanislaus, episcopus cracoviensis, a. 1079 Cracoviae, dum contra Boleslai II. Polonorum regis libidinem officium fortiter tuetur, ab hoc ipso trucidatus est.

[4] Michaël Helding, episcopus merseburgensis (de quo *Can.* Epp. I, 39; II, 789 etc.), ipso hoc anno 1561 consilio imperii aulico („Reichshofrath") a Ferdinando I. praefectus, 30. Septembris 1561 Vindobonae mortuus erat (*Nic. Paulus,* Michael Helding, in „Der Katholik" 74. Jahrg. [Mainz 1894] II, 493—494).

[5] Die 9. Septembris 1561 Possiaci (Poissy, prope Fanum Germani [Saint-Germain-en Laye] colloquium de religione inter catholicos et protestantes haberi coeptum erat; cui Carolus IX. rex imperio nondum maturus, Catharina Medicaea mater eius, quae regnum administrabat, cardinales complures, episcopi, proceres regni, doctores sorbonnici multi intererant; ac praeter 11 fere protestantium ministros gallos (quorum aliqui ab ordinibus religiosis vel a sacerdotio defecerant) Theodorus Beza, praecipuus ille Calvini discipulus, Antonii regis Navarri et Ludovici principis Condaei invitatu Geneva, et Petrus Martyr Vermigli, et ipse calvinista, Catharina Medicaea petente Tiguro Possiacum venerant. Atque ipso primo colloquii die Beza praeter alia asseruit, corpus Christi tantum a pane vinoque eucharistico abesse, quantum altissimum coelum a terra distaret (*Raynaldus* l. c. in a. 1561 n. 89—100. *Iac. Aug. Thuanus,* Historiarum sui temporis lib. XXVIII. [Francofurti sub a. 1610], p. 537—542. *R. Fr. Rohrbacher,* Histoire universelle de l'église catholique l. LXXXV., n. 5 [ed. *Guillaume* T. X. Lyon 1872], p. 300—302).

[6] Tertullianus in libro „De praescriptionibus adversus haereticos", maxime in

ex hac licentia con[ferendi speretur[a] *[?]*, peribit[b] *[?]*] profecto causa Episcoporum, Ecclesiae res afflictissimae [erunt. *[?]* Interea haeresis magnos facit *[?]*] progressus. Jrriti conatus in multis tum Pontificis, tu[m eorum, qui] optime consultum cupiant Religioni. Plorandi tempus, [non disputandi.]

De Judaeis erumpentibus ex Caspijs montibus nescio quae fabul[ose quidem,] speciose tamen vt apparet, conficta narrantur[1]: quid de [his dignitas tua] sentiat, nosse cupio. Si uera sunt, orbi terrorem, pijs [autem moerorem] adferre possunt.

Videt dignitas tua, quo in statu res uersentur. C[ommendo charitati tuae] Collegium Pragense nostrum, quod cupio firme co[nstitui, ut te] praesente accipiat, si fieri potest, quae ad prouentus [annuos pertinent *[?]*][c][2]. Hic tua prudentia quaeso cum Rectore[3] agat, qu[omodo consuli no]stris quaeat commodissime. Nam Obinensis M[onasterij fructus, qui *[?]*[d]] hucusque nostris applicantur, summas adferunt [molestias. Hanc igitur] per occasionem dignitas tua nobis prodesset p[lurimum, si apud Caesarem *[?]*[e]] uel Archiepiscopum[4] vrgere causam dignaretur. [Ego pro dignitate tua dominum] Christum rogo, qui nos gratia sua semper a[diuuet, ut ipsi vere *[?]*[f] pla]ceamus. Augustae 14. Octob. 1561.

Seruus in [Christo Pet. Canisius].

Ex hac epistula et eius, qui scripsit, et eius, cui scripsit, nomina avulsa sunt. At Canisium epistulae auctorem esse ex eo intellegitur, quod ultima illa verba „Seruus in" ipsius manu scripta sunt; atque eidem Canisio locus, ex quo epistula data est, sermonis genus, res ipsae congruunt. Cromero autem Canisium scripsisse ex eo colligere licet, quod hae litterae in codice epistularum ad Cromerum datarum exstant, ac quod eisdem (manu ignota et posteriore) adnotatum est, ipsas Cromero

[a] consequetur? [b] iacebit? desperata? [c] spectant? commodos pertinent? [d] prouentus, qui? bona, quae? [e] Imperatorem? [f] Deo?

eius capitibus 15., 16., 17., 18., ostendit, eos, qui nova dogmata proferant, ad nullam de sacra Scriptura disputationem admittendos esse.

[1] De rerum novarum narrationibus eo tempore per Germaniam circumlatis vide supra p. 13. Adhuc exstat libellus (cui nec locus nec tempus ascripta sunt): „Neüwe Zeittung, Von dem grossen Heer der roten Juden, so auss den Gebirgen, Caspij genant, in Asia herfür kommen. Dise Juden nennen sich von den sechs Geschlechten Israhel, Wie jhr nachvolgendts hören werden. Neüwlich geschribenn auss Constantinopel, dis M.D.LXII. Jars" (*Em. Weller*, Die ersten deutschen Zeitungen, in „Bibliothek des litterarischen Vereins in Stuttgart" CXI [Tübingen 1872], 173, n. 253).

[2] Claudius Quiñones, comes de Luna, Philippi II. apud Ferdinandum I. orator, Vindobona 14. Septembris 1561 Philippo II. de caesare scripsit: „S. M. partirá mañana para Praga á tener la Dieta de aquel Reino" (*Fuensanta*, Colección de documentos etc. XCVIII, 243). Atque illic Ferdinandus I. usque ad m. Octobrem a. 1562 fere continuo morabatur (*Chr. Fr. Stälin*, Aufenthaltsorte K. Ferdinands I. 1521—1564, in „Forschungen zur deutschen Geschichte" I [Göttingen 1862], 394). Quem Cromer pro illorum temporum more eodem sequi debuit.

[3] P. Paulo Hoffaeo. [4] Antonium Brus de Muglitz.

destinatas esse. Canisius certe Cromero interdum scribebat (*Can.* Epp. I, 509—511. 513—516. 536—538. 606—608; II, 275—277 etc.), et quae in his litteris de Oporino, de S. Stanislao, de collegio pragensi adiuvando scribit, in Cromerum bene conveniunt. Confer etiam Canisii epistulam 3. Decembris 1561 Cromero missam.

609.

P. PETRUS DE RIBADENEIRA,

provinciae tuscae S. J. praepositus et secretarii S. J. vicarius,

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis S. J.,

CANISIO.

Roma 18. Octobris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Augusta P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 26.

Lainius de rebus provinciae S. J. Germaniae superioris aliqua constituit. Valde convenit P. Victoriam collegii vindobonensis regendi onere liberari. Qui „superintendens" erit. Collegium pragense. Fausta ex Gallia nuntiantur.

Pax christi etc.

Anchor che questa settimana non habbiamo riceuute lettere di .V. R. non dimeno, scriuero questa per auisar come si sono riceuute di N. P. General di .25. di Settembre della Corte di Francia [1], et tra l' altre cose allequali sua P. risponde sono alcune cose che toccano alla Prouincia di .V. R. come uedera per i capitoli copiati d' una lettera de mano del P. Polanco che con questa ua [2] et cosi non accadera ch' io sia longo in questa, solamente m' occorre dire in torno alla mutatione del Rettor di Viena [3] che N. P. General ha scritto 2. uolte che si faccia, ma perche la prima uolta che scrisse non haueua riceuuto l' inconuenienti che .V. R. allegaua [4] habbiamo aspettato la 2ª volta quando gia egli l' haueua riceuuto per dar auiso a

Pax Christi etc. Licet hac hebdomade R. V. litteras non acceperimus, hanc tamen epistulam scribam, ut R. V. certiorem faciam, nos litteras patris nostri praepositi generalis 25. Septembris ex aula regis Galliae [1] datas accepisse, atque inter ea, ad quae paternitas sua respondet, aliqua sunt, quae ad R. V. provinciam spectant; id quod R. V. ex capitibus, quae ex litteris scriptis manu P. Polanci exscripta cum hac epistula mittuntur, cognoscet [2]; quare in hac epistula longus sim necesse non erit. Tantum de rectore vindobonensi mutando [3] mihi occurrit dicendum, patrem quidem nostrum praepositum generalem bis scripsisse, ut is mutaretur; sed quia, cum priores litteras daret, quae incommoda ex ea mutatione consecutura esse R. V. scripsisset [4], edoctus nondum erat, nos, antequam R. V. scriberemus, exspectavimus, quid ipse, eadem edoctus, alteris litteris rescriberet; itaque R. V. videt, patri nostro,

[1] Possiaco, ubi Galliae reges domum habebant; cf. supra p. 257 [5].
[2] Nec Polanci litteras nec capita ex iis exscripta inveni.
[3] I. e. de Hoffaeo, rectore pragensi, loco Victoriae collegio vindobonensi praeficiendo. [4] Vide supra p. 190. 225.

.V. R. et cosi lei uedde che non obstante li suoi inconuenienti al N. P. pare che si faccia questa mutatione, laqual certo pare che sia molto conueniente; perche oltre il parere cosi à N. P. che è principale, pare anchora cosa conueneuole[a] lasciarli un poco ripossare al D. Vitoria . et non dargli occasion di straziarsi[b] souerchiamente ne pigliar piu peso di quel che puo portar, come egli è inclinato, ma accio che le cose principali di casa et di fuori non patiscano scriue[c] in un' altra lettera che detto D. Vittoria potra tener la superintendenza[1] del collegio di Viena et etiamdio di Tirnauia, et hauer cura di negotiar col imperator etc . si che questo sarà un liberarlo delle cose minute del Collegio et dell' occasion di affaticarse et gl' altri piu del douere, et dargli piu tempo per attender alle cose di piu importanza . et cosi lo potra V. R. ordinar, et mandar il D. Paulo à Viena, et accio ch' il collegio di Praga non patisca, potrebbe andar il D. Christiano[2] da Viena à Praga per aiutar al D. Enrico[3], poi ch' il D. Jaen potra con piu dottrina, far quel ch' hora fa il D. Christiano in Viena.

---

etiam postquam is de incommodis istis certior factus sit, videri, ut mutatio ista fiat; quae sane videtur esse valde conveniens: nam praeterquam quod patri nostro ita videtur — id quod praecipuum est —, convenire etiam videtur, ut D. Victoriae aliquantulum quietis concedamus neque causam ei praebeamus nimium se defatigandi et plus oneris, quam ferre possit, in se suscipiendi, ad quam quidem rem eius animus propensus est. Ne tamen, quae in rebus vel ad domesticos vel ad externos spectantibus maximi momenti sunt, detrimentum patiantur, ipse in alteris litteris scribit, ut doctor ille Victoria vindobonensis collegii atque etiam tyrnaviensis superintendentem[1] agat et negotiorum cum imperatore tractandorum etc. munus teneat. Hac igitur ratione et minutioribus collegii rebus curandis atque iis ipse liberabitur, quae sui et reliquorum plus quam oportebat fatigandorum causam ipsi praebebant, et plus temporis ad operam gravioribus rebus navandam ei tribuetur. Atque ita R. V. constituet et D. Paulum Vindobonam mittet; ne autem pragense collegium detrimentum patiatur, D. Christianus[2], opinor, Vindobona Pragam ad D. Henricum[3] adiuvandum ibit; nam quae D. Christianus Vindobonae modo praestat, D. Jaen ibidem maiore cum eruditione praestabit.

---

[a] *A libr. correctum ex* conbeneuole.

[b] *A libr. (ut videtur) correctum ex* straciarsi.

[c] *Sequuntur vv. aliquot a libr. oblitterata ita, ut legi iam non possint.*

---

[1] P. *Hieronymus Natalis* S. J. in praeclaris illis „Scholiis" (ante a. 1566 absolutis), postquam de „spiritualium rerum superintendenti" sive „orationis superintendenti" (cf. *Constitutiones* S. J. P. 3, c. 1, n. 12; P. 4, c. 10, n. 7 et G) dixit, in verba illa Constitutionum (P. 4, c. 10, n. 9): [„Erit autem penes Rectorem,] vel eum qui primas tenebit" haec adnotat: „Quo significatur fore, ut in aliquibus collegiis Rector non sit supremus. . . . Hunc Rectore superiorem solemus hactenus appellare Superintendentem" (Scholia in Constitutiones et Declarationes S. P. Ignatii auctore P. *Hieronymo Natali* e Societate Iesu, nunc primum in lucem edita [Prati in Etruria 1883] p. 52. 95. 96]. Atque secundi huius generis „superintendens" Victoria constitutus est, in iis tamen rebus tantum. quae ad collegiorum reditus et similia bona spectarent; id quod ex sequentibus epistulis patebit. [2] Rivius.

[3] Blissemium; qui collegii pragensis rector futurus erat; cf. supra p. 190.

Repetit, quae de monasterio S. Georgii augustano 11. Octobris 1561 scripserat.

Dal[a] N. P. General habbiamo bonissime nuoue di Francia[1], le quali piacendo al signor si mandarano à .V. R. la settimana che uiene, et insieme la risposta del P. Salmeron sopra li concilij[b] che vogliono stampar in Colonia ilquale et tutti l' altri si raccomandiamo nell' orationi di .V. R. Di Roma .18. d' ottobre 1561.

Repetit [etc., ut supra].

Ex patre nostro praeposito generali de rebus Galliae faustissima comperimus[1]; quae domino propitio ad R. V. hebdomade proxima mittentur una cum litteris, quibus P. Salmeron de conciliis, quae Coloniae typis exscribere volunt, respondebit; atque hic et reliqui omnes R. V. sacris precibus nos commendamus. Roma 18. Octobris 1561.

Nota: Licet Ribadeneira in extrema huius epistulae parte dicat, faustissima quaedam de Galliae rebus a Lainio nuntiata sequenti hebdomade Canisio missum iri, litteris 1. Novembris 1561 datis, quibus Canisius ad hanc epistulam rescripsit, vero simile efficitur (praesertim si cum litteris 8. Novembris 1561 ab eodem ad Salmeronem datis conferuntur), relationes illas iam 18. Octobris missas esse. Lainius Possiaci in conventu 26. Septembris 1561 habito coram Catharina regina et multis proceribus concilii tridentini et summi pontificis iura defenderat et adversariorum fraudes aperuerat ita, ut catholicis animi crescerent nec regina iam ullis de fide disputationibus interesse vellet. Quem sermonem typis exscripsit *H. Grisar* S. J., Jacobi Lainez Disputationes Tridentinae II (Oeniponte 1886), 94—103. Litteras autem a *Polanco* ad Salmeronem Possiaco 27. Septembris 1561 ea de re datas posuit *V. Baesten* S. J. in „Précis historiques“ XXXVIII (Bruxelles 1889), 77—81. Postea autem alia quoque eaque etiam faustiora a Polanco nuntiata sunt; de quibus vide Canisii epistulam ineunte m. Novembri ad P. Lambertum Auer datam.

610.

CANISIUS

ALPHONSO SALMERONI,

Societatis Iesu vicario generali.

Augusta Vindelicorum 18. Octobris 1561.

Ex apographo recenti, quod ex autographo, in cod. „E. C. I“ f. 137 et sq. non sign. (n. 92) posito, exscriptum est.

Epistulae. Augustae de Sociis, quod monasterium S. Georgii sibi tradi velint, maledice loquuntur. Collegium oenipontanum. P. Theodorici Canisii professio et virtus. Res vindobonenses: Sociorum de Victoria rectore querelae; convictus nobilium; typographia; aes alienum; P. Lanoius ad turbas sedandas eo iturus.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende in Christo Pater.

Quarto die Octobris datas accepi. In mittendis nostris vtimur opera illorum, qui Cardinalis causa mittunt isthuc omnia, nihilque

---

[a] Jl *ap.* [b] consecilij *ap.*

---

[1] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicuntur.

nobis foret gratius, quam ut illi commode mitterent, tabellario Veneto praetermisso . idque vt faciant rogamus.

Scripsit ad me Cardinalis noster, bonam spem pollicens de applicando nobis monasterio seu prioratu D. Georgij. Jam rumore sparsum est de JESVitis illuc immigraturis. Murmurant interim fratres, qui duo supersunt, et nos ambitiosos habent haeretici et auaros[1], quod alienis bonis anxie inhiare videamur, ut ego praepositus ibidem appeller. Vellem transigi negotium prudenter, minimumque occasionis tribui aduersarijs calumniandi. Qua de re Cardinalem quoque moneo. Canonicorum fauor et consensus nondum accessit, neque citra horum sententiam efficj quicquam potest. Commendamus rem omnem[a] diuinae bonitati, quae per sacrificia et preces R. V. collegium hoc Augustae constituere atque promouere dignetur.

Quod ad collegium Oenipontanum attinet, empti sunt libri[2], paratur et supellex venturis necessaria. Jnstruetur M. Hermes[3] futurus ad proximam Quadragesimam illic contionator. Nec deerunt vti speramus, missi ex Vrbe theologi et professores, quos locus ille quidem selectos requirit, vt scripsi alias.

Professionis suae[4] formulam frater meus Canisius mittit. Confirmet in eo Christus quod coepit[5] Augustae non sine nostra consolatione. Collegio Monachiensi vtiliter praeest.

De Rectore Viennensi nouas accepi querelas, et doleo vicem fratrum, qui certe durius tractari videntur, vt adiunctae boni patris Adami literae doloris plenae testantur[6]. In humeros ille plus oneris suscipere uidetur, quam ferre nostri queant. Aggressus est me inconsulto fabricam ingentem[7], nescio qua fiducia ductus. Nunc scribit repeti a se mille florenos pro sumptibus, ut idcirco Pragam properet Caesarem aditurus. Typographiam quoque promouere studet, quae hactenus multum negotij nostris exhibet domi. Ego melius capere consilium nequeo, quam ut Doct. Lanoius Viennam excurrat, meoque

[a] omnia *ap.*

[1] Immerito certe: nam summus pontifex pro suprema sua bonorum ecclesiasticorum administrandorum potestate monasterium aliquod ab uno ordine religioso ad alterum transferre potest, idque maxime, cum spes est, ex ea translatione et ecclesiam et rempublicam magnam utilitatem capturas esse, qua aliter carerent. Quare etiam superioribus saeculis complura monasteria ab Augustinianis ad Carthusianos vel Cistercienses, a Benedictinis ad Praemonstratenses etc. translata erant. Cf. *Paul. Laymann* S. J., Justa defensio Sanctissimi Romani Pontificis, Augustissimi Caesaris . . . in causa monasteriorum extinctorum (Dilingae 1631), App. p. 10—21. Monasterium autem hoc S. Georgii, quod fere desertum erat, Societas Iesu ita sibi assignari cupiebat, ut non solum episcopus, sed etiam senatus urbis ac capitulum, quod monasterium illud olim fundaverat, id probarent; vide supra p. 241—242.

[2] Cf. infra, monum. 321. [3] Halbpaur.

[4] 14. Octobris 1561 in manibus Petri fratris emissae; vide infra, monum. 276.

[5] Cf. Phil. 1, 6. Ps. 67, 29. [6] Has P. Adami Höller litteras non vidi.

[7] Contubernii puerorum nobilium; vide supra p. 248. 254.

loco turbas componat, ac Rectorem faciat moderatiorem. Nam scriptis frustra[a] cum illo agi video. Quare ad patres consultores, qui sunt Jngolstadij, scribo, vt Doc. Lanoium mitti Viennam sinant[1]. Egemus hic diuina ope et precibus R. V. Nondum de aduentu Doc. Jaen cognouimus. Vtinam Rector ferat consilia P. Hurtadi, quem putamus Germanis humaniorem ac mansuetiorem fore[b].

.... Dominus gratiam nobis suam augeat ad vota rite persoluenda.

Augustae 18 Octob. 1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendo in Christo patri, M. Iacobo Laynez, praeposito generali societatis Jesv, patri colendissimo Roma.

Salmeron per Ribadeneiram rescripsit 1. Novembris 1561.

611.

CANISIUS

P. IOANNI RETHIO S. J.,

coloniensis gymnasii trium coronarum „regenti", Moguntiae moranti.

Augusta Vindelicorum 19. Octobris 1561.

Ex autographo (2°; 1/2 p.; in p. 2. inscr. et pars sig.). Cod. colon. „Epp. ad Reth." f. 138.

De collegii moguntini initiis gaudet. Se archiepiscopo scribere, ut ea contra adversarios, etiam ecclesiasticos, tueatur. Velseros archiepiscopo pecuniam mutuam dare nolle. Principes electores tarde solvere. Sociis per Tridentum transeuntibus stipem datam esse.

†

Pax Christi nobiscum Charissime frater.

Benedictus Deus, qui fratres tandem isthuc adducit tamdiu exoptatos[2], et Moguntinae Ecclesiae vti spero, commodos operarios. quibus vtinam breui addat Dominus Rectorem atque contionatorem Doc. Lambertum[3], cuius literas Lubecae scriptas adiunxi. Prosperet dominus auspicia collegij, quod in hac Rep. puto satis laboraturum. Confirmo literis meis animum praesulis[4] in hoc pio instituto, et moneo ne locum tribuat facile calumniatoribus, quos puto isthic etiam in clero minime defuturos[5]. Sed hae difficultates Christi virtute et

[a] *Sequuntur vv.* uel parum, *ab ipso C., ut videntur, oblitterata.* [b] fere *ap.*

[1] De hac Lanoii legatione vide infra, monum. 381. 382.

[2] Socii Roma Moguntiam ad collegium hoc incohandum missi (vide supra p. 216) ab 18. ad 20. Octobris Augustae cum Canisio versabantur; vide infra, p. 272 et monum. 277. [3] Auer. [4] Danielis Brendel a Homburg.

[5] *Ioannes Moronus,* episcopus mutinensis et nuntius apostolicus, Spira 20. Februarii 1542 Alexandro cardinali Farnesio scripsit: Albertum Brandenburgensem,

animi fortitudine superabuntur. Si dominus pro nobis, quis contra nos?[1]

Egi causam cum Dominis Vuelseris de mittenda in Vrbem pecunia, sicut postulasti[2]. Sed illi experientia docti, hanc mittendi et mutuandi rationem sibi dispendiosam esse dicunt, Electores tarde soluere, si quid ipsis aut pro ipsis numeretur: mandatum non sufficere, sed praesenti pecunia opus esse. Igitur inuitos precibus grauare nolui. Accedit quod ex P. Arnoldo[3] didici, Romanis non ita multum deberi, nisi forte ex Vrbe soluent Venetis. Tridenti accessit non parum eleemosynarum[4], vt coram audies. Quare non aegre feres, vt spero, me nihil progressum esse in hac pecuniaria causa: ut primum autem huc miseris, pollicentur se ilico curaturos, vt Romae reddantur omnia.

Si isthic adest R. P. Prouintialis[5], ex me illum cupio reuerenter salutari vna cum coeteris qui sunt isthic fratribus, quorum precibus collegium etiam Augustanum, quod nunc est in foribus, Domino cupimus commendari. Is gratia nos sua dignetur augere, vt ipsi vere seruire, multisque prodesse possimus. Augustae 19 Octob. 1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendo patri, M. Joanni Rhetio Theologo societatis IESV, fratri chariss. Moguntino.

612.

ALPHONSUS SALMERON,

Societatis Iesu vicarius generalis,

CANISIO ALIISQUE SOCIETATIS PRAEFECTIS.

Roma sub 22. Octobris 1561.

Ex cod. „Defuncti 1557" f. non sign.

Romam scribendum, quinam ex Sociis in Indiam proficisci cupiant.

In Indiculo quodam variorum praeceptorum a supremis Societatis Iesu moderatoribus ad complures vel omnes eiusdem Societatis superiores missorum, saeculo XVI. Romae in domo Societatis professa scripto, in

---

cardinalem et archiepiscopum moguntinum, sibi dixisse: „che già sapea che tutti li suoi sacerdoti erano concubinarii, . . et tenea per fermo, se pur si fusse sol accennato di fargli lasciar le concubine, o si farebbono Lutherani o richiederebbono moglie" (*H. Laemmer,* Monumenta Vaticana [Friburgi Brisgoviae 1861] p. 412). Ne in aula quidem Alberti deerant, qui religionem maxime neglegerent (*Janssen-Pastor* l. c. II, 64—65). Ac de ipso suffraganeo sive auxiliari episcopo moguntino *S. Carolus Borromaeus* in litteris Roma 16. Augusti 1561 Delphino nuntio missis significavit Canisium dubitare, num in rebus religionis satis fidus („netta farina") esset (*Steinherz* l. c. p. 291).

[1] Rom. 8, 31. [2] Cf. supra p. 200. [3] Concho; vide supra p. 217.

[4] Dubium non est, quin has a concilii legatis et patribus, ut Hosio, acceperint; cf. supra p. 238. [5] Everardus Mercurianus.

a. 1561 haec, praeter alia, notantur : „Si ordinò che tutti li Rettori auisassero delli soggetti che tengono di deuotione di andare all' Jndia etc. ad Alemagna[1], *Augusta, Toscana et Lombardia."*

In huius „regesti" parte extrema aut vocabulo „Alemagna" Germania inferior significatur, aut hoc dicitur: Litteras illas, provinciae S. J. „Germaniae superioris" destinatas, Augustam Vindelicorum (ad Canisium) missas esse.

In indiculo quidem illo notatum est, „a 22. di nouembre" hoc praeceptum Germaniae etc. datum esse; at vel memoriae vel calami lapsu scriptorem illum antiquum hunc ascripsisse diem censeo; qui fortasse has litteras cum alteris illis litteris communibus, quas revera 22. Novembris 1561 Augustam missas esse infra videbimus, in unum confudit. Nam Canisius ad litteras de indica profectione datas epistula Augusta 8. Novembris 1561 Romam missa rescripsit; qua epistula etiam ad Ribadeneirae litteras 25. Octobris 1561 datas atque ad Salmeronis litteras quasdam, quae iam non videntur exstare, respondit. Quare romanas hasce de indica re litteras sub diem 22. Octobris datas et die 25. Octobris, quod tunc sabbatum erat, Augustam missas esse conicio; sabbatis enim epistulae Roma in Germaniam mitti solebant; missas, inquam, vel Salmeronis vel ipsius Lainii iussu; cuius mandatu litteras quasdam communes 22. Novembris ad Canisium missas esse videri brevi cognoscemus.

613.

P. IOANNES DE VICTORIA S. J.,

rector collegii vindobonensis,

CANISIO.

Vindobona 24. Octobris 1561.

Ex apographo, eodem fere tempore a Socio aliquo vindobonensi ex archetypo exscripto et a Victoria ipso Romam ad P. Salmeronem misso; quod Victoria sua manu sic inscripsit: „Ihesus. Exemplar literarum ad patrem Prouincialem circa verba maxime R. Patris D. Lannoy in literis 11. Octobris Augustae ad me datis." Cod. „G. Ep. II" f. 83^{a} (= 83bis).

His litteris usus est *Kröss* l. c. p. 138.

De noviciorum peregrinationibus etc. De pestilentia. Monitus, quod et se et ceteros nimis gravaret, concitatius respondet: Se iam collegium convictorum et domum probationis diremptūrum, philosophiae studiosos Pragam missurum, scholarum numerum minuturum esse; nobilium autem contubernium retinendum esse videri. De Sociis aliquibus. In universitate theologiae auditores idoneos non esse. Equitis Quadrii testamentum furto ablatum esse. De litteris quadrimestribus. Socios aegrotos valde sibi curae esse. Germanos, qui non Dei, sed terrenorum commodorum amore ad Societatem trahantur, eidem Societati molestias afferre. De litteris consultorum. Se iis, qui se reprehenderint, semper reverentiam praestiturum. De collegio tyrnaviensi. Orandum esse pro Maximiliano rege, Sociis favente. Preces et paenitentias pro Lainio et Canisio fieri. Collegium typographia liberatum iri.

Pax christi etc.

Pauca sese offerunt R. P., de quibus his literis cum R. T. agam. Nam omnia sunt in eo fere statu, quo fuerunt cum proxime scripsi, hoc excepto, quod iuuenis quidam bonae spei Germanus se nobis ad-

---

[1] Vide quae sub ipsum hoc „regestum" notantur.

iunxit[1]. Is absoluta prima probatione[2] cum alijs, si qui sunt, qui non scripserunt antea, ad R. T. literas dabit. Absoluerunt non paruo cum fructu, vt speramus, fere omnes suas peregrinationes, quatuor adhuc expectantur[3].

Pestis nonnihil grassatur. Ferunt regem nostrum[4] cum Austriae[5] regimine hinc alio hanc ob causam profecturum.

Cum autem intelligamus teste R. P. Lannoyo[6] has nostras familias multiplices[7], multorum sententia esse non in christo, sed in arena vanitatis mundanae fundatas[8], vnde merito cruciamur, ac ideo iure dissoluendas, ne quod peccato ceptum est, et perseuerat, vlterius progrediatur tanto nostro malo. Cogitamus commodissimo hoc tempore, sub pestis timore omnes ad proprias dimittere domos, ac sic tandem honesta quadam, vt videtur, palliatione, rotam iniquitatis dissoluere. Primo igitur hoc praetextu dissoluemus familiam noui collegij conuictorum; deinde etiam domum probationis, propter loci angustias, et eos qui Tyrnauiam, ad aliaque collegia sunt mittendi, atque missi. Tertio minuentur lectiones et maxime grauiores, quibus nec illi, qui modo adsunt, possunt satisfacere, neque aliunde nobis mittuntur, qui facere illis possint satis, ac sic tandem a vanitate ista sua mundana in qua sub me fuit (quod, ita me Deus amet etiam si antea timueram, vt mihi mei sunt Confessarij, et conscientia testis, tamen non agnoui certo, nunc autem, quando sententia multorum patrum ea est, non licet credo dubitare, et eos qui dubitabant merito hinc repraehendj) Viennense Collegium reduci poterit ad suum illum primum humilitatis gradum, quod nullius scandalo, hoc tempore, si pestis grassetur, commodissime fiet, vt sic tandem supra firmam petram illud relinquamus successori fundatum[9]. Eadem occasione vt antea fuit tractatum, poterunt mitti hinc Pragam Philosophi cum suis auditoribus, quod hoc tempore non poterit non approbari Caesari, et pari ratione poterit nostra haec abundantia supplementum aliorum esse collegiorum. Nam praeter missos ad alia collegia, et mittendos Tyrnauiam supererunt

---

[1] Antiquus ille *„*Annalium*“* collegii vindobonensis auctor Vindobonae a. 1561 minimum 20 in Societatem admissos esse asserit (Cod. „Annal. Vienn.“ f. 11[b]—12[a]).

[2] De hac „prima probatione“ noviciis, antequam ad communem cum domesticis convictum admittantur, subeunda *S. Ignatius:* „Es bien,“ inquit, „que haya un aposento junto á la nuestra comun habitacion, donde los que se admiten estén como huéspedes, de doce hasta veinte dias, ó más si paresciese al Superior, para que ellos en este tiempo más se informen de las cosas de la Compañía, y la Compañía tome más conocimiento dellos en el Señor Nuestro“: Constitutiones S. J., P. 1, c. 4, n. 1 (Constitutiones latinae et hispanicae p. 63).

[3] De hoc „experimento“ noviciis subeundo vide *Can.* Epp. II, 396[1].

[4] Maximilianum, Bohemiae regem. [5] Inferioris.

[6] In litteris 11. Octobris 1561 ad Victoriam datis; quas v. supra p. 250—252.

[7] De his vide supra p. 247—248. Lanoius Augusta 11. Octobris 1561 de iis Victoriae scripserat; vide supra p. 251.

[8] Cf. Matth. 7, 24—27. 1 Cor. 3, 11. [9] Matth. 7, 25. Luc. 6, 48.

nobis 50. aut eo plures. Ad illud vero quod in hac seria tractatione atque deliberatione obijciebatur pro recipiendis iterum postea cessante peste, dissolutis familijs, excusationis legitimae loco, angustia loci adferebatur et paucitas nostrorum, quam facili negotio defenderemus apud Caesarem, et forte hanc aequius ferrent nonnulli, quam numarias petitiones etc., quia[a] [?] hac sola lege omnes cessabunt. Familiam nobilium, si instituatur aut potius progrediatur non poterit honeste Societas recusare, Caesare vrgente fortasse. Jtaque nisi propter mea peccata, vt in illis maneam, praerepta fuerit nobis haec occasio, quam dominus fortasse nobis offert, dissoluemus quantum in nobis erit, has vanitatis familias[1], aut certe quouis alio honesto modo, hoc[b] idem perficere contendemus pro virili parte, quod iudicatur[c] [?] multis ex causis R. T. velle.

Joan.[2] Jtalum[d] M. Hurtadi comitem dimisimus, dixit enim se votis solutum a R. t. non erat profecto Societati aptus.

D. Jaen parum hic erit certe vtilis, nisi in collegio fortasse nostro nostris deberet cum Magistro Hurtado[3] legere[e] theologiam, quandoquidem in vniuersitate aut nulli erunt discipuli, aut illi quibus si fieri debeat satis, frustra nostri fratres accederent, neque aliam ob causam, nisi vt praeciosissimum tempus, iuuenes alioqui optimae spei, satisque alijs rebus impediti, cum luto tererent. Posset tamen forte in locum succedere Victoriae, donec D. Paulus[4] id possit . Nihil responsi accepi ad literas ea de re scriptas.

Bernardus[5] errando discet bene fungi offitio sacristani tandem . magno incommodo Joan: piscator[6] egisset aedituum, si hic fuisset, philosophus iam non omnino indoctus, malus tamen grammaticus; tametsi diu in scholis docuerit paruos.

Testamentum Quadrij[7] haberi vt sepe scripsi non poterit. Nam

---

[a] *Vel* quae. [b] hac *ap.*

[c] *Ita verbum hoc, obscure scriptum, legendum esse puto; quamquam etiam legi potest:* indicatur. [d] Italus *ap.* [e] laegere *ap.*

---

[1] Cf. Is. 24, 10. [2] Gnerum (Gnecum); vide supra p. 207. 246.

[3] I. e. Hurtado quoque audiente; vide supra p. 172.

[4] Hoffaeus. [5] Brandt; vide supra p. 220.

[6] „Joannes Piscator ex Wirtenberga natus 20 annos, per annos .4. et vltra in Societate vixit, nunc quidem ab vno ferme anno pueros 4ae classis instruit: *Catalogus vindobonensis* sub a. 1560 scriptus. In duobus autem aliis * *Catalogis* sub idem fere tempus Piscator ille „Spirensis“ vocatur (Cod. „G. C. 67“ p. 305. 328; Cod. „Austr. Fund. III“ f. 160b). Victoria eum paulo ante Vindobona Augustam ire iusserat; vide infra p. 272.

[7] Antonius Quadrius eques, Ferdinandi I. chirurgus, qui a. 1559 una cum uxore facultates amplas sollemni donatione collegio Societatis Ponte in Valle Tellina, quae Quadrii patria erat, condendo destinarat (*Can.* Epp. II, 399. 463—464), Martio 1561, paulo postquam Socios incitantibus propinquis quibusdam ipsius ex Valle Tellina a Grisonibus (quibus ea regio tunc suberat) pulsos esse cognoverat (*Can.* Epp. II, 780. *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 4, n. 60), Vindobonae mortuus et in

quidam Secretarius Italus qui fuit apud oratorem Mantuanum[1], accepta pecunia sui laboris, quam arbitror iussu magnifici domini Marescalk[2] statuerant ab vxore Quadrij bonae monetae[a] [?] dandam, aufugit cum testamento et pecunia in Jtaliam. Quod vbi Caesar intellexit jussit vt literae scriberentur ducj Mantuano[3], merito sane puniendus nequam ille veniret. Literae missae sunt ad ducem. Si huc venerit tandem testamentum, curabimus vt eius copia fiat.

Literas quadrimestres in vrbem non misimus, nam expectabamus recipere a R. t. exemplar missum emendatum, vt quasi ex autographo ipso reliqua exemplaria transcriberentur, emendataque mitterentur . Hoc vero quia factum non est , commisi vt melius describerentur, et partim in vrbem, partim ad R. t. 10 exemplaria mitterentur, prolixitas facilius rescindi potest, quam impuritas forte tolli sermonis etc .

Nullus est apud nos infirmus hoc tempore Deo laus, et nouit dominus quanto sunt cordi nobis infirmj, quibus plane vehementer optamus ne quicquam vlla in re desit. Trahi ad societatem Germanos aliquomodo non ignoro exterioribus istis commoditatibus, sed paruo meo iudicio, quia male fere semper et cum omnibus, qui hac ratione aliquo modo, vel propter studia se nobis adiunxerunt successit, seruanda esset societatis consuetudo communis omnibus collegijs, et curandum vt recta puraque intentione sese deo vnus potius, quam alia ratione sex, consecraret. Nam vt illi magno solatio toti collegio sunt, ita isti si qui fuerunt, et vtinam non fuissent, ista in se ipsos[b] [?] amantes, sexcentas nobis pepererunt molestias, istis vix quicquam vnquam placet, neque fit satis vlla ratione, in illis, si quid eis aliquando desit, ac ideo tentatione pulsantur, facit certe deus cum tentatione prouentum[4].

Commendatum est illis quibus hoc incumbit, vt R. T. totius collegij et maxime Rectoris mores plene depingant[5].

Reliqua quae ad accusationes spectant coram potius quam per literas censui tractanda ac ideo nihil aliud RR. p.p. D. Lannoy, ac

---

[a] *Sic ap.; sed legendum esse videtur:* bona moneta.
[b] *Ita ap.;* in se ipsis*?* ac se ipsos*?*

Societatis templo sepultus erat (*Socher* l. c. p. 95), „cum testamento“, ut inquit *Sacchinus* (l. c. l. 5, n. 106), „id omne, quod prius egerat, confirmasset, adiecissetque vt, si Ponte non liceret, Nouocomi Collegium pecunia eadem fieret“.

[1] Hannibalem de Cavriani (*Gust. Turba,* Venetianische Depeschen vom Kaiserhofe III [Wien 1895], 94[4]. 145[2]. 172[2]. *Steinherz* l. c. p. 292).

[2] Ioannes Trautson, liber baro in Sprechenstein, caesareae aulae supremus „marescalcus“ erat (*Turba* l. c. p. 34[4]. 84. 312 etc. *Eug. Albèri,* Le Relazioni degli Ambasciatori Veneti, Serie I, Vol. 6 [Firenze 1862], p. 145. 146).

[3] Guilielmo Gonzagae. [4] 1 Cor. 10, 13.

[5] In antiqua illa „* *Formula* scribendi“ (c. 1), de qua supra p. 102[3] dictum est, statuitur: „Consultores praepositorum localium, Rectorum, ac praefectorum probationis scribant prouinciali 4°. quoque mense“ (Cod. „Antiqu. Ingolst.“ f. 67[b]).

D. Theod: Canisio hoc tempore video respondendum, quam quod vt semper antea, ita quoque nunc etiam atque deinceps eos reuerenter obseruabo, neque sane patiar vnquam Deo bene propitio, vt haec mea erga illos pietas vlla ex parte diminutionem vel minimam admittat. Dominus Jesus in cuius conspectu vtinam semper stemus[1] det nobis copiosam dexterae suae benedictionem cum caelesti beatitudine. Amen. Viennae Austriae 24. Octob. 1561.

R. T.

seruus in Christo Jesu
Victoria.

Duo[2] sunt missi Tirnauiam cum Reuerendissimo Archiepiscopo[3]. reliqui praeparantur.

Serenissimus Rex nuperrime summa quadam humanitate si vnquam antea me excepit, et rebus se fauere nostris verbis ac operibus commonstrat[4]. Dignetur V. R. propter dominum committere vt aliqua fiant pro eo sacra et orationes.

Mittimus que quisque decreuit vltro facere pro patre generali et negotijs illius[5], pro V. R. et Collegio Augustano in spetie ac pro alijs, temperandum putauimus pium quorundam feruorem.

Typographia illo modo quo antea scripsi, vel alio segregabitur a nobis, vel etiam si ita placet plane distrahetur, ac sic tandem liberabo Collegium Viennense laboribus typographicis, quibus a me fuerat oneratum, et nihilominus consequemur quod optabamus, Deo fauente, si non ex integro bona ex parte, et recuperabimus pecuniam expositam.

614.

P. PETRUS DE RIBADENEIRA,

provinciae tuscae S. J. praepositus et secretarii S. J. vicarius,

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis S. J.,

CANISIO.

Roma 25. Octobris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 27[a].

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 139.

Praepositum generalem praecepisse, ut Canisius probationis domo Pragae paranda supersederet, atque ut Vindobonae et Pragae rectores etc. mutarentur. Canisio statuendum, utrum Victoriae Pragam cum caesare eundum sit necne. De collegii oenipontani reditu et sede Romam referendum. Canisius, ut sanitati suae melius prospiciat, monetur.

---

[1] Ps. 105, 23. Ier. 18, 20. Apoc. 7, 9 etc.

[2] P. Ioannes Seidel et Antonius Flander (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 5, n. 169).

[3] Nicolao Olaho, archiepiscopo strigoniensi.

[4] Maximilianum II. dicit. Cf. supra p. 95 et infra p. 270[6].

[5] Sacras preces et paenitentias dicit; vide supra p. 228.

Molto Reuerendo in christo .P.

Pax christi etc.

Riceuemo quella di .V. R. di .12. del presente, nella quale scriue che si faceua preparatione per cominciare la casa di Probatione à Praga . lei non passi piu auanti, per che N. P. General ha scritto che si sopra seda in questa materia per adesso, poi che ci sono molte ragioni per le quali si giudica che si debbia detta casa far piu presto in Viena ch' in Praga . Ha escritto anche risolutamente detto N. P. General dopo d' hauer uiste le ragioni che le Reuerentie V.[1] dauano ch' il P. D. Paulo[2] uadia à Viena à pigliar il carrigo del Rettor, restando conla cura sua in Praga il D. Hendrico[a][3] per aiuto del quale si è scritto che di Viena si mandi il D. Christiano[4], et oltre di lui anche il P. Hurtado[5], accio quel collegio resti prouisto, et anche quel di Viena, mandandosegli di qua il P. D. Jaen , et restando il P. D. Vitoria per soprastante, attendendo alle cose fuori del Collegio[6] benche lasciando la cura de dentro al Rettore.

Jl detto P. Vitoria scriue giudicare esser di molta importanza l' andata sua col imperator in Bohemia. V. R. uedera se gli parera che uada, et scriua il suo parer al detto, alqual di qua seli responde

Admodum reverende in Christo pater.

Pax Christi etc. Litteras tuas, R. P., die 12. huius mensis datas accepimus, in quibus vos ad probationis domum Pragae incohandam vos praeparare scribis. Qua in re noli longius progredi, quia pater noster praepositus generalis scripsit, ut ea re in praesens supersederetis eo, quod multas ob causas domus illa Vindobonae potius quam Pragae instituenda esse censeretur. Atque idem ille pater noster praepositus generalis rationibus, quas reverentiae vestrae[1] proposuerant, cognitis ad extremum plane scripsit, ut P. D. Paulus[2] Vindobonam ad rectoris officium suscipiendum iret, Pragae autem ipsius munus D. Henricus[3] teneret, ad quem iuvandum ut Vindobona D. Christianum[4] ac praeter ipsum etiam P. Hurtadum mitterent, iam scriptum est[5], ut et illud collegium homines sibi necessarios haberet, et vindobonense, hinc P. D. Jaen ipsi misso, illic P. D. Victoria superintendentis munus administrante ita, ut externis collegii rebus operam navet[6], internarum cura rectori relicta.

Pater ille Victoria scripsit, plurimum suo iudicio referre in Bohemiam se cum imperatore ire. Videbis igitur, reverende pater, num ipsi eo eundum esse tibi videatur, et, quid sentias, eidem scribes; cui hinc respondemus profectionem illam R.V. arbitrio

[a] *A libr. correctum ex* Hermanno.

[1] Canisius eiusque consiliarii; vide supra p. 243[1]. 246.

[2] Hoffaeus. [3] Blissemius. [4] Rivium.

[5] Roma 18. Octobris 1561 Salmeronis nomine ad Victoriam ita * scriptum erat (Cod. „Germ. 1561" f. 26[b]).

[6] E. g. stipi quaerendae, certo reditui domibus Societatis providendo, Maximiliani regis animo ecclesiae et Societati conciliando; cf. supra p. 95. De quo rege *Delphinus* nuntius Vindobona 25. Septembris 1561 Romam ad S. Carolum Borromaeum scripsit: „Che il padre Vittoria de la compagnia del Iesù dà buonissimo aiuto in disponer bene il detto re" (*Steinherz* l. c. p. 310).

che questa sua andata si è remesa à .V. R. cui sententia egli l' hauera da seguitare in questa cosa. .V. R. scriue che aspetta con desiderio al Marzo li subietti per cominciar il Collegio di Spruch[a] [?] ricercando buoni subietti etc. et non di meno non scriue niente della fundatione del Collegio cioè di quanta intrata tenga ferma et stabile, ne s' ha luoco fermo. .V. R. dia particolarmente auiso di questa cosa, et insieme di quanti subietti potra dargli di là, presuposto che di qua non si mancara di far quanto si potra, considerate le deboli forze nostre . Jntendiamo che .V. R. s' affatica et che tiene poca cura di se stesso ò non quanto bisognarebbe[1], di qua si pensaua che saria ben che lei hauesse appresso di se qualche persona che l' aiutasse et hauesse cura della sanità di .V. R. ma questa tal persona non si truoua di qua che sia al proposito . se nella sua Prouincia .V. R. ui trouara alcuno atto lo potra chiamar in Augusta per questo effetto . No mi resta dir altro per questa se non raccomandarci tutti molto nell' orationi di V. R. etc. di Roma 25 d' ottobre 1561.

Nota: His litteris Ribadeneiram nomen subscripsisse, ex Canisii epistula 8. Novembris 1561 data, qua Salmeroni ad has litteras respondit, constat.

---

permissam esse, cuius sententiam ea in re ipsum sequi oporteret. Scribis, reverende pater, te eos, qui mense Martio collegium oenipontanum incohaturi sint, cum desiderio exspectare, atque idoneos petis homines etc.; nec tamen quicquam de collegii fundatione scribis; neque enim, quantum habeat reditus certi stabilisque, neque, utrum certa ei sedes sit necne, dicis. De his igitur rebus R. V. singulatim nos certiores faciat simulque scribat, quot homines istic collegio illi dare queat, confidens, nos hic, quantum pro virium nostrarum tenuitate praestare possimus, praestaturos esse. Te autem, reverende pater, te ipsum defatigare ac tui parvam curam sive minorem, quam oporteret, habere intelleximus[1]. Quare hic convenire ducebamus, ut aliquem, qui te adiuvaret cuique sanitas tua curae esset, tecum haberes. Neque vero eiusmodi hominem, qui in id aptus sit, hic invenimus. Si quem autem idoneum in ista provincia inveneris, Augustam eiusdem rei gratia venire iubebis. Neque aliud, quod in his litteris dicam, habeo, nisi nos omnes R. V. precibus nos valde commendare. Roma 25. Octobris 1561.

615.

CANISIUS

ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 26. Octobris 1561.

Ex apographo recenti, quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I" f. 139 (n. 93) posito exscriptum est. In margine archetypi manu romana eiusdem temporis quattuor adnotationes (italico sermone) scriptae sunt, quibus, quae Canisius dicit, in brevem summam contrahuntur. Quae hic omittuntur.

---

[a] *Sic ap.; at legendum videtur:* d' Ispruch.

---

[1] Vide supra p. 249.

Spes monasterii S. Georgii accipiendi diminuta. Res collegiorum pragensis, coloniensis, vindobonensis. Socii Vindobonae a rectore dure tractati. P. Lanoius eo ad res componendas missus; alius ibi rector nominandus. Initia collegiorum moguntini et oenipontani. Colonienses in conciliorum editione adiuvandi. Protestantium progressus.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende in Christo Pater

Accepi datas 11 Octobris. Canonicj de Collegio, nihil adhuc certi promittunt et timet Praepositus Remus, rem egre illis persuaderj posse. Senatus nobis non obstreperet. Jgitur incerta est expectatio, Dominus bene uertat, cito intelligemus quo res euasura sit.

Responsum P. Generalis quod ad probationis domum Pragae constituendam pertinet expectabimus.

Gratias agimus de promisso Pragensib. Graeco lectore. Nihil autem adhuc scripsere Colonienses, aut eorum Prouincialis[a] [1]. Vtinam nobis aliquem donent pro tam multis acceptis. Viennae mirantur non restitui sibi D. Hermetem et M. Henricum, qui tamdiu haerent, et nescio ubi detinentur in Germania inferiore[2]. cum illorum reditus Viennensi collegio necessarius uideatur. Scripseramus P. Victoriae, ut retineret, quos antea mittere consenserat fratres ad alia Prouinciae nostrae collegia. Dimisit autem illos priusquam literas nostras accepit, et ita dimisit, ut illos Viennensi Collegio restituere consultum non sit: tam sunt erga Rectorem affecti male, tamque dure tractati. Joannes Piscator[3], qui nunc apud me est, omnino deserere institutum statuerat hac ipsa de causa, sed tranquillaui[b] hominem, quem spero rebus societatis suo tempore profuturum. Eoque magis placet mihi discessus[c] P. Lanoij, quem nunc esse Viennae arbitror, ut meo loco res collegij tranquillet, atque gubernationem Collegij in meliorem locum adducat[4]. Qui sunt Jngolstadij Doctores et consultores[5] mihi in tempore prouidendum putant, ut P. Victoriae Rectorem alium substituamus, si bene consultum illi uolumus Collegio. Expectabo reditum D. Lanoij, ex quo certiora quaedam licebit cognoscere. Juuemur interim quaeso precibus et sacrificijs R. T. Octauus nunc dies est, quod huc saluj peruenerint fratres missi Moguntiam[6]. Spero illos faeliciter reliquum

[a] Prouinciales *ap.* [b] tranquillans *ap.* [c] misi discesus *ap.*

[1] Mercurianus.

[2] De P. „Hermete Winghenio" tornacensi vide supra p. 151[5]. Henricus ille in **Litteris* quadrimestribus collegii vindobonensis 1. Septembris 1561 datis „Pater Henricus" vocatur (Cod. „G. Ep. II" f. 64[a]). „Henricus Goch" a. 1560 Vindobonae sacerdotio initiatus, a. 1561 ineunte ibidem „Noui Collegij Moderator" erat (Cod. vindob. „Hist. coll. Vienn." f. 7[a]. Cod. „Annal. Vienn." f. 11[b]—12[a]). Uterque in patriam missus esse videtur, ut facultatibus se abdicaret.

[3] Vide supra p. 267[6].

[4] De rebus a Lanoio Vindobonae gestis vide infra, monum. 381. 382.

[5] PP. Nicolaus Lanoius, Ioannes Cuvillonius, Alphonsus Pisanus.

[6] Cf. supra p. 216. 273.

uiae absoluturos Christi benignitate. Tridenti auctum est illis uiaticum a magnatibus[1]. Adiunxi literas ad Archiepiscopum[2], et spero initium Collegij huius Domino iuuante, prosperum fore.

OEniponti sic constituta res est, ut nostri habitare possint, qui magnis uotis expetuntur. Vnde non semel scripsi rogans, ut illius [collegij][a] ratio diligens habeatur[b] ac necessarij praeparentur operarij.

Ago gratias .R. P. t.[3] quae suam operam pollicetur in promouenda aeditione noua Conciliorum, et rogo ut gratificari dignetur Typographo coloniensi aequa postulantj[4].

Wolfgangum Bohēmum, a sacris arcebimus, donec certius aliquid de eius ualetudine comperiamus. Dominus JESVS suam nobis[c] gratiam augeat per sacrificia et preces R. T. omniumque fratrum. Dolemus Gallicanas cathedras ab haereticis occuparj, et passim inualescere caluinianam sectam in Germania. Augustae 26. Octobris .1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

†

Al molto Reuerendo in Christo Padre mio il Padre Maestro Jacomo Laynez, Praeposito Generale della Compagnia di JESV etc.

In Roma.

Salmeron Canisio per Ribadeneiram rescripsit 8. Novembris 1561.

616.

P. CAROLUS GRIM S. J.

CANISIO.

Oeniponte exeunte m. Octobri (?) 1561.

Ex romana *Grimii* epistula autographa. Cod. „G. Ep. II" f. 84[a].
Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 146.

Oenipontanos, quod contionatores non habeant, nisi valde ineptos, Sociorum adventum vehementer expetere.

P. Carolus Grim S. J., qui m. Augusto 1561 praesidum iussu Vindobona Oenipontem ad Societatis collegium praeparandum venerat (v. supra p. 203), inde 1. Novembris 1561 ad Socios romanos haec, praeter alia, de Oenipontanis scripsit: „Oppidani etiam nostros cum desiderio exspectant, presertim autem clamant pro concionatore aliquo bono omnes, et sane non sine causa, quia postquam ordinarius con-

---

[a] *Vel*: illius vrbis, *vel aliquid simile.* [b] habeat *ap.* [c] nabis *ap.*

---

[1] Concilii legatis, episcopis etc. [2] Danielem Brendel ab Homburg.
[3] Salmeronem significat; vide supra p. 242.
[4] Cf. supra p. 241.

cionator, qui doctus, et catholicus[a] *erat*[1], *et cum singulari gratia concionabatur, consensu Maij. Caes. alio profectus est ante quinque uel 6 hebdomadas, interea duos tales concionatores habent, quorum unus totus indoctus est, alter populum non parum seducit et oculte in concione, extra concionem etiam aperte diuersas hereses disseminat, unde si ita pergat timendum est ne populo imperito magnum damnum inferat, quod nostri cum difficultate postea tollere cogentur. Domini de Regimine se excusant quod alium habere non possunt et quod ob id cito ex nostris aliquem expeditum concionatorem adesse cuperent. P. Prouinciali haec etiam scripsi nec dubito quin libenter iuuaret si facultas adesset habendi sufficientem modo pro tali loco ubi tot docti uiri ac nobiles sunt.*"

617.

CANISIUS
CORNELIO HERLENO A ROSENTHAL,
rectori,
AC PROFESSORIBUS ET STUDIOSIS UNIVERSITATIS DILINGANAE[2].

Augusta Vindelicorum m. Novembri (ineunte, ut videtur) a. 1561.

Ex libro „Epistolae B. Hieronymi Stridonensis . . . Nunc primum opera D. Petri Canisij selectae" etc. (Dilingae 1562) f. a 2^{a}—a 8^{b}. De quo libro vide plura infra, monum. 393.

Hieronymi eruditio, sanctitas, eloquentia. Quem ipsi theologi graeci legebant vertebantque atque S. Augustinus copiose laudavit. Nostra vero aetate latinae graecaeque litterae ac philosophia negleguntur; paenitentia nulla; vitiis pleni sola fide se salvari opinantur. Hieronymi epistulae in scholarum usum ex grandibus voluminibus selectae novoque ordine, rebus aliquot resectis, distributae sunt, vitis quibusdam et libro contra Vigilantium additis. Erasmus, Hieronymum cum ederet, suis conspurcavit scholiis, in patribus scholasticisque theologis iudicandis mire severus arrogansque; qui, dum sibi nimis studet, maxime sibi nocet Lutheroque viam sternit. Atque etiamnunc exstant Erasmiani. Quo magis laudanda universitas dilingana atque cardinalis Otto, ipsius fundator; quem episcopi aliqui imitantur.

PETRI CANISII THEOLOGI, AD ACADEMIAE DIlingensis Magnificum D. Rectorem, eruditos Professores, et studiosos adolescentes Praefatio.

ETSI NIHIL HOC est noui, quod ad vos mitto, vestroque nomini nuncupatum in publicum edo, coetus ornatissime: tamen ob authoris summam authoritatem, ob raram operis elegantiam, ob singularem

[a] chatolicus *autogr.*

[1] Georgius Schuehl; qui parochiam Eppan paulo ante susceperat administrandam (*Kröss* l. c. p. 146).
[2] De his vide, quae proxime post ipsas has litteras dicentur.

lectionis vtilitatem, atque ob nouam huius editionis commoditatem fore confido, meum vt studium (quae vestra est facilitas) aequi bonique consulatis . Ac sane authorem commendare nec disertissimus queat satis: tam spectata HIERONYMI fuit, et est, eritque semper laus ac dignitas in Ecclesia Dei. Qui sublimem ac prope inimitabilem doctrinam (nihil enim de praestanti vitae sanctimonia dicam) cum pari eloquentia, sacra studia cum prophanis, variasque linguas et artes ita coniunxit, vt veterum vix alius quisquam foelicius admirabiliusque. Loquor autem de Latinis Patribus, vti Cypriano, Hilario, Ambrosio, Augustino: in quorum monumentis Apostolicum quidem spiritum, et vere piam doctrinam, doctamque iuxta pietatem relucere liquido cernimus: sed parem illorum eloquentiam haud pauci desiderarunt [1]. Caeterum de Graecis Theologis vel inuiti fateri cogimur, si Basilium, Nazanzenum [a], Chrysostomum, atque classis eiusdem alios recte iudicauerimus, eos longe praestare Latinis dicendi scribendique summa foelicitate. Est enim erudita certe, et eloquentiae studijs mirum in modum exculta Graecia, totius orbis magistra, vt idcirco vel sola, vel praecipua omnes omnium gentium literas soleat fastidire. Quo magis admirari par est, quod haec ipsa, scriptorum alioqui latinorum contemptrix, iam olim tanti nostrum fecerit Hieronymum, vt eius quamuis hominis Dalmatae [2] commentarios non legerit modo, verum etiam suo approbarit calculo, adeoque in suam linguam transferendos curarit [3]. Hic nihil addam de sanctissimo Doctore et laudatissimo Praesule

---

[a] *Sic typographi vitio, ut videtur; legendum igitur fuerit* Nazianzenum.

---

[1] „Hieronymus ist nicht mit Unrecht der Meister der christlichen Prosa für alle folgenden Jahrhunderte genannt worden. Seine Darstellung bekundet durchweg den reich begabten und gründlich geschulten Rhetoriker“: *Otto Bardenhewer*, Patrologie (Freiburg i. Br. 1894) p. 440. Simile iudicium iam aliquanto ante fecerat *O. Zöckler*, theologiae protestantium in universitate giessensi (Giessen) professor (Hieronymus [Gotha 1865] p. 323—331). Severius *E. Norden*, Die antike Kunstprosa II (Leipzig 1898), 650. Ac *Zöckler* de Hieronymo scribens fatetur, dass „im Reformations-Zeitalter . . protestantischerseits unter dem Vortritt eines Luther und anderer Reformatoren sich eine so starke und allgemeine Abneigung gegen ihn geltend macht, dass auch seinen offenkundigsten Verdiensten das ihnen gebührende Lob in mehrfacher Hinsicht entzogen wird“ (l. c. p. 473).

[2] „Hieronymus patre Eusebio natus, oppido Stridonis, quod a Gothis eversum, Dalmatiae quondam Pannoniaeque confinium fuit.“ Ita ipse *S. Hieronymus*, De viris illustribus c. 135 (*Migne* PP. LL. XXIII [Parisiis 1845], 715—716).

[3] „Sophronius vir apprime eruditus . . . de virginitate . . ad Eustochium, et Vitam Hilarionis monachi, opuscula mea, in Graecum eleganti sermone transtulit: Psalterium quoque et Prophetas, quos nos de Hebraeo in Latinum vertimus“: *Hieronymus*, De viris illustribus c. 134 [*Migne* PP. LL. XXIII, 715]. Exstat etiam „Libri de viris illustribus“ versio graeca, ab Erasmo, Vallarsio, Mignio (l. c. p. 602 ad 720) typis exscripta; de qua vide *Stan. v. Sychowski*, Hieronymus als Litterarhistoriker (Münster i. W. 1894) p. 9—10. De Sophronio nuper scripsit *O. v. Gebhardt*, Der sogenannte Sophronius, Leipzig 1896 (Texte und Untersuchungen, von O. v. Gebhardt und A. Harnack XIV).

Hipponensi Augustino, qui nonnunquam ab Hieronymo presbytero dissensit[1]. Fateor: sed priusquam huius ingenium et studium probe cognitum et exploratum haberet. Nam constat ambos postea singulari amicitiae sanctae nexu coniunctos, neque solum fraterno, sed etiam diuino amore flagrantes, perfectae charitatis exemplum posteris omnibus reliquisse. Illud dicam, non posse eum non honorifice sentire ac loqui de Hieronymo, quisquis Augustinum censorem admittit, eiusque grauissima nititur authoritate. Sic etenim vbi aduersus Iulianum disputat, scriptum ab eodem Augustino legimus[2]: Nec sanctum Hieronymum, inquit, quia presbyter fuit, contemnendum arbitreris: qui Graeco et Latino, insuper et Hebraeo eruditus eloquio, ex occidentali ad orientalem transiens Ecclesiam, in locis sanctis atque in literis sacris vsque ad decrepitam vixit aetatem. Hic omnes[3] vel pene omnes, qui ante illum[4] ex vtraque parte orbis de doctrina Christiana scripserunt[5], legit. Extat epistola, in qua idem Augustinus sese cum Hieronymo componens, hanc tulit sententiam[6]: Quanquam secundum honorum vocabula, quae iam Ecclesiae vsus obtinuit, Episcopatus Presbyterio maior sit: tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Alibi vocat sanctum Hieronymum[7], sanctum presbyterum[8] et doctissimum hominem, trium linguarum peritum[9], qui secundum gratiam, quae data est ei, sic in Ecclesia laborauerit, vt eruditionem Catholicam multum in latina lingua multis et necessarijs libris adiuuerit. Atque haec de summi viri studijs, et Hieronymianae doctrinae celebritate coaetaneus Augustinus literis prodidit. Posteriorum vero testimonia et elogia, qui clarissimum hoc ecclesiae lumen miris

---

[1] Notum est, Hieronymum et Augustinum aliquamdiu et de loco illo Gal. 2, 11—14 explicando et de sacrae Scripturae ex hebraico sermone in latinum vertendae utilitate dissensisse. De qua re cf. *Acta Sanctorum* Septembris VIII (Parisiis et Romae 1865), 589—595. 678, et *J. A. Möhler,* Gesammelte Schriften und Aufsätze I (Regensburg 1839), 1—18.

[2] Libro I. contra Iulianum (episcopum) c. 7, n. 34 (*Migne* PP. LL. XLIV, 665).

[3] Sic etiam editio Augustini *erasmiana* (Septimus Tomus Operum Divi Aurelii Augustini [Basileae 1556], col. 957). *Maurini* editores legunt: „aetatem: omnesque“ (S. Augustini Opera. T. X [Parisiis 1690], 519).

[4] Sic etiam editio *erasmiana* l. c.; *Maurini* l. c.: „illum aliquid“.

[5] Editiones *erasmiana* et *maurina:* „doctrina Ecclesiastica scripserant“.

[6] Epistola 82 (alias 19), ad Hieronymum c. 4, n. 33 (*Migne* PP. LL. XXXIII, 290).

[7] Epistola 148 (alias 111), ad Fortunatianum episcopum c. 2, n. 7; c. 4, n. 13, et Libro tertio de peccatorum meritis et remissione c. 6, n. 12 (*Migne* PP. LL. XXXIII, 625. 628; XLIV, 192).

[8] Epistola 169 (alias 102), ad Evodium episcopum c. 4, n. 13 (*Migne* PP. LL. XXXIII, 747).

[9] De civitate Dei l. 18, c. 43 (*Migne* PP. LL. XLI, 603). „Hieronymus homo doctissimus et omnium trium linguarum peritus“: Quintus Tomus Operum Divi Aurelii Augustini [editio *erasmiana,* cum commentariis Io. Lud. Vives; Basileae 1556], col. 1108. Atque sic etiam legerunt *Maurini* (S. Augustini Opera T. VII [Parisiis 1685], 525).

saepe modis extulerunt, de consulto praeterimus[1]: quum vinum vendibile (vti vulgo inquiunt) suspensa hedera non egeat[2]. Quid autem pulchrius, obsecro, quid in ecclesia desiderabilius videri queat, quam Hieronymi spiritum in multis hoc seculo reuiuiscere, illiusque non modo eruditionem, sed quod maius est, vitam et mores, veluti postliminio in orbem reuocari posse? Quam longe autem, pro dolor, ab illius vestigijs discessum est, siue iuuenes, siue senes, siue mediae aetatis omnisque conditionis homines rite consideremus. Vt immensa est turba ignauorum et imperitorum, dicam et stultorum adolescentum: ita perpauci contra inueniuntur, qui inde ab ipsis incunabulis Latinas et Graecas literas, philosophiam et linguas addiscant, vt certe Hieronymus didicit, non in otio et luxu, sed liberaliter ac ingenue institutus, perpetuoque studiosissimus. Vbi porro nunc senes, qui cum Hieronymo sanctissimo sene paria faciant, vt grauitate, prudentia, pietate et zelo domus Dei[3] conuenienter instructi erudiant iuniores: vt praeluceant sanctitate mundumque corruptissimum verbis, scriptis et exemplis aeque arguant[4], quemadmodum patres et seniores decebat? Vbi demum, qui post contractas vitiorum labes serio resipiscant, et quod maius est, dignos poenitentiae fructus[5] adferant: vt quemadmodum peccando secuti sunt, imo et longe superarunt Hieronymum, sic etiam poenitendo sequantur? Quotusquisque non dicam vltro subire, sed aliqua saltem ex parte ferre dignatur illum Hieronymianae disciplinae rigorem, perpetuumque studium in contemnendis voluptatibus, in castiganda carne, in edomandis affectibus, in vigilijs et chameunijs[6] adhibendis, in precibus et lachrymis pro se alijsque nocte ac die profundendis? Nos Euangelij verba iactamus, et opera carnis[7] proferimus. De fide litigamus, fidei operibus[8] destituti. Pharisaeos et hypocritas alios insimulamus: hoc Iudaicis etiam Pharisaeis deteriores, quod illi externa pietatis specie commendati, non tam alijs quam sibi incommodarent. Nos vero vt maxime tum externa tum interna iustitia simus vacui, tamen velut infructuosae pestiferaeque arbores[9] fructus teterrimos edimus, et quod magis miserandum est, in summa vitae licentia diuini timoris obliti, tuta nobis apud Deum omnia pollicemur. Vacamus cupiditatibus Chri-

---

[1] Haec testimonia collegerunt *Io. Martianay* O. S. B. et *Ant. Pouget* O. S. B., Sancti Hieronymi Operum Tomus primus (Parisiis 1693) f. m[b]—m 2[a], ac *Migne* PP. LL. XXII, 213—232.

[2] „Vino vendibili suspensa hedera nihil opus. . . . Sumptum apparet a cauponum more, qui vinariis tabernis signum hederaceum solent praetendere“ : *Erasmus Roterodamus*, Adagiorum Chiliades quatuor etc. (Parisiis 1558) col. 510.

[3] Ps. 68, 10. Io. 2, 17. [4] Io. 16, 8. [5] Luc. 3, 8. Matth. 3, 8.

[6] Chameuniae (χαμευνίαι) = humi cubationes; quod vocabulum ab *Hieronymo*, Epistola 52 (alias 2), ad Nepotianum n. 3 (*Migne* PP. LL. XXII, 528), et nunc quoque in *Breviario* Romano (25. Iunii, in officio S. Gulielmi Abbatis, lect. 4) usurpatur.

[7] Gal. 5, 19. [8] 1 Thess. 1, 3. 2 Thess. 1, 11. Iac. 2, 14—26.

[9] Iudae 12. Cf. Matth. 3, 10; 7, 16—20 etc.

stiani, Christum factis abnegantes[1], non pietati, sed luxui, sed ventri, libidini, quaestui, ambitioni prorsus dediti: charitas friget[2], exulat poenitentia, cuius et nomen horremus[3], ridetur antiqua pietas, sacramenta integra reijciuntur, cultus diuinus aboletur, sacrorum vilescit reuerentia, non suus virtuti honos, non piorum benefactis merita constant, fides duntaxat in labijs natat: et certo tamen statuimus, (si superis placet) nos, modo fidamus Christi gratiae, iustos et saluos esse oportere. Sed haec ego missa nunc facio, ne aut Momus in reprehendendo videar, aut praeposterus arguar in commendando Hieronymo encomiastes. Satis erit in praesentiarum, de ratione huius operis consilioque nostro breuiter admonere. Videbam ego, nec minus dolebam, ingentem diuinumque thesaurum latere, hoc est, Hieronymianas epistolas praegrandibus voluminibus inclusas, a paucis emi, quia pretij magnitudo plerosque deterreret[4]: a paucioribus etiam euolui, quod ex fontibus illis lectio incommoda peteretur, et fastidium adderet ordo perturbatus. Visum est igitur operaepretium, ac vsui cum priuato lectoris, tum communi scholarum accomodatius fore, si ex varijs operibus et tomis huius authoris, quemadmodum nunc extant, seligerentur epistolae, selectae aptius collocarentur, collocatae autem modum tenerent, vt codice vno non valde amplo, neque nimium oneroso, sed mediocri, et, vt Augustinus loquitur, manuali[5] comprehenderentur. Quod volumen tribus partibus distinctum, vt omnia constarent rectius, ita distribuimus. In primum librum eas reiecimus, quae plane familiares videntur, siue argumentum, siue breuitatem

---

[1] Tit. 1, 16. [2] Matth. 24, 12.

[3] Notum est, Lutherum in ecclesiam catholicam invectum esse, quod in „vulgata“ sua sacrae Scripturae versione evangelicam illam „μετάνοιαν“ verbo „poenitentiae“ interpretaretur; in cuius locum ipse „resipiscentiam“ substituit.

[4] Hieronymi Epistulae et tractatus a Ioanne Andrea episcopo aleriensi a. 1468 Romae (in domo Petri de Maximo) in lucem emissi, ab eodem a. 1470 curantibus Conrado Suueynheym et Arnoldo Pannartz ibidem (in domo Petri et Francisci de Maximis) iterum editi sunt; quae duae editiones bina volumina in folio maiore, ut dicimus, complectuntur (*Lud. Hain*, Repertorium Bibliographicum Vol. 2, P. 1 [Stuttgartiae et Lutetiae Parisiorum 1831] p. 43. *Plac. Braun*, Notitia . . de libris . . in Bibliotheca . . ad SS. Vdalricum et Afram Augustae exstantibus 1 [Augustae Vindelicorum 1788], 127—129). Atque eodem anno 1470 Petrus Schoiffer (Schöffer) typographus moguntinus Hieronymi Epistulas uno volumine in folio maiore comprehendit (*Hain* l. c. p. 43—45. *Steph. Al. Würdtwein*, Bibliotheca Moguntina [Augustae Vindelicorum 1787] p. 100). Eaedem Epistulae postea editae sunt Romae (1476. 1479), Venetiis (1476. 1488), Parmae (1480), Norimbergae (1495), Basileae (1497), Lugduni (1513) etc.; quae editiones fere omnes in folio et 2 vel 3 voluminum sunt. Omnia Hieronymi opera primus 9 (8) voluminibus in 2° collegit Desiderius Erasmus Roterodamus Basileae, 1516—1520; quae editio proximis decenniis Basileae, Lugduni, Parisiis repetita est (*Hain* l. c. p. 42—51. *J. G. Th. Graesse*, Trésor de livres rares et précieux III [Dresde 1862], 273—275).

[5] Canisius libellum illum S. Augustini „De fide, spe et charitate“ dicit, quem is ipse „Enchiridion“ sive Manuale vocat: Enchiridion c. 4. 6; Retractationum l. II, c. 63 (*Migne* PP. LL. XL, 232. 233; XXXII, 655).

et perspicuitatem eorum quae scribuntur, perpendere libeat. Secundo libro dantur epistolae grauiores, quae prolixius et accuratius de rebus magni momenti disserunt: Hic mirifice docet Hieronymus clericos, monachos, puellas, virgines, viduas, matronas, et omnis fere conditionis, sexus et aetatis Christianos, nimirum Pauli instar omnia factus omnibus, vt omnes in Christo lucrifaciat[1]. Tertius porro liber historias continet, exemplaque praeclara sanctorum et sanctarum ostendit, in quibus legendis varius est fructus, et sancta quaedam oblectatio[2]. Alicubi quaedam resecuimus, non quod improbaremus illa quae omittimus, sed quod instituti nostri ratio suaserit, ea nunc praetermittere, quae minus vulgari captui seruiunt ob mysteriorum et rerum quae tractantur difficultatem, quodque longior non raro excursus fiat authoris et ea commemorentur, quae hunc quidem librum obscurare magis, quam illustrare, lectorem grauare potius quam iuuare posse videantur. Petat illa qui velit, ex magnis et crassis illis voluminibus seu tomis, qui nouem Hieronymo inscripti passim reperiuntur[3]. In calce visum est addere quod idem scripsit aduersus Vigilantium[4], vt nostri homines hoc velut praesenti antidoto muniti, aduersus pestem Vigilantianam nunc late grassantem, sese aliosque in sana et Catholica doctrina confirmarent. Est etenim hic sensus atque consensus Ecclesiae perpetuus, Christiani vt Diuos, eorumque sacras Reliquias pie colant, suamque pietatem externis ritibus comprobent, velint nolint Vigilantiani. Quis autem pro dignitate satis explicet, quantum in his epistolis omnibus ingenij, doctrinae, prudentiae, festiuitatis simul et pietatis insit? quantum artis insuper, tum neruorum et aculeorum vehat secum stylus vt plurimum extemporaneus, sed pulchre semper ac citra affectationem profluens? O sanctum et apostolicum pectus, quod pro Christo Christique ecclesia, tam solicite vigilat, tanta contentione molitur, totque subit discrimina, dum vir idem in eremo delitescere et toto fere mundo discurrere, Christique ecclesias non sine Apostolica solicitudine[5] et industria, pie et praeclare constituere satagit. O foelix Bethleemitica cellula, quae nobis huiusmodi scripta et responsa, fere dixerim oracula, edidit[6]. Non eremum sed paradisum vocari par est, vnde ad irrigandum ecclesiae hortum, tanta vi prorumpunt diuinae humanaeque scientiae

[1] 1 Cor. 9, 22.

[2] Canisius in epistularum hieronymiarum ordinem aliqua Hieronymi scripta rettulit, quae, quia verae epistulae non sunt, postea eo numero exclusa sunt, ut vitas S. Pauli, S. Hilarionis, S. Malchi. [3] Vide supra p. 278, adnot. 4.

[4] Vigilantius, sacerdos barcinonensis, sub initium saeculi quinti docuerat, neque sanctos martyres invocandos, neque eorum sacras reliquias colendas esse, vitam vero monasticam et clericorum continentiam damnandas esse.

[5] Cf. 2 Cor. 11, 28. Col. 2, 1 etc.

[6] Hieronymus fere ab anno 386 ad 420 (quo mortem obiit) in urbis Bethlehem monasterio illo, quod ipse instituerat, versatus est.

flumina, et salutares omnibus aquae propinantur. O admiranda et sectanda disciplinae sanctae seueritas, cum quotidiana carnis castigatione coniuncta, quae mirificum Hieronymi spiritum aluit, confirmauit, illustrauit, prouexit. Porro hic iam requiret forte aliquis et ordinis mutationem demiratus, et nihil ex solitis conspicatus appendicibus nostram de Rotterodamo sententiam, qui semel ac iterum edidit nobis Hieronymum [1]. Vtinam vero edidisset solum, neque suis etiam scholijs, dicam an scorijs, subinde conspurcasset, ac pro antidotis toxica infundens, carbones (vt aiunt) pro auro vendidisset. Nemo illius laudibus in politiori literatura inuidere, nemo detrahere merito queat. Illud autem erat optandum, si quid votis possemus consequi, Desiderius vt professionis huius terminis contentus, aut a sacris studijs penitus abstinuisset, aut in iudicandis patrum scriptis minore supercilio ac candidiore animo se praeditum declarasset. Nam reuera postquam Erasmus Theologum agere coepit, nimium fidit [a] sumpsitque sibi, et verborum saepe quam rerum studiosior, seuerum se praebuit Aristarchum [2], atque in censendis Theologorum quidem scriptis tantum sibi permisit, quantum hactenus nemo alius quantumuis doctus et sapiens in ecclesia vel ipse postulare visus est, vel alijs concedendum existimauit. Scilicet, ne Luthero excludenda oua deessent. Erasmus monachus monachos insectatus est [3], et parum grauis ipse philosophus, Doctores scholasticos tantum non tractauit scurriliter: tum nescio quo spiritu ductus, non aliam in Ecclesiasticis fere dogmatis, quam Pyrrhonicam sequi voluit Theologiam [4]. Dum autem incusat et oppugnat alios, se vero ipse perpetuo excusat et propugnat mordicus, vt nulli velit cedere, consecutus est tandem, vt Erasmiani nominis authoritatem nullus aduersariorum vehementius, quam autor ipse labefactarit, iamque tantum ille ponderis apud pios, quantum fere apud impios obtineat. Morosum esse censorem oportet, qui arrepta velut virgula

[a] *Sic; quamquam scribendum fuisse videtur* fisus est *vel* fisit *(de quo „perfecto" vide Friedr. Neue, Formenlehre der lateinischen Sprache II [2. Aufl., Berlin 1875], 333).*

[1] Vide supra p. 278 [4]. Erasmus singulis Hieronymi epistulis sua „argumenta" praeposuerat suaque scholia, eaque saepe longissima, subiunxerat.

[2] Aristarchus Samothrax, qui sub a. 170 Alexandriae docebat, et multos libros grammaticos et plurimos in poëtas graecos commentarios, inter quos „*Διορθώσεις*" criticae in Homerum eminent, scripserat. Qui pro exemplo quodam iudicis nimium critici habebatur.

[3] Erasmus a. 1486 ordinem canonicorum regularium S. Augustini in domo Stein (Emmaus) prope Goudam ingressus, ibidem professionem sollemnem fecerat. Qui cum postea suo arbitratu vestem religiosam deposuisset, a. 1517 a Leone X. excommunicatione, in quam facto illo incurrerat, solutus et facultate donatus est extra monasterium vivendi et saecularium sacerdotum vestitum habendi.

[4] Pyrrhon Eleus, philosophus graecus isque Aristoteli aequalis, scholae Scepticorum auctor fuit.

censoria, de praesentibus et superiorum aetatum Theologis liberrime censet, nullamque interim ipse vel doctorum, vel scholarum censuram ferre dignatur. Sunt tamen adhuc Erasmiani, (o mores, o tempora) quos docet sapere Moria, et corrumpunt Colloquia praua[1]: qui satis docti scilicet, quando cum festiuitate norunt sacrificulos, fraterculos et humanas constitutiunculas (sic enim istis appellare libet) mordere atque conuellere: tum pulchre diserti, quando religiosis hominum ordinibus et institutis obtrectando, irreligiosas, vulgi aures ac mentes demulcent: et belli demum actores, quando velut in theatro ob oculos ponunt alienam turpitudinem, iam personas Ecclesiasticas satyrice et inimice perstringentes, iam de rebus et caeremonijs sacris impure garrientes, ne dicam et impie cum suo Luciano[2] ridentes. Accedit mirabile supercilium, quo licet illis quod libet, de mysterijs diuinis et sacramentis plerumque incognitis etiam inter pocula velut ex tripode pronuntiare. Sed modum excedit epistola, quae mihi ad vos reflectenda et aliquando claudenda est, Magnifice domine Rector, doctissimi viri, simul et studiosissimi adolescentes. Quod vobis hoc quicquid est operis dedico, iure quodam defendi posse arbitror, nimirum vt istius gymnasij sanctissimus Patronus, qui noua veluti veste commendatus prodit, vestris primum excipiatur oculis, et amicis amplexibus foueatur: vtque vos eundem in epistolis adhuc spirantem agnoscatis et docentem obseruetis Hieronymum, quem in coelis cum Christo regnantem, studijsque vestris haud dubie fauentem, pie colitis meritoque concelebratis. Nostrum est interim, Dei Opt. Max. benignitatem agnoscere et praedicare, qui vos diuersis e locis collectos in hanc praeclaram studiorum communionem asciuit: qui et sedibus aliquando per alienam iniuriam pulsos[3] mire restituit: qui demum ex vobis hanc primam et ecclesiasticam vere scholam in nostra quidem Germania his annis constituit, prouexit, conseruauit: Quod institutum vt est per se pulcherrimum, et ad reformandas nunc ecclesias in primis oppor-

---

[1] 1 Cor. 15, 33. Erasmus in libro „Moriae Encomium, id est Stultitiae Laus", qui a. 1509 primum editus, ipso vivente minimum vicies sexies recusus est, vitam monasticam, theologiam scholasticam, summos pontifices admodum mordaciter et proterve insectatus erat. De eius autem „Colloquiis familiaribus" a. 1524 primum evulgatis et potissimum iuventuti destinatis *Wolfgangus Menzel*, scriptor protestans, „Darin wird", inquit, „auch das Heilige selbst mit Ironie behandelt. . . Auch liebt Erasmus sehr das Schlüpfrige" (Geschichte der deutschen Dichtung. Neue Ausg. II [Leipzig 1865], 114). In quibus libris Erasmus ipsam etiam sacram Scripturam parum verecunde tractavit (*Fr. O. Stichart,* Erasmus von Rotterdam [Leipzig 1870] p. 245—253. 258. 272. *H. J. Allard* S. J., Een Portret van Erasmus ['S-Hertogenbosch 1882] p. 43[1]).

[2] Huius libros Erasmus diligentissime cognoverat et in exemplum assumpserat (*Janssen* l. c. II, 12).

[3] Anno 1552, cum cardinalis Otto a Mauritio, electore Saxone, in Carolum V. sedicionem bellumque movente Dilinga pelleretur (*Jos. Haut*, Geschichte der k. Studien-Anstalt Dilingen I [Dilingen 1854], 14—16).

tunum, sic ab optimis quibusque certatim extollitur, quod episcopi quoque nonnulli ita pie sectantur, vt scholis non vno in loco restituendis studijsque promouendis seriam nauare operam pergant[1]. Verum illi secundum Deum primae debentur, qui rem arduam, insusitatam sumptuosam multis etiam repugnantibus ausus est aggredi, et perficere potuit, vt gymnasium hoc D. Hieronymo sacrum extaret atque vigeret. Nec est obscurus ille, quem honoris gratia nomino, vosque liberalissimum academiae huius fundatorem et Maecenatem esse vestrum haud temere gloriamini, nimirum laudatissimus et amplissimus Heros, Cardinalis et episcopus noster D. OTHO TRVCHSES, quem vt praesentes aemuli maxime negligant, tamen posteri multis nominibus inter eximios antistites recensebunt, suspicient, atque celebrabunt. Certe fieri non posse censeo, quin hic sapiens architectus domum vobis supra petram rite fundauerit[2]: domum, inquam, liberalibus sacrisque studijs ita consecratam, domum selectis ac peritis professoribus exornatam, praeclaris et pijs legibus instructam[3], decentique semper ordine administratam. Stetit illa Dei domus[4], et porro inconcussa (vt pie confidendum est) perstabit Hieronymo fauente, Christoque duce, custode atque protectore. Hunc in summis etiam oppugnationibus, in medijs hostium insidijs academiae vestrae propitium adesse et praeesse re ipsa sensistis. Verum quod iam olim de populo Dei electo scriptum et factum legimus, in vos quidem id praeclare quadrat, et euentu comprobatum est: Quanto magis, inquit, opprimebant eos, aduersarij videlicet, tanto magis multiplicabantur atque crescebant[5]. Confirmet in vobis ille qui coepit, confirmet precor DEVS OPT. MAX. et absoluat hanc gratiam pro immensa tum virtute, tum bonitate sua, fructusque studijs tam pijs quam honestis optatos, hoc est, Ecclesiae commodo seruientes, ad sui nominis immortalem gloriam largiatur. Augustae Vindelicorum, Mense Nouembri, anno post CHRISTVM natum M. D. LXI.

Quod ad eos, quibus Canisius has litteras inscripsit, attinet, Otto, cardinalis et episcopus augustanus, Dilingae (Dillingen), quod Suebiae (nunc Bavariae) oppidum episcopis augustanis in civilibus etiam rebus subiectum eorumque fere sedes erat, anno 1549 gymnasium quoddam sive collegium „Sancti Hieronymi", in quo adulescentes et imprimis ii, qui ad ecclesiasticum ordinem aspirarent, ad litteras et pietatem instituerentur, condiderat. Cui universitatum parisiensis, bononiensis etc. privilegia a. 1551 a Iulio III. pontifice donata, a. 1553 a Carolo V. imperatore confirmata sunt. Inter primos universitatis dilinganae professores Petrus a Soto O. Pr., Guilielmus Lindanus, Martinus Rithovius, Bartholomaeus Kleindienst O. Pr., Martinus Olavius

---

[1] Canisius praecipue Ioannem a Petra et Danielem Brendel ab Homburg, archiepiscopos treverensem et moguntinum, significare videtur, qui paulo ante Societatis collegia Treveris et Moguntiae instituerant.

[2] Matth. 7, 25. Luc. 6, 48.

[3] Hae leges typis exscriptae sunt Romae a. 1553 et Dilingae a. 1557; earum summam brevem posuit *Braun*, Bischöfe III, 415—426.

[4] Gen. 28, 17. Ps. 91, 14. Luc. 6, 4 etc. [5] Ex. 1, 12.

(postea S. J.) eminent (*Braun*, Bischöfe III, 409—427). In * *Catalogo* autem eiusdem universitatis sub annum 1562 vel 1563 (ut videtur) Dilinga vel Augusta Romam misso hi comparent: Rector et professor philosophiae: „M. Cornelius Herlenus Theologus" [= theologiae doctor]; professor theologiae: „M. Mathaeus Galenus Theologus"; professor philosophiae: „M. Adrianus Bessemer Theologiae Baccalaureus"; „Rhetoricae Professores": „M. Theodorus Sprangius" et „M. Jacobus Menchusius"; Grammaticae professores: „M. Joannes Ruttilius", „M. Kilianus Blanckenstein", „M. Christianus Vagner", „Joannes Gesswinus". „Auditores Theologiae 18"; „studiosi Philosophiae 40"; „studiosi in uniuersum fere ducenti quinquaginta" (Cod. „G. C. 67." p. 287). „Cornelius Herlenus a Rosenthal" (alii minus recte Harlemium eum vocant), qui ex pago Roozendaal (nunc provinciae Brabantiae septentrionalis, regni neerlandici) ortus esse videtur, anno 1564, cum Societati Iesu ab Ottone cardinale traderetur universitas dilingana, huius „gubernator", anno 1568 collegialis ecclesiae S. Mauritii augustanae canonicus constitutus est (*Car. Stengelius* O. S. B., Rerum Augustan. Vindel. Commentarius [Ingolstadii 1647] p. 286. *Lor. Stempfle*, Die Universität zu Dilingen in ihrer Gründung und ersten Blüthe [Dilingen 1833] p. 17—18).

Diem quidem Canisius litteris non ascripsit; eas tamen ineunte m. Novembri datas esse, ex eo conicere licet, quod Matthaeus Galenus professor dilinganus 4. Novembris 1561 Canisio scripsit: „Nos Stridoniadae . . . donasti . . . thesauris, simul ac dicationis es dignatus honore"; vide infra, p. 289.

Cum Canisii de Erasmo iudicio congruit, quod *Theodoricus* ille *Hezius* dicit, qui Hadriano VI. pontifici et a secretis et a sacris confessionibus fuerat quique a. 1543 a Beato Petro Fabro S. J. sacris S. Ignatii exercitiis excultus, Societati atque ipsi etiam Canisio amicissimum se praebuit (*Can.* Epp. I, 121. 134. 147. 276). Is enim Leodio 26. Octobris 1525 Blosio, Clementis VII. papae secretario, scripsit: „Norunt . . omnes quam parum utiliter, ne dicam pernitiose, Erasmus scripserit in magna scriptorum suorum parte quae fidem ac religionem respiciunt: et quomodo ex scriptis eius plurimi eius admiratores (qualis etiam ego esse soleo) valde adiuti sint ad facilius amplectenda pessima dogmata Lutheranorum et male sentiendum[a] de multis articulis fidei. . . . Sciunt praeterea omnes eruditi . . . quam parum fidei tribuendum sit Erasmo in rebus theologicis, cum in scientia[b] [?] utriusque linguae et grammaticae atque rhetoricae multum omnino [ei] sit tribuendum, intra quarum linguarum artiumque limites si sese continuisset, non adeo infeliciter tamque[c] parvo fructu sese rebus theologicis ingessisset. Neque tamen negaverim eum multa scripsisse bona atque utilia . . .; sed propter valde multa quae in eis insunt vel erronea vel scandalosa vel piarum aurium offensiva, crederem ego magis profecturum fuisse Christianae reipublicae si Erasmus nihil omnino de rebus theologicis attigisset vel scripsisset. Immo non desunt qui putent minus nociturum fuisse si aperte pro Luthero stetisset quam utroque pede claudicando et duos (ut in adagiis eius est) parietes ex una fidelia dealbando" (Monumenta Reformationis Lutheranae, ed. *Petr. Balan* [Ratisbonae 1884] p. 556. 557). A quo iudicio haud multum discrepat, quod cardinalis *Iosephus Hergenröther* sentit de Erasmo, „der durch Ton und Inhalt seiner Schriften, namentlich durch seine beissende Satire und die von ihm angeregte Zweifelsucht, dem Luther die Wege ebnete" (Handbuch der allgemeinen Kirchengeschichte III [3. Aufl., Freiburg i. Br. 1886], 21³).

Iam quod ad Hieronymi epistulas aliosque libros ab Erasmo editos attinet, *Marius Victorius Reatinus*, cum eos a. 1565 Romae typis Pauli Manutii iterum ederet, „tot menda, totque hallucinationes, quae partim imperitia, partim incuria irrepserant, sustulit, ut affirmare non dubitet, se loca plus minus mille quingenta restituisse, quae vel sua ille manu maculaverat, vel tempore corrupta, restituere ex rerum imperitia haud potuerat": Ita de Victorio scribit, qui in Hieronymo edendo omnes et diligentia et eruditione superasse censetur, *Dominicus Vallarsi*, sacerdos

---

[a] sentiendi *Bal.* [b] patria *B.; id quod certe falsum est.* [c] tanquam *B.*

veronensis. Qui de Hieronymi editione ab Erasmo curata hoc quoque notat: „Nemo . . ex eo labore laudem Erasmo debitam invideret, si ab effreni illo, et projectae temeritatis abstinuisset cacoethe, carpendi sanctissimos Patres, ut sibi gloriam aucuparetur, quos sicubi etiam impense laudat, de industria facit, ut postea minus invidiose et suimet cum laude magis admordeat. Si in ferendis censuris, a sacrarum rerum injuria temperasset [1], neque inanibus saepe conjecturis ita permiscuisset tum aliorum veterum Patrum, tum Hieronymi scripta, ut nisi posteriorum theologorum contraivissent studia, de ecclesiastica traditione vix certi aliquid ex eius sententia constitui posset" (*Migne*, PP. LL. XXII, xiv—xv). Haec verba exemplis ex erasmiana epistularum S. Hieronymi editione excerptis facile confirmari possunt; quae simul ostendunt, cur Canisius editionem illam, quae tunc adeo pervulgata erat neque, opus typographicum si spectes, primum intuenti admirationem quandam sui inicere non potest, ex catholicorum manibus extrahere his litteris contenderit. Ita *Erasmus* de Hieronymo: „Multorum", inquit, clericorum et episcoporum „uita displicebat, iam tum prisca illa pietate sacerdotum ad tyrannidem ac fastum degenerante. Pensitatis igitur omnibus ac circumspectis, monachi placuit institutum: quod ne quis in hoc erret, id temporis longe diuersum erat, ab hoc quod hodie uidemus, ceremonijs obstrictum: imo quibus maxime libertas erat cordi, hi monachi professionem suscipiebant. Primum enim res manebat integra, si quis ita censuisset: manebat commigrandi remigrandique quo uellent potestas: manebat dulcissimum ac liberrimum ocium: ad studium, ieiunia, psalmos, uigilias aut suopte incitabantur animo, aut exemplis inuitabantur, non cogebantur hominum constitutiunculis. Vestitus erat simplex, nec is tamen praescriptus, sed suo cuique arbitrio sumptus: non qui prodigiosa nouitate faceret insignem, et digito notandum: sed qui simplicitatem Christianam prae se ferret. Votorum nulla uincula, nisi quae sunt cuiusque pure Christiani. Denique si quem forte sui instituti poenitentia coepisset, tota demum poena erat, inconstantiae nota." Ac de virginum Deo sacrarum clausura: „Hieronymi soror, uirginis institutum arripuit, instigante Iuliano quodam: sed multum et hoc dissimile ab harum conditione, quas hodie ferreis cancellis, ceu feras indomitas inclusas tenent. Non quod damnem publicam seculi consuetudinem, sed quod doleam huc denique delapsam Christianorum pietatem, ut uirginum integritas claustris ferreis et repagulis murorum sit extorquenda: cum ea demum religio sit accepta Christo, non quae ui extunditur, sed quae ultro a uolentibus offertur." Et de sacerdotibus: „Nunc uulgus sacerdotum ad caetera muti, nihil tinniunt, nisi de decimis accipiendis: et magna pars nihil ex iure pontificio didicit, nisi duplices deberi decimas, praediales et personales." De Iulio II. pontifice maximo: „Optat autem Damaso [pontifici Hieronymus] martyrium. Quid si quis ad eundem modum obtestatus fuisset Iulium secundum? Quid impetrasset? crucem opinor." De sacra peregrinatione hierosolymitana: „Hodie complures, etiam ex eorum numero qui uidentur sapere, ab extremis mundi finibus, summo sumptu, summo uitae discrimine, nonnunquam et morum ad ea currunt loca, liberis et uxore domi relictis: praesertim cum omnia Christianae uitae uestigia, aut prorsus hic deleta sint, aut commenticia quaedam incertaque monstrentur. Et mirum quae religio sit, ab hoc uoto tam grauatim absoluere Romanos pontifices, cum multi sic eant, ut magis pium sit non isse" [2] (Opvs Epistolarvm Divi Hieronymi Stridonensis, vna cum scholijs Des. Erasmi Roterodami, denuo per illum non uulgari cura recognitum, correctum ac locupletatum [Basileae 1524] I, f. AA7^{a}. AA8^{a}; III, 67; II, 135; I, 107).

[1] Ita etiam *Fr. X. Kraus:* [Erasmus war] „in seiner Lehre nicht selten unbedacht und incorrekt" (Lehrbuch der Kirchengeschichte 4. Aufl. [Trier 1896] p. 513).

[2] *J. Döllinger* de Erasmo: „Niemand", inquit, „verstand es besser als er, abergläubische Ausartungen, kirchliche Missbräuche mit den Waffen des Spottes so zu verfolgen, dass auch die Sache selbst, an die der Missbrauch sich angehängt, davon getroffen wurde" (Die Reformation I [Regensburg 1846], 1).

Haud ita mirum igitur, editionem Hieronymi ab Erasmo curatam una cum reliquis omnibus Erasmi scriptis a Paulo IV. a. 1557 (1559) in librorum prohibitorum catalogo positam esse. Quamquam postea a Pio IV. et Clemente VIII. annis 1564 et 1596 ea proscriptio ita temperata est, ut tantum Colloquia, Moria, aliquot alii eius libri omnino prohiberentur, reliqui vel plane vel sub condicionibus quibusdam permitterentur (*Anton. Possevinus* S. J., Apparatus Sacer I [Coloniae Agrippinae 1608], 419. *Fr. H. Reusch*, Der Index I [Bonn 1883], 347—348). Quod autem Canisius proscriptionis a Paulo IV. factae nullam in his litteris fecit mentionem, eo (ni fallor) rem dissimulavit, quod et Otto cardinalis Augustanus romana sede, ut videtur, probante vel tolerante, et reliqui Germaniae episcopi catalogo illo Pauli IV. promulgando supersederant (*Can.* Epp. II, 377. 500); accedebat, quod spes erat, catalogum illum brevi in concilio tridentino mitigatum iri.

Canisius anno 1565, cum Hieronymi epistulas ad vetera exempla collatas longe emendatius ederet, has quoque litteras dedicatorias amplificavit et multis locis mutavit, salvis tamen ipsis rebus et maxime suo de Erasmo iudicio. Quas litteras ita immutatas suo loco proponam.

Canisius in aliis quoque scriptis, quid de Erasmo sentiret. protulit; quae sententiae in aliquo ex sequentibus huius operis voluminibus evulgabuntur.

De ipsa hac epistularum Hieronymi editione a Canisio curata vide plura infra, p. 289—290 et monum. 392. 393.

618.

P. PETRUS DE RIBADENEIRA,

provinciae tuscae S. J. praepositus et secretarii S. J. vicarius,

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis S. J.,

CANISIO.

Roma 1. Novembris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Augusta D. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 27^b.

Monasterium S. Georgii Societati tradi non potest. Socii aliqui. Collegium romanum hominibus abundat, pecunia eget.

Riceuemo quella di .V. R. di 18. del pasato, et quanto alla cosa del monasterio che si pretendeua per la compagnia, già per un' altra è stato scritto che il Cardinal dice appartinire al Papa[a] [1] [?] la

R. V. litteras die 18. mensis superioris datas accepimus, et de causa monasterii illius, quod, ut Societati traderetur, petitum erat, alteris iam litteris scriptum est, cardinalem asseruisse, eius conferendi potestatem penes summum pontificem[a] [1] [?]

[a] *Sic; sed legendum videtur:* Capitulo*; vide infra, adnot. 1 huius pag.*

[1] Ita quidem codex meus. At in nullo alio fonte antiquo hoc pontificis in augustanum illud S. Georgii monasterium (vide supra p. 223) ius testatum repperi. Quod si exstitisset, Truchsess, puto, pontificem, ut monasterium Societati conferret, induxisset vel saltem inducere conatus esset. Quare a librario (qui festinantius scribebat) „Papa" pro „Capitolo" positum esse existimo. Monasterium illud a cathedrali capitulo augustano fundatum erat (supra p. 242 [1]); ac cardinalis litteris Augusta a capitulo missis permotus esse videtur, ut, quae Ribadeneira scribit, diceret; cf. infra, monum. 278—280.

collatione , et altre cose per le quali si comprende che la cosa non è riuscibile. *Complura repetit, quae iam antea scripserat.* Di Roma primo di Nouembrio 1561.

Arriuorno à saluamento in Roma questa settimana Stephano Liberio et Sigismondo[1] che partirno da Praga. Se V. R. tiene alcuni denari da mandarce ne faria vna buona opera, perche trouandoci in Roma hormai vicini a. 300 persone, puo lei pensar quanto [si] dispenda[a].

Nota: Canisius Salmeroni rescripsit 15. Novembris 1561.

---

esse, atque alia dixisse, ex quibus rem feliciter nobis evenire non posse intellegeremus. *Complura repetit, quae antea scripserat.* Roma kalendis Novembribus 1561.

Romam hac hebdomade salvi advenerunt Stephanus Liberius et Sigismundus[1], qui Praga huc profecti erant. R. V., si quam pecuniam huc mittere poterit, mittendo optime aget; cum enim Romae iam fere 300 simus, ipsa, quantum pecuniae expendi oporteat, facile intellegit.

619.

CANISIUS
ALPHONSO SALMERONI,

Societatis Iesu vicario generali.

Augusta Vindelicorum 1. Novembris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo (Canisius sua manu nomen subscripsit), in cod. „E. C. I“, f. 140 et sq. non sign. (n. 94) posito, exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod, ex eodem archetypo sub a. 1860 curante *Boero* exscriptum, cum eodem postea collatum est.

Litterarum particulam germanice posuit *Janssen* l. c. IV, 415—416. Iisdem usus est *Kröss* l. c. p. 139.

Gaudet, Lainium Hugonotis obsistere, concilium tueri. P. Hoffaeo Praga, antequam collegium monasterio oibinensi liberaverit, Vindobonam transmigrare non convenire. P. Blissemium collegio pragensi regendo vix parem esse; sed omnia esse propter oboedientiam subeunda. De collegio Augustae condendo. Socios haud facile nuntiis pontificiis comites addi debere. Augustae sacramenta frequentari, Societatem calumniis affici.

Pax Christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

Non potest nobis et Catholicis omnibus non perplacere, quod de Gallia ac nostrorum patrum ibidem conatibus nunciatur[2]. Faxit

---

[a] *Vel:* quanto si spenda; *ap.:* quanto di spenda.

---

[1] Dominatius.

[2] Canisius potissimum Lainii et Polanci conatus Possiaci, Fani Germani, Parisiis adhibitos dicit; atque ille post sermonem 26. Septembris in religionis colloquio habitum (supra p. 261) iterum ac tertio, hic semel adversus protestantium errores praeclare dixerunt; ac Lainius privatim quoque reginam, Condaeum, alios primores ad religionem catholicam defendendam vehementer adhortatus est (*Boero,* Lainez p. 238—239. *Sacchinus,* Hist. S. J. II. l. 5, n. 208). Plura vide infra p. 298.

Dominus, ut Reuerendus P. Praepositus quemadmodum praeclare coepit, Caluinianorum impietatem magis magisque disijciat, et catholicorum animos confirmet atque ad Concilium promouendum permoueat. Quando ita uisum est obedientiae sanctae, ut P. Paulus[1] Viennam e Praga transeat, fiat Domini uoluntas[2]. Cum autem nunc idem diligenter instet Pragae apud Caesarem, ut Collegium suam dotationem firmam habeat, utque liberemur onere grauj Oybinensis Monasterij, non arbitror statim illum transferendum esse Viennam, sed huius difficilis negotij expectandum finem, priusquam inde discedat. Scripsi autem proxime, quo consilio D. Lanoyum miserim Viennam. Neque parum referre opinor ex illo reuerso intelligere, quo in statu Viennense Collegium uersetur: postea rectius de hoc nouo Rectore D. Paulo constituj poterit, ac de ueterj quoque fortasse. Dominus hanc mutationem in suam uertat gloriam. Vtinam D. Henricus[3] hoc praestare posset quod optamus: erit illi difficile sane munus Rectoris quantum iudicare possum, et nescio equidem an par illius humeris. Sed omnia propter obedientiam probanda et exantlanda sunt. postea mittemus D. quoque Christianum[4] Pragam, sicut constitutum est.

Lente procedit negotium de Augustano Collegio, et anceps euentus. proxime plura et certiora scribemus.

Benedictus Deus, qui Collegio Moguntino suum dedit Rectorem D. Lambertum[5]. Js petit a me vt admoneam P. Romanos, ne facile permittatur[a] eiusmodi de causa, quemadmodum hactenus, cum Pontificis Legato peregrinari, quod utilitatis parum, ac laborum molestiarumque plurimum cum utriusque hominis[6] detrimento inde referatur. Sed hunc illius timorem minus necessarium duco. Nec opus est sapientes monere.

Redijt Viennam D. Hermes[7] tandem, de quo scripsi proxime.

Hodie[8] nobis magnam attulit Consolationem populi frequentia, quem[b] [?] in sacra synaxi praeter morem uidimus. Crescit hic uerbum Dei cum patientia[9], et calumniantium figmenta contra Societatem JESV sparguntur. Vtinam hoc honore digni simus. Commendamus nos R. T. sacrificijs et precibus in Christo, qui nos cum sanctis omnibus coniunctos perpetuo seruet. Augustae Calend. Nouemb. 1561

Seruus in Christo P. Canisius.

---

[a] *Ita A B; fortasse supplendum* nostris *vel* quisquam ex nostris *vel aliquid simile.* [b] *Ita A B; sed malim legere* quam.

---

[1] Hoffaeus. [2] Act. 21, 14. Matth. 6, 10 etc.
[3] Blissemius, collegio pragensi praeesse iussus (supra p. 260).
[4] Rivium. [5] Auer; cf. supra p. 263.
[6] I. e. et corporis et animi.
[7] Winghenius; vide supra p. 272. [8] Die festo Omnium Sanctorum.
[9] Act. 19, 20; 6, 7. Luc. 8, 15.

† Al molto Reuerendo Padre il Padre M. Jacomo Laynez Praeposito Generale della Compagnia d' JESV. In Roma.

Salmeron Canisio per Ribadeneiram rescripsit 15. Novembris 1561.

620.

REGIMEN AUSTRIAE SUPERIORIS [1]

CANISIO.

Oeniponte sub initium m. Novembris 1561.

Ex apographo recenti, eoque exscripto ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, Cod. „Cop. B. an die röm. Kais. Maj. 1560—1561. lib. 15“ f. 899.

A Canisio petunt, ut et ipse et P. Lanoius homines ad praeposituram „novi collegii“ canonicorum Oeniponte suscipiendam idoneos quaerant.

Austriae superioris „regimen“ Oeniponte 12. Novembris 1561 ad Ferdinandum I. caesarem de „novo“, quod ipse Oeniponte instituere volebat, canonicorum collegio haec, praeter alia, scripsit: Doctorem Jacobum Innenhaber (Imenhaber) friburgensem novi collegii praeposituram sibi oblatam admittere nolle. „Daneben haben wir nit unndterlassen, doctorn Canisio geen Augspurg zuschreiben, das er und doctor Lanoius etwa auf aine oder mer personen bedacht weren, die zu sollicher prepositur taugenlich, und dieselb E. M. oder unns anzuzaigen.“

621.

MATTHAEUS GALENUS,

theologiae professor in universitate dilingana [2],

CANISIO.

Dilinga 4. Novembris 1561.

Ex libro: „Epistolae B. Hieronymi Stridonensis . . . Nunc primum opera D. Petri Canisij selectae“ etc. (Dilingae 1562) f. b1.

Nomine academiae dilinganae Canisio gratias agit, quod epistulas S. Hieronymi ediderit et academicis dedicarit. Ab his typographum in libro excudendo adiutum esse. Academiam, cardinalem Ottonem, Canisium laudat huicque suam in Hieronymum orationem dedicat.

ERVDITISSIMO, ELOQVENTISSIMOque THEOlogo D. Petro Canisio Ecclesiastae Augustano Matthaeus Galenus Vestcappellius perpetuum suae in eum obseruantiae dedicauit monumentum [a].

[a] *Carmen, quod sequitur, totum typis, quos cursivos dicimus, in „Epistolis B. Hieronymi“ descriptum est.*

[1] De hoc „regimine“ vide supra p. 169 [3].

[2] De hoc vide, quae sub ipsum hoc carmen dicentur.

INgens praesidium, decusque summum
Et rectae fidei, et tui instituti,
Nec non Vindelycae istius cathedrae
Lumen, mens, Canisi, et diserta lingua
Nos STRIDONIADAE nihil merentes
Donasti SENIS optimis quibusque
Thesauris, simul ac dicationis
Es dignatus honore publicatae [1].

Quapropter tibi nos Patris beati
Illius sumus vsque, et vsque mystae [2]
Obstricti meritis tuis futuri:
Nec quicquam ratio volet putari
Vnquam nostra dati, librarijs quod
Nullam nos operam negasse constet,
Dum nostri DVCIS ista cuderentur [3].
Praeclaro ingenij tui repertu
Nunc demum bene distributa scripta
Debebit studio tuo iuuentus
DILINGANA modo merentis hoc de
Priscis moribus, eloquentiaque
Permultum: Sed et ipse noster ille
Princeps, ac columen scholae recentis
Illius (fateor) quidem, secundae
Haud vlli tamen alteri institutis,
Solus conditor, et patronus vnus
TRVCHSES gentis honos OTHO [4] benigno
Complexurus erit fauore coepta,
Hanc quanto solet in scholam moueri:
Quin et Christiadae, vel orthodoxi
Sane quilibet hoc erunt eodem
Deuincti officio tibi perenne.

Quare sunt alij tibi vicissim
Grates promeritas, et ampliores
Acturi, vt sibi commodum futurum est,
Et nacti fuerint quid haud malignum,
Et gratae indicium datura res est
Mentis: Nos tibi nunc opinione
Vana forte damus citi, putemur

[1] S. Hieronymi epistulas a Canisio a. 1561 praelo subiectas et universitati dilinganae dedicatas dicit; vide supra p. 274—282 et infra, monum. 392. 393.
[2] Universitas dilingana S. Hieronymum colebat patronum.
[3] Canisiana haec epistularum S. Hieronymi editio ex officina Sebaldi Mayer, typographi dilingani, in lucem prodiit; vide infra, monum. 393.
[4] Otto Truchsess, cardinalis et episcopus augustanus.

Vt cassi melioribus dedisse
Bis, quiddam modicum, quod esse remur
Non dispar nimium a tuo labore,
Ac dono [1], tamen id velim repellas,
Ac spernas, nisi quippiam putaris,
Sin vero placeat, probesque quicquam,
Duc fas esse tibi tuis iubere
Istis muneribus subire, ijsque
Inseruire alijs mage approbandis.
Ni tu turpe putes heris venusti
Oris mancipium admouere foedum,
Et IVDITH similes ABRAS requiras [2].
Dilingae 1561. pridie Non: Nouembris.

De epistulae huius hendekasyllabis conscriptae auctore in * *Catalogo* universitatis dilinganae sub a. 1562 vel 1563 scripto, de quo supra p. 283 dictum est, haec sunt: „M. Mathaeus Galenus Theologus docet hora .6ª mane et hora 2ª uesperi Magistrum Sententiarum et librum aliquem Noui Testamenti. Diebus festis Latine contionatur. Habet auditores Theologiae .18. qui disputant singulis fere Sabbatis." Atque hunc solum Dilingae tunc theologiam tradidisse ex eodem catalogo patet. Ex inscriptione autem orationi, de qua infra, adnot. 1 huius pag., praeposita intellegitur, eum „Vestcappellium" (ex Westcappelle, pago Flandriae occidentalis, regni belgici, prope Zeelandiam sito, ortum) et „Theologum Louaniensem" (theologiae doctorem Lovanii creatum) fuisse ac sub m. Septembrem a. 1559 Dilingam venisse. Galenus (van Galen) a. 1563 Dilinga Duacum transiit, ubi usque ad mortem († 1573) theologiam tradidit, per 5 annos singulis diebus sacris catechismum exposuit, ecclesiarum S. Petri, postea S. Amati praepositus, universitatis cancellarius fuit. Qui praeter varias Orationes etc. „De Christiano, et Catholico Sacerdotio, Commentarium" (Dilingae, apud Sebaldum Mayer, 1563), „De originibus Monasticis, seu de prima Christianae Monastices origine" (ibidem 1564), „Areopagitica" (Coloniae apud Maternum Cholinum 1563. Parisiis apud Guilielmum Chaudiere 1565), „De sacrosancto Missae Sacrificio, commentarium" (Antverpiae, apud heredes Ioannis Steelsii 1574) scripsit (*Raderus*, Can. p. 118; *Hurter*, Nomenclator I, 25¹; *J. N. Paquot*, Mémoires pour servir à l'Histoire Littéraire des dix-sept Provinces des Pays-Bas III [À Louvain 1770], 301—306. *Alph. Bellesheim*, Wilhelm Cardinal Allen [Mainz 1885] p. 33. 77. *Th. Fr. Knox*, The First and Second Diaries of the English College, Douay [London 1878] p. 272—273).

622.

ALPHONSUS SALMERON,

Societatis Iesu vicarius generalis,

CANISIO.

Roma 8. Novembris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 28.

---

[1] Galenus „panegyricum" in S. Hieronymum 30. Septembris 1559 Dilingae a se habitum dicit; qui in editione epistularum S. Hieronymi modo memorata proxime post ipsas has Galeni litteras f. b 2ª—c 6ᵇ excusus est.

[2] Cf. Iudith 8, 32; 10, 2—10; 12, 19; 16, 28.

De monasterio S. Georgii augustano et de collegio oenipontano.

Riceuemmo quella di V: R. di .26. del passato, et quanto al negocio di quel monasterio [1] non ci occorre dir altro se non pregar dio che lo guidi, come sara maggior suo seruicio.

De diversis Sociis.

Romam scribendum, utrum collegio oenipontano reditus perpetuus sufficiensque constitutus sit necne. Di Roma li 8. di Nouembre 1561.

R. V. litteras die 26. mensis superioris datas accepimus; et quod ad negotium monasterii istius [1] attinet, aliud, quod dicamus, nobis non occurrit, nisi nos Deum precari, ut ad maiorem suam gloriam illud dirigat.

De diversis Sociis.

Romam [etc., ut supra]. Roma 8. Novembris 1561.

Nota: Dubitare certe licet, num Salmeron, sicut superiores epistulas per Ribadeneiram scripserat, ad has quoque litteras brevissimas scribendas ipsius opera usus sit. Nam Ribadeneira ipso hoc die 8. Novembris 1561 Roma in Siciliam profectus est (* Cod. „GG. RR. Jt. 60—62“); ubi P. Hieronymo Domenech in praepositi provincialis munere succedere iussus est (*Prat,* Ribadeneyra p. 159).

Canisius Salmeroni rescripsit 22. Novembris 1561.

623.

CANISIUS

P. OLIVERIO MANAREO S. J.,

collegii lauretani rectori [2].

Augusta Vindelicorum 8. Novembris 1561.

Ex apographo recenti, quod ex autographo, in cod. „E. C. I“, f. 140 aut sq. non sign. (n. 95), posito, exscriptum est. Librarius notavit, autographum valde laceratum corruptumque esse, eique manu antiqua adnotatum esse: „1561 Augusta P. Canisio .8. di Nou[embre]. Pel Padre Oliuerio.“

Iuvenem quendam e Societate dimissum et paenitentiae causa Lauretum petentem ibique pauperibus ministraturum ei commendat. Sacras pro Germania preces petit.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende pater.

Commendamus R. T. hunc M. Guilhelmum Bauarum [3], qui aliquot mensibus [ante] nostrum deseruit institutum, cui se prius obstrinxerat ac deinde solutus est votorum vinculo. Nunc subit hanc peregrinationem Religionis ergo, et cupit pauperibus in vicino isthic Xenodochio inseruire. Promisi gratiam aliquam, si per hyemem ita se cum pauperibus gerat, ut vestro calculo appro[bari] possit, utque subinde peccata sua

---

[1] Monasterii S. Georgii Sociis tradendi; vide supra p. 272. 285.

[2] De hoc vide *Can.* Epp. I, 95². Cf. etiam *Sacchinum,* Hist. S. J. II, l. 5, n. 83. 119. [3] De hoc iuvene vide supra p. 254.

nostris[a] confiteretur monui. [Ger]manus est natura non improbus, et in humanioribus bene [u]ersatus, qui societati in domino utiliter inseruire posset, si tam[en] hanc probationem rite peregerit, Detur ei e nostris aliquis [r]ogo, per quem subinde admoneatur et in hoc poenitentiae proposito confirmetur.

De coquis mittendis aget M. Arnoldus[1] litteris [suis], quas confido aliquid effecturas apud R. T. cui n[os in] domino ualde commendamus, et cuius precibus non par[um e]gemus. Orent pro Germania [q]uaeso patres et fratres omnes, quos in Christo salutatos cupimus. Nunc plura non licet. vestrae pietatis odorem hucusque spirantem sensimus, et Deo virginique Deiparae gratias agimus, qui per nos multorum conscientijs opitulatur[2]. Nobis gra[ue est certamen] cum haereticis, qu[orum salutem] a Deo petimus et expectamus per sacrificia vestrae charitatis. Augustae 8 Nouemb. 1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

624.

CANISIUS

ALPHONSO SALMERONI,

Societatis Iesu vicario generali.

Augusta Vindelicorum 8. Novembris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex autographo. in cod. „E. C. I" f. 141 et sq. non sign. (n. 96) posito, exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex autographo (scriptione ad nostrae aetatis morem accommodata) transcriptum et postea ab eodem emendatum est.

Epistula usi sunt: *Sacchinus,* Can. p. 336. *Janssen-Pastor* l. c. VII, 524. *Michel* l. c. p. 250[4]. 257[1]. *Kröss* l. c. p. 138.

Salmeron, qua ratione nova conciliorum editio paranda esset, prudentissime monuit. Domus probationis. Collegii pragensis dotatio, homines etc. Canisius Victoriam rogavit, ut suspiciones abiceret. Collegii oenipontani reditus, homines etc. Nullum Germaniae superioris collegium firmiter dotatum est. Victoria omnium collegiorum procurator constituendus. Canisius valde se demittit. Ipse, socio sibi commodissimo aliis collegiis donato, consultoribus, ut alterum sibi delegant socium, proponet. Augustae aliqui, ne Societas collegium accipiat, obsistunt. Patroni. Videbitur, quis in Indiam mitti possit.

†

Pax Christi nobiscum admodum Reuerende pater.

Prudenter sane ac grauiter admonet R. T. quae consilia sint adhibenda, ut Conciliorum editio integra Coloniae instituatur[3]. Jngentes

[a] nris *ap.*

[1] Conchus; cf. supra p. 228, et infra, monum. 234. 277.

[2] Socii eorum, qui ex toto orbe in sacratissimam illam Beatae Virginis domum confluebant, sacras confessiones excipiebant (*Polancus,* Chronicon IV, 45—48 etc. *Sacchinus* l. c. l. 1, n. 98).

[3] Socii colonienses hanc instituere voluisse videntur; vide supra p. 240—241.

ago gratias, quod nos participes reddat huiusmodi consiliorum, quae doctissimos etiam fugiunt, et a paucis hodie[a], ut par est, expenduntur, Nec dubito, quin haec R. T. epistola[1] fructum adferet Domino cooperante[2]. Scribam ego diligenter, ut iuditio R. T. sese conforment Colonienses, utque sumptibus in scriptores necessarijs minime parcant. Vtinam ego vicissim praestare possim, quod R. T. expectatione et votis dignum uideatur.

Quod ad literas 25 Octob. datas, et a R. P. Ribadenera[b] subscriptas attinet, iam scripsi Pragam, vt de probationis domo curam omnem abijciant, idque fieri necesse est discedente Rectore[3], quem ut Viennam accedat monuj. Priusquam uero abeat, de statu rerum ad me scribet, vt ne intempestiuus discessus perturbet consilia, quae nunc ille tractare coepit apud Caesarem de perpetua collegij dotatione[4]. Consultum autem arbitror Viennam quoque perscribi de mittendis Pragam doctore Christiano[5] et M. Hurtado, quemadmodum iam ad me scriptum[c], et a R. P. Generale constitutum est. Et egebunt sane Pragenses horum amborum opera, praesertim sublato D. Paulo. Scripsi ad P. Victoriam de sententia R. P. Generalis, et opto, vt tali socio et ministro tandem impetrato uelit esse contentus, et in hoc superintendentis munere cum pace versari[6]. Scribam praeterea, ut Pragam abeat, si putet ex re sui collegij fore. Orauj proximis literis ad eum datis, vt missis quibuscumque suspitionibus, quas iterum amarulentas ostendit, tantum circa principalia quiete versetur, vtrique collegio viennensi et tirnauiensi consulens pro sua prudentia. Verum expectamus R. P. Generalis, aut certe Doc. Natalis aduentum, qui P. Victoriae animum, ut spero, placabit rectius, quam nostrae literae possint. Opem interim imploramus R. T. quae consilio, precibus et sacrificijs haud dubie multum nobis proderit. Quod ad collegium Oenipontanum attinet, putamus hoc tempore sat esse promitti nobis a Caesare sumptus in sustentationem 20 fratrum, iamque[d] suppeditari liberaliter, quae ad supellectilem parandam pertinent. Nullum adhuc extat collegium in hac prouintia, quod firmam perpetuamque dotationem habeat. Vrgemus modo Ducem Bauariae; ursit saepe P. Victoria Caesarem, ut certis reditibus collegia donarentur. Sed nihil hactenus effici potuit. Facilius autem dotabitur Oenipontanum, cui applicantur bona ex Caesaris testamento[7]. Jtaque primo quidem anno de hac dotatione minus sollicitus

[a] hodiae *A*. [b] *Ita et A et B; at in B Boero correxit:* Ribadeneira.
[c] *In aut. sequitur* est, *a C. ipso (ut videtur) oblitteratum.* [d] ianque *A*.

[1] Epistula haec, quod equidem sciam, periit. [2] Marc. 16, 20.
[3] P. Paulo Hoffaeo, vindobonensis collegii rectorem agere iusso.
[4] Ferdinandus I. Pragae tunc versabatur; vide supra p. 258[2].
[5] Rivio. [6] Vide supra p. 260.
[7] Ex testamento Maximiliani I. (*Can.* Epp. I, 476[3]) vel ex testamento Ferdinandi I., in quo hic prioris illius testamenti rationem habebat (*Bucholtz* l. c. VIII, 363. *Kröss* l. c. p. 141—143).

essem, cum satis intelligam, nihil nostris defuturum in necessarijs, idque curae esse Caesari, vt sint sui prouentus cuique collegio assignati. Pergemus interim hoc promouere saxum, ad quod optimam nauabit operam P. Victoria, generalis scilicet futurus procurator collegiorum, quae sub Caesaris ditione quatuor erunt breui Domino adiuuante. Qua de re moneri quoque P. Victoriam uelim. Ex his collegijs Oenipontanum collegium accipere posset vnum atque alterum Germanum praeceptorem in classibus inferioribus, ac praeterea contionatorem M. Hermetem[1] ut est modo definitum. Viennenses P. Carolum[2] et P. Bartholomeum[3] simul Oeniponti viuentes donauerunt. praecipuos autem collegij professores et patres desideramus, de quibus haud dubie prospiciet nobis Jtalia, praesertim eo in loco, vbi nostri ad nouum et publicum gymnasium expetuntur, et inter doctos Caesaris Consiliarios versabuntur.

Ago ingentes gratias charitati, quod R. T. sollicite monet de rationabili obsequio[4] Augustae praestando patri Deo. fateor a me saepe modum excedi, multaque negligi, quae tum domi, tum foris facto opus essent. Vellent Rectores et Consultores huius prouintiae, suppetias ab aliquo ferri misero prouintiali. Sed miseret me uicissim horum collegiorum, quae[a] malim augeri quam priuari bonis operarijs, et vereor ne plus noceat sibi quam conferat mihi, quisquis in hoc laxiore viuendi genere versetur mecum Augustae, ubi tam pauci quae ad Regulas nostras pertinent, minus diligenter obseruant[5]. Erat mihi quidem solatio P. Hurtadus, sed ob collegij Viennensis, atque nunc etiam Pragensis necessitatem donaui illum fratribus, ne mejs potius quam aliorum commoditatibus inseruirem. Jgitur hominem non habeo (ut aiebat ille[6]) quem hoc quidem tempore socium euocem: sed proponam tamen consultoribus ut eligant ipsi quem commodum putauerint.

Oremus Dominum pro aemulis, qui Collegij Augustani progressum impedire coeperunt[7]. Canonici inter se conuenire non possunt. Ciues aegre laturi dicuntur nostros accedere. Nondum tamen res desperata. Cardinalis per Caesarem et Bauariae ducem[8] forte perficiet aliquid. Fiat Domini voluntas[9].

---

[a] *In aut. sequitur* ego, *a C. ipso, ut videtur, oblitteratum.*

---

[1] Halbpaur. [2] Grim.

[3] Bedulam, ut videtur; cf. Catalogum vindobonensem anni 1561 apud *Sommervogel,* Les Jésuites etc. f. C 4[a]. [4] Rom. 12, 1.

[5] Socii augustani hoc ipso, quod paucissimi simulque occupatissimi erant nec propriam domum habebant, complures e Societatis legibus, quippe quae potissimum ad amplius aliquod hominum consortium spectant, vix aut ne vix quidem observare poterant. [6] Aegrotus ille hierosolymitanus, Io. 5, 7.

[7] Impediebant, quominus monasterium S. Georgii Sociis traderetur; vide supra p. 285, et infra, monum. 278—280.

[8] Albertum V. [9] Act. 21, 14. Matth. 6, 10 etc.

De Jndiana profectione et messe monui Rectores[1], obseruabuntur quibus dederit spiritum Dominus[2] ad hoc opus et sanctum et necessarium aggrediendum.

Commendamus nos reuerenter patrum ac fratrum precibus, quarum uirtute confortemur in vocatione sancta[3] et hac messe amplissima. Dominus JESVS per sacrifitia R. T. nostri misereatur. Augustae 8 Nouemb. 1561

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre, jl Padre M. Jacomo Laynez, Praeposito Generale della Compagnia di Jesv.

Jn Roma.

Salmeron (per P. Franciscum de Petrarcha, ut videtur) Canisio rescripsit 22. Novembris 1561.

625.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 8. Novembris 1561.

Ex archetypo (2°; 1 p.), a Canisio ipso subscripto. Cod. gothan. „E. H. 1“ f. 227.

Epistulam ex archetypo primus edidit *Cyprianus* l. c. p. 193—195. Pauca ex ea posuerunt *Lagomarsinius* in Pogiani Epistolis II, 369[m], et *Eichhorn*, Hosius II, 45[4].

De iuvene quodam Deo reconciliato et Societatis vinculis soluto. De libellis a se missis. Germanos tarde ad concilium adire dolet. Conciliorum acta integre edi et Tridenti nonnulla, quibus ecclesia adversus protestantes defendatur, conscribi cupit.

Jhesus[a]

Pax Christi nobiscum Reuerendissime et Jllustrissime Domine.

Venit huc Guilielmus, de quo pietas tua praeclare est merita Viennae atque Tridenti, tandemque in illo perfecit quod uoluit, Deo sit semper gratia. Priusquam uero literas Amplitud. tuae traderet, egeram cum illo de Confessione peccatorum instituenda, ut se primum irato Deo reconciliaret. Hic illius Conscientiae fui medicus, et ouem errantem[4] libenter in uiam reduxi, eaque praestiti per Dei gratiam, quae postea suis a me literis Cels. tua singularj quadam pietate contendit. Itaque nunc laetus abit, et solutus uinculo[5], quem ego etiam

[a] *Hoc v. et 7 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

[1] Vide supra p. 265. [2] Luc. 11, 13. Rom. 11, 8. Eph. 1, 17 etc.
[3] 2 Tim. 1, 9. [4] 1 Petr. 2, 25. Matth. 18, 12.
[5] Votorum simplicium Societatis; vide supra p. 291.

spero de mea in ipsum charitate fassurum per occasionem, ac de nostris etiam posthac commode loquuturum esse. Voluit autem meis ad dignitatem tuam literis honorari, quoniam ad D. Virginem Lorethanam religionis ergo (: quod mihi displicere non potest :) proficiscitur. Vtinam de illo bene mererj queam, quem ego, licet inter nostros minime uersetur, tamen amo et amabo semper ob ueterem consuetudinem. Nihil hactenus allatum est, unde intelligam, literas et libellos a me missos isthuc peruenisse: sed spero tamen utramque sarcinam redditam esse [1].

De Concilij progressu laeta nobis promittuntur, quae ut uera sint Christum precarj pergemus. Nam et Galli cum Regis [2] authoritate uenturj dicuntur. Erunt opinor postremi Germanj, qui primum accurrere, et necessarium Concilij remedium expetere atque promouere debebant.

Scripsi aliquando de Concilio Ephesino, quod Princeps Bauarus e tenebris in lucem proferendum curauit [3]. Essent isthic fortasse, qui Graecum codicem commode uerterent, cum hactenus Concilium hoc integrum desideremus. Atque utinam alia quoque Concilia, nescio qua fide nunc aedita, integritati suae restituerentur, ut perfecti essent Tomi, quos uocant, Conciliorum, et qui nunc Coloniae magnis sumptibus breui recudentur [4].

Speramus fore, ut Amplitudo tua, quae doctissimorum hominum isthic utitur frequenti consuetudine, nonnulla per illos conscribi curet, quae causam Ecclesiae aduersus haereticos, eorumque Confessionem [5] uindicent. Dominus JESVS laboranti Ecclesiae dignetur adesse, et huic Concilij instituto optatos dare successus, ad Christiani orbis sanctam reformationem Amen. Augustae 8. Nouembris. M. D. LXI [a].

Seruus in Christo Pet. Canisius.

Reuerendissimo et Jllustrissimo Principi D. Stanislao Hosio, Cardinalj et Episcopo Varmiensi, S. Sed. Apostolicae ad Concilium Tridentinum Legato, Patrono clementissimo .etc . Tridentj. Ad manus proprias.

Inscriptioni harum litterarum manu antiqua (secretarii Hosii?) adnotatum est: „redditae 1 decembris 1561 . resp. 2 dec."

---

[a] *Quae sequuntur, a Cypr. omissa sunt.*

---

[1] Cf. supra p. 238. 240.
[2] Caroli IX. [3] Cf. supra p. 131—132. 136—138. 240.
[4] Vide supra p. 239—241.
[5] Augustanam; contra quam ut Hosius scriberet, Canisius cardinalis Augustani nomine dudum egerat; vide *Can.* Epp. II, 914.

626.

IACOBUS LAINIUS,

praepositus generalis Societatis Iesu,

CANISIO CETERISQUE SOCIETATIS SUPERIORIBUS IN EUROPA DEGENTIBUS.

Parisiis (Fano Germani?) m. Novembri (ante medium) 1561.

Ex cod. „Defuncti 1557" f. non sign. et ex *Sacchino*, Hist. S. J. II, l. 5, n. 208.

Socios operam dare iubet, ut christiani omnes ecclesiam vehementer, praesertim in Gallia, afflictam Deo commendent.

Sacchinus in Societatis historia, ubi, quid Lainius a mense Septembri ad Decembrem a. 1561 in Gallia[1] *gesserit, quamque misere ibi et procerum quorundam ignavia et Hugonotorum audacia catholicae religionis res in exitum ruerint, narrat, haec de Lainio refert: „Cum iam pridem tota in Societate fundi ad Deum preces, suscipi voluntarias poenas, fieri sacrificia, et quae alia ad iram Dei placandam valent, iussisset*[2]*, eaque Socij vbique certatim exequerentur; tamen cum in dies necessitas ingrauesceret, et oculis subiecta calamitas acriores miserationis stimulos dies ac noctes admoueret, de integro ad omnes prouincias Europae, vbi Societas esset, scripsit, vt insisterent populis a scelere deterrendis: eosque confessarij, concionatores, magistri, vniuersi denique singulique pro sua virili, vbi se ferret occasio, ad tanti momenti causam Deo enixe commendandam incitarent: adirent extraneos quoque concionatores ac Religiosos, idemque commendarent; curarentque vt quam plurimorum supplicum precibus Numinis ira temperaretur. Videri enim prorsus iratum, iraeque eius flumina in Christianissimum olim regnum depluere." In indiculo autem praeceptorum a supremis Societatis moderatoribus vel toti Societati vel compluribus eius domibus missorum, „Diuersi ordini" inscripto et saeculo XVI. Romae in domo professa Societatis scripto (cf. supra p. 159), haec, praeter alia, notata sunt in a. 1561: „A 22. di nouembre si mandò l' ordine che si diede di essortar li secolari esterni à far oratione et altre opere pie per li bisogni della chiesa . à Spagna, Vienna, Toscana et Lombardia, Augusta."*

Si quis relationem Sacchini (qui ipsarum litterarum exemplum in manibus habuisse videtur) cum hoc „regesto" atque cum eo, quod supra p. 265 positum est, et cum Canisii litteris 13. Decembris 1561 Salmeroni missis contulerit, facile dixerit, Lainium has litteras Romam ad Salmeronem vicarium, ut ipsius opera in multa exempla transcriptae per Societatem divulgarentur, misisse. Quarum exemplum Augustam ad Canisium vel cum Salmeronis epistula 22. Novembris 1561 ad eum data (quae infra ponetur), vel cum eiusdem epistula 15. Decembris ad eundem data vel cum utraque missum esse ex iisdem monumentis conieceris.

---

[1] Lainius, cum Possiaci et Fani Germani causam religionis et publice et privatim procurasset, inde m. Octobri vel Novembri Parisios venit (*Sacchinus* l. c. l. 5, n. 208. *Boero,* Lainez p. 240). [2] Vide supra p. 154—155. 159.

627.

CANISIUS

P. LAMBERTO AUER S. J.,

rectori collegii moguntini.

Augusta Vindelicorum m. Novembri (ante medium) 1561.

Ex apographo epistulae Aueri, eodem fere tempore Coloniae ab ipso P. *Leonardo Kesselio* scripto et sic inscripto: „D. Lambertus ex Maguntia 15 Nouembris". Cod. colon. „Kess." f. 107 (in a. 1561 f. 39).

Aueri epistulam primus edidit *Hansen* l. c. p. 409—410.

In colloquio possiacensi per Lainium Bezam ad silentium redactum, catholicos confirmatos esse. De cardinali Lotharingo. Episcopos Tridentum venire.

P. Lambertus Auer S. J., primus collegii moguntini rector, Moguntia 15. Novembris 1561 Coloniam ad P. Leonardum Kessel S. J., collegii coloniensis rectorem, haec, praeter alia, scripsit: „Noua letissima tum ex rethij[1]*, tum ex Canisij literis habeo, vterque enim*[a] *[?] concordi stilo scribit, feliciter in Gallijs Catholicis cedere, et strenue agere R. p. nostrum generalem, ut*[b] *Beza haereticus, qui primus est Colloquutorum*[c] *partis aduerse, dixerit quaestionem de praesentia corporis et sanguinis domini in Sacramento Eucharistiae magis arduam esse, quam vt de ea per se et suos Collegas quicquam posset definiri. Noluit nunc conuenire, aut disputare amplius, sed tantum scriptis agere. Magnam patri nostro*[d] *auctoritatem apud Gallos paratam, atque Catholicos haud parum*[e] *animatos atque confirmatos esse, quod tam egregie Christi causam egerit apud reginam et proceres regni Collectos. Deinde Cardinalis Lotoringi [sic] orationem optime cecidisse*[2]*, quantumuis pater mendatij per satellites suos contrarium sparserit. Gallicani Episcopi ad Consilium [sic] venturi sunt praeter hispanos et 86 Italicos."*

Lainius praeter disputationes, et in colloquio illo de religione inter catholicos et protestantes m. Septembri 1561 Possiaci habito et in minore quodam similis generis conventu, paulo post Fani Germani instituto (vide supra p. 261) habitas, Catharinam reginam, Antonium Navarrae regem Ioannamque ipsius coniugem, Ludovicum principem Condaeum, multos alios proceres seorsim adierat, adhortans maxime ad rem collegii tridentini promovendam ex eoque controversiarum explicationem petendam (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 5, n. 212. *Boero*, Lainez p. 239).

---

[a] *Vel:* eorum. [b] generalem. Et *H.*

[c] *Mihi quidem res ipsa exigere videtur, ut sic corrigatur, quod posuerunt Kess. et H.:* primus est colloquiorum. *Vide supra p. 257*[5]. [d] a patre nostro *H.*

[e] paratam atque Catholicos, haudt parum *K.* paratam atque catholicos. Haud parum *H.*

---

[1] P. Ioannes Rethius Aschaffenburgi apud archiepiscopum moguntinum tunc versatus esse videtur (*Hansen* l. c. p. 409).

[2] Is 16. Septembris eruditam orationem habuerat atque etiam 24. et 26. Septembris dixerat (*Raynaldus* l. c. in a. 1561 n. 90. *Précis* historiques XXXVIII, 77—79. *J. J. Guillemin,* Le Cardinal de Lorraine [Paris 1847] p. 246—257).

628.

ALPHONSUS SALMERON,

vicarius generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 15. Novembris 1561.

Ex huius epistulae italice scriptae apographo eodem fere tempore scripto; in margine eadem manu: „Augusta Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 28[b].

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 139.

De collegiis vindobonensi, pragensi, moguntino. De stipe caesarea collegio romano mittenda.

Accepimus epistulam Augusta 1. Novembris 1561 datam. Patres romani P. Victoriam collegii vindobonensis regendi onere quam primum levandum esse censent. Quare maxime convenire videtur, ut P. Hoffaeus statim Praga Vindobonam proficiscatur, Victoria autem Pragam veniat, ubi et collegii pragensis Oibino liberandi negotium, et alia apud caesarem gerat. Videbit etiam R. V. pro caritate sua, ut 400 ducati illi, quos caesar sub Natalem Domini nobis mittere solet[1]*, collegio romano suo tempore mittantur; qui in Germanos illos impendentur, quos hic instituimus, in Germaniam postea remittendos. Audimus etiam, R. V., quae pro Sociis Moguntiam missis expenderimus, nobis missuram.*
di Roma à di .15. di Nouembre 1561.

Salmeron fortasse has litteras (sicut complures ex iis, quae sequuntur) scribendas curavit per P. Franciscum Petrarcham S. J.; vide supra p. 213—214; magis tamen inclinat animus, ut arbitrer, Salmeronem ipsum iis subscripsisse; nam, licet in iis complura de Sociis quibusdam germanis constituantur, loquendi ratio illa, quae et in compluribus ex epistulis superioribus usurpata est, et in multis sequentibus occurret: „Pater noster vicarius censet", „Patri vicario videtur", in hisce non comparet, sed tantum „horum patrum" („à questi padri è parso", „questo vltimo sotisfa piu a questi Padri") mentio fit; significantur autem vicarius generalis eiusque consiliarii romani; ut *Salmeron* Lainio Roma 4. Ianuarii 1562 *scribit: „Siamo quì di parer tutti quelli della Consulta di proponere a V. P. il parer nostro" etc. (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Italia 1560. 1561. 1562" f. 277[a]). Et *Socius* aliquis romanus (Petrarcha, ut videtur) Salmeronis mandatu eidem Lainio *Roma 27. Ianuarii 1562: „A detto N. Padre vichario e tutti questi Padri della consulta e paruto che" etc. (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 36[b]).

Canisius rescripsit 30. Novembris 1561.

629.

CANISIUS

ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 15. Novembris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I" f. 142 (n. 97) posito exscriptum est.

[1] De his vide *Can.* Epp. II, 554. 563. 595, et supra p. 1. 16 etc.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex archetypo transcriptum et postea cum eodem collatum est.

Lainius de collegiis vindobonensi et pragensi Canisio scripsit. Ipse cum Lainio in id inclinat, ut P. Victoria „superintendens" nominetur. Lainius modo non tam reditui annuo quam hominibus collegio oenipontano providendis operam dandam esse censet. Tirolis Socios avide exspectat. Iuvenis in collegium germanicum missus. Canisius Sociis romanis stipem mittet. Socii varii. Eckius cancellarius. Preces faciendae.

Jhesus.

Pax Christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

Accepi Calendis Nouembris datas, et praeter has ex Gallia misit nonnulla Reuerendus P. Generalis [1], cuius reditum expectat et exoptat nostra Germania. Confirmat autem ea quae scripta huc fuerant de mutatione Rectoris Pragensis et Viennensis. Qua de re utrumque monuj, simulque P. Victoriae [a] liberum feci Pragam proficiscj, Nihil autem certi statuit Pater, debeatne idem utrique Collegio Viennensi et Tyrnauiensi superintendere magis, quam D. Paulo [2] Viennae subesse, Jnclinat Patris quidem animus, ut superintendens ille dicatur et sit [3]. Jdque mihi quoque probatur, ut sic maior sit P. Victoriae authoritas, praesertim in rebus gerendis, quas nomine 4. Collegiorum Viennen. Tyrnauiensis Pragensis et OEnipontanj utiliter apud Caesarem poterit expedire, praesertim ut diu optata accedat dotatio. Cupio illum hac de re quoque monerj per T. R. praesertim ut Pragae nostros [b] iuuet.

Putat R. P. quod ad Collegium OEnipontanum attinet, de annua dotatione, nunc solicitudine nostra opus non esse, sed de mittendis potius operarijs, quos auide quidem Tyrolenses expectant. Non erit difficile ut speramus ex 300. inuenire nonnullos quales desiderantur. Et iuuabit haud dubie R. T. ut conceptae de nostris expectationi satisfiat ad Christi gloriam. Gaudemus isthuc saluos peruenisse Stephanum et Sigismundum [4]. Peruenerit et Germanus adolescens [c] Adamus [5] ad Collegium ut confidimus, de quo nihil tamen allatum est.

Expecto pecuniam a Moguntinis reddendam Romanis debitoribus [6]. Cum hac licebit aliquid coniungere pro nostra tenuitate, ut debitam Patribus et fratribus charitatem aliqua saltem ex parte testemur.

Votorum uinculis a me solutus est M. Guilielmus Wisbockius, de quo scripsi alias. Fefellit autem nostram expectationem P. Dauid

[a] Victoria *A.* [b] nrbs. *A; nobis B.* [c] adolessens *A.*

[1] Has Lainii litteras non repperi. [2] Hoffaeo.

[3] Vide supra p. 260.

[4] Stephanum Liberium et Sigismundum Dominatium.

[5] Wagner; cf. supra p. 192 [5]. 203.

[6] Haec pecunia a Sociis romanis pro Sociis Roma ad collegium moguntinum incohandum missis expensa erat; vide supra p. 264.

Bauaricj Cancellarij[1] nepos, qui mutato animo cum Romae Patres adire statuisset, Bononiae substitit, nescio quibus nunc studijs addictus[2]. Scire cupio liceatne illum quoque uotis absoluere, si pergat alienus esse ab instituto societatis nostrae, ut semper fuit postquam nostros deseruit. Homo non magnae spej etiam si nobis restitueretur. Vrget uehementer dictus Cancellarius, ut ne suspensum illum ita relinquamus, si donare illum possumus ea libertate, quam praedictus Guilielmus modo impetrauit. Estque hoc nomine Cancellarius idem nobis factus infensior, ut mirentur Monachij fratres et doleant. Jtaque consilijs R. T. hic cupimus instruj et adiuuarj. Oramus Dominum, ut nutantem sustentare Galliam uelit et fulcire[a] quoque Germaniam[b] nouis[c] semper sectarum studijs deditam. Commendamus nos plurimum R. T. sacrificijs et precibus. Dominus gratiam nobis suam augeat, ad intelligendum et exequendum, quod ipse uoluerit. Augustae 15 Nouembris 1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre, Jl Padre Maestro Jacomo Laynez, Preposito Generale della Compagnia di JESV.

In Roma.

Salmeron Canisio rescripsit 29. Novembris 1561.

630.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.[3]

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 22. Novembris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Alemagna P. D. Canisio Prouincial.“ Cod. „Germ. 1561“ f. 29ᵇ.

Collegia pragense et vindobonense. Romae longe aliter atque Canisius sentiunt de collegii oenipontani firmo reditu; hic quam primum providendus est. Canisio socius adiungendus.

Pax christi etc.

Literas Reuerentiae Tuae .8. nouembris datas, hodie P. N. vicarius accepit, quibus cognouit[d] probari tuae R. consilium de mittendis pragam D. christiano[4] et Magistro Hurtado, qua de re hinc scriptum est semel atque iterum patri D: Vitoriae; et ita putamus illos iam Pragam peruenisse, uel statim peruenturos.

---

[a] sulcire *A.* [b] Germania *A.* [c] noui *A B.* [d] cognoui *ap.*

---

[1] Simonis Thaddaei Eckii.

[2] David aut, quo tempore Canisius haec scripsit, Romae iam versabatur, aut paulo post eo venit; vide infra p. 305. [3] Vide supra p. 213—214. [4] Rivio.

Quod R. Tua scripserit ut Pragam abeat P. vitoria si ex re sui collegij putet fore probant patres consilium.

[Quod ad collegium enipontanum attinet,] etsi[a] putet R. T. sat esse promitti modo a Caesare sumptus in sustentationem viginti fratrum, hic tamen longe aliter sentiunt patres[1]: magis enim consultum eo[b] [?] collegio existimant, si firmam perpetuamque dotationem habeat; et antequam nostri Enipontum mittantur: ita enim fiet ut nulla reliqua sit cura in futurum de reditibus perpetuis petendis . vellet itaque P. N. vicarius, ut curaret R. T. si fieri possit, ut ante aduentum nostrorum collegium firmos redditus habeat.

Bene fecit R. T. quando consultoribus iussit, ut aliquem commodum socium eligant qui supecias R. Tuae satis superque occupato[c] [?] ferat . Nihil praeterea reliquum est quod scribamus . praeterquam quod hic bene omnes habemus et orationibus et sacrificijs R. T. etc. Romae 10. Calendas[d] Decembris 1561.

631.

CANISIUS

ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 22. Novembris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I" f. 143 (n. 98) posito exscriptum est. Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem archetypo, scriptione ad nostrae aetatis morem accommodata, transcriptum et postea cum eodem collatum est.

De concilii ephesini actis graecis repertis et Alberto V. duce urgente a P. Peltano latine versis. Petit, ut ex eorundem actorum versione latina, quae in bibliotheca vaticana exstet, aliqua exscribantur. De Sociis germanis in Indiam mittendis; num etiam minus idonei, si rem urgeant, mittendi? Litteras indicas et „visitatorem" petit. De iuvene collegii germanici „convictore" futuro.

Jhesus

Pax Christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

Parum habeo quod respondeam literis 8 Nouembris ad me datis. D. Hermes[2] ut scripsi, nunc redijt Viennam, et res Prouinciae nostrae in eodem statu uersantur. Expectamus autem P. Lanoij reditum ex Austria, ut de Viennensis Collegij conditione certius intelligamus. Jntellexit opinor R. T. coactum P. Theodorum[3] a Principe Bauariae[4]

---

[a] consilium. Etsi *ap. At aliqua a libr. hic omissa esse, res ipsa suadet.*
[b] *Sic ap.; at legendum videtur:* ei. [c] *Sic ap.;* occupatae? [d] Calendis *ap.*

---

[1] At Lainius cum Canisio sentiebat; vide supra p. 300.
[2] Winghenius. [3] Peltanum. [4] Alberto V.

nunc uertisse synodum Ephesinam, quae his mensibus apud lutheranum Principem graece conscripta et diu quesita, mirabili tandem arte inuenta est[1]. Videor autem ex literis R. T. intelligere, hanc ipsam synodum graece et latine in Vaticano reperirj[2]. Vnde[a] maiorem in modum rogat P. Theodorus, ut cum Vaticano codice conferatur hoc summarium, quod nunc ego mitto. Nactus est Princeps exemplar, in quo legendo propter abbreuiationes usque ad fastidium ingens laboratur, et opus est nonnunquam diuinare. Nunc uersio P. Theodori qui sane magnam et incredibilem hic nauauit operam, relegitur et concinnatur, urgente nos Principe, ut absoluatur[3]. Quod si vaticanum adesset exemplar, minus laboraremus. Sperat autem et optat id consequi per R. T. ut describantur ex Vaticano quaedam interpretationes[b], ut signa in summario hic annotata annotabunt, uidelicet ubi triplex asteriscus occurrit, eaque[c] pauca esse putantur. Non dubito quin R. T. pro singularj in nos charitate et pietate sua, hic nobis consilium et auxilium praebebit. Quae duplicem habent asteriscum[d] in summario et quae unicum, non adeo quidem necessaria, sed utilia tamen uidentur, si describerentur. Nisi forte magis placebit R. T. ut hac[e] relicta uersione P. Theodorj, quae magno illi sudore constitit, latinam uersionem quae Romae est, Principi commendare, et nostram negligere debeamus.

Dispicio de mittendis ad Jndiam fratribus, sicut a nobis postulatum est[4], sunt qui desiderium ostendant proficiscendi, sed probandi spiritus[5] uidentur. Jllud nosse cupio, an indocti etiam, et in spiritu et pietate parum prouecti, aut qui ad linguas discendas non satis habiles uidentur, deligendi et offerendi sint, si ualde quidem id cupiant. Plerique longam et difficilem hanc peregrinationem expetunt, ut uidetur, propriae mortificationis studio, et qui parum in conuersando, aut loquendo ualent. De illis igitur quid nobis faciundum sit, si rem urgere pergant, auemus intelligere.

Promissum nobis fuit aliquid de literis Jndicis recens allatis, quas uehementer[f] optamus Germaniae communicari.

---

[a] Quare *B.* [b] interpres *A B.*
[c] *In archet. sequuntur vv.* non ualde longa et, *a C. ipso (ut videntur) oblitterata.*
[d] acteriscum *A.* [e] hoc *A.* [f] uehemerter *A.*

---

[1] Vide supra p. 131—132. 136—137. 152.
[2] Aut Salmeronis litteras de nova conciliorum editione datas dicere videtur, de quibus supra p. 292, aut illas, quas P. *Theodoricus Canisius,* collegii monacensis rector, significat, cum Monachio 9. Iulii 1561 eidem Salmeroni (quamquam Lainio epistulam inscribit) *scribit: „P. Theodorus in vertendo graeco illo volumine totus occupatur, et soli huic rei vacat, placuit consilium R. P. T. vt scilicet annotet quae obscuriora in suo exemplari occurrunt, et deinde cum Vaticano exemplari suo tempore conferantur" (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 231[a]). De latina versione vide supra p. 152[5].
[3] Sat probabile est, ea in „concinnatione" ipsius Canisii operam intercessisse.
[4] Vide supra p. 265. [5] 1 Io. 4, 1.

Expectamus aliquid certi nuncij de uenturo uisitatore siue is Reuerendus Pater Generalis, siue P. Natalis futurus sit.

Est hic quidam Jureperitus, qui cupit filium [1] nunc Bononiae uersantem in Germanico isthic collegio ali suis sumptibus. Quaerit igitur quantum numeretur in singulos menses pro sumptibus. Cum idem sit noster amicus et bene catholicus, R. T. oro, ut illi gratificemur et filium Germanis adiungamus.

Commendamus nos quam fieri maxime potest, sacrificijs ac precibus R. T. in Christo Domino nostro, qui gratiam nobis suam praesertim sequenti sacri Aduentus tempore largiatur [a]. Augustae 22 Nouembris 1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre, Il Padre M. Jacomo Laynez Preposito Generale della Compagnia di JESV.

Jn Roma.

Salmeron rescripsit 6. Decembris 1561.

632.

P. HENRICUS DIONYSIUS S. J.,

metropolitanae ecclesiae coloniensis contionator,

CANISIO.

Colonia sub 26. Novembris 1561.

Ex apographo litterarum Kesselii, ab ipso *Kesselio* scripto. Cod. colon. „Kess.“ in a. 1561 f. 40[a].

Se ad Ericum ducem brunsvicensem populi ad ecclesiam reducendi et collegii instituendi gratia mitti.

P. Leonardus Kessel S. J., collegii coloniensis rector, Colonia „26 nouembris“ 1561 „ad p. prouincialem“ provinciae S. J. Germaniae inferioris (Everardum Mercurianum) haec, praeter alia, scripsit: „Abunde satis puto D. Franciscum Costerum ad R. V. omnia perscribere, et D. Henricum [Dionysium] ad p. Canisium quae scribenda erant, sic illa non repeto, sed mittimus Maguntinis patribus 10 pilea [b] Sacerdotalia.“

Ex Canisii litteris 4. Decembris 1561 ad Hosium datis conicere licet, Dionysium (praeter alia) ad Canisium ea scripsisse, quae P. *Henricus Somalius* S. J. in collegii coloniensis „litteris menstruis“ 31. Octobris 1561 datis rettulit: Ericum II., ducem brunsvico-calembergensem, a Ioanne Gebhardo de Mansfeld, archiepiscopo coloniensi, aliquem vel aliquos petisse viros, „quorum opera uteretur in erigenda fide catholica“; Mansfeldium igitur Socios colonienses rogasse, ut Dionysium ad Ericum mitterent,

[a] lorgiatur *A*. [b] pilia *K*.

[1] Everardum illum (Vehlin?) dicere videtur, de quo supra p. 206[3].

„ut ei et auxilio et consilio in redimendo [reducendo?] populo sibi subiecto ad catholice ecclesie gremium esse posset simulque dispiceret de instituendi ibidem collegii Societatis ratione". Atque sub ipsum d. 26. Novembris dux Coloniam venit et Dionysium, ut quam primum veniret, rogavit (*Hansen* l. c. p. 409. 413[1]).

633.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 29. Novembris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Alemagna Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 30ª.

Oeniponte, Socio quodam misso, contionator parum sanae doctrinae dimovendus. Socius quidam votis simplicibus cum bona gratia, redeundi facta potestate, solutus. Cancellarius Bavariae. Litterae magni momenti.

Canisii litteras 15. Novembris datas Sociis romanis traditas esse. Aliqua antea scripta repetit.

Pare al P. N. vicario che la R. V. mandi à Eniponto quanto prima potra, il maestro Armete [1] specialmente che per mancamento d' altro predicatore tengono lì qualcuno di poco sana dottrina et con l' andata di questo Padre si rimediara.

Dauid Echio uenne a Roma per hauer l' absolutione delli voti [2], et fu allogiato in casa nostra doue questi padri procurorno d' aiutare per mezzo delli essercitij spirituali et essortationi etc . ma finalmente nulla giouo, per che determino di voler se ne andar, donde uedendo tal sua determinacion, li padri l' hano liberato delli uoti, mandandolo consolato, inquanto dal canto loro hanno potuto, tanto per conto suo, quanto anche per il respetto del canceliaro di babiera [3], il qual ha piu presto occasion di edificarsi et lodar la compagnia che

---

Canisii [etc., ut supra].

Patri nostro vicario placet, R. V. Oenipontem, quam primum possit, magistrum Hermetem [1] mittere, idque eo maxime, quod illic contionatorem habent parum sanae doctrinae, quia alius iis non suppetit; cui rei, si pater ille eo venerit, providebitur.

David Eckius, cum Romam, ut votis solveretur [2], venisset, domi nostrae collocatus est, ubi hi patres et sacris illis exercitiis et exhortationibus etc. eum adiuvare studuerunt; at frustra tandem operam consumpserunt; nam ipse e Societate discedere in animum induxit; quod cum patres ipsi deliberatum esse cernerent, votis eum liberarunt et, quantum ex parte sua poterant, solacio affectum dimiserunt idque tum ipsius causa tum cancellarii Bavariae [3] gratia, quem potius Societatem admirari et laudare, quam adversus eam iratum se praebere oportebat; nam ex parte nostra

---

[1] P. Hermetem Halbpaur.

[2] Vota simplicia „scholasticorum" nuncupaverat; vide supra p. 194—195.

[3] Simonis Thaddaei Eckii.

à dimostrarsi scurichiato con quella, poi che dal canto nostro non si è mancato di far anche piu del debito. Li fù etiam detto che si qualche di si trouara di ritornar alla compagnia uenghi che in quella trouara humanità et aiuto in Domino [1].

Qui ua un plico di lettere per il P. Euerardo [2] che pensiamo stia in Maguntia. V. R. ueda di farli hauer buon recapito, mandandolo per qual che persona certa, per che è di molta importanza [3]. Non mi resta altro che dir in questa . all' orationi etc . Di Roma li 29. di Nouembre 1561.

---

officio non defuimus, immo plus, quam debebamus, praestitimus. Dictum est illi etiam, ut, si quando ad Societatem redire vellet, veniret; fore enim, ut in ea humaniter tractaretur et in domino adiuvaretur [1].

Cum his litteris fasciculum epistularum mittimus P. Everardo [2] destinatum, quem Moguntiae esse putamus. R. V. homini alicui fido illum tradat, ut secure ad eum perferatur; permagni enim est momenti [3]. Neque iam aliud, quod dicam, habeo. Orationibus etc. Roma 29. Novembris 1561.

Nota: Ex his litteris intellegitur, una cum ipsis ad Canisium missam esse *epistulam illam nomine *Salmeronis* Roma 29. Novembris 1561 ad P. Everardum Mercurianum, Germaniae inferioris praepositum provincialem, datam, in qua dicitur: „Mando a .V. R. un breue di sua santita caldissimo et fauerolissimo, secondo che potra lei ueder per la copia di esso che quà si manda: et insieme due altre lettere del Reuerendissimo Borromeo [4], et dell' Ambasciator della Maiesta del Rè Philippo [5] medesimamente scritte di buon inchiostro: . . . V. R. adunque . . ueda di transferirsi in louanio; per presentar per se istesso le sudette lettere, et per procurar col detto Reuerendissimo Arras la admissione della compagnia in Louanio, et negl' altri luoghi del stato del Re Catholico“ (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561“ f. 30[b]). Litteras autem illas Pii IV. ad Antonium cardinalem Granvellanum, episcopum atrebatensem (Arras), datas esse ex eo patet, quod in antiquo illo **Indiculo*, de quo supra p. 159 dictum est, legitur: „Jn nouembre 1561. si mandò il breue di S. Santità per il Cardinal di Araz, à Francia à N. P. Fiandra et Alemagna.“ Quod „Breve“ a *Raynaldo* (l. c. in a. 1561 n. 67) ex registro Pii IV. in lucem emissum, plenius rectiusque ex ipso archetypo evulgavit *L. Delplace* S. J. (L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas [Bruxelles 1887] p. 63*—64*) [6]. Atque in eodem **Indiculo* notatum est: „1561 . . . A di 29. di nouembre si mandò la Bulla delli gradi a Vienna et Augusta.“ Qua „bulla“ Roma 19. Augusti 1561 data Pius IV. et Societatis domus cunctas omnibus decimarum et similium tributorum solutionibus liberaverat, et facultatem Societati tribuerat, qua in collegiis, in quibus ordinariae artium liberalium et theologiae scholae haberentur, non solum fratres suos scholasticos, sed etiam externos pauperes,

---

[1] *Al. Knöpfler* refert, a. 1564 ab Alberto V. duce Georgium Lauterium, contionatorem ipsius aulicum, et Mag. Davidem Wagner capellanum in monasterium alderspacense (Alderspach) missos esse, ut vicinarum parochiarum homines ad haereses vitandas instituerent (Die Kelchbewegung in Bayern unter Herzog Albrecht V. [München 1891] p. 159).

[2] Mercuriano. [3] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicuntur.

[4] Sancti Caroli Borromaei, cardinalis nepotis Pii IV.

[5] Francisci de Vargas, Philippi II. apud Pium IV. oratoris.

[6] In registro dies 30. Octobris 1561, in archetypo 18. Novembris 1561 Brevi huic ascriptus est.

qui scholas illas frequentassent, atque etiam divites, si forte universitatis eodem loco constitutae officiales eos promovere nollent, in locis vero, ubi universitas non esset, discipulos suos externos omnes ad gradus academicos promovere posset. Hae Pii IV. litterae saepe typis exscriptae sunt, v. g. in libro: „Litterae Apostolicae, quibvs institvtio, confirmatio . Et varia Priuilegia continentur Societatis Iesv (Romae 1615) p. 81—89, et in *Instituto* Societatis Iesu I, 34—37.

634.

SOCII MONACENSES SINGULI CANISIO.

Monachio m. Novembri [?] 1561.

Ex *Th. Canisii* ad Salmeronem litteris autographis. Cod. „G. Ep. II" f. 240[a].

Quod quisque experiatur ad Indos proficiscendi desiderium.

P. Theodoricus Canisius S. J., collegii monacensis rector, Monachio 2. Decembris 1561 Romam ad P. Salmeronem, Societatis vicarium generalem, scripsit: „Iussi eramus scribere ad Patrem Prouincialem quod quisque ad Indos proficiscendi in se experiretur desiderium[1]*. Inter alios autem 4. videntur fuisse praecipui, qui singulari ad hanc rem ferrentur, vti dicebant, desiderio, nimirum P. Theodorus Peltanus*[2]*, Flander, graecae et hebraicae linguae vtcunque peritus, in philosophicis etiam et Theologicis solide doctus, in vocatione sua quietus, et perfectioris vitae studiosus, laborum praesertim peregrinationis, patiens, ingenij vehementis, et valetudinis firmae, quamuis aër Italicus naturae eius multum obfuisse visus sit. Tres alij sunt Ioannes Orthner germanus, Joannes Viennensis*[3] *et Georgius*[4] *Coloniensis, Rhetorices studiosi sunt isti, corpore sani et indolis non omnino malae, in spiritu tamen huius vocationis videntur etiamnum esse nouitij, voluntatis interim bonae et ad seruiendum Deo deuotae. Plures forte ardenter ad Indicam profectionem anhelarent, nisi alteram hic esse Indiam persuasum haberent, quamuis magnum ego inter vtramque discrimen esse putem, et quoad labores, et ipsos etiam laborum fructus. Moderati enim admodum nostri hic labores, fructus vero non minus tardus quam rarus, Ibi vero et sudores perpetui et fructus longe vberrimus, Quae sane res facit vt ad Indiam magis animus propendeat meus, quam ad frigidam et sterilem hanc nostram Germaniam. . . . Fiat interim Christi Domini et sanctae Obedientiae, de me et omnibus nobis sacrosancta voluntas."*

Haec si cum iis contulerimus, quae Canisius Augusta 22. Novembris 1561 Salmeroni scripsit: „Dispicio de mittendis ad Jndiam fatribus, sicut a nobis postulatum est", vix dubium nobis esse poterit, quin Canisius, ut supremorum Societatis

---

[1] Collegium monacense m. Iunio 1561 19 Socios habebat (*Theodoricus Canisius* Lainio 11. Iunii 1561. Cod. „G. Ep. II" f. 230[a]).

[2] De hoc cf. *Can.* Epp. II, 382[3]. [3] De his duobus vide supra p. 117.

[4] Hach vel Hack; cf. *Can.* Epp. II, 730.

moderatorum iussa quam plenissime exsequeretur, non solum monacensibus, sed omnibus Sociis sibi subiectis mandaverit, ut, quomodo quisque erga sacram expeditionem indicam affectus esset, ad se scriberet. Ex quibus igniculis ardor ille natus est, quo maxime saeculis XVIII. et XIX. multi Germaniae superioris Socii legationem illam petierunt atque Indiam orientalem, Iaponiam, Sinam, Africam centralem, Americam meridionalem sudoribus apostolicis et irrigarunt et adhuc irrigant; de quibus vide *Ant. Huonder* S. J., Deutsche Jesuitenmissionäre des 17. und 18. Jahrhunderts (Freiburg i. Br. 1899) p. 105—204.

635.

CANISIUS
ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 30. Novembris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex epistula (excepta inscriptione) autographa, in cod. „E. C. I" f. 144 et sq. non sign. (n. 99) posita, exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem autographo, scriptione ad nostrae aetatis morem accommodata, transcriptum est.

Personarum mutationes in collegiis vindobonensi et pragensi. Scholae theologicae in collegio vindobonensi. Caesar filiabus urgentibus Patrem Auer petit contionatorem. Contionatores magni aestimantur. Socii ex collegio coloniensi mittendi. Collegium oenipontanum. Pragensibus tandem contionator bohemus Roma mittendus.

†

Pax Christi nobiscum admodum Reuerende Pater

Accepi 15 mensis huius datas. Et Patri quidem Victoriae scripsi, ut Pragam se conferret, sicuti postulauit, utque Doc. Christianum[1] eodem mitteret, quem D. Paulus[2] expectat, vt post eius aduentum, statim Viennam adeat Rectoris munus obiturus. Forte nunc Viennam peruenerit. Vrgebo quantum fieri poterit, vt P. Victoria Rectoratus munere quam primum liberetur, sicut Romae constitutum est. Redijt nunc Doc. Lanoius ex Austria simul et Boemia, cui non videtur P. Hurtadus Vienna reuocandus Pragam, quod Viennae primum librum Magistri[3] fratribus praelegat, et studijs potius quam offitijs istis adhibendus uideatur. Interea M. Lodoicum[4] Pragae nouo Rectori[5] suffecturum loco Ministri putat. Quare si R. V. ita uideatur, ad tempus probabimus, quomodo Rector Pragensis absque M. Hurtado sese gerat. Scribet proxime Doc. Lanoius de toto statu vtriusque collegij, quod meo inuisit nomine. Dominus nouam hanc Rectorum mutationem nobis vtilem faciat[a]. Vt autem liberius agat Doc. Paulus in munere Rectoratus, expediet forte ad P. Victoriam scribere, quousque limites

[a] fariat *A*.

[1] Rivium. [2] Hoffaeus.

[3] Primus e quattuor illis „Libris sententiarum" Petri Lombardi de Deo ipso est.

[4] Bacretium; vide supra p. 186[3]. [5] P. Henrico Blissemio.

superintendentis extendant sese, ne alter alterum impediat. Certe valet iudicio Doct. Paulus, sed qui veretur Doct. Victoriam . Js ad profitendi munus posset accedere, quod in Rectoratu saepe obijt, eoque delectari uidebatur. Alioquin Viennae non ita multis impedietur, quin huiusmodi lectionem suscipere possit, si non in schola publica, at certe quidem domi, ubi posthac statuit Theologiam praelegendam esse [1].

Scripsit ad me Caesar Doc. Lambertum [2] repetens, quem Oenipontanis dari contionatorem uellet, sic vrgentibus eius Filiabus [3]. Et Viennae audio magnum Doctoris Lamberti desiderium esse, ut qui solus apud Caesarem et Germanos pluris aestimetur, quam Doctores quatuor ad Germanicas contiones inepti [4]. Haec dixerim non ut me opponam iudicio R. P. Generalis, verum ut indicem aegre placari principes mutatis huiusmodi contionatoribus, quos putat Caesar in suis prouintijs retinendos esse. Jgitur cum Oenipontanae quoque messis habenda nunc ratio videretur, quod in illa haereticus Cathedram occupare coeperit, visum est Doc. Lanoio et mihi statim eo mittere M. Hermetem [5], quem alioquin ante Quadragesimam mittere non statueramus. Agitur interim Jngolstadij incommode satis, quod absentis illius lectionem in philosophia qui supplere deberet M. Siluius, a Coloniensibus detineatur [6]. Iterum uero enixe precamur, vt P. Euerardo [7] scribatur, simul et Coloniensibus iniungatur de reddendo Syluio. Expectamus promissum quoque lectorem illius prouintiae Graecum, sed in accipiendis nostris quam donandis suis liberaliores uidentur. Nunc igitur abit M. Hermes Oenipontum.

P. Carolus [8] Oeniponti ualet pessime, vt medicus summopere de uita metuat. Vnde ex Monachio fratrem [9] ad illum misi adiutorem. Cupimus [a] Dominum rogari pro ualetudinario sicut et pro M. Luca [10],

---

[a] Cupipus *A*.

---

[1] Ex *Salmeronis* *litteris quibusdam Roma 29. Novembris 1561 datis intellegitur, Victoriam in collegio vindobonensi scholas instituere voluisse, in quibus sacra Scriptura, S. Thomas, controversiae explicarentur (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 29[b]). [2] Auer, tirolensem.

[3] Magdalena, Margarita, Barbara, Helena, Ioanna, Oeniponte degentibus.

[4] PP. Victoria, Jaen, Winghenius, Rivius.

[5] Hermetem Halbpaur (vide supra p. 54. 262), quem *Agricola* perperam cum Hermete Winghenio (de quo v. supra p. 151[5]. 191[3]) in unum confundit (l. c. I, Dec. 3, n. 46), in errorem inductus, ni fallor, a *Sacchino,* qui Winghenium (Vinghemium) Oenipontem ad contionandum tunc missum esse scribit (Hist. S. J. II, l. 5, n. 171).

[6] Canisius P. Petrum Silvium m. Octobri 1561 Colonia Treveros, ut „philosophiae professoribus suam operam praestaret", missum esse (*Hansen* l. c. p. 408) ignorabat. [7] Mercuriano. [8] Grim.

[9] Laurentium „Hermanutium" sive „Herman" (*Agricola* l. c. I, Dec. 3, n. 45); de quo vide *Can.* Epp. II, 503. 876[1]; cum Monachii 20. Septembris 1561 sacerdotio initiatum esse in * *Catalogo* collegii vindobonensis sub ineuntem a. 1577, quo ipse ibidem degebat, conscripto asseritur (Cod. „G. C. 67" p. 354).

[10] P. Luca Molitore; vide supra p. 189. 190.

quem nunc Pragae mortuum existimamus. Non commendabo iterum Oenipontanum hoc collegium, ad quod speramus Rhetoricum isthic professorem una cum Germanis aliquot mitti posse, inter quos unus Graece profiteri norit. Tum duos Theologos vehementer optamus, quos grauibus de causis illic saepe rogari continget ob praesentiam excelsi Regiminis, quemadmodum praemonuerunt.

De pecunia nomine Caesaris hic conquirenda curabo [1], et quicquid Moguntini miserint, vna cum portione nostra quam primum fieri [a] poterit extrudam, ut isthuc perueniat, Jllud autem uenit in mentem, forte tempus esse, vt Boemi quidam Pragensibus darentur, quod e multis [2] vnum dumtaxat Volfangum [3] ad sacros ordines inhabilem et languentem acceperint hactenus. Est isthic Adelbertus [4] et alij quidam, in Boemica messe ualde vtiles futuri operarij. Nunc tot annis absque Boemo contionatore in media versamur Boemia, quae interim haud parum afflicta et sectariorum studijs oppressa quodammodo iacet . pergratum esset Caesari et Boemis haud dubie, vnum si uiderent e multis qui aluntur, cum fructu et laude docere Pragae. Sed rectius iudicabunt Reuerendi Patres mei, quorum sacrificijs et precibus cupio me et prouintiam hanc omnem Domino commendari, qui suam nobis gratiam augeat, ut ipsi uere placeamus. Augustae pridie Kalend. [b] Decemb. 1561

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre, Il Padre Maestro Jacomo Laynez Praeposito Generale della Compagnia di Jesv etc.

In Roma.

Salmeron rescripsit 20. Decembris 1561.

[a] freri *A.* [b] Ralend. *A.*

[1] Vide supra p. 286. 299.

[2] De Societatis iuvenibus bohemis, qui in collegio romano ad litteras et pietatem instituebantur, vide *Can.* Epp. II, 307 [2]. 449 [1]. 531 [3].

[3] Wolfgangum Mariam Thinensem; vide supra p. 186—187. 197.

[4] In collegii romani catalogo sub finem Maii a. 1561 conscripto „Adalbertus Bohemus Professor Mathematicae" inter auditores scholae metaphysices comparet (*Sommervogel*, Les Jésuites etc. f. B 3 [a]). Is erat Adalbertus ille Bauzek, qui ad Societatem singulari prorsus ratione a Deo vocatus, postea in vindobonensi universitate theologiam tradidit, in synodo olomucensi (1568) disputavit, in collegio vindobonensi cum virtutis laude a. 1571 vita cessit (*Polancus*, Chronicon VI, 388. *Socher* l. c. p. 105. 176—177. *Schmidl* l. c. I, 261—264. *Wappler* l. c. p. 377. *Boh. Balbinus* S. J., Miscellanea historica regni Bohemiae, Dec. I, lib. IV [Pragae 1682], P. 2, p. 93—94. *Math. Tanner* S. J., Societas Jesu Apostolorum imitatrix I [Pragae 1694], 116—119).

636.

P. NICOLAUS LANOIUS S. J.,

rector collegii ingolstadiensis,

iussu Canisii

ALPHONSO SALMERONI,

Societatis Iesu vicario generali.

Ingolstadio 30. Novembris 1561.

Ex autographo (2°; 2½ pp.; in p. 4. inscr. et particulae sig.). Cod. „G. Ep. II." f. 299ª—300ᵇ.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 139.

Caesarem petisse, ut vel P. Auer vel alius Socius Oeniponte contionaretur. P. Halbpaur eo mitti. Qui eius loco Ingolstadii philosophiam tradere et contiones habere debeant. Qui Socii collegio oenipontano destinandi sint. Non inveniri, qui Canisii secretarium agat. De collegii pragensis rectore mutato et „ministro" electo. De vindobonensi collegio. Privilegia nova de gradibus academicis conferendis Societati concessa Vindobonae non esse utenda; academicos ad illos, qui scholas ipsorum non audierint, promovendos ne regis quidem precibus permoveri. Pragae commodius quam Vindobonae domum probationis institui posse. Quid de Oibino cum alio reditu commutando Martinus Cromer, Socii pragenses, Victoria etc. sentiant. De archiepiscopatus pragensis dotatione et Oibino in illum transferendo.

Jhesus.

Gratia et pax Jesu Christi

Molto Reuerendo in Christo Padre.

Circa il Principio di questo Nouembre scrisse l' imperatore al P. nostro Prouinciale molto caldamente per hauere il Dottor Lamberto [1] in OEniponto accio cominciasse a predicare alle regine et populo Oenipontano questo aduento [2]. Jmperoche quella corte et Cita adesso non tienne nessuno predicatore . Dopo la partita di M. Georgio Calciolo [3] predicatore di quel luogo, li ha predicato vno o duoi ma troppo ignoranti et l' uno anche heretico, La Maesta .S. stringe la cosa di modo che si non potessi per adesso venire il P. Lamberto,

---

Jhesus. Gratia et pax Iesu Christi. Admodum reverende in Christo pater. Sub initium mensis huius Novembris imperator per litteras a patre nostro praeposito provinciali vehementer petiit, ut doctor Lambertus [1] Oenipontem mitteretur ibique reginis et populo oenipontano contionari inciperet sacro hoc Adventus tempore [2]. Nam aula illa et civitas nunc nullum habent contionatorem. Postquam enim M. Georgius Calciolus [3] eius loci contionator inde discessit, unus quidem vel duo ibi contionati sunt, at ii nimis imperiti atque alter etiam haereticus. Maiestas autem sua rem ita urget, ut, si forte P. Lambertus in praesens venire non possit,

---

[1] Auer.

[2] Sacrum Adventus tempus eo anno ipso die 30. Novembris incipiebat.

[3] De Calciolo sive Schuehl vide supra p. 274.

ricerca in ogni modo che se li mandi vn altro incontinente per questo aduento. Onde la R. S. è sforzata di mandare adesso Maestro Hermete non obstante il suo studio di theologia et la predica germanica nel hospitale et la lettione sua di philosophia[1], L' assunto di laquale hauera di prestar Magistro Guilielmo Lymborgense[2] et della predica Magistro Ioanne Zimmero[3] o vn altro todesco. Per ricompensa di Maestro Hermete quanto alla lettione philosophica publica saria necessario che presto tornasse Jl .P. Syluio[4] di Colonia, o che di Roma ne venessi vn altro sufficiente. ma li Coloniensi lo vogliono ritenere insin alla Passqa quando sarà finito il Corso di philosophia di quelli che lui insegna. Preghiamo la R. V. che presto aiuti questo Collegio commandando al P. Syluio che presto torni. o mandando di costi vn altro. Tornando pur il P. Lamberto alla sua prouincia per Oeniponto et M. Hermete a questo Collegio inanzi della quaresima saria non dimeno di bisogno che venessi il detto philosopho per leggere qui publicamente doue cè buon numero di auditori sotto Hermete, por che pare che il talento di Hermete sia piu per predicare che per leggere, massime essendo tanta carestia di predicatori in queste prouincie.

omnino contendat, ut statim alius sibi mittatur, qui hoc Adventus tempore contionetur. Quare reverentia sua nunc magistrum Hermetem eo mittere cogitur, licet is theologiae studere et germanice contionari in valetudinario et philosophiam debeat tradere[1]. Cuius tradendae munus magistro Guilielmo Limburgio[2], contionandi autem officium magistro Ioanni Zimmero[3] vel alii Germano administranda erunt. Atque ut philosophiae publice tradendae munus, quod magister Hermes adhuc tenuit, expleatur, vel P. Silvius[4] brevi Colonia revertatur, vel alius satis idoneus Roma veniat necesse est; sed Colonienses illum usque ad Paschatis festum, quo eorum, quos ipse docet, cursus philosophicus absolvetur, retinere volunt. Rogamus igitur R. V., ut brevi collegium hoc adiuvet, sive P. Silvium brevi huc redire iubeat, sive alium istinc mittat. Atque etiamsi forte P. Lambertus in provinciam suam, ut Oeniponte moretur, et M. Hermes in collegium hoc ante Quadragesimam redierint, tamen philosophum illum venire oportebit ad scholam publicam hic habendam, ubi Hermeti sat multi sunt auditores; Hermes enim ad contionandum potius quam ad docendum natus esse videtur, praesertim cum hae provinciae tanta contionatorum inopia laborent.

[1] P. Hermes Halbpaur in universitate ingolstadiensi „non quidem", inquit antiquus ille collegii ingolstadiensis **Historicus,* „compendium aliquod doctrinae Aristotelicae (ut tunc mos in hoc Gymnasio receptus erat), sed textum ipsum Aristotelis enarrare ac profiteri coepit" (Cod. eystett. „Hist. coll. Ing." p. 10. Cf. etiam *Mederer* l. c. I, 258).

[2] Is reapse Hermeti in eo munere successit (* Cod. eystett. „*Hist.* coll. Ing." p. 10. *Mederer* l. c.). De quo vide *Can.* Epp. II, 137[10]. 521.

[3] Ioannes Zimmer (Zimer) spirensis, ex collegio germanico in Societatem transgressus (Card. *Steinhuber* l. c. I, 39. 42. 77), a. 1556 a S. Ignatio cum primis Sociis Ingolstadium missus erat (Cartas de *San Ignacio de Loyola* VI [Madrid 1889], 498). In collegii ingolstadiensis * Catalogo a. 1563 manu *Lanoii* scripto „Joh. zimmerus Spirens. subdiaconus" comparet (ex autographo, quod est in Cod. monac. „Ies. Ing. 1359 I." f. 120[a]).

[4] P. Petrus Silvius; vide supra p. 309[6].

Per fornire il Collegio Oenipontano secondo la mente del' imperatore et delli Senatori bisogna mandare almanco vn theologo risoluto, vno humanista, et vn buon graeco, liquali non trouiamo in questa prouincia nostra. Onde preghiamo che la R. V. proueda di simili subgetti . Alchuni di piu bassa conditione et qualita si potranno cauare di questi nostri Collegij per quel nuouo seminario.

Non si troua ancho per adesso in tutta questa prouincia chi sia ad propositum per aiutare il nostro P. Prouinciale come secretario . Onde similmente siamo constretti di pregare la R. V. et dire si quid potes, adiuua nos[1].

Essendo .Jo. questo giorni passati venuto per obedientia di Vienna in Praga fù mutato il Rettore[2] passando al Collegio di Vienna succedendo li il P. Henrico[3], al quale fu eletto et dato jl .P. Maestro Ludouico Fiandrese[4] per ministro come molto sufficiente et idoneo a tal offitio secondo che le lettere del Reverendo Padre nostro Generale concedeuano in genere . Onde pare non sia necessario che il P. Hurtado passi di Vienna in Praga per fare tal officio, massime essendo lui vtile in Vienna non solamente per aiutare quel Collegio in spiritualibus ma ancho nel legere theologia scholastica come fu determinato essendo jo presente nella festa di tutti Santj[5].

Quanto alli priuilegi ottenuti per promouere li nostri ci pare che non si debbano esseguire saltem insin a tanto che venga o il P. Nadal

---

Ut collegium oenipontanum ita, ut imperator et senatores volunt, instruamus, saltem unum theologum ad respondendum promptum atque expeditum, unum litterarum et humanitatis magistrum, unum, qui graece bene doctus sit, eo mittamus oportet. Quos cum in hac provincia nostra non inveniamus, R. V. rogamus, ut eiusmodi homines nobis provideat. Aliquot autem inferioris condicionis ingeniique homines ex his collegiis nostris extrahi poterunt, ut novo illi seminario operam navent.

Ne in tota quidem provincia hac in praesens invenitur, qui ad patrem nostrum praepositum provincialem, secretarii munus obeundo, adiuvandum aptus sit. Quare simili ratione R. V. supplicare cogimur et dicere: Si quid potes, adiuva nos[1].

Cum ego superioribus hisce diebus Vindobona Pragam iussus venissem, rector[2] ibi mutatus est ita, ut ipse in vindobonense collegium transiret et in eius locum P. Henricus[3] succederet, cui pater magister Ludovicus Flander[4] electus datusque est minister, quippe qui officio illi valde sufficiens aptusque esset; ita enim ut ageremus, communi aliqua facultate a reverendo patre nostro praeposito generali per litteras nobis concessum erat. Quare opus esse non videtur, P. Hurtadum illius officii administrandi gratia Vindobona Pragam transire, praesertim cum ipse Vindobonae utilis sit ad collegium illud non solum in rebus ad pietatem spectantibus, sed etiam in scholastica theologia tradenda adiuvandum, sicut me ibi praesente die omnibus sanctis sacro[5] constitutum est.

Privilegiis illis, quae de nostris ad gradus academicos promovendis impetrastis, utendis supersedendum esse nobis videtur, saltem donec vel P. Natalis visitator

---

[1] Marc. 9, 21. [2] P. Paulus Hoffaeus. [3] Blissemius.
[4] Bacretius (Bacrelius). [5] Kalendis Novembribus.

general visitatore . o il P. nostro Generale passando forse di Ffranza per allemagna imperoche alhora si potranno meglio intendere li argumenti concorrenti pro et contra [1]. Non ci persuadiamo che quelli academici di Vienna vorranno mai essaminare et dare gradi alli nostri non hauendo sentite le lor lettioni. Jl medesimo non hanno potuto impetrare li maestri delle prouintie [2] per intercessione etiamdio del Re de' Bo. [3] essendo tamen la lor causa piu fauorabile a loro che la nostra. Dopo bisogna di vedere di quanta importanza sarà essere promoti nelle arti li nostri in virtu di questi priuilegij concessi.

Pareria anchora buono di non andare inanzi nella casa di probatione insin a tanto che fosse presente vno ouer ambidoi detti Padri Generale et Visitatore, perche l' aria piu sana il luogo megliore il vitto di manco prezzo et la ceruoisa, et la maggior quiete in Praga che non in Vienna forse persuaderianno che questa casa si facessi piu presto in Praga ben che multiplicandose li Collegj in quelle prouintie, pareria necessario che in ambiduoj queste citadj fossero case de probationj.

Jo ho parlato al S. Legato del Re di Polonia Martino Chromero amico della Compagnia nostra della permutatione di Oybin in altra intrata, et mi disse che jl Collegio Pragense potria facilmente hauere

generalis, vel pater noster praepositus generalis, qui fortasse ex Gallia per Germaniam transibit, huc venerint; tunc enim rationes in utramque partem melius considerari poterunt [1]. Nos non possumus persuadere nobis, academicos illos vindobonenses umquam vel nostrorum, qui ipsorum scholas non audierint, scientiam tentaturos vel gradus iis collaturos esse. Idem provinciarum magistri [2], etiam regis Bohemorum [3] precibus interpositis, frustra conati sunt impetrare, quamvis horum causa ipsis commodior opportuniorque esset quam nostra. Deinde videamus oportet, quanti momenti futurum sit, nostros in artibus liberalibus ex privilegiis ita impetratis ad gradus promoveri.

Convenire etiam videtur nos in iis, quae ad domum probationis spectant, non progredi, antequam vel alter e patribus illis vel uterque adsit: praepositus, dico, generalis et visitator; quod enim et aër Pragae salubrior est quam Vindobonae, et locus melior et victus minoris pretii, quodque cerevisia illic praesto est et maior est tranquillitas, id fortasse valebit ad persuadendum, ut domus illa potius instituatur Pragae; quamquam, cum collegiorum numerus in provinciis illis auctus erit, opus fore videtur, in utraque urbe domum probationis exstare.

Domino Martino Cromero, regis Poloniae oratori et Societatis nostrae amico, de Oibino cum altero reditu commutando locutus sum; qui mihi dixit, facile fieri posse, ut stati reditus civitatum regni collegio pragensi obvenirent, dummodo col-

[1] De eorundem privilegiorum, 19. Augusti 1561 a Pio IV. concessorum (vide supra p. 306), usu P. *Hieronymus Natalis* 1. Februarii 1562, cum Societatis visitatorem in Hispania et Lusitania ageret, statuit: „Podese uero que suauiter se podera fazer, e asi se faça, e com contradição nom se faça cousa nehũa, senão do que se offreçer auisem ao Padre geral“ (Epistolae P. *Nadal* I, 631). Ceterum confer, quae posita sunt supra p. 144.

[2] Magistri, qui in Styria, Carinthia, Carniola, Austria supra Anisum etc. scholas regebant.

[3] Lanoius Maximilianum II. significat.

pensioni delle Citadi del regno riceuendole immediate di esse Citadi et non della camera reale, passando Oybin al nouo archiuescouo [1]. Questo modo piacque alli nostri Pragensi come piu facile, ben che il P. Vittoria non sia di questo parere che si lasci cosi il monasterio Oybinense jl quale puo fruttificare forse a tre millia dalerj, ma come dice il Chromero quid vobis cum dominio temporali? et oltra di questo diciamo noi Quid nobis cum parochijs illi Coenobio annexis? [2] La caggione di parlare al Chromero di questa cosa mi fu che il P. Prouinciale li hauea scritto et raccommandato questo negotio [3] dal quale pur non voleua parlare al' imperatore essendo lui forestiero, ma ben trattare col Archiuescouo Pragense col' quale si douea fare la detta permutatione di Oybin. L' imperatore per erigere et restorare questo vescouato Pragense con maggiore facilita vuole che l' intrada del vescouo si pigli della camera reale, ma al vescouo non piacce questa assignatione temendo che li Camerarij o thesorieri fiscali non li negassero tal uolta li suoi denari, ma ben lo contentarebbono le dette pensioni, come essendo cosa piu in sua mano et maggiormente piaccerebbe Oybin come possessione piu sicura et propria et non si dubita che l' imperatore non hauesse per cosa grata che la prouisione del Archiuescouato et del Collegio nostro andasse per questa Strada. Questo negotio non andara cosi in fretta che la R. V. insieme col Reuerendo P. nostro Generale non habbia tempo de respondere et determinare quel che è piu espediente.

---

legium ab ipsis illis civitatibus, non a camera regia eos acciperet, Oibino in novum archiepiscopum [1] translato. Qui reditus accipiendi modus Pragensibus nostris, quod facilior esset, probatus est; quamquam P. Victoria non censet ita nobis cedendum esse Oibino, cuius fructus annui fortasse ad tria milia talerorum ascendere possint. Sed Cromerus: „Quid", inquit, „vobis cum dominio temporali?" Et nos praeterea dicimus: Quid nobis cum parochiis illi coenobio annexis? [2] Ut autem ea de re Cromero loquerer, adductus sum eo, quod pater praepositus provincialis per litteras negotium hoc ei commendaverat [3]; de quo tamen ipse, quod alienus esset, imperatori loqui noluit; ad rem tamen cum archiepiscopo pragensi, quocum permutatio illa Oibini facienda erat, conferendam paratus erat. Atque imperator quidem, quo facilius episcopatum illum pragensem instituat instauretque, episcopi reditum ex camera regia hauriri vult; at episcopo ea assignatio non placet; timet enim, ne camerae officiales vel thesauri regii custodes nummos, quos sibi solvere debeant, interdum recusent; probabuntur tamen ipsi reditus illi civitatum, quod magis in ipsius potestate futuri sint, atque etiam magis Oibinus placebit, quod ea possessio securior et magis ipsius propria futura sit; neque dubitant, quin imperatori futurum sit gratum, si ea ratione et archiepiscopatui et collegio nostro reditus provideantur. Neque negotium illud adeo accelerabitur, ut R. V. una cum reverendo patre nostro praeposito generali tempus non suppetat respondendi et, quid magis expediat, definiendi.

---

[1] Is erat Antonius Brus a Muglitz.

[2] Quantae difficultates Sociis ex parochiis illis ortae sint, vide in *Can.* Epp. II, 52—53. 418. 419. 424 etc.

[3] Has Canisii litteras vide supra p. 257—258.

Tutti ci recommandiamo alla R. V. et la preghiamo che sempre in suoi sacrificij et orationi si ricordi da noi Amen. Di Jngolstadio l' ultimo di Nouembre 1561.

Per commissione di nostro P. Prouinciale. — Di V. R. seruo in christo Nicolaus Lannoyus.

Jhesus. Al molto Reuerendo in Christo Padre il Padre Maestro Jacomo Laynez Preposito generale della Compagnia di Giesu in Roma.

Omnes R. V. nos commendamus ipsamque rogamus, ut in sacrificiis et orationibus semper memor sit nostri. Amen. Ingolstadio ultimo die mensis Novembris 1561.

Iussu patris nostri praepositi provincialis.

R. V. servus in Christo
Nicolaus Lannoyus.

Jhesus. Admodum reverendo in Christo patri, patri magistro Iacobo Lainio, praeposito generali Societatis Iesu, Romae.

Nota: Lanoius exeunte m. Octobri 1561 eo maxime consilio a Canisio in Austriam iussus erat proficisci, ut, quomodo Victoria rector vindobonensis Socios regeret sibi subditos, videret, atque ut collegii illius res tranquilliores redderet; vide supra p. 272. 302. Quod autem Lanoius illarum rerum in his litteris, quibus de itinere illo austriaco Romam ad Salmeronem vicarium generalem rettulit, nullam fere fecit mentionem, id aut eo factum esse puto, quod seorsim de ipsis ad Salmeronem scribere voluerit — quae certe epistula modo non exstat —, aut eo, quod ad ipsum Lainium, litteris recta in Galliam missis, de iis scripserit. Certe ipse Victoria, ut infra, monum. 382, videbimus, de rebus inter se et Lanoium tunc tractatis Romam ad Salmeronem brevissime, in Galliam ad Lainium copiose scripsit.

637.

CANISIUS

MARTINO CROMER,

canonico cracoviensi et regis Poloniae apud caesarem oratori.

Augusta Vindelicorum 3. Decembris 1561.

Ex archetypo (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.), cui Canisius ipse nomen subscripsit. Cod. cracov. „Cromeri epistt." n. 10.

Epistula primum typis exscripta est in „*Pastoralblatt* für die Diöcese Ermland" 20. Jahrg. (Braunsberg 1888), p. 117.

Cromeri nepos. Cromerum ad „Dialogum" quartum latine edendum incitat. Negotium quoddam collegii pragensis ei commendat. Concilium et episcopi germani ad illud non adeuntes. Archiepiscopatus pragensis. Comitia. Libri a Klebitio et a Mencelio editi, quibus protestantes reprehenduntur.

†

Jesus.

Pax Christi nobiscum obseruandissime Domine [1].

Redijt huc saluus D. Lanoyus Dei gratia, et curabit, ut Nepoti dignitatis tuae [2] quantum per nos fieri potest, rite consulatur. Erit fortasse inter nostros quoque conuictores [3].

Colonienses iam diu nihil ad me. Sed male habet, quod rota quarta tam lente procedat, neque tribus prioribus accedat ad currum tandem absoluendum [4]. Nisi forte non licet Pragae quod Augustae et Viennae antea. Ni fallor, est argumentum [a] postremum uel maxime dignum, quod prouehas et illustres.

Ago gratias pro singulari humanitate et prudentia, quam in Colloquio D. Lanoyo declarasti, ut rationibus Collegij Pragensis consuleretur. Vtinam Caesar hanc uiam approbet, imo conficiat etiam [5]. Quare pergas rogo, quacunque ratione licet, nostris consilium et opem adferre, ut graui hac sarcina monasterij, imo et dominij Oybinensis liberemur.

Gaudemus Episcopos Hispanos ad Synodum augendam et ornandam accessisse tandem [6]. De Gallicis bene speratur, ut scribit Praeses Concilij [7]. Jnuenit et Caesar Legatum, sed utinam qualem locus ille postulat [8]. Germani more suo cunctantur in utrisque Comitijs [9]. Episcopi

---

[a] *In archet. sequitur* hoc, *oblitteratum.*

---

[1] Pragae Cromer tunc cum caesare morabatur; vide supra p. 258 [2].

[2] Cromero duo, quod equidem sciam, erant nepotes: Sebastianus, ex Bartholomaeo fratre natus (postea cathedralis ecclesiae frauenburgensis canonicus, † 1605), et alter ex Natalia sorore ortus, quae Ioanni Aurifabro, civi bieczensi (Biecz), nupserat. Fortasse tamen etiam Andreas, Cromeri frater praematura morte exstinctus, filios habuit (*Eichhorn,* Kromer l. c. p. 12—14).

[3] Ingolstadii?

[4] Cromer quartum e „Dialogis“ illis polonice primum a se editis, qui de variis doctrinae ecclesiasticae generibus erat, latine vertebat et amplificabat, ut eum tribus prioribus, latine iam evulgatis, adiungeret. Anno tandem 1568 totum opus, „Monachus, sive colloquiorum de religione libri quatuor“ inscriptum, Coloniae apud Maternum Cholinum in lucem prodiit; vide supra p. 24 [1] et *Eichhorn* l. c. p. 107—111.

[5] De hac re vide supra p. 315.

[6] *S. Carolus Borromaeus* Roma 4. Decembris 1561 Delphino nuntio scripsit: „Sono già in Trento più di 80 prelati, tra quali ne sono 8 Spagnuoli oltre parecchi abbati et generali“ (*Steinherz* l. c. p. 323).

[7] Cardinalis Hosius; vide infra p. 319.

[8] Ferdinandus tunc sperabat, Urbanum a Trennbach, episcopum passaviensem, id munus suscepturum esse; quae spes paulo post evanuit (*Steinherz* l. c. p. 322. 324. *Sickel,* Trient p. 229).

[9] *Delphinus* S. Carolo Borromaeo Praga 8. Decembris 1561 scribit, „che gli elettori circa la dieta imperiale si rimettono l'uno a l'altro, et ogn' uno mette inanzi qualche difficultà“. Attamen rumor is erat falsus; plerique enim venire parati erant (*Steinherz* l. c. p. 325. 327). De Germaniae episcopis Tridentum venire re-

autem ad Synodum quid animi et opis adferre uelint nescio. Omnia metuunt, sed utinam inprimis Deum.

Rogamus Deum pro successu noui Archiepiscopatus Pragensis, de quo utinam aliquid certius constituatur hoc Rege superstite [1].

Expectamus de Comitijs, quae sat mature, si sat bene inchoentur, atque citra religionis incommodum celebrentur [2].

Hic nihil quidem nouj. Vidi nouum scriptum cuiusdam Klebitij sacramentarij de ruina Papatus saxonicj. Fuit idem Electoris Palatini [a] Concionator, a quo reiectus mirifice tractat Consiliarios et Confessionistas in Saxonia [3]. Tum scripsit quidam [b] superintendens Mansfeldicus [4] aduersus licentiam popularem, imo et nobilium, quod nolint leges ferre et decreta suorum Concionatorum. Vbi causam Ecclesiae non parum ille confirmat, etiam aliud agens.

Dominus IEsus Ecclesiae pacem, nobisque gratiam tribuat, ut faelicem annum sequentem experiamur. Augustae .3. Decembris M. D. LXI. Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Obseruandissimo Domino, D. Martino Cromero, Regis Poloniae ad Caesarem Legato, Patrono suo. Pragae.

Cromer inscriptioni harum litterarum sua manu adnotavit: „12. Decemb." [1561 has litteras accepi.]

[a] Paletini *arch.* [b] quiddam *arch.*

cusantibus vide supra p. 11[2]. E quibus alii senes vel aegroti erant, alii protestantibus favebant, alii principes protestantes sibi vicinos atque etiam nobiles sibi subditos metuebant etc. (*Sickel*, Trient p. 228. *Mor. Ritter*, Deutsche Geschichte im Zeitalter der Gegenreformation und des Dreissigjährigen Krieges I [Stuttgart 1889], 154—155).

[1] Canisius non Maximilianum Bohemiae regem, sed Ferdinandum I. caesarem significat, qui hoc ipso tempore archiepiscopatui illi instaurando et dotando operam dabat; vide supra p. 257. 315.

[2] Nescio, utrum germanorum principum conventus (vide supra, p. 317, adn. 9) an bohemica illa comitia significentur, de quibus *Ioannes Micheli* orator venetus Praga 16. Februarii 1562 duci suo scribit, „che in Praga si ha à fare un convento generale de baroni del regno" (*Turba* l. c. III, 202).

[3] Guilielmus Klebitz, „diaconus" heidelbergensis et Calvini in doctrina eucharistica sectator, anno 1559, quia cum Tilmanno Hesshus (Hesshusen), qui Heidelbergae „superintendentem generalem" theologiaeque professorem agens, Lutheri dogmata acriter tuebatur, vehementer rixabatur, a Friderico III. electore palatino una cum Hesshusio loco motus erat (*B. C. Struve*, Ausführlicher Bericht von der Pfältzischen Kirchen-Historie [Franckfurt 1721] p. 76—84. *C. A. Wilkens*, Tilemann Hesshusius [Leipzig 1860] p. 52—57). De eius autem libro „Victoria veritatis, ac ruina papatus saxonici" vide infra p. 326.

[4] Hieronymus Mencel; vide infra p. 322.

638.

CANISIUS
STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 4. Decembris 1561.

Ex archetypo (2°; 2 pp.), a Canisio ipso subscripto. Cod. goth. „E. H. 2" f. 234 et sq. non sign.

Epistulam ex archetypo primus typis exscripsit *Cyprianus* l. c. p. 198—200. Particulas eius germanice vertit *Riess* l. c. p. 284. 300. Eadem usus est *Kröss* l. c. p. 133.

Confessionis augustanae exemplum non invenit. Synodum prospere procedere gaudet; de qua Pius IV. optime meruit. Dolendum, germanos episcopos Tridentum non venire. Augustae Vitembergenses contionantur, catholicorum pietas crescit. Staphylus et Schmidelinus. Canisius illum, ut contra hunc scribat, hortatur. Clebitii librum mittere nondum potest. Conciliorum editionem commendat. Timanni lutherani librum mittit. Mencelius id agit, ut lutherana plebs novis compescatur canonibus. Albertus V. dux Phausero audito et ritibus protestantium conspectis marescalcum protestantem ablegavit, Staphylo et Eisengreinio munera dedit. Ericus II. dux brunsvicensis contionatores catholicos quaerit. Parochorum et contionatorum penuria summa. Archiepiscopatum pragensem Canisius Hosio commendat.

†

JEsus[a].

Pax Christi nobiscum Reuerendissime et Jllustrissime Domine.

Nescio qui fiat, ut Augustanae Confessionis exempla passim desiderentur, fortasse quod nouam iterumque mutatam parent editionem. Jtaque mittere ea non licet, ut a me postulauit Amplitudo tua[1]. Huius literis ualde sum recreatus, et laetus Christo gratias ago, quod magna Episcoporum frequentia sacram Synodum ornet, quodque Hispanos Antistites accedere, et Gallicos etiam sequuturos esse intelligam. Mirum et miserandum sane, cunctarj more suo Germanos Praesules, qui ad rem familiarem magis attenti, quam ad causam Ecclesiae uindicandam seduli esse uidentur. Omnia metuimus magis quam solum Deum[2]. Aderit interim ut spero, diuina bonitas pio Pij Pontificis instituto, qui certe non parum promouit tot legationibus et admonitionibus uere paternis atque apostolicis, etsi alij aliter de huius mente iudicent. Nunc de aduersarijs quod dicam non habeo. Venit unus atque alter Wittenberga missus Augustam, ut sectarios confirmaret concionando. Sed nos pergemus, si Dominus fauerit, catholicorum hic gregem a nouae doctrinae contagio immunem conseruare,

---

[a] *Hoc v. et 7 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

---

[1] Cf. *Can.* Epp. II, 796. 914, et supra p. 296.
[2] Vide supra p. 317[9].

simulque prouehere in officio uerae pietatis. Vehementer nobis placet, quod plerique modo frequentiorem sibi faciant usum sacrae confessionis et communionis. Qua ratione fieri posse putamus, ut Catholicj aduersus sathanae synagogam[1] persistant in fide fortius, et inculpatius uiuant, quam proh dolor hactenus factum esse uidemus.

Expectamus hic D. Staphylum, quem aulae nobis abripiunt, ad curanda nescio quae negotia, ut minus ocij ac studij ad scribendum adferat[2]. Hortor autem illum, ut quemadmodum magna cum laude coepit, ita porro pergat Schmidelino respondere[3], qui nescio quando ex Gallicano Conciliabulo reuertetur[4]. Nondum obtigit liber authoris Caluiniani, cuius partem nuper miseram[5], promissus est mihi tamen ab amico, nec omittam isthuc eum mittere, ut primum accepero. Apud Bibliopolas non reperitur.

De synodis edendis Coloniae iam antea scripsi, speroque Romae et Tridenti futuros huius instituti promotores.

Mitto Tymanni librum[6], nam alium non licuit reperire, sed neque Vergerij quicquam extat.

Quod autem scribit pseudoepiscopus Mansueldicus[7], magnam Catholico cordatoque lectorj recreationem merito adferat, cum uidet nouos istos ministros de nouis Canonibus anxie laborare, et catholicis armis sese tuerj contra seductam, sed iam obstrepentem plebeculam, cui uellent isti si possent, non minus quam Episcopi, prorsus imperare.

Princeps Bauariae fuit his diebus Neuburgae[8], et Phauserum

---

[1] Apoc. 2, 9; 3, 9.

[2] Fridericum Staphylum, universitatis ingolstadiensis „superintendentem" et professorem, m. Augusto a. 1561 Ferdinandus I. Vindobonae de rebus concilii et de ecclesiae reformatione consuluit. Eundem Albertus V. Bavariae dux nomine suo concilio tridentino interesse volebat (*N. Paulus*, Staphylus, in „Kirchenlexikon" XI, 733. *Steinherz* l. c. p. 271—272. 297—300. 308).

[3] De his Staphyli libris v. infra, monum. 386. Schmidelinus (Iacobus Andreae) praeter alia, adversus Staphylum scripsit: „Responsionem ad Frid. Staphyli confictas Lutheranor. antilogias" (1558); „Antwort auff den lesterlichen gegenbericht Judae Jscariots, so sich Frider. Staphylum nennt, vom rechten verstand Gottes Worts, Dolmetschung der Bibel, vnd einigkeit der Lutherischen Prädikanten"; „Abfertigung dess Vortrabs Staphyli" (Tübingen 1562); „Antwort auff den Nachtruck Frid. Staphyli" (*Io. Valent. Andreae,* Fama Andreana reflorescens [Argentorati 1630] f. S 11ᵇ. T 2).

[4] Schmidelinus, cum aliquot aliis Suebis ad colloquium religionis possiacense missus, sero advenit (*Melch. Adamus*, Vitae Theologorum etc. Ed. 3. [Francofurti ad Moenum 1705] p. 306). De Schmidelino cf. *Can.* Epp. II, 171. 910. 918.

[5] Clebitii „Victoria veritatis. ac ruina papatus Saxonici"; infra, p. 326.

[6] Ioannis Timann ministri protestantis „Farraginem"; de qua plura sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[7] Hieronymus Mencel; vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[8] Neoburgi ad Danuvium (Neuburg an der Donau, nunc urbs regni bavarici) Wolfgangus princeps bipontinus (Zweibrücken) et dux neoburgensis, e familia Palatinorum, Bavariae ducibus cognata, degebat; qui Lutheri dogmatum tenacissimus erat.

audiuit concionantem [1]. Aderat uxor Archiduxissa [2], Wirtenbergensis [3] etiam alijque Principes nonnulli, nihil minus quam Catholici. Redijt inde cum uxore non paulo ille confirmatior in ueterj religione: adeo displicuerunt ritus Ecclesiae, uel potius synagogae impijque conuentus. Ablegauit deinde Marschalcum suum, qui a communione catholica seipsum segregauit [4], D. Staphylum [5] magnifico munere prosequutus est, D. Eisengrein liberali quoque munere donauit [6], ut magis ac magis Catholicos ornare et amare uideatur.

Tum de Jllustrissimo Duce Braunswicensi [7] ad me scribitur, quod in conquirendis Catholicis Concionatoribus sedulam operam nauet, eaque de causa nobiscum agi iussit. Nec est quicquam uidere in Germania tristius atque calamitosius, quam in plerisque Ecclesijs desiderarj Pastores, multoque magis concionatores. Quae res si ulla quidem alia, merito Episcopos angit atque discrutiat in hac tanta religionis perturbatione, quanta uix maior esse posse uideatur.

Archiepiscopatus Pragensis nondum solida iecit fundamenta [8], sed praeclare fecerit Amplitudo tua, si haec qualiacunque primordia suis consilijs et literis promouere atque confirmare dignetur. Nota sunt Bohemorum ingenia, qui [a] arte quadam potius quam imperio ad catholicismum adducenda [b] [?] uidentur.

---

[a] *Sic arch.;* quae*? Vide adnot. b.*

[b] *Sic archet.; sed corrigendum videtur:* adducendi*; nisi paulo supra ex* qui *corrigatur* quae.

---

[1] Sebastianus Phauser, sacerdos ad Lutheri castra transgressus, cuius doctrinam in aula Maximiliani regis e suggestu disseminaverat, tunc in oppido Lauingen, prope Neoburgum sito et duci neoburgensi subiecto, Lutheranorum decanum agebat (*Can.* Epp. II, 567. 758).

[2] Anna, Ferdinandi I. caesaris filia et Alberti V. ducis uxor.

[3] Christophorus dux. De Alberto V. vir quidam, qui rem ipse „spectaverat", notavit: „Cum . . caeteri Principes, uiri et feminae una cum infante [Elisabetha] baptizando essent in inferiori parte templi, ipse apertis foribus gynaecei, quae ad templum spectant, superiorem partem occupauit" (*G. Th. Strobel,* Beyträge zur Litteratur besonders des sechszehnten Jahrhunderts I[b] [Nürnberg und Altdorf 1785], 312—313).

[4] Pancratius a Freyberg, a. 1558, si non prius, aulae marescalcus constitutus, a. 1561 eo munere (et ceteris, quae tenebat,) summotus est (*Wilh. Goetz,* Die bayerische Politik im ersten Jahrzehnt der Regierung Herzog Albrechts V. von Baiern [München 1896] p. 95—96). „Was der nächste Anlass hiezu war, erhellt nicht aus den Akten": *Konr. Preger,* Pankraz von Freyberg auf Hohenaschau (Halle 1893) p. 19.

[5] Is de pecunia laborabat (*Pogiani* Epistolae II, 241).

[6] Martinus Eisengrein (1535—1578) stugartiensis, qui, in lutheranismo educatus, sed Vindobonae ad ecclesiam catholicam reductus, ibidem artis oratoriae professor in universitate et canonicus in ecclesia cathedrali erat, Alberti V. invitatu ineunte a. 1562 Ingolstadium venit, ut parochiam S. Mauritii regeret (*Mederer* l. c. I, 267 ad 271). De quo multa postea dicentur.

[7] Erico II. duce brunsvico-calembergensi; vide supra p. 304—305.

[8] Cf. supra p. 315.

Commendo me reuerenter Jllustrissimae Cels. tuae, quam Christus ad sanctae synodi ac totius Ecclesiae profectum, diu nobis florentem conseruet. Augustae IIIJ.º Decembris M.D.LXI[a].

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo Patri et Jllustrissimo Domino D. Stanislao Hosio Cardinalj et Episcopo Varmiensj, S. Concilij Tridentini Praesidj, Patrono amplissimo. Tridentj.

Inscriptioni harum litterarum manu eiusdem temporis adnotatum est: „Receptae X decembris 1561 . responsum 22 decembris."

Ex iisdem his litteris cognoscitur, Canisium una cum ipsis Tridentum ad Hosium misisse „Tymanni librum". Quibus verbis Canisius mihi quidem omnino videtur significasse Ioannis Timann (Tidemann) amsterodami († 1557), protestantium ministri bremensis (Bremen), „Farraginem sententiarum consentientium in vera et catholica doctrina de coena domini" (Francofurti ad Moenum 1555 vel 1556); in quo libro Timannus, ut Lutheri doctrinam eucharisticam contra Zwinglianos defenderet, Christi corpus ubique esse affirmavit (*P. Tschackert* in „Allgemeine Deutsche Biographie" XXXVIII, 352—354. *Christ. Aug. Salig*, Vollständige Historie der Augspurgischen Confession und derselben zugethanen Kirchen III [Halle 1735], 723). Atque inter Timanni libros hic notissimus est; qui etiam a. 1560 et 1561 in controversiis Bremae de religione ortis saepe est nominatus. Una autem cum Timanni libro etiam librum quendam Hieronymi Mencel (Menczel), comitatus mansfeldiensis superintendentis lutherani, Tridentum missum esse, et ex his litteris suspicari, et ex eo conicere licet, quod Canisius in litteris 29. Decembris 1561 ad Hosium datis non unum, sed plures libellos 4. Decembris a se missos esse significat, quodque ex Hosii litteris Tridento 24. Martii 1562 ad Henricum ducem brunsvicensem datis cognoscitur, eo tempore illum ipsum Mencelii librum, cuius Canisius in hac epistula mentionem facit, prae *Hosii* manibus fuisse. Ita enim hic scribit: [De protestantium suae aetatis licentia] „queritur etiam Hieronymus Menczelius cuius libellum de pastoribus legi, eodem illo anno [1561] impressum Islebij. . . . In cuius libri praefatione sunt haec verba: Posteaquam per sanctum Euangelium a Papae tyrannide, et potestate liberati sunt, et assueuerunt omnes illius constitutiones reijcere, progrediuntur vlterius, et volunt prorsus eandem consuetudinem in alijs quoque rebus omnibus, siue sint bonae, siue malae, retinere. Volunt esse liberi, nec a quoquam prohiberi, quominus arbitratu suo viuant, haud aliter, quam si Euangelium esset talis doctrina, quae vnicuique concedat potestatem faciendi, quod illi placet, quae nullum ordinem, nec vllam disciplinam ferre possit. Quod si quis eis resistere fuerit ausus, eo veniunt audaciae, vt non solum odia suscipiant erga suos praedicatores, et eos contumelijs afficiant, verum etiam pro virili sua tyrannice persequantur. Ac si quem volunt ordinem praedicatores constituere, statim vim esse dicunt minime Christianam, et nouationem quandam et introductionem veteris Papatus, per quam praedicatores propriam suam potestatem et dominationem in commissum sibi gregem stabilire velint. Qui si pergant vrgere exequutionem eorum quae constituerunt, non solum conuicijs afficiuntur, verum etiam ad extremum expelluntur" (*Hosii* Opera omnia II [Coloniae 1584], 205). Atque ipsa haec Mencelii verba Canisii animo, et cum de eodem 3. Decembris 1561 Cromero et cum postridie Hosio scriberet (supra p. 318. 320), obversata esse videntur. Libri (qui in 4° editus satisque amplus est) titulum pono integrum, quia rerum, quae in libro dicuntur, brevem summam exhibet: „Christlicher Bericht, Aus was vrsachen, oder wie fern, sich ein Pfarherr, anderer Pfarkinder nicht annemen, Auch ein Pfarkind von seinem ordentlichen Pfarherrn, zu

[a] *VV. sqq. a Cypr. omissa sunt.*

einem andern sich nicht wenden solle. Sampt der widerlegung etlicher Einreden, so hiewider gefüret werden. Darin auch notwendig von dem Ampt der Kirchendiener, wie sie die Sünden mit ernst straffen, vnd vber Christlicher Disciplin halten sollen, gemeldet wird. Geschrieben im Namen vnd zu dienst der Kirchendiener in der alten vnd löblichen Graffschafft Mansfelt. Durch Hieronymum Mencelium, der Graffschaft Mansfelt Superintendenten. 1561."

Quae Canisius in his litteris de Pancratio de Freyberg aulae marescalco per Albertum V. „ablegato" scribit, *Litteris confirmantur quadrimestribus collegii monacensis S. J., Monachio 1. Ianuarii 1562 a P. *Ioanne Dyrsio* datis; qui de Alberto: „Ut magnatibus", inquit, „alijsque omnibus terrorem incuteret, ante paucas septimanas generosum quendam et ualde potentem Dominum propter haeresim aula sua ex improuiso deturbauit, omni plane fauore spoliatum" (ex archetypo vel apographo eiusdem temporis. Cod. „G. Ep. III" f. 77[a]). Minus igitur accurate *Sigm. Riezler* de Freybergio scribit: Er „legte sein Hofamt nieder" (Geschichte Baierns IV [Gotha 1899], 506).

639.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 6. Decembris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Alemagna P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 30[b].

Salmeronem ex bibliotheca vaticana explanationem locorum quorundam synodi ephesinae hausturum esse. Parum idoneos in Indiam non esse mittendos. Novas litteras indicas excusum iri. Collegium germanicum convictoribus plenum esse; qui quantum solvant.

Molto Reuerendo in christo P.

Pax christi etc.

Riceuete N. P. vicario quella di .V. R. di 22. del passato, et quanto àlla luce che desidera hauer in alcuni loghi della Synodo Efessina[1], dice che non mancara di cauar dal vaticano[2], et mandar al manco la chiareza delle cose piu necessarie et gia ha cominciato à far quest' offitio.

Quelli che sono indotti et poco fundati nelle uirtu, et etiamdio inhabili per imparar le lingue non sono niente al proposito per mandar all' Jndia.

Admodum reverende in Christo pater. Pax Christi etc. Accepit, reverende pater, pater noster vicarius litteras tuas die 22. mensis superioris datas, et quod loca aliqua synodi ephesinae explanari cupis[1], ipse dicit, sibi cordi fore, ut saltem rerum magis necessariarum explicationem ex Vaticano[2] hauriat et istuc mittat, atque iam officium hoc vobis praestare coepit.

Homines indocti et in virtutibus parum confirmati atque etiam ad linguas discendas hebetes nequaquam apti sunt, quos in Indiam mittamus.

---

[1] Vide supra p. 302—303. [2] Ex bibliotheca vaticana; cf. supra p. 152[5].

Le lettere dell' india[a] dell' anno passato non sono anchora stampate, si stamparano pero adesso insieme con quelle di questo anno[1], et si dara ordine che al suo tempo se ne faccia parte alla prouincia di .V. R.

Quantunque il collegio Germanico sia assai pieno di gente, et à molti si dia repulsa[2], uogliono però questi padri sodisfare à quel Dottore Cahli[b] [?] di cui da .V. R. cosi buona relatione riceuendo il suo figliuolo[3] che scriue stare in Bolognia, in detto collegio Germanico; pur che paghi quel che pagano l' altri, che è 50 ducati d' oro in circa solo per il mangiar et casa che de libri, letto, et cose simili s' ha lui à prouedere. Non resta altro che dir in questa, se non che tutti ci reccomandiamo etc. di Roma li .6. di Decembre 1561.

Nota: Canisius rescripsit 27. Decembris 1561.

Litterae indicae ad annum superiorem spectantes nondum quidem sunt excusae; sed modo una cum litteris huius anni excudentur[1]; quas suo tempore cum R. V. provincia communicari iubebimus.

Licet collegium germanicum hominibus valde plenum sit et multi illud ingredi cupientes repellantur[2], patres hi, ut doctori isti Cahli[b] [?], de quo R. V. tam bona refert, satisfaciant, ipsius filium[3], quem R. V. Bononiae esse scribit, in collegium illud germanicum admittere parati sunt, dummodo idem, quod reliqui, solvat; ipsi autem 50 fere ducatos aureos pro solo victu habitationeque solvunt; nam libros, lectum, similia ipse sibi providere debebit. Neque aliud est, quod modo scribam nisi nos omnes commendare nos etc. Roma 6. Decembris 1561.

640.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 10. Decembris 1561.

Ex archetypo (2°; 1 p.), a Canisio ipso subscripto. Cod. goth. „E. H. 2" f. 235. 236.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 200—201.

---

[a] dell' ndia *ap.*

[b] *Verbum valde obscure scriptum.* Casli*?* Castli*? Fortasse corrigendum est* Vahli *vel* Vahlin*; v. adn. 3 huius pag. Itali nomina germanica nonnunquam mire corrumpunt.*

---

[1] Cf. supra p. 230[1].

[2] In domo quadam prope ecclesiam S. Machuti Bergomatium (ubi nunc templum S. Ignatii de Loiola est) sita a. 1561 cum alumnis germanis (qui m. Iulio a. 1561 tantum 17 erant) 35 „portionistae" sive „convictores" degebant, qui variarum erant nationum neque ecclesiasticae militiae adigebantur. Plures ne admitterentur, loci angustiae fere prohibebant (Card. *Steinhuber* l. c. I, 46—47).

[3] Everardum (Conradum?) Vehlin (Vählin)? Vide supra p. 206[3] et infra, quae Petrarchae litteris 25. Aprilis 1562 ad Canisium datis adnotabuntur.

Clebitii calviniani librum Tridentum mittit; similes libros antea misit. Protestantes de rebus maximis inter se dissident. Optandum, ut de concilio aliqua, velut nomina patrum etc. et sermones aliquot, evulgentur. Scriptum ferrariense contra protestantes. Vergerii epistula.

†

Jesus[a]

Pax Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Jnueni tandem Klebitium[1], qui singularj genere scribendi et scholastica breuitate uti mihi uidetur, impius quidem assertor impij dogmatis, sed qui Lutheranis negotij satis exhibet. Pulchrum est uidere, pulchram hanc in sectarijs concordiam de rebus summi momenti, ut magis confirmentur electi in ueritate catholica sibi perpetuo consentiente.

Misi non ita pridem alia eiusdem farinae scripta[2]: posthac uix quicquam ante mercatum Franckfordiensem edent, ut opinor, aduersarij[3].

Si libere mihi loqui fas est, praeclarus isthic quidem conuentus, ex tot Praesulibus Ecclesiarum, quem Dominus in suam augeat gloriam. Verum haec Synodus longe appareret ornatior, ut quidam arbitrantur, si prodiret Epistola uel scriptum aliquod si non de industria, saltem obiter explicans eorum qui adsunt et praesunt Concilio, nomina simul et conditionem. Nec abs re fore caensent, unam atque alteram orationem elegantem publice recitatam et typis excusam publice circumferri. Vnde mundus rerum huiusmodi nouarum percupidus, de Synodo rectius iudicaret, et catholicorum qui procul absunt, animi magis magisque confirmarentur. Audio Ferrariensem Theologum[4] aliquid respondisse Protestantibus, qui ad Synodum uocati Pont. Max. legatos indigne tractarunt. Mihi nondum contigit uidere librum, sicut neque Vergerij Epistolam[5]. Nunc Tubingae illam quaeri curo. Dominus JEsus amplitudinem tuam ad Synodi et Ecclesiae commodum diu prosperam seruet. Reuerenter me commendo amplissimae dignitati tuae in Christo Domino nostro. Augustae 10. Decembris M D. LXI[b].

Adiunctas literas mitti Bononiam etiam atque etiam peto.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo Patri et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio, Cardinali et Episcopo Varmiensi, S. Synodi Tridentinae Praesidi, Patrono amplissimo. Tridenti.

---

[a] *Hoc v. et 6 sqq. a Cypr. omissa sunt.*
[b] *Quae sequuntur, a Cypr. omissa sunt.*

---

[1] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur. [2] Vide supra p. 322.
[3] Francofurti ad Moenum proximus librorum mercatus Quadragesima sive m. Martio a. 1562 futurus erat (*Kapp* l. c. I, 452—467).
[4] Camillum Campegium O. Pr.? Vide, quae post has litteras dicentur.
[5] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

Inscriptioni harum litterarum manu antiqua eiusdem temporis adnotatum est: „Redditae 16 decembris 1561. responsum 22 decembris."

Ex iisdem litteris intellegitur, Canisium una cum ipsis Tridentum misisse Clebitii (de quo supra p. 318[3]) librum „Victoria veritatis, ac ruina papatus Saxonici. Responsio VVilhelmi Klebitii Necessaria ad Argumenta Doct. Tilemanni Heshusij. Friburgi. 1561" (4⁰; 35 ff. non sign.). De quo libro *Hosius* Tridento 25. Novembris 1561 Claudio Comiti de Luna, Philippi II. apud caesarem oratori, *scripserat: „Cum Augustam fuisset allatus . statim exemplaria distracta sunt omnia, Jtaque liber ipse ad me transmitti non potuit. Sed missa nihilominus quedam sunt . quae D. vestrae mitto . atque ut ostendat Serenissimo regi [Maximiliano II.] peto. Quod si libri ipsius potestas mihi aliquando facta fuerit . dabitur a me opera ut eum Celsitudo sua regia primo quoque tempore habeat" (ex totius epistulae commentario. Cod. 63 bibliothecae universitatis cracoviensis n. 73). Quod autem Canisius scribit, se „Vergerij Epistolam" modo quidem mittere non posse. Tubingae tamen (ubi Georgius Willer, bibliopola augustanus isque catholicus, librorum copiam collocatam habebat Allgemeine Deutsche *Biographie* XLIII, 269]) quaerendam curare, nescio utrum litteras ad Delphinum an epistulam ad cardinalem Mantuanum, quas supra p. 240 dixi, an illam dicat, quam Vergerius Tubinga 1. Novembris 1561 „Ai magnifici Signori delle tre leghe" datam evulgaverat; de qua vide infra, monum. 412. Vulgaverat etiam Vergerius paulo ante „Comparation tral Concilio Basiliense e il Tridentino, Cresceranno in maggior impietà. 2 ad Timo: cap. 2. L'Anno MDLXI. nel mese d'ottobre" (*Weller* l. c. p. 92. *Hubert* l. c. p. 315) et fortasse etiam secundam editionem libelli, cuius nunc tertia tantum editio eaque a. 1562 excusa exstare videtur: „Della declination, che ha fatto il Papato solamente da XI. anni In qua. Ai fratelli d'Italia" (*Hubert* l. c. p. 316). Num autem Canisius Vergerii libellum invenerit et cum libellis, quos se iam Tridentum mittere 29. Ianuarii 1562 Hosio scribit, eodem miserit, non constat. „Ferrariensis" tamen „theologi" librum eum nactum esse ex ipsius epistula 29. Decembris ad Hosium data colligere licet. Qui nescio an idem sit ac „Pro SS. Romano et Catholicae Ecclesiae Episcopo. Sacri veritatis testes . . adversus vitiosa, et corrupta, aut falso interpretata a Matthia Flacco Illyrico . . . Testimonia". Quem librum *Io. Th. de Roccaberti* O. Pr. a Camillo Campegio O. Pr. conscriptum esse videri iamque ex codice manu scripto bibliothecae vaticanae, qui antea [Christinae] Sueciae reginae fuerit, a se in lucem emitti affirmat (Bibliotheca Maxima Pontificia VII [Romae 1698], 133—264). Campegius sane sub id tempus et munus generalis inquisitoris ferrariensis tenuisse et Tridenti theologus concilii fuisse videtur (*I. Quétif* et *I. Echard*, O. Pr., Scriptores Ordinis Praedicatorum II [Lutetiae Parisiorum 1721], 201—202). Quodsi *Aug. de Roskovány* (Romanus Pontifex II [Nitriae et Comaronii 1867], 368) hunc Campegii librum iam a. 1555 in lucem prodisse asserit, id haud recte asseri ex hoc ipso patet, quod Flacii „Catalogus testium veritatis", quem Campegius (ut ipse in libri praefatione affirmat) refutare volebat, primum evulgatus est anno 1556 (*Wilh. Preger*, Matthias Flacius Illyricus II [Erlangen 1861], 463).

Quod autem Canisius his litteris, ut orationes aliquot Tridenti recitatae typis evulgarentur, commendavit, hoc sane constat: Sicut a. 1547 et Romae et Parisiis praeclara illa Salmeronis oratio tridentina evulgata est (*Sommervogel*, Bibl. VII, 478—479), ita annis 1562 et 1563 Patavii, Brixiae, Ripae etc. haud paucas orationes contionesque in concilio habitas, responsa patrum concilii, monumenta similia separatim in 4⁰, ut dicimus, excusa esse, ut sermones sacros a Io. Franc. Lombardo 26. Decembris 1561, Franc. a Zamorra O. Min. 22. Februarii 1562, Aug. Loscos (Loschi) O. S. B. 12. Martii 1562 habitos, orationes nomine Sebastiani Lusitaniae regis, Cosimi Florentiae ducis, septem cantonum Helvetiae catholicorum recitatas, cum responsionibus synodi (9. Februarii, 18. et 20. Martii 1562), nomina patrum concilii etc. (*L. Rosenthal*, Bibliotheca Catholico-Theologica Nona [Cat. XLIX, 2] p. 104—105). Quorum libellorum exempla complura exstant Oeniponte in Museo Ferdinandeo, Bibl. 33 h. 31; 33 h. 39.

641.

CANISIUS
ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 13. Decembris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc. subscripsit) — in cod. „E. C. I" f. 145 et sq. non sign. (n. 100) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem archetypo, scriptione tamen ad nostrae aetatis morem accommodata, transscriptum est.

Particulam (germanice) posuit *Huonder* l. c. p. 10. Epistula usi sunt *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 5, n. 171 et *Kröss* l. c. p. 146—147.

Collegiorum austriacorum dotatio. P. Carolus Grim Oeniponte sancte mortuus. Mittendus illuc, qui rebus collegii purandis operam navet; libri collegio illi empti. Iubilaeum aliaque ad concilium spectantia. Pecunia Romam mittenda. Duo primi Germaniae superioris Socii sacrae expeditioni indicae destinati. De ceteris, qui eandem petierunt, iudicium maiorum exspectatur. Socii fideles, ut ecclesiae causam Deo commendent, hortabuntur.

†

Jesus

Pax Christi nobiscum Reuerende admodum in Christo Pater.

15 Nouembris datas accepi. De collegio OEnipontano ut firmos prouentus[a] accipiat, scribam ad P. Victoriam, ut is pro alijs itidem Collegijs dotandis fundatorem Caesarem Pragae compellet. Speramus eum modo Pragam et D. Paulum[1] Viennam Deo duce peruenisse.

Absoluit tandem uitae suae pensum P. Carolus[2] foel. mem. postquam tribus egit mensibus OEniponti, quae ad statum eius Collegij pertinent, diligenter procurans. Miseram ad illum decumbentem e Monachio sacerdotem, iamque primum sacris initiatum P. Laurentium[3] Germanum. Jgitur post generalem uitae Confessionem, post sacram communionem et extremam unctionem pie susceptam, post multos labores et dolores sancte toleratos, in Domino suauiter obdormiuit 3. Decembris, uno et altero e nostris[4] Letaniam tunc recitante. Requiescat bonus Pater et de nobis bene meritus frater in aeterna pace, pro cuius anima petimus preces et sacrificia R. T. et aliorum offerrj[b] Domino ex more Societatis[5]. Quoniam uero idem P. Laurentius non

---

[a] prouentos *AB*. [b] oferrj *A*.

---

[1] Hoffaeum; vide supra p. 313. [2] Grim.

[3] Hermanutium; vide supra p. 309[9].

[4] P. Hermanutio et P. Hermete Halbpaur; vide supra p. 309. 312.

[5] Grimium, e nobili familia tirolensi ortum (*Socher* l. c. p. 94), Oenipontani „perquam honorifice in communi urbis coemeterio sepelierunt" (*Agricola* l. c. I, Dec. 3., n. 46.

satis aptus uidetur ad Collegium hoc administrandum, multoque minus M. Hermes ibidem futurus concionator saltem ad tempus, quoad D. Lambertus [1], aut similis obtingat alius tam solemni loco dignus: Jdcirco maiorem in modum oramus R. T. ut mature mittatur quispiam ad prouehenda illa, quae partim empta, partim aedificarj coepta sunt in eo Collegio, ubi nostri a Reginis et Dominis [2] summopere expetuntur. Centum aureis iam emendos libros curarunt, et tantum admonerj petunt, quibus praeterea sit opus [3]. Ex hac Prouincia quem Rectorem aut procuratorem illis inuenire possimus non uideo, nisi Rectores ipsos auocare uelimus, quod mihi difficile quidem et forte poenitendum etiam fore uidetur. Ac sane tempus esse puto, reliquos etiam qui eo mittentur, designandi, de quibus ego iam ante saepius memini quales expectemus [a]. Rogamus enixe R. T. ut OEnipontanj Collegij causam minime uulgarem, et preces nostras ardentes sibi curae fuisse declaret.

Jubilaeum publicabimus [4]. Faxit Dominus ut optatum fructum adferat, iuxta piam Pij Pontificis expectationem. Gaudemus indies augeri numerum Episcoporum Tridenti. De P. Generale et Jndianis literis auide expectamus.

Pecuniam Caesaris et collectam breui mittemus [5]. Ex Moguntia nihil accepimus. et rarius ad nos illi scribunt.

Visum est Patribus Jngolstadiensibus [6] et mihi, ex omnibus, qui ad Profectionem Jndianam paratos animos exhibuerunt, duos nunc deligendos esse, Nicolaum Seruatium, in humanioribus literis bene uersatum, corpore non parum robustum, et magno ad hoc iter spiritu inflammatum, ut eius literae adiunctae satis testantur [7]. Ac praeterea

[a] expectamus *B.*

[1] Auer.

[2] A magistratibus caesareis sive „dominis de regimine“ et „de camera“; cf. supra p. 165 [2]. 169. 247. [3] Cf. infra, monum. 321. 323—325.

[4] Pius IV. litteras apostolicas Roma 15. Novembris 1561 dederat, quibus fideles omnes, plena indulgentia in forma iubilaei, ut dicimus, oblata, vehementer hortabatur, ut, postquam litterae illae ad eorum notitiam pervenissent, altera duarum hebdomadarum sequentium ieiuniis, orationibus, stipis largitione, sacramentorum paenitentiae et eucharistiae susceptione prosperum concilii tridentini successum a Deo impetrare studerent. Litteras illas (haud integras) posuerunt *Raynaldus* l. c. in a. 1561 n. 10 et (ex eo) *Jud. Le Plat*, Monumentorum ad Historiam Concilii Tridentini . . spectantium . . collectio IV (Lovanii 1784), 735—736. Quas Canisius 14. Decembris 1561, quae „Dominica III. Adventus“ erat, Augustae ex aedis maximae suggestu promulgavit; vide infra, monum. 248. [5] Cf. supra p. 299. 300.

[6] Lanoio, Cuvillonio, Pisano, praepositi provincialis „consultoribus“.

[7] Cf. *Can.* Epp. II, 345. Nicolaus Servatius, luxemburgensis, m. Septembri 1560 Roma in Germaniam superiorem missus (*Can.* Epp. II, 729), sub m. Maium 1561 in collegio monacensi „3[ae] classis gramm. praeceptor“ erat (* Catalogus collegii monacensis, sub m. Maium a. 1561 a P. *Theodorico Canisio* rectore Romam missus. Cod. „G. Ep. II“ f. 153[a]. Cf. similem * Catalogum ab eodem scriptum, anno non ascripto. Cod. „G. C. 67“ p. 159).

Theodorum[1] ante menses aliquot ex Vrbe missum Viennam, qui Romae ad hanc profectionem se magnopere commouerj declarauit. Prior Lutsenburgensis est, alter flander. Vnde utrique scripsimus, ut Viennae coniuncti (Nicolaus enim Pragae uersatur) recta Genuam petant, in Lusitaniam transeuntes. Respiciat Dominus hanc oblationem nostram[2], quae postrema non erit ad iuuandam Jesu societatem apud Jndos. De reliquis, qui se ad laborem eundi offerunt, minus nobis pollicemur, licet quosdam ad sui abnegationem hoc utiliter petere iudicemus. Qua de re iudicium R. T. libenter expectamus. Apparet quosdam non adeo firmos et in spiritu exercitatos esse, quemadmodum uellemus, ac ueremur ad rem arduam aggrediendam eos committere[a], quorum uirtus nobis satis probata non est.

Quod ad auditores in concionibus et poenitentes in Confessione admonendos[3] attinet, sequemur pium et sanctum hoc P. Generalis Consilium. Commendamus nos maiorem in modum R. T. precibus et sacrificijs eique precamur nouum et faelicem annum cum utriusque hominis incolumitate, qua etiam egebit proculdubio in synodo Tridentina. Dominus Jesus Ecclesiae suae, et nostrj propitius misereatur.

Augustae 13 Decembris 1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre Jl Padre M. Jacomo Laynez Praeposito Generale della Compagnia di JESu. In Roma.

Salmeron Canisio rescripsit 3. Ianuarii 1562.

642.

CANISIUS
P. FRANCISCO PALMIO S. J.,
collegii bononiensis rectori.

Augusta Vindelicorum sub medium m. Decembrem 1561.

Ex *Palmii* epistula archetypa. Cod. „Epistolae Italiae 2." f. 233[b].

De pecunia nobili cuidam polono data mutua.

P. Franciscus Palmius S. J., collegii bononiensis rector (de quo v. supra p. 203. 204), Bononia 31. Decembris 1561 Romam ad Salmeronem vicarium generalem scripsit: „Jl Padre maestro Canisio mi scriue come jl padre Giouanne Vitoria ha scritto à V. R. che de certi dinari del colegio di viena che costi tengono ci pagino sette scudi d' oro che per ordine suo furno jmprestati à vn Giouane polaco[4] che passo di qua qual tiene vn fratello nella compagnia."

[a] *Ita B;* comittere *A.*

[1] Theodoricum Canisium Petri nepotem? De quo plura infra. [2] Eccli. 34, 23.
[3] Admonendi erant de ecclesiae rebus Deo vehementer commendandis; vide supra p. 297. [4] Ioanni comiti Rosdracevio; vide supra p. 204.

643.

CANISIUS
THOMAE BUSAEO,

collegialis ecclesiae S. Stephani noviomagensis canonico[1].

Augusta Vindelicorum 16. Decembris 1561.

Ex apographo, eodem fere tempore Coloniae a P. *Leonardo Kessel*, collegii coloniensis rectore, scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1561 f. 43ᵇ—44ᵃ.

Epistulam primus evulgavit *Hansen* l. c. p. 411. Qui eam ad Theodoricum Busaeum noviomagum datam esse censet, quem Busaeorum, qui Societatem Iesu ingressi sunt (Ioannis, Petri, Theodori), patrem fuisse coniectat.

Bullam iubilaei mittit. Busaeum laudat. Augustae res suas prospere succedere. Preces petit. Pium IV. curiam reformare et concilii rebus diligenter prospicere. Busaeum rogat, ut iubilaeum Noviomagi promulgandum et commendandum curet. Contra supremam illam Petri cathedram impios frustra conspirare. Theodoricum Canisium laudat. Propinquos ac cives omnes fidei catholicae ac concordiae studiosos esse cupit. De concilii episcopis et oratoribus nova refert.

Etsi occupationes meae vix ferant, vt literis mittendis dem operam, tamen charitas excitat, vt vna cum Apostolica bulla[2] scribam aliquid . praesertim ad amicissimum virum, cui me, fratres[a], et amicos omnes, haud parum debere scio.

Ac de nostris quidem rebus, quas ad suam gloriam dominus indies magis magisque prosperat, dicere supersedeo. tuis ac tuorum egemus hic precibus, vt in medio luporum[3] simul et oues simplices, et serpentes sapientes esse possimus[4] Christi summa benignitate, qui promouere et sanctificare dignetur hoc suum opus et ministerium nostrum ad quod sumus vocati[b][5].

Erit autem apud amicos Xenij loco, vt spero et opto, magnum illud Pontificis Maximi beneficium, quod electis offertur omnibus, et singularem summi pastoris arguit vigilantiam in pascendo Catholico grege[6]. Nec video qui possint oues Christi censeri, qui tam piam, pij pastoris vocem negligunt[7], dum ad Christianae pietatis officia Christianos omnes in re tam graui, sancta et necessaria excitat.

Idem reformandae curiae Romane nunc dat operam[8]. Concilij

---

[a] fratrem *H.* [b] arciti *H.*

---

[1] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Ex iis, quae sequuntur, facile cognoscitur, bullam „iubilaei" significari, Roma 15. Novembris 1561 concilii iuvandi gratia a Pio IV. datam; de qua vide supra p. 328[4]. [3] Matth. 10, 16. [4] Cf. Matth. 10, 16. Luc. 10, 3.

[5] Cf. Act. 13, 2; 16, 10; 20, 24. Gal. 1, 15. Eph. 4, 12 etc.

[6] Cf. Io. 21, 15—17. [7] Cf. Io. 10, 2—5. 26. 27.

[8] Pius IV. paulo ante congregationem cardinalium, quae rebus concilii et reformationi „conclavis", datariae etc. operam daret, instituerat; qui cardinales cum theologis aliisque doctoribus bis singulis hebdomadis congregabantur (*Sickel*, Trient p. 242. *On. Panvinius* O. Er. S. Aug., Historia B. Platinae de vitis Pontificum

vero Tridentini eam rationem habet, vt varijs e[a] nationibus maximos et lectissimos viros coegerit, nihil intentatum relinquens, quod ad reformandam et tranquillandam Christi Ecclesiam pertinet, Episcopos modo centum conuenisse audiuimus, mittit suos etiam gallia, quae nunc habet rectius, quam sectarij velint.

Efficiat queso tua pietas, vt quemadmodum Augustae factum[1] est, apud vos etiam Indulgentiae vtiliter publicentur, pijque permoueantur ad excitandum e somno Christum in hoc graui praesentique naufragio[2].

Agnoscamus et reuereamur eam potestatem, qua in terris maior esse non potest, et quam diserte Christus petro Apostolorum principi demandauit[3]. Super hanc petram qui fundatus non est, arundo esse potest[4], Christianus non potest, aduersus hanc petri Cathedram omnes impiorum artes, fraudes, et vires frustra conspirant.

Salutabis ex me, sorores, fratres[5], amicos, quibus precor in Catholica fide constantiam, in veteri maiorum pietate studium et ardorem perpetuum, tum charitatem vere fraternam, qua se mutuo complectantur.

Recte habet Doctor Theodoricus[6], qui cum laude nostris Monachij praeest.

Dominus Iesus suam nobis gratiam augeat, vt ipsi vbique gentium inseruire, et multis ad eius gloriam commodare possimus . nihil mihi futurum est isthic gratius, quam vt respublica vestra in Catholica religione sincera, pacisque et concordiae studiosa, nullum sectarijs et factiosis locum reliquisse videatur.

Oret pro me dominum pietas tua, vt cursum vocationis huius rite consummem[7].

Augustae 16 Decembris 1561.

P. Canisius.

In Concilio adest patriarcha Hierosolimitanus[8], et 3 Episcopi greci, adfuturi breui[b] dicuntur 16 Episcopi ex gallijs, cum oratore

[a] et *H.* [b] breviter *H.*

Romanorum [Coloniae 1600] p. 438—439). Litteras reformationis Rotae romanae, Poenitentiariae apostolicae, tribunalis Camerae apostolicae etc. sub id tempus a Pio IV. datas vide in *Bullario* Romano VII (Neapoli 1882), 155—158. 193—197. 203—207. 214—227.

[1] Vide infra, monum. 236—239. 248.

[2] „Motus magnus factus est in mari ita, ut navicula operiretur fluctibus; ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius, et suscitaverunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus": Matth. 8, 24. 25.

[3] Cf. Matth. 16, 13—19. Io. 21, 15—17.

[4] Cf. Matth. 7, 24; 16, 18. Luc. 7, 24.

[5] Horum nomina vide *Can.* Epp. II, 481[6]. [6] Canisius.

[7] Act. 20, 24. 2 Tim. 4, 7. [8] Antonius Elio iustinopolitanus.

regio [1]. Caesaris oratores [2] ad 15 Januarij expectantur quibus praesentibus initium dabitur Concilio.

P. Leonardus Kessel epistulae apographo a se scripto inscripsit: „P. Canisius, D. Thome Buseo.“ Cui inscriptioni congruit, quod Canisius ei, cui scripsit, bullam iubilaei misit et, ut eam Noviomagi promulgandam curaret, ab ipso petiit. Thomas „Buijs“ (quae familia Canisiis propinquitate iuncta erat; vide *Can.* Epp. I, 544[3]) a. 1536 Xanti (Xanten, nunc provinciae rhenanae regni borussici) canonicatum habebat; quo a. 1541 se abdicavit; Noviomagi autem capituli collegialis S. Stephani canonicus primum, deinde decanus fuisse et in templo S. Stephani, quod Noviomagi praecipuum erat, parochi munus administrasse videtur; anno certe 1564 eum et decanum et parochum ibidem egisse significat *L. H. Chr. Schutjes*, Geschiedenis van het Bisdom 's Hertogenbosch V (St. Michiels-Gestel 1876), 242. Nescio autem, num hic Thomas idem sit ac „Thomas Buijss“, frater Theodorici et Lamberti Buijss, qui in litteris quibusdam publicis Noviomago 6. Maii 1570 datis comparet apud *J. G. Ch. Joosting*, Inventaris van het Oud-Archief der Nijmeegsche Broederschappen (Nijmegen 1891) p. 296, n. 1072.

Equidem existimo, Canisium has litteras, easque apertas, Coloniam ad P. Keselium misisse ab eoque petisse, ut eas una cum bulla iubilaei Noviomagum secure perferendas curaret.

644.

ALPHONSUS SALMERON,

Societatis Iesu vicarius generalis,

CANISIO.

Roma 20. Decembris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „P. Canisio.“ Cod. „Germ. 1561“ f. 32[b]—33[a].

Canisii arbitrio permittitur de P. Hurtado Perez statuere. P. Victoriae „superintendentia“ ad rem tantum familiarem collegiorum pertinet; qui ceteris rebus se immiscere vetatur. De P. Auer ex Austria abducto caesar placandus est. Socii aegroti. Primus rector oenipontanus. Socii bohemi Romae maturescunt. Acta concilii ephesini.

Pax christi.

Riceuemo quella di V. R. di 30. del passato, et si è uisto il parer del P. D. Lanoy circa il mandar à Pragha maestro Ludouico [3], in luogho del P. Vrtado [4], che è necessario in Vienna ò secondo scriue

---

Pax Christi. R. V. litteras die 30. mensis superioris datas accepimus, et legimus, quae P. D. Lanoius se sentire scripsit de magistro Ludovico [3] Pragam mittendo pro P. Hurtado [4], qui, ut ipse quidem scribit, Vindobonae, vel, ut D. Victoria

---

[1] Caroli IX. Galliae regis oratorem praecipuum in concilio egit Ludovicus de Saint-Gelais, dominus de Lansac.

[2] Ferdinandus I. oratores ad concilium missurus erat: Ex ordine ecclesiastico: Antonium Brus, archiepiscopum pragensem, et Georgium Drascovich (Dráscovics), episcopum quinqueecclesiensem; ex laicis: Sigismundum de Thun; quem Ferdinandus ineunte a. 1562 in locum Nicolai liberi baronis de Pollweiler, quem primum ei muneri destinaverat, substituit (*Sickel*, Trient p. 228—229). [3] Bacretio; vide supra p. 308. 313.

[4] „P. Mag. Hurtadus perez Rectoris Conciliarius, orationis ac studiorum praefectus, Hispan.“: *Catalogus* collegii vindobonensis sub m. Octobrem a. 1561 ibidem excusus (*Sommervogel*, Les Jésuites etc. f. C 3[a]).

il D. Vittoria à Tirnauia . et per le ragioni tanto scritte da V. R. quanto da Vienna, pare à questi Padri che resti detto P. Vrtado, hor in uiena, hor in Tirnauia, hor in far uno esercitio, hor in altro secondo che meglio parera à .V. R. et che uadi ad aggiutar il D. Enrico il detto Maestro Ludouico [1]. La superintendentia del P. Vittoria si estende per tutti li tre Collegij: di Vienna, Tirnauia, et Pragha. Ma se intende solo nelle cose temporali di essi . et non nel gouerno, ne in altre cose appartinenti al spirito, lettere, et costumi, de i nostri . perche il total gouerno sara appresso de i Rettori et lui non si hauera de impacciare in quello, ma solamente à procurar entrata et ad hauer cura delle fabriche et alle prouisioni del uitto et vestito di detti Collegij . et cossi glielo potra scriuere V. R. Quantunque anchora di quà hoggi se li scriue.

Essendo il D. Lamberto [2] destinato gia per Maguntia, et non ce essendo adesso persona che senza grande scomodo si possa mandare, in suo luogho, bisognera che si dia sodisfattione all' Imperatore con buone parole . poiche se si è leuato questo padre se ne mandato in suo luogho dopo la sua partita, non uno solo, ma più come il Padre D. Gaen [3] et Francesco Sognier [4] morales [5] etc . et non si man-

---

scribit, Tyrnaviae necessarius est; et tam propter rationes a R. V. propositas quam propter eas, quae Vindobona missae sunt, hisce patribus placet, patrem illum Hurtadum vel Vindobonae vel Tyrnaviae degere et vel huic rei vel alteri operam navare, prout R. V. optimum visum erit, ac magistrum illum Ludovicum ad D. Henricum adiuvandum proficisci [1]. P. Victoriae superintendentia ad tria ista collegia pertinet: vindobonense, tyrnaviense, pragense. Quod tamen de sola eorum re familiari negotiisque externis dicimus, non de iisdem regendis neque de aliis rebus, quae ad nostrorum pietatem, litterarum studia, mores spectant; nam regendi potestas curaque omnis penes rectores erit, neque ipsi iis rebus se immiscere licet, sed tantum ipsius erit curare, ut collegia illa reditum habeant, et eorum aedificiis consulere ac victum vestitumque iis providere. Atque ita R. V. ipsi poterit scribere; quamquam hinc quoque hodie ei scribitur.

Cum D. Lambertus [2] iam destinatus sit Moguntiae, neque nunc, quem sine gravi incommodo in eius vicem mittamus, habeamus, imperatorem modestis et benignis verbis placetis necesse est. Quod enim pater ille istinc abductus est, in eius vicem post eius discessum non unus tantum, sed complures, ut pater D. Jaen [3] et Franciscus Sunier [4] et Morales [5] etc., missi sunt. Et cordi nobis erit, etiam alios,

---

[1] Bacretius igitur collegii pragensis, cui P. Henricus Blissemius tunc praeerat, „ministrum“ agere iussus est. [2] Auer.

[3] P. Ferdinandus Jaen; vide supra p. 227 [4].

[4] Franciscus Sunierius (Sunnerius, Sunier), barcinonensis († 1580), hoc tempore „praefectus domus conuictorum“ et „Lector“ „Logicorum secundi Anni“ in collegio vindobonensi erat (Catalogus supra p. 332, adn. 4, memoratus, apud *Sommervogel*, Les Jésuites f. C 3[b]). Qui postea Socios Vilnam induxit et provinciam Societatis polonicam primus praepositus provincialis administravit (*Stan. Rostowski* et *Io. Martinov* S. J., Lituanicarum Societatis Jesu Historiarum libri decem [Parisiis et Bruxellis 1877] p. 13. 32. 51. 88 etc. Ks. *Jana Wielewickiego* S. J. Dziennik spraw domu zakonnego OO. Jezuitów u ś. Barbary w Krakowie I [Kraków 1881], 6. 12).

[5] De Gabriele Morales vide *Can.* Epp. II, 729.

cara anche di mandar altri sempre che ci sia la commodità, per sodisfare al meno in buona parte allo obligo che a sua Maiesta tiene la Compagnia[a].

Prouinciae R. V. philosophiae et litterarum graecarum magistri mittentur.

Non si è mancato de raccomandar à Dio (come la Charita lo ricercha) tanto il P. Luca[1], quanto il P. Carlo grin[2], di cui indispositione desideriamo sapere se si sono riauuti, ò no.

Oenipontem ante proximum ver Socios hinc mittere non possumus. R. V. istic, quos eo mittat, iam paret. Se piacesse à Dio toglierne il P. Carlo, non sappiamo chi altro mandare per Rettore ma hauera piaciuto à Dio restituirli la sanità per sua gloria[3].

Se fin adesso non si è mandato uerso coteste bande niuno delli bohemi che qui sono, è stato perche non erano ancora maturi, ma gia cominciano à poco à poco à maturarsi, et forse à questa primauera se ne mandara qualchuno uerso Alemagna.

Gia l' altra settimana si cominciorno a mandare alcuni luochi correcti del Concilio ephesino[4]. et forse hoggi se ne mandara qualche altro, et non si può correre piu in fretta per diuerse cause. non mi resta altro che dire[b] in questa, se non in[c] [?] raccomandarci molto

---

quotiescumque commode poterimus, istuc mittere, ut maiestati suae, cui Societas tantum debet, saltem aliquantum satisfaciamus.

Provinciae [etc., ut supra].

Non omisimus Deo (id quod caritas exigit) tam P. Lucam[1] quam P. Carolum Grim[2] commendare; qui utrum ex infirmitatibus convaluerint necne, certiores fieri cupimus.

Oenipontem [etc., ut supra]. Quodsi forte Deo placuerit P. Carolum inde auferre, quem alium eodem mittamus rectorem nescimus; sed speramus fore, ut Deus sanitatem ei, gloriae ipsius amplificandae gratia, clementer restituere voluerit[3].

Quod nemo adhuc ex Bohemis, qui hic sunt, in regiones istas missus est, ideo non sunt missi, quia maturi nondum erant; sed iam paulatim maturitatem capere incipiunt; et fortasse hoc vere aliquis eorum Germaniam versus mittetur.

Hebdomade superiore iam loca aliquot concilii ephesini correcta[4] istuc mittere coepimus, et fortasse hodie aliquot alia mittemus. Quominus autem magis properemus et festinemus, varia impediunt. Neque iam aliud, quod in his litteris dicam, habeo,

---

[a] *Ut aut ita corrigatur, aut legatur:* che la Compagnia tiene a *[vel* alla*]* sua Maiesta, *res ipsa exigit;* che sua Maiesta tiene alla Compagnia *ap.*

[b] altro che dire altro *ap.*

[c] *Sic ap.; sed* in *aut delendum aut in* il *mutandum videtur.*

---

[1] Molitorem. [2] Vide supra p. 309.

[3] Haec verba ostendunt, P. Carolum Grim (quem 3. Decembris e vita cessisse Salmeron nondum cognoverat; vide supra p. 327) primum collegio oenipontano rectorem destinatum fuisse. Atque idem in Grimii *„Elogio“ haud multo post a P. *Ioanne Dyrsio* S. J. conscripto asseritur (Cod. „G. Ep. II“ f. 357[b]).

[4] Vide supra p. 302—303. 323.

tutti nelle orationi di V. R. et di tutti quelli di sua Prouincia. di Roma li 20. di decembre 1561.

---

nisi ut nos omnes R. V. et omnium, qui de ipsius provincia sunt, orationibus vehementer commendem. Roma 20. Decembris 1561.

Nota: Quoniam in his litteris Salmeronis vicarii (qui actorum ephesinorum versionem ipse emendavit; vide supra p. 323) mentio non fit singularis, sed tantum „hi patres“ commemorantur, Salmeronem ipsum litteras vel scripsisse vel saltem subscripsisse arbitror; vide supra p. 213—214.

645.

CANISIUS
ALPHONSO SALMERONI,
vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 20. Decembris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius extrema verba (a „Seruus“ ad „procuratorem“) sua manu scripsit — in cod. „E. C. I“ f. 147 (n. 101) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem archetypo transcriptum est.

Litterarum particulam (germanice) posuit *Janssen* l. c. IV, 416. Iisdem usus est *Kröss* l. c. p. 147.

Collegio oenipontano quam primum rector administratorque mittendus. Socii quidam. Pecunia a caesare et aliis donata. Augustae ex iubilaeo magnus fructus colligitur.

Pax Christi nobiscum Reuerende Pater

Accepi 29 Nouembris datas cum adiunctis, quas P. Euerardo[1] Prouinciali mittendas curaui.

Ex literis Oenipontanis huc scriptis, et alias graues ob causas necessarium plane iudicamus, ut Oenipontani Collegij administrator sit aliquis et Rector, quam fieri citissime potest. Non est duobus qui nunc illic adsunt, nouitijs sacerdotibus D. Laurentio et M. Hermeti ea prudentia et authoritas, quam locus tempusque requirunt[2]. Vnde rursus ob Christi amorem oro, ut Rector aliquis eo breui mittatur, a quo nostrj quoque adiuuentur, et grauia que incidunt negotia prudenter[a] curentur, ob noua presertim edificia quae parantur, rectius prouehenda. Gaudemus clementer actum esse cum P. Dauide[3], et nostris etiam non minus consultum putamus hac dimissione.

---

[a] prudentes *A*.

---

[1] Mercuriano.

[2] Laurentius Hermanutius, qui sub a. 1557 Societati se dederat (*Can.* Epp. II, 503[5]), et Hermes Halbpaur, sub a. 1552 in eandem admissus (l. c. p. 390[2]), novicii erant in sacerdotio, quod paulo ante susceperant; cf. supra p. 244. 309[9].

[3] Eckio. Cf. supra p. 305.

Nunc parata est summa 500 (ni fallor) coronatorum[1], quos D. Velseri illico numerandos isthic curabunt. Moguntini nihil misere. Hoc quicquid est ex Caesaris liberalitate et huius Prouinciae Collecta mittitur. Oramus, ut boni consulatur, quod pro nostra tenuitate offerimus chariss. Fratribus.

Augustae magnus colligitur fructus ex Jndulgentijs[2], ut nunc simus occupatissimi. Plures enim solito ad Ecclesiam Christj redeunt, plures etiam confessionis petunt Sacramentum. Benedictus Deus, qui suam nobis gratiam augeat, per s. orationes et sacrificia R. T. cui nos et Oenipontanum Collegium unice commendamus. Augustae 20 Decemb. 1561. Seruus in Christo Canisius.

Pecuniam 500 coronatorum numerabit Balthasar Olgiati nomine D. Velserorum, qui suas adiungent ad eundem procuratorem.

† Reuerendo admodum in Christo Patrj Jacobo Laynez Praeposito generalj Societatis Jesu, Patri digniss. Romae.

Salmeron Canisio rescripsisse videtur 10. Ianuarii 1562; vide infra p. 353.

646.

CANISIUS

P. FRANCISCO PETRARCHA S. J.,

secretarii et procuratoris S. J. adiutori.

Augusta Vindelicorum 21. Decembris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Pietro" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I" f. 148 (n. 102) posito exscriptum est. Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 a P. *J. Boero* S. J. ex eodem archetypo transcriptum.

Pecunia Romam missa. Orandum pro Sociis germanis.

†

Pax Christi nobiscum.

Charissimo fratello. Se mandino 500 coronati per li nostri come io scriuo al Reuerendo Padre nostro[3]. Onde prego che vogliate hauer cura de pigliar questi quadrini de M. Baltasar Oliuati[a] [4] [?], et pregar

† Pax Christi nobiscum. Carissime frater. Coronati 500 in usum nostrorum istuc mittuntur, ut reverendo patri nostro[3] scribo. Quare facite, quaeso, ut pecuniam istam a domino Balthasare Olivati[4] accipiatis et pro nostris, qui in Germania sunt,

[a] *Ita A;* Olivati *B. Cf. infra, adn. 4 huius pag.*

[1] 500 Coronae „pontificiae" (pontificias sive romanas significari ex postremis huius epistulae verbis collegeris) tunc 8849 fere marcas sive 10 928 francos aequasse videntur (*Steinherz* l. c. p. 6—7). [2] Iubilaei; v. supra p. 328[4].

[3] Salmeroni vicario generali.

[4] Ex Canisii litteris superioribus liquet Olgiatum significari; qui utrum etiam „Olivatus" vocatus sit necne nescio. Cf. supra p. 200.

per li nostri d' Alemannia . accio possiamo far la Santa volonta del Signor et delli superiori interamente. Non altro se non che me recommendo spetialmente nelle uostre orationi, et desidero che mi vogliate salutare li RR. padri et fratelli charissimi. Jddio sia con noi in questo nouo anno per emendarci da uero et con nuoue forze alla suoa gloria. D' Agusta 21 Decemb. 1561

Fratello Pietro Canisio.

†

Al mio Charissimo in Christo fratello M. Francisco Petrarcha della compagnia di JESV. In Roma.

---

orate, ut domini et superiorum sanctam voluntatem integre exsequi possimus. Neque aliud dicam, nisi me orationibus vestris singulariter me commendare atque a vobis petere, ut reverendis patribus istis et carissimis fratribus salutem meis verbis nuntietis. Deus novo hoc anno nobiscum sit, quo vere et novis viribus nos emendando ipsius gloriam amplificemus. Augusta 21. Decembris 1561.

Frater vester Petrus Canisius.

† Carissimo in Christo fratri meo M. Francisco Petrarchae Societatis Iesu. Romae.

Nota: Et haec inscriptio et litterae ipsae ostendunt, Canisium existimasse, Petrarcham (quem fortasse a. 1557 vel 1558 in Italia cognoverat) sacerdotio nondum initiatum esse; at sacerdos iam fuisse videtur; vide supra p. 213.

647.

CANISIUS

ANTONIO BRUS A MUGLITZ,

archiepiscopo pragensi et magistro generali ordinis Cruciferorum cum rubea stella.

Augusta Vindelicorum 22. Decembris 1561.

Ex archetypo a P. *Guilielmo Elderen* S. J. scripto; cui Canisius ipse nomen („Seruus“ etc.) subscripsit (2°; 1½ pp.; in p. 4. inscr. et sig.). Exstat Pragae in archivo archiepiscopali, Soc. Iesu, Fasc. 3, n. 16 (Miscell.).

Epistulam ita, ut litterae ipsi scripturae assimilarentur, exprimendam et evulgandam curavit R. D. Dr. *Ant. Podlaha* in „Časopis katolického duchovenstva“ sive Libello periodico in usum cleri catholici, bohemice scripto, XXXVIII. 10 (V Praze 1897). Eadem usus est *Kröss* l. c. p. 133.

Gratias ei agit, quod sibi scripserit et Sociis faveat. Optima ex eo sperat, quod Brus et archiepiscopus pragensis et caesaris in concilio orator constitutus sit. Haereticos per concilium ad ecclesiam reductum iri sperat. Dolet quosdam ecclesiae afflictae non succurrere. Libros quosdam theologicos mittet.

Jhesus.

Pax Christi nobiscum Reuerendissime in Christo Pater.

Reuerenter accepi literas amplitud. tuae, quibus et suam in me ac nostros beneuolentiam haud obscure declarat. Precor itaque maiorem in modum, ut pro hac singulari pietate quos semel amplecti dignata

est, eos continuo fauore, studio et amore prosequi non grauetur, hoc praesertim tempore, quo nostri Cels. tuae opera si antehac unquam, in prouentibus Collegio [1] constituendis egent.

Quod ad susceptam hanc insignem functionem attinet, bona mihi spes est fore, ut indies magis ac magis Bohemia sentiat, talem Archiepiscopum in utraque Repub. sibi praesidium, decus ac lumen adferre, uerumque Pastorem praeesse simul et prodesse tam diu uiduatae Ecclesiae. Et gratulor nobis de prudenti Caesaris consilio, cui ita uisum est tandem, ut amplitudini tuae locus in synodo eximius detur [2]. Nec dubito, quin ea dignitas Germaniae nostrae et Caesareae Maiestati fructum allatura sit Domino cooperante [3], qui hoc praeclarum et Ecclesiae necessarium institutum, ad suam fortunet gloriam. Vtinam aetate nostra primum Calixtinos [4], deinde sectarios omnes Ecclesiae matrj cernamus restituj. Graue id quidem, et multis incredibile uidetur. Sed uincit summa bonitas extremam hominum malitiam. Nec raro uertit aeterna sapientia in suam gloriam humanam insipientiam. Quis credat irritum fore conatum tantorum praesulum, qui in Christi nomine uocati legitime conuenerunt? [5]. Non dormit interim Judas cum sua cohorte, qui uel inuitum Petrum excubias agere cogit [6]. Mirum, quosdam tanto adhuc torpore oppressos, in summa tempestate uel dormire, uel perniciose uigilare. Respiciat Dominus fluctuantem Petri nauiculam eiusque gubernatores siue dormientes, siue uigilantes [7].

Opus Waldensis [8], Gersonis et Innocentij libros [9] mitterem, quamquam non omnia illa reperiantur si mittendj oportunitas hoc tempore contingeret. Sed audio aduentum amplitud. tuae Tridenti desiderarj, breuique futurum existimarj [10].

Nouum, salutarem uereque foelicem annum ex animo precor amplitudinj tuae, cuj me nostrosque isthic omnes etiam atque etiam commendatos uelim. Augustae 22. Decembris M. D. LXI.

Seruus in Christo P. Canisius.

[1] Pragensi; vide supra p. 314—315. 317.

[2] Brus in concilio tridentino praecipuus caesaris legatus sive „orator" designatus erat; vide supra p. 332 [2]. [3] Marc. 16, 20.

[4] Husitas; qui sacrum calicem laicis quoque dari volebant.

[5] Cf. Matth. 18, 20. [6] Cf. Matth. 26, 36—50. Marc. 14, 32—45 etc.

[7] Cf. Matth. 14, 23—33. Canisius episcopos quosdam Germaniae significat; vide supra p. 319.

[8] Thomae Netter († 1430), ex Walden, Angliae vico, orti, „doctoris praestantissimi", ordinis Carmelitarum, „Doctrinale antiquitatum fidei ecclesiae Catholicae adversus Wiclevitas et Hussitas" (Parisiis 1521—1532, Salmanticae 1556 etc.). Plura apud *Hurter*, Nomenclator IV, 678—679 et in [Cosmae a S. Steph. Villiers O. Carm.] „*Bibliotheca* Carmelitana" II (Aurelianis 1752), 824—826.

[9] Aut Innocentii III. (de Gersone dicere opus non est) libros, ut „De contemtu mundi sive de miseria humanae conditionis" et „De sacro altaris mysterio" etc., aut Innocentii IV. „Apparatum super quinque libros Decretalium".

[10] Brus 3. Ianuarii 1562 Praga profectus 31. Ianuarii Tridentum advenit (*Sickel*, Trient p. 229).

Reuerendissimo in Christo Patrj ac Domino, D. Anthonio Electo et confirmato Archiepiscopo Pragensj etc. Patrono singularj obseruantia semper colendo. Pragae.

648.

SEBASTIANUS ZOTT DE PERNEGG,

regiminis Austriae superioris consiliarius,

CANISIO.

Oeniponte sub finem m. Decembris 1561.

Ex apographo (A) huius litterarum partis, eodem fere tempore in collegio S. J. coloniensi scripto. Cod. „Litterae Quadrimestres Prouinciae Germaniae inferioris ex Anno 1561 in A. 1566“ (descriptus ab *Hansen* l. c. p. xxvii—xxviii) P. II. in a. 1562. Qui codex Coloniae in archivo ecclesiae parochialis Beatae Mariae Virginis in caelum assumptae asservatur.

Apographum (B) recens (sub medium saec. XIX. Monachii, ut videtur, scriptum) exstat in cod. „Germ. Sup. Fund. IV.“ f. 62[b]—63[a].

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 147.

P. Hermetem Halbpaur ob eloquentiam, doctrinam, fidei studium sibi valde carum esse.

— — Misisti ad nos M. Hermetem [1], virum exoptatissimum, quem non solum pro concione, siue corona grauiter disserentem, sed etiam priuatim saepe, ac multum audiui; et quasi phidiae signum simulac aspectum, probatum fuit [2]. Est sane laude tua, quamuis a laudatissimo viro proficiscatur, fere maior, philosophus acutus, orator vehemens, Theologus profundus, propugnator demum [a] fidei orthodoxae acerrimus iuxta [b] ac feruentissimus . Is profecto me sibi ita [c] deuinxit, vt illum non minus prope, quam te, diligam, ac colam [d]. — —

Haec epistulae pars litteris quadrimestribus collegii ingolstadiensis Ingolstadio 3. Ianuarii 1562 a *Georgio Crispo* (Kraus) S. J. datis inserta est. Qui sic praefatur: „Nunc vero idem [M. Hermes Halbpaur] Oenepontum a Patre prouinciali missus singulari cum gratia concionatur. Sic enim de illo scribit vnus vel praecipuus illic Caesaris Consiliarius ad D. Canisium.“ Consiliarium autem illum fuisse Sebastianum Zott de Pernegg, e „regimine“ Austriae superioris (cf. *Hirn* l. c. II, 463[4]), ex eo conicio, quod in antiqua illa **Historia* collegii oenipontani affirmatur, collegii praecipuos fautores (sub a. 1562) Christophorum Kleckler cancellarium tirolensem et Sebastianum Zott fuisse, qui „a Caesare ipso Collegij nostri primi protectores dati“ essent (Cod. „Hist. coll. Oen.“ p. 3). Ac Zotto Canisium sat familiariter usum esse, ex ipsius litteris 21. Augusti 1563 ad Zottum datis intellegitur. De quo *Hosius* Monachio 13. Aprilis 1560 ad Christophorum cardinalem Madrutium scripsit: „Expostulavi ea de re cum uno ex Regentibus, Domino Sebastiano Goth, quem ego

---

[a] uerae *B.* [b] *B. om.* iuxta. [c] ita me sibi *B.* [d] calam *B.*

---

[1] P. Hermes Halbpaur sub initium m. Decembris 1561 Canisii iussu Ingolstadio Oenipontem ad contiones habendas venerat; vide supra p. 309. 312.

[2] „Q. Hortensi admodum adolescentis ingenium, ut Phidiae signum, simul aspectum et probatum est“: *Cicero*, Brutus c. 64. Videtur autem Cicero de Iove Olympio loqui, quem Phidias insignis ille statuarius atheniensis finxit.

virum doctum et citra dubitationem ullam catholicum esse iudico" (*Steinherz* l. c. p. 12). Atque *Henricus Pantaleon*, medicus basileensis isque protestans, a. 1566 palam testatus est, eum „singulari dexteritate" officio fungi et „ab omnibus bonis ob multas animi uirtutes agnosci": Prosopographiae Heroum Germaniae Pars tertia (Basileae 1566), p. 460.

Ex epistula hac, Oeniponte Augustam ad Canisium atque ab hoc, partim saltem, ad ingolstadienses Socios ita missa, ut ab his 3. Ianuarii 1562 litteris quadrimestribus inseri posset, satis certe colligi posse videtur, *F. I. Lipowsky* minus recte affirmare, P. Halbpaur Oeniponte die festo Nativitatis Christi primum sermonem sacrum habuisse (Geschichte der Jesuiten in Tyrol [München 1822] p. 13). *Agricola* eum „sub ferias Christi Natalitias concionari coepisse" scripsit (l. c. I. Dec. 3, n. 46), usus fortasse **Historia* illa collegii oenipontani, in qua eum sub id tempus in parochiali ecclesia (fortasse antea ex aliis suggestibus dixerat) contionari coepisse narratur (Cod. „Hist. coll. Oen." p. 2). Oenipontem certe missus erat, ut sacro Adventus tempore contionari inciperet; vide supra p. 311—312.

Epistulam hanc fortasse P. *Guilielmus Elderen* S. J. significat, cum Augusta 13. Ianuarii 1562 Socio alicui coloniensi *scribit: Oeniponte „M. Hermetem . . concionatorem . . maxima cum laude suo satisfacere muneri multorum et Reginarum consolatione ingenti audimus" (ex epistulae apographo, a P. *Leonardo Kessel* S. J. Coloniae scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1562 f. 1ᵇ—2ᵃ).

649.

ALPHONSUS SALMERON,

vicarius generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 27. Decembris 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Padre Canisio." Cod. „Italia 1560. 1561. 1562" f. 271ᵃ. Eiusdem epistulae mentio habetur in cod. „Germ. 1561" f. 34ᵇ: „Vna lettera pel padre Canisio delli .27. di Decembre [1561] laquale comincia . Mando à V. Reuerentia sette capituli . si troua nel libro di Jtalia" etc.

Complura capita actorum concilii ephesini ex codice vaticano exscripta mittit, quae a P. Peltano in eodem concilio latine vertendo et evulgando adhibeantur. Quid de Nicephori ad Leonem papam epistula eisdem actis addita sentiat. Socios romanos acta concilii oecumenici VIII. et synodi Martini I., nondum excusa, transcribenda curare et fortasse in Germaniam missuros esse.

Mandò alla Reuerentia V. sette capituli di quella sinodo 3ª Ephisina che domandaua il Padre Theodoro, cinque delli quali sono di due stelle; et due d' una stella come uà signalato[1]. Ali di passati ui mandai .3. capituli di tre stelli. Jl 4º capitulo delli .3. stelle; che

Reverentiae vestrae tertiae illius synodi ephesinae septem mitto capita, quae pater Theodorus petiit; e quibus quinque binorum asteriscorum, duo singulorum sunt, sicut in exemplo, quod mitto, significatum est[1]. Superioribus autem diebus 3 trinorum asteriscorum capita vobis misi. Quartum vero e capitibus illis trinorum

ᵃ *Sequitur v. obscurum et a libr. ipso oblitteratum.*

[1] Salmeron haec cum vaticano exemplo contulerat; vide supra p. 303. 323.

è una Epistola di Nicephoro[a] ad Leonem Papam[1] con tutta la[b] diligentia che hauemo fatta di cercare in diuersi codici, che ci sono in Roma, non s' è potuto ritrouare. Ne mancho credo sia necessario[c] [?], perche è scritta a leon il quale fù molto doppo il Concilio Ephesino. Perche non si troua mention in nesun author graue di questo Nicephoro, che sia anticho, et altempo di Leon Papa primo; Si pensa che questo Nicephoro[a] sia quel carthophilace di costantinopoli huomo literato contemporaneo à Leon IIIJ.[2] a chi fu mandata questa Epistola. Et pero se là non si tiene intiera, nella uersion che fara la potria lasciare. Facendo una annotacion di quel capitulo, che quel capitulo conteneua una Epistola di Nicephoro à Lione, et come non era[d] di huomo che fusse uissuto in quel tempo, anchorche parlasse della materia di quella 3ª sinodo. Et perche era guasta nel suo codice però è stata lasciata[e]: ò uero se hauesse tutta la Epistola sana, anchorche in qualche parola non fussi cosi schieta potria tradurla et meterla nel luogo suo; et questo è quanto tocca a quel 3º capitulo di tre stelle.

Quanto alli altri che nonsi mandano di una, ò di due stelle è

---

asteriscorum, quae epistula quaedam est a Nicephoro ad Leonem summum pontificem data[1], magna cum diligentia in variis, qui Romae exstant, codicibus quaesitum non invenimus. Id quod ne necesse quidem esse censeo, quia epistula illa ad Leonem data est, qui concilio ephesino aetate multo est posterior. Et quia Nicephori illius, qui vetus et Leoni primo pontifici aequalis fuerit, a nullo auctore gravi fit mentio, Nicephorum illum eundem esse arbitramur ac carthophylacem illum constantinopolitanum, hominem litteratum et aequalem Leoni IV.[2], cui epistula illa missa sit. Quare si istic ea integra non exstat, convenire videtur, ut ipse in versione, quam faciet, eam omittat, adnotatione capitulo illi addita, qua significet: Capitulo quidem illi epistulam Nicephori Leoni inscriptam insertam esse; ipsam autem ab homine scriptam non esse, qui eo tempore vixisset, etsi de tertiae illius synodi argumento loqueretur; quae epistula quia in codice suo depravata esset, eam a se omissam esse. Vel si forte epistulam habet totam integramque, etiamsi aliquot eius verba paululum sint depravata, eam, si libebit, versam loco suo ponat; et haec de tertio illo e trinorum asteriscorum capitibus dico.

Quod autem reliqua singulorum vel binorum asteriscorum capita non mittimus,

---

[a] Nicepharo *ap.* [b] li *ap.* [c] *Sic ap.;* necessaria*?*
[d] *Sequitur* èra, *a libr. ipso oblitteratum.* [e] losciata *ap.*

---

[1] Vide, quae sub ipsam hanc Salmeronis epistulam dicentur.

[2] S. Leo I. a. 440—461 summus pontifex fuit. S. Leo IV. autem ab a. 847 ad 855 ecclesiam rexit. Nicephorum vero Carthophylacem, a quo duae epistulae ad Theodosium quendam monachum datae esse feruntur (exstant apud *Migne* PP. GG. C, 1061—1068), alii sub a. 560, alii autem ineunte saeculo IX. vixisse existimant; et sunt qui eum coniciant eundem esse ac sanctum illum Nicephorum, qui, sub a. 758 natus, a. 806—815 patriarcha constantinopolitanus fuit (*Guil. Cave,* Scriptorum Ecclesiasticorum Historia literaria. Ed. noviss. II [Basileae 1745], 3. *Io. Alb. Fabricius,* Bibliotheca Graeca. Ed. nova. VII [Hamburgi 1801], 608—609. *K. Krumbacher,* Geschichte der byzantinischen Litteratur [2. Aufl., München 1897] p. 71—73).

perche il padre Theodoro scriue che non sono molto necessarij[a], benche siano utili. Et quà non c' è tanto tempo, ne persone che li copijno; et bisognaria molto buoni denari[1], pero si contentara con questi sette[b] capituli che hora si mandano. Questa lettera la comunichera V. Reuerentia tutta al Padre Theodoro. Quà si fà copiare la 8ª sinodo[2], che mai è stata stampata: et anchora la sinodo di papa Martino, che è Belissima[3]. Forse che ui si potriano[c] mandare accioche si stampasseno insieme con questa 3ª ò uero li mandasti à quelli di Colonia[4]. Però queste[d] [?] è un primo parlare, col tempo uederemo quel che sara meglio, et perche delle altre cose ui sara risposto per questa non dico altro se non che il Signore Jddio dia la buona pasqua et feste à V. Reuerentia con tutti li sui fratelli. Di Roma li .27. di Decembre 1561.

---

ideo ea non mittimus, quia pater Theodorus illa utilia quidem, sed non valde necessaria esse scripsit. Hic autem neque satis temporis neque homines nobis sunt, qui ea transcribant; ac valde magna pecunia opus est[1]. Ipse tamen his septem capitibus, quae nunc mittuntur, contentus erit. Totam igitur hanc epistulam reverentia vestra cum patre Theodoro communicabit. Hic octavam synodum[2], quae numquam excusa est, atque etiam synodum Martini summi pontificis, quae pulcherrima est[3], transcribendas curamus. Quae fortasse vobis mitti poterunt, ut vel una cum tertia ista synodo typis exscribantur, vel a vobis ad Colonienses mittantur[4]. Attamen haec prima quaedam rei significatio est; tempore autem procedente, quid magis expediat, videbimus; et quia de reliquis rebus alteris litteris vobis rescribetur, hisce aliud non dico nisi hoc: Dominus Deus efficiat, ut dies nato Christo festi et sollemnia ista et reverentiae vestrae et omnibus ipsius fratribus sint salutaria. Roma 27. Decembris 1561.

Nota: Epistulae quidem huic, a quo data sit, adnotatum non est; at eam a Salmerone datam esse, et ex eo, quod in codicibus supra memoratis vel transcripta vel notata cernitur (uterque epistulas, quas supremi Societatis moderatores vel ipsi vel per secretarios scripserunt, continet), et maxime ex eo intellegitur, quod Salmeron Actorum ephesinorum cum codice vaticano conferendorum laborem ipse in se susceperat; vide supra p. 323.

Peltanus, monumentis vaticanis, quae partim cum his litteris, partim paulo ante Roma ad Canisium missa erant, adiutus, tandem a. 1576 edidit librum:

---

[a] *A libr. ipso correctum ex* necessarie.

[b] *A libr. ipso correctum ex* setti.

[c] potria *ap.; quod sic corrigendum esse omnino videtur, quia sequitur* stampasseno *etc.* [d] *Sic ap.; sed legendum videtur* questo.

---

[1] Si externo librario ad ea transcribenda uti volumus; cf. supra p. 152[5]. 293.

[2] Oecumenica haec synodus a. 869, Hadriano II. summo pontifice, Constantinopoli adversus Photium habita est.

[3] Concilium hoc a *C. J. de Hefele* vocatur „jene berühmte Synode, die an Ansehen den ökumenischen nahe stehend am 5. October 649 . . . im Lateran eröffnet wurde“: Conciliengeschichte III (2. Aufl., Freiburg i. Br. 1877), 213. Quae synodus, a S. Martino I. summo pontifice adversus Monotheletas coacta, 20 „canonibus“ universam ecclesiae de Christo doctrinam presse proposuit.

[4] Socii colonienses novam conciliorum editionem parabant; vide supra p. 242.

„Sacrosancti ... Concilii Ephesini primi, Acta omnia"; de quo infra, post P. Petrarchae litteras 4. Aprilis 1562 ad Canisium datas, plura dicentur. Ac Peltanus, antequam hunc librum evulgasset, cognovit, litteras illas Nicephori, quas Salmeron a Nicephoro Carthophylace ad Leonem IV. datas esse opinatus erat, epistulam esse „synodicam", a S. Nicephoro patriarcha constantinopolitano ad S. Leonem III. papam sub a. 811 missam. Quam ipse latine a se redditam post acta ephesina in extremo fere libro posuit, atque haec prima est editio gravissimarum illarum litterarum [1] (exstant graecae, cum Peltani versione, apud *Migne*, PP. GG. C, 169—200).

Quod autem Salmeron Actorum synodi Martini I. et concilii oecumenici VIII. Sociis monacensibus vel coloniensibus mittendorum Canisio spem fecit, haec in Peltani quidem libro non comparent; anno autem 1567 *Laurentius Surius* O. Carth. in litteris, quibus primum, quem Coloniae evulgabat, „Conciliorum" tomum Philippo II. dedicabat, pronuntiare potuit: Se iam Martini I. „concilium insigne", „antehac nunquam typis excusum" et „VIII. Synodum vniuersalem" proponere (Tomus primus Conciliorum omnium, tum generalium, tum provincialium atque particularium [Coloniae Agrippinae 1567] f. a* 2 b). Graeca autem oecumenicae synodi VIII. acta (ab anonymo in epitomen satis copiosam — id quod postea cognitum est [2] — redacta) anno 1604 P. *Matthaeus Raderus* S. J. Ingolstadii primus in lucem emisit, versione latina addita [3].

650.

CANISIUS
ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 27. Decembris 1561.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I." f. 149 et sq. non sign. (n. 103) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem archetypo, scribendi ratione ad nostrae aetatis morem accommodata, transcriptum est.

Pecunia. Collegium moguntinum. Acta concilii ephesini. Sacra expeditio indica. Fructus ex iubilaeo collecti. Oenipontem selectos Socios mitti oportet. Indicae litterae. Tridenti de Canisio arcessendo agunt; qui Augustae manere mavult et Lainium in Germaniam venire cupit. Collegium tyrnaviense. Canisius valde se demittit.

†

Pax Christj nobiscum admodum Reuerende Pater.

Sexto Decembris datas accepi. Pecuniam nunc isthic redditam credo. Scripsi Moguntiam de 60 [a] mittendis [4]. Expecto ut renuntient,

[a] *Sic A;* 60. *B; Canisius omisisse videtur* ducatis *vel* coronis; *cf. infra, adn. 4 huius pag.*

[1] Postea eas Baronius in „Annalibus ecclesiasticis", quos a. 1588 evulgare coepit, (tom. IX, in a. 811, n. 20—43) ex veteri versione proposuit latina, quam P. *Fronto Ducaeus* S. J. ex codice quodam virodunensi exscriptam ipsi miserat.

[2] *C. J. v. Hefele,* Conciliengeschichte IV (2. Aufl., Freiburg i. Br. 1879), 386—387. [3] *Hefele* l. c. p. 386. *Sommervogel,* Bibl. VI, 1373.

[4] Socii romani a moguntinis postulabant, ut sibi pecunia in complures Socios Roma Moguntiam mittendos impensa restitueretur; vide supra p. 264. 310.

alia forte uia et scripserint, et miserint. Miror tamdiu[a] huc nihil ab illis perscribi.

Magnam nobis attulit consolationem, quod R. T.[1] dignatur suam nobis operam dare in synodo Ephesina. Nihil sane potest hoc tempore nobis gratius, et ad absoluendum hoc opus praeclarum rectius fieri. Auide expectabimus, quaecunque in conferendo annotabuntur, ut plus lucis accipiat uersio, quam sane princeps[2] pio zelo[b] urgere uidetur.

Sequemur iuditium R. T. ne mittamus ad Jndos, nisi ualde probatos e nostris, quos sane hoc tempore non uidemus.

Jndulgentiae[3] hic publicatae mirabilem reliquere fructum in plurimorum animis Domino cooperante[4]. Crescit sub nostris manibus Augustana messis, de qua breui loquentur missae quadrimestres[5].

De Oenipontanis nunquam non repeto. Nam et P. Caroli[6] transitus causam eius Collegij in his principijs afflictiorem reddit, ut ualde cupiamus mitti Rectorem ad rem conseruandam atque promouendam. Scripsi de nouitijs qui nunc ibidem agunt uelut sine pastore sacerdotibus nostris[7], et de exoptato nostrorum aduentu, quos ex Vrbe illi una nobiscum expectant uehementer. Multum debebit hoc Collegium R. T.[8] cuius auspicijs, ut spero, selecti et idonei cito mittentur operarij.

Jndicarum[9] editionem expectabimus, nisi forte sit satius transcribendj munus dari studioso, qui nostris quidem sumptibus eas mox excipere posset, si ita R. T. uidebitur. Nam proderunt lectae in Germania.

Jterum ad me scripsit Cardin. Warmiensis[10] agi adhuc Tridenti de me uocando, et Cardinalem Augustanum idcirco literis admonitum esse, quem spero inuenturum rationem aliquam, ut per Quadragesimam hic liceat in messe dominica cum fructu uersari, si ita uisum erit sanctae obedientiae. Ego nihil hactenus scripsi ad D. Warmiensem. Domini uoluntas fiat[11].

Jam diu nihil adfertur de Reuerendo P. Praeposito[12], ubi haereat, et quando reditum polliceatur, cuius quidem aduentum in Germania merito desideramus. Sed neque de P. Natali quicquam accipimus.

Tardius quam putabam, D. Victoria proficiscitur Pragam, impeditus, ut audio, in apparanda schola Collegij Tirnauiensis.

---

[a] tandiu *A*. [b] pro relo *A*.

---

[1] Salmeronem dicit; vide supra p. 323.

[2] Albertus V.; *Theodoricus Canisius* Monachio 31. Decembris 1561 Salmeroni *scripsit: „Versor nunc in castigando Concilio a P. Theodoro verso" (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 242[a]).

[3] Iubilaei, concilii iuvandi gratia instituti; vide supra p. 330. 331.

[4] Marc. 16, 20. [5] Cf. infra, monum. 238. [6] Grim.

[7] PP. Hermete Halbpaur et Laurentio Hermanutio; vide supra p. 335.

[8] Salmeroni. [9] Litterarum; vide supra p. 324.

[10] Hosius; cf. infra, monum. 349. [11] Act. 21, 14. Matth. 6, 10 etc.

[12] Lainio.

Humiliter oro R. T. unum ut sacrum pro me Domino dignetur offerre. Cupio sane hoc spirituali xenio adiutus, cum nouo anno nouum emendandae uitae studium coniungere. Nam procul certe absum ab eo spiritu, quem constitutiones nostrae inprimis postulant, et huius offitij ratio exigit. Dominus Jesus suam nobis gratiam et circumcisionem perfectam largiatur[1]. Augustae 27 Decemb. 1561.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre, Il Padre Maestro Jacomo Laynez, Praeposito Generale della Compagnia di Iesu etc.

In Roma.

651.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 29. Decembris 1561.

Ex archetypo (2°; $1^1/_2$ pp.; in p. 4. inscr. et sig.), quod Canisius sua manu subscripsit. Cod. goth. „E. H. 1" f. 246—247.

Epistulam ex archetypo primus typis exscripsit *Cyprianus* l. c. p. 208—209. Partes epistulae proposuerunt: latine *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III, 1[a]. 8[c]. 75[f]. 239—240 (ex Cypriano), gallice *Michel* l. c. p. 253—254, germanice *Riess* l. c. p. 293—294. 302. Eadem usus esse videtur *Sacchinus*, Can. p. 194.

Libri a Ferrariensi, Delphino, Campegio de rebus concilii conscripti. Cardinalis Mantuani liberalitas. Augustae iubilaei tempore multi ad ecclesiam reducti sunt. Quos protestantes persequuntur, contra concilium declamantes. Sacramentorum frequentia. Sacra pompa. Angliae et Galliae calamitates. Scriptum aliquod, quo concilium commendetur, evulgari cupit. Miratur, se ad concilium vocari. Augustam excolere mavult, ceteroquin ad omnia paratus.

†

Jesus[a]

Pax Christi et anni foelix auspicium vna cum utriusque hominis incolumitate nobiscum.

Klebitium isthuc peruenisse cognouj[2]; de alijs libellis quos paulo ante miseram, redditos esse non accepi[3]. Etiam non monitus librum Ferrariensis Theologi magis mihi seruabo, quam Germanis communicabo[4]. Joannem Anthonium Delphinum quid ediderit de Concilio necdum uidi[5]: doctus est sane liber Feltrensis Episcopi, et dignus meliori

[a] *Hoc v. a Cypr. omissum est.*

[1] Cf. Luc. 1, 59. Col. 2, 11. Ecclesia kalendis Ianuariis festum „Circumcisionis Domini" agit. [2] Cf. supra p. 326. [3] Cf. supra p. 322.

[4] Vide supra p. 326.

[5] Ioannes Antonius Delphinus († 1560), ex superiore Italia ortus, concilii tridentini theologus, Minorum conventualium vicarius generalis, praeter alia scripsit

Typographo[1]. Summas interim ago debeoque gratias Jllustrissimo Domino Cardinali Mantuano[2], qui hoc ad me munus dedit, ac pro singularj pietate sua minimis fauet cupitque gratificarj.

Scribo tardius ob publicatas hic Jubilaei Jndulgentias, quae magnos in Augustana messe labores operarijs nobis attulerunt, quod frequenter diuini uerbi semen spargendum fuerit[3], et colligendus inde fructus. Nunquam antea cum hoc populo actum fuisse uidetur foelicius, si nostri temporis memoriam repetamus. Ad Catholicam Ecclesiam se multi ex haereticis recepere, quos mundus hoc quidem loco, uelut Herodes in Judaea paruulum Jesum, clam et palam persequitur[4]. Exceptae complurium confessiones, quj multis ab hinc annis poenitentiae sacramentum deseruerant. Jn publica supplicatione maior quam annis superioribus, uisa est comprecantium turba. Quae res ut Catholicis mirifice placuit, praesertim cum sacrosanctum Eucharistiae sacramentum non reuerenter minus, quam frequenter accipi cerneretur, jta non potuit sectarios non offendere, quos aduersus institutum Concilij plenis crepare Buccis mirum non est. Sed excitat interim Dominus et illustrat quorundam animos, ut Catholicam lucem uidere gestiant. Adsit Dominus Ecclesiae suae in his tenebris et procellis, quibus Angliam certe liberarj uehementer optamus[5].

Audimus in Gallijs longe lateque zizania succreuisse, ut magnum sit tritico periculum metuendum, nisi succurrat Paterfamilias, cuius agrum inimicus ille passim uitiare contendit iniecto lolio, quod magis nunc quam triticum placere coepit[6].

Expectamus orationem, ac quicquid demum illud sit, quod ad Concilij commendationem in lucem edetur[7], ut maior accedat authoritas huic instituto, quod apud exteros quidem non ita praeclarum forte iudicatur, quemadmodum res ipsa meretur. Jtaque cupiebam

---

„De tractandis in Concilio Oecumenico epistolam“ ad Rodulphum Pium Cardinalem Carpensem (a. 1560), quae Romae a. 1561 excusa est (*Luc. Waddingus* O. Min., Scriptores Ordinis Minorum [Ed. nova. Romae 1806] p. 130. *Io. Hyac. Sbaralea* O. Min. Conv., Supplementum et castigatio ad Scriptores trium Ordinum S. Francisci [Romae 1806] p. 387—388).

[1] Thomas Campeggi († 1564), bononiensis, vir iuris peritissimus, qui a. 1520 ad 1559 episcopatum feltrensem (Feltre, in Italia superiore) tenuit (*Gams* l. c. p. 777), praeter alios libros de iure canonico scriptos, a. 1561 Venetiis in lucem emisit librum „De auctoritate conciliorum“, in quo multas quaestiones ad synodos et ad summum pontificem spectantes praeclare tractavit (*Hurter* l. c. I, 40. *L. Ell. Du Pin,* Nouvelle Bibliothèque des Auteurs ecclésiastiques XVI [2. éd., A Amsterdam 1710], 73—78).

[2] Herculi Gonzagae, primo concilii praesidi.

[3] De his Canisii contionibus vide infra, monum 236—239. 248. Iubilaeum Augustae a 14. ad 28. Decembris actum est; vide supra p. 328[4].

[4] Cf. Matth. 2, 1—18.

[5] Elisabeth regina Hieronymum Martinengum abbatem a Pio IV., ut Anglos ad concilium invitaret, ad ipsam legatum regni ingressu prohibuerat (*Raynaldus* l. c. in a. 1561, n. 51). [6] Cf. Matth. 13, 24—30. [7] Cf. supra p. 326.

peritos medicos ad graues aegrotorum morbos in hac saltem parte se nonnihil accommodare. Sed nouit sapientia tua, qua sint arte tractandi tales aegroti, ut medicas manus admittant, ac medicos ament.

Miror de me auocando curam ullam esse uiris maximis, cum satis intelligam, me si isthic adessem, idem futurum, quod anser inter olores[1]. Et iudicabit amplitudo tua, expediatne hunc quamuis exiguum operarium, Augustano agro subtrahi per quadragesimam, quod sane tempus est in uinea Domini cum fructu laborandi. Statuat interim Jllustrissimus Cardinalis Augustanus, quod ex re fore caensuerit: diuinae bonitati et obedientiae sanctae me totum permittam, et Ecclesiae commodis inseruiam ubicunque uiuam Domino cooperante[2], qui suam nobis gratiam augere dignetur. Augustae 29. Decembris 1561[a].

Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Reuerendissimo et Jllustrissimo in Christo Patrj ac Domino, D. Stanislao Hosio, Cardinalj et Epis[copo Var]miensj, S.S. Apostolicae [in Synodo Tri]dentina Legato, [Patrono am]plissimo. Tridentj.

Inscriptioni harum litterarum manu eiusdem temporis adnotatum est: „Redditae 2 Ianuarij 1562. Resp. 6 Ianuarij."

652.

P. IOANNES DE VICTORIA S. J., CANISIO.

Praga a. 1561 vel ineunte a. 1562.

Ex apographo, eodem fere tempore Canisii iussu Augustae scripto ab externo illo homine (Andrea Stör? cf. supra p. 235), qui et in cod. „Can. X. T." maximam partem contionum a 19. Decembris 1561 ad 31. Martii 1562 a Canisio habitarum notavit et alia multa eiusdem mandatu scripsit vel transcripsit; atque is litteras hasce vel commentarium inscripsit: „Difficultates circa negotium Oivinense . scriptae per D. Victoriam." Cod. „G. Ep. 111" f. 66[a]—67[b].

Si collegium pragense monasterium oibinense retinebit, locis huic subiectis complures Socii haud sine incommodis periculisque parochos agere debebunt. Zittavienses promissa non praestant. Quare cultum divinum instaurare difficillimum est.

Ioannes de Victoria (qui exeunte a. 1561 collegiorum vindobonensis, pragensis, tyrnaviensis superintendens a Lainio constitutus est), Vindobona vel Praga a. 1561 vel ineunte a. 1562 ad Canisium commentarium misit, quo exponebat, quae „difficultates" collegio pragensi, si monasterium oibinense (v. supra p. 315) retineret, subeundae essent. Cuius

---

[a] *Cypr. om. vv. sqq.*

---

[1] „Nam neque adhuc Vario videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores" (*Vergilius,* Bucolica Ecl. IX, v. 35. 36). [2] Marc. 1, 20.

commentarii brevis summa haec est: Quinque vel sex Socios Zittaviae[1], *Herwigsdorfii*[2], *in 2 Silesiae pagis monasterio subiectis, in Oibino, in pagis vicinis ad eumque pertinentibus et contionatores agere et sacramenta administrare oportebit. Accedit, quod aut Zittaviae locus sermonibus habendis et sacramentis administrandis aptus parandus eoque subditi cogendi (id quod haud facile efficietur), aut in altero saltem pagorum vicinorum ecclesia cum domo parochiali exstruenda erit. Socii in parochiis, quia alii sacerdotes non invenientur, habitare debebunt, idque et cum animarum suarum periculo, et cum detrimento instituti Societatis facultatumque collegii pragensis, et fortasse etiam cum suae ab episcoporum iurisdictione exemtionis iactura. Oibini autem subditi Zittaviensibus, lutheranismi studiosis, iuramento, quamdiu locationis viget pactum*[3], *obstricti sunt.* „Saepe sumus experti quod [Zittavienses] sint in suis promissis inconstantes: promiserunt non semel me etiam presente coram commissarijs Caes. se magna quaeque in gratiam nostram uelle efficere : at ubi neminem viderunt adesse ex illis quibus id promiserant, nihil minus quam ea praestiterunt, quae se facturos quasi fidem astrinxerant suam, immo quaedam parui satis momenti, quae citra omne incommodum potuissent honeste facere, a nobis experiundi eorum uirtutem causa interpellatj, parum uerecunde nescio quas ob causas se facturos negauerunt, non attinet de his dicere plura, sitque hoc satis maximam esse propter Sittauinos[4] difficultatem, collapsum propemodum spirituale bonum atque diuinum cultum, aliqua ex parte in pagis istis monasterio subiectis erigere, vt optime iam illud pagis illis Virgilianum conueniat.

Mantua uch[a] miserae nimium uicina Cremonae.“ [5]

Apographo meo, quod a Canisio Romam ad Societatis praepositum vel vicarium generalem missum est, manu romana eaque, ut videtur, eiusdem fere temporis adnotatum est: „1562 Praga. Difficultates“ etc. Atque ante m. Martium 1562 Victoriae litteras datas esse, ex hoc ipso liquet, quod eo tempore Societas Oibini cura, commutatione quadam instituta, libera iam erat; cf. supra p. 315. Fortasse autem epistula haec ad Canisium quidem iam aliquanto ante data, ab hoc autem Romam tum demum missa est, cum Victoriam de commutatione illa questum esse Roma ad ipsum relatum esset; cf. supra p. 315; plura infra dicentur.

---

[a] *Ita (= vae) a Vict. scriptum esse puto. Ap. haud recte:* uel.

---

[1] Zittaviae (Zittau) monasterium domum („Väterhof“) habebat; vide *Can.* Epp. I, 496[2].

[2] Pagus Herwigsdorf („Heemestorff“, „Hermezdorff“) nunc ad regionem budissinensem regni saxonici pertinet; vide *Can.* Epp. II, 442. Praeterea monasterium acquisiverat vicos Drausendorf, Olbersdorf, Wittgendorf, Oderwitz, Jonsdorf etc.; vide *Can.* Epp. I, 630[1].

[3] Ferdinandus I. m. Aprili a. 1556 bona oibinensia (paucis exceptis) Zittaviensibus ad decem annos ita elocaverat, ut ipsi singulis annis 1400 taleros collegio pragensi solverent et alia quaedam praestarent; vide *Can.* Epp. I, 626—630. 650 ad 651. [4] I. e. Zittavienses.

[5] *Vergilius,* Ecloga IX, v. 28.

653.

P. ALPHONSUS SALMERON,

Societatis Iesu vicarius generalis,

CANISIO.

Roma 3. Ianuarii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 33.

Epistula usus est *Huonder* l. c. (vide supra p. 308) p. 10—11.

In collegium oenipontanum Socii mittentur. Operariorum paucitas. Canisio, si quid de domo probationis, graduum privilegio etc. statui cupit, ad ipsum Lainium scribendum. Adiutor domesticus. Curandum, ut collegia, imprimis oenipontanum, a caesare dotentur. Angustiae oenipontanae. Lainius a Pio IV. prius ad concilium adire iussus, iam in Gallia manere iubetur. Litterae indicae. Sociorum romanorum difficultas domestica. Socios germanos in patria manere quam in Indias ire praestat.

Pax Christi.

Riceuemo quelle di V. R. di .13. del passato . et poco prima quelle del P. Lanoy del ultimo di Nouembre . et à tutte insieme si fara risposta per questa, per non moltiplicare lettere, et per essere scritte le sudette di detto P. Lanoy de commissione di .V. R.

Quanto alli sugetti che si domandano per Eniponto, cioè un buon Theologo, et un buon humanista et greco, di qua si fara la miglior prouisione che si potra, presuposta la carestia che habbiamo de simili operarij . mandare adesso di piu di Roma qualcuno per preparare le cose in Ispruch atto[a] non si puo fare[b], cosi presto per cagione de i mali tempi, come quelli saranno unpoco migliorati si procurera di mandar qualcuno . ma V. R. uedendo la carestia ch' ci è di operarij, procuri di andar riseruato in promettere, et dia animo a maestro Hermete[1], acciocbe sodisfacci all' officio impostoli del predicare, con-

---

Pax Christi. R. V. epistulam die 13. mensis superioris datam et paulo ante P. Lanoii epistulam die postremo mensis Novembris datam accepimus; ne autem epistulas multiplicemus, ad utramque his litteris respondebimus; epistula enim illa P. Lanoii R. V. mandatu scripta erat.

Quod a nobis petitis, ut bonum theologum et hominem ad litteras humanitatemque atque ad graecam linguam tradendas idoneum Oenipontem mittamus, quam optime pro ea, qua laboramus, eiusmodi operariorum inopia poterimus, vobis providebimus. Ut vero praeterea nunc aliquem ad res Oeniponte parandas aptum Roma vobis mittamus, id haud ita brevi fieri poterit propter malam tempestatem; quae ubi paulo melior facta erit, curae nobis erit, ut aliquem mittamus. Attamen R. V., cum nos operariorum inopia tantopere cernat laborantes, videat, ut in promittendo cautionem adhibeat, et magistro Hermeti[1] animum addat, ut contionandi

---

[a] *Libr., ut mihi quidem videtur, hoc v., post* qualcuno *perperam a se omissum, hic collocavit.* [b] *In ap. sequitur* perche, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] P. Hermeti Halbpaur.

ciosia che [ne] il D. Lamberto[1] ne altro possa mandarsi iui àfar quel che lui fa.

Se alcuna difficulta occorre circa l' andar inanzi la casa di probatione in Vienna, V. R. la scriua a N. P. Generale, perche de quà non si puo dar altra risolutione, hauendo detto P. Nostro scritto che questa casa comminciata[a] in Vienna non si impedisca[2]; á lui anchora bisognera scriuere[b] se alcuna cosa gli occorra circa l' uso del priuilegio di promouer' alli gradj[3] etc. *Neque enim vel ipse, vel P. Natalis brevi in Germaniam venire poterunt.*

Adulescentem flandrum istuc mittimus, quem R. V. vel Augustae vel alibi ad ministeria domestica adhibere poterit.

V. R. fa molto bene à commettere al P. Victoria che procuri apresso di Cesare la fundatione delli Collegij di sua prouincia, et specialmente di quello di Ispruch. doue certo pare a questi padri che non se doueria mandar gente insin' a tanto, che non fussero tutte le cose necessarie in ordine insieme con la habitatione, et sappia lei che quando passorno di là quelli nostri che andorno a Maguntia, ritrouorno il P. Carlo[4] di buona memoria in un piccolo casalino in modo che non potettero dalui esser alloggiati ma fu bisogno andarsene

---

officio sibi imposito satisfaciat; nam neque D. Lambertus[1] neque alius illuc ad ea, quae ipse praestat, praestanda mitti possunt.

De domus probationis vindobonensis progressu si qua difficultas occurret, V. R. patrem nostrum praepositum generalem de ea per litteras certiorem faciat[2]; neque enim nos hic aliter statuere possumus, cum pater ille noster scripserit, ne domui illi Vindobonae incohatae impedimentum afferretur; atque ad ipsum scribi etiam oportebit, si quid R. V. occurret de privilegio illo gradnum academicorum conferendorum usurpando[3] etc. *Neque [etc., ut supra].*

Adulescentem [etc., ut supra].

R. V. rectissime agit, quod P. Victoriam apud caesarem efficere iubet, ut certi sufficientesque reditus provinciae suae collegiis assignentur, imprimis oenipontano; quo sane patres hi non censent homines esse mittendos, antequam necessaria omnia parata et disposita sint una cum aedibus; et scito, pater, nostros, qui Moguntiam iverunt, cum illac transirent, P. Carolum[4] bonae memoriae in parva repperisse domuncula, ita ut hospitio ab ipso excipi non possent, sed in deversorium ipsis ab-

---

[a] commciata *libr.* [b] *Sequitur* circa, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] Auer.

[2] Canisius et Lanoius domum probationis commodius Pragae quam Vindobonae institui posse censebant; vide supra p. 246. 314.

[3] Cf. supra p. 306. *Salmeron* Roma 3. Ianuarii 1562 Victoriae *scripsit: „Gia si mandò la facolta di promouere ai gradi etc. sugellata col sigillo grande del Reuerendissimo de Augusta, ma l' uso di detta facoltà si lascia solo al' arbitrio del P. Prouinciale" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 34[b]).

[4] Grim.

all' hostaria[a], donde coniecturamo che si deue esser li mancamento di habitatione, se da l' hora inqua non si sara prouisto.

Del P. Generale habbiamo lettere del fine di Nouembre et sappiamo che staua bene conli Compagni[1], ma per lettere piu fresche drizzate ad altri intendiamo che predicaua in Parigi et che faceua molto frutto, intanto che hauendo sua santità li giorni adietro fattoli scriuere che sene andasse al Concilio, adesso li fa commettere che si fermi in Francia[2]. La R. V. habbia cura di far seguitare le orationi per lui[3].

Le lettere dell' India si stampano con fretta in Venetia[4], donde V. R. le potra hauer presto.

Quelli denari che V. R. ha scritto uoler mandare, si aspettono con desiderio, perche li bisogni ce astringono.

Gia di quà è stato scritto che non si mandassi per questo anno[b] niuno per l' indie, perche ha scritto il P. Natale che perhora non uadi niuno[c] anzi pensiamo che di Alemagna non deue andar niuno, perche stano bene li[5], non mi resta altro che dire in questa, se non

---

eundum esset; qua ex re conicimus, sedem satis amplam illic non exstare, nisi postea illi rei provisum sit.

Litteras habemus a patre praeposito generali exeunte mense Novembri datas; e quibus ipsum cum comitibus[1] bene valere novimus; ex litteris autem postea ad alios missis intellegimus, eum Parisiis sermones sacros habere et tantam hominibus illis afferre utilitatem, ut sanctitas sua, cum superioribus diebus ipsi scribi iusserit, ut ad concilium proficisceretur, modo ei mandet, ut in Gallia[2] maneat. R. V. curae erit, ut istic nostri Deo eum commendare pergant[3].

Litteras indicas Venetiis festinant excudere[4]; unde R. V. eas brevi accipere poterit.

Nummi illi, quos R. V. se missuram esse scripsit, avide exspectantur, quia necessitate stringimur.

Iam hinc scriptum est, ne quis hoc anno istinc in Indias mitteretur; P. Natalis enim scripsit, ne quis in praesens eo proficisceretur; immo nulli germanicae provinciae Socio eo eundum esse existimamus, quia vos istic manere expedit[5]. Neque

---

[a] *Sic libr. in marg. correxit pro [*alloggiati*]* benche hebbero ricapito in altre stancie, *quae in eodem marg. apposita erant.*

[b] *Sequuntur aliquot vv., a libr. ipso ita oblitterata, ut iam legi non possint.*

[c] *Quae sequuntur, a libr. in marg. correcta sunt ex* per laltro anno si dara auiso se doueranno andare et si hauera memoria delli buoni desiderij delli sudetti; *quae vv. in ipso ap. posita erant.*

---

[1] P. Ioanne de Polanco etc.; vide supra p. 177.

[2] Lainius Parisiis „in templo S. Augustini Religiosis libentibus conciones Italico sermone per sacrum Domini Aduentum habuit, multis confluentibus Italorum Gallorumque". Qui eodem tempore „ad virginum monasterium, quas Dei filias vocant, Gallice adhortationes instituit" atque etiam collegiorum parisiensium rectores, religiosorum praepositos, parochos, contionatores, doctores sorbonnicos, proceres multos, nonnullos etiam ex protestantium ducibus privatim convenit admonuitque (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 5, n. 209—218).

[3] Cf. supra p. 297. [4] Cf. supra p. 230[1].

[5] Primi provinciae Germaniae superioris Socii, numero quattuor, in Indias (Paraguariam et Peruviam) profecti sunt anno 1616 (*Franc. Xav. Kropf* S. J., Hi-

ch' tutti ci raccomandiamo molto nelle orationi di V. R. et degli altri nostri Charissimi Fratelli à quali tutti preghiamo Iddio dia le buone feste et buon principio di anno in suo santo seruitio . di Roma li .3. di Gennaio 1562.

---

aliud. quod modo scribam, habeo, nisi nos omnes R. V. et reliquorum fratrum nostrorum carissimorum orationibus nos valde commendare et Deum rogare, ut vobis omnibus faustos tribuat dies festos et prosperum in sancto ipsius famulatu anni principium. Roma 3. Ianuarii 1562.

654.

CANISIUS
OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG,

cardinali et episcopo augustano.

Augusta Vindelicorum 3. Ianuarii 1562.

Ex apographo huius litterarum partis, eodem fere tempore Romae (in domo cardinalis Ottonis?) scripto (4°; 1 p.) et sic inscripto: „Ex literis D. Canisij. 3. Januarij 1562."

Exstat etiam eiusdem fere partis (pauca desunt) versio italica eodem fere tempore Romae a Socio aliquo scripta (4°; 1 p.) et sic inscripta: „Alcuni auisi d'Augusta. Per lettere del Padre Canisio drizate al Reuerendissimo Cardinale di Augusta di .3. di Gennaro."

Maiorem huius fragmenti partem posuerunt: italice *Boero*, Can. p. 225—226, gallice *Michel* l. c. p. 240, hispanice *Ram. Garcia* S. J., Vida del Beato Pedro Canisio (Madrid 1865) p. 204—205. Haud recte vero Boero has litteras 3. Ianuarii 1561 datas esse significavit. Eadem epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 187.

Iubilaeum Augustae promulgatum. Ecclesiae et sacramenta frequentata. Religiosi adiuti. Protestantes conversi. Furor adversariorum.

— — Vix dici potest quam feliciter cesserit publicatio Jndulgentiarum: nec maior fuit antea frequentia comprecantium catolicorum[a] [1], ut audio plurimi ad sacram confessionem, et comunionem singulari cum reuerentia processerunt[b]: ex sectarijs etiam plures solito Ecclesie Catholicae sunt[c] reconciliati. Nec solum exteros uerum etiam religiosas personas in monasterijs iuuimus. Tum in sanctis natalitijs festis magnum Ecclesijs catholicis ornamentum attulit insolita populi in templis frequentia. Hinc vehementer ira et odio inflammati aduersarij grauissime contra nos destomachari dicuntur. Respiciat Dominus hanc ciuitatem, quae nunc sola inter imperiales omnes ad catho-

---

[a] comprecantiom catolicorom *ap.* [b] Riuerentia processeront *ap.*
[c] suont *ap.* *Huiusmodi errata in ap. apparent complura; quae singulatim ponere longum est.*

---

storia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris, Pars quarta [Monachii 1746] Dec. 8, n. 262. *Huonder* l. c. p. 11—13).

[1] In publica supplicatione sive pompa sacra; v. supra p. 346.

licismum propius accedere maioremque spem polliceri uidetur. Haec fauentibus (ut opinor) sanctissimis patronis Augustanae Ecclesiae[1]. — —

Haec litterarum pars exeunte m. Ianuario 1562 Salmeronis iussu in Galliam ad Lainium praepositum generalem missa esse videtur.

655.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Roma 10. Ianuarii 1562.

Ex cod. „Defuncti 1557" (de quo supra p. 159), f. non sign.

Preces pro 2 cardinalibus collegiorum fundatoribus faciendae.

In praeceptorum etc., Roma a supremis Societatis moderatoribus in varias eius domus missorum, indiculo quodam saeculo XVI. Romae scripto haec sunt: „1562. A di X. di genaro si mandò l' ordine di raccomandare à Dio Il Cardinal di Turnon, et Cardinal di Perugia come fundatori uiuenti . à Lombardia, Toscana, Augusta, Napolj, Sicilia et Vienna."

Franciscus cardinalis Turnonius (de Tournon, † 1562), archiepiscopus lugdunensis, anno 1561 collegium, quod Turnone magnificum struxerat, Societati donaverat. Collegium autem Societatis perusinum anno 1552 a Fulvio Corneo (della Cornea, † 1583), „cardinali Perusino", qui episcopus primum perusinus (1550—1553), deinde spoletanus erat, incohatum erat (*Polancus,* Chronicon II, 431—432. 438—439. *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 5, n. 189; l. 6, n. 17). *S. Ignatius* constituerat: „Luégo, en siendo entregado algun Colegio á la Compañía, el Prepósito General avise á todas partes della universalmente, para que cada Sacerdote diga tres Misas por el Fundador viviente y bienhechores; . . . y despues que [Dios Nuestro Señor] los llevare desta vida á la otra, en sabiéndolo el Prepósito General advierta á los mesmos para que digan tres otras Misas por su ánima. Todas las veces, que se dice que se hayan de celebrar Misas por los Sacerdotes, todos los demás que viven en los Colegios, y no lo son, deben hacer oracion á la intencion mesma que los Sacerdotes celebran": P. 4, c. 1, n. 4 (Constitutiones latinae et hispanicae p. 109. 111; cf. *Pachtler* l. c. I, 12—13). Hae autem preces eo tempore ipsius Lainii praepositi, non Salmeronis vicarii nomine Sociis praescriptae esse videntur; *Sacchinus* enim in a. 1562 scribit: „Lainius tanquam pro fundatore consuetas preces pro Cardinali Fuluio Corneo per Societatem omnem edixit" (l. c. l. 6, n. 17).

656.

CANISIUS

REGIMINI AUSTRIAE SUPERIORIS.

Augusta Vindelicorum m. Ianuario (post medium?) 1562.

Ex apographo recenti, eoque exscripto ex litterarum regiminis oenipontani apographo antiquo (eodem fere tempore scripto), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Cop. B. Embieten und Bevelch 1562" f. 61[b]—62[a].

---

[1] Horum praecipui sunt S. Udalricus, episcopus augustanus († 973), et S. Afra, quae saeculo IV. ibidem martyrium subiit.

Operam suam offert ad libros, qui Oeniponte „novo collegio" canonicorum et collegio Societatis usui sint, Francofurti emendos.

De libris in usum „novi collegii" canonicorum et collegii Societatis Iesu Oeniponte instituendorum emendis Austriae superioris „regimen" ad eiusdem „cameram" exeunte Ianuario 1562 scripsit: „Was der herr doctor Petrus Canisius von wegen erkauffung merer puecher zu dem alhiegen stifft unnd collegio an ain regierung geschriben, das haben die herrn der camer aus nebenligennden articl zuvernemen[1]. *Dieweil dann die notturfft erfordern wirdet, nit allain bey dem stifft, sonnder auch den collegio ain liberey aufzurichten, und der herr Canisius sich erpeut. woferr ime sollichs zuegelassen, noch mer nottwenndige puecher, deren man nit emperen müg in Frannckhfurt*[2] *zubestellen unnd herauf zubringen, so lasst ir aine regierung solliches auch gefallen. Darauf werden die herren der camer bey dem Jennische zu Augspurg*[3] *verordnung zuthuen wissen. Wann der herr Canisius weitter gellts notturfftig sein wirdet, das er Jennisch ime solliches auf sein ansuechen erlegen wölle. Dessen auch den herrn Canisium schrifftlichen zuberichten, damit er sein verordnung dessto pesser anstellen müge. Actum am XXX. tag ianuari anno etc. im LXII.*

Statthalter, Ambtsverwalter, Regennten und
Räte der Oberösterreichischen Lannde.

Cristoph Klöckler Dr.
Canntzler Tirolen.

Plura de hac re vide infra, monum. 323—325.

657.

ALPHONSUS SALMERON,

vicarius generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 17. Ianuarii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Augusta Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 34ᵇ—35ᵃ.

De stipe collegio romano partim a caesare missa, partim a Canisio conquisita. De aere quodam alieno collegii moguntini. De primis collegii oenipontani Sociis. Collegium germanicum pecuniam in convictoris cuiusdam sustentationem expensam neque ab hoc restitutam iam ex Societate repetere. Quae pecunia ut ab ipso solvatur, curandum esse.

Riceuemo quella di .V. R. di .3. del presente[4], et quanto alli .500. ducati, gia ho scritto essersi riceuuti à tempo assai opportuno.

R. V. litteras die 3. huius mensis datas accepimus[4]; et 500 illos ducatos valde opportuno tempore nobis traditos esse iam scripsi; ac putabamus quidem, cum ipsis

[1] Haec capita non vidi. [2] Francofurti ad Moenum; vide supra p. 238[4].
[3] Joachim Jhennisch (Jenisch) civis erat augustanus; cf. infra, monum. 324.
[4] Haec Canisii epistula perisse videtur.

pensauamo che con quelli fussero venutti certi altri denari che doueuano mandar quelli di Maguntia [1]. non di meno gia veddiamo che non ci sono altri che li 400 . de sua Magestat [2] et la elemosina che per sua charità .V. R. ha cercata per il collegio Romano . Lei fara molto buona opera di farci mandar anchora li detti denari di Maguntia, quando quelli padri l' haueranno mandati.

Quel P. promesso per Eniponto in luogo del P. Carlo di buona memoria si partira fra 2. o .3. giorni da Roma [3] con l' aiuto de Dio . à fatto pur V. .R. molto bene à mandar iui il P. Dottor Lanoi in questi principij [4], perche con la sua prudentia agiutara molto. *R. V. interim curabit, ut Oenipontani viaticum Sociis Roma eo mittendis parent.*

Litteras praeposito provinciali Flandriae destinatas ad R. V. misimus [5]. *Quas num ipsa acceperit scire cupimus.*

V. R. si deue ricordar che nel collegio Germanico uenne li mesi passati il figliuol del Dottor Geselio, doue è stato parechi mesi [6], resta debitor per le spese che per lui si fecero in 67 ducati d' oro, et mai son stati pagati . adesso il collegio Germanico fa instantia per hauerli, et vole che la compagnia glie li paghi poi che il P. General lo pose in quello: Jlche quanto sia giusto .V. R. ne puo considerar .

---

alios quosdam ad nos perlatum iri nummos, quos nostri moguntini mittere debebant [1]; at iam alios allatos non esse videmus quam 400 illos a maiestate sua donatos [2] et stipem, quam collegio romano R. V. pro caritate sua conquisivit. Quae si pecuniam quoque illam moguntinam, cum patres illi eam istuc miserint, nobis mittendam curabit, magnum beneficium in nos conferet.

Pater ille, quem nos Oenipontem in locum P. Caroli bonae memoriae missuros esse promisimus, post 2 vel 3 dies Roma, Deo iuvante, proficiscetur [3]. Optime tamen R. V. egit, quod ad initia ista facienda P. doctorem Lanoium eodem ire iussit [4]; is enim prudentia sua multum utilitatis afferet. *R. V. [etc., ut supra].*

Litteras [5] *[etc., ut supra].*

Meminit certe R. V. in collegium germanicum mensibus superioribus doctoris Gesellii filium venisse; qui, cum compluribus mensibus in eo degerit [6], 67 ducatos aureos eidem debet, qui in ipsius sustentationem expensi, numquam restituti sunt. Quare nunc collegium germanicum instat, ut eos accipiat, eosque, quod pater praepositus generalis hominem in ipso collocaverit, a Societate sibi vult solvi. Con-

---

[1] Romani Socii iis, quos Moguntiam ad collegium incohandum miserant, viaticum dederant; vide supra p. 216.

[2] Stipem annuam dicit, quam Ferdinandus I. collegio romano constituerat; vide supra p. 1[4]. 336.

[3] Is erat P. Valentinus Voyt; vide infra p. 358.

[4] Canisius postea hoc consilium mutavit; vide infra p. 363—364.

[5] Cf. supra p. 306.

[6] Hic collegii germanici „convictor" (cf. supra p. 61[4]) fuisse videtur Ioannes, filius Ioannis Gössel (Gössl), qui a. 1556—1562 ius in universitate vindobonensi tradebat simulque eiusdem „superintendens" erat; ac nummi illi a patre quidem Romam missi, a filio vero, qui iis se indigere dicebat, retenti esse videntur; cf. *Can.* Epp. II, 150[5]. 387. 572. 654.

Dico che la compagnia paghi per detto Geselio, et patisca questo dano in remuneration del beneficio ch' hano fatto alui et al suo figliuolo. V. R. per amor del signor ò per se steso ò per mezzo del P. vittoria (il qual fu causa di questo) ò ueramente per Maestro[a] [?] Dottor Paulo[1] che sta in' viena procuri che questi dinari si mandino à Roma, acciò noi non siamo constreti a patir questo dissaggio, et il detto Collegio Germanico non resti priuo di questo aiuto nelle molte necessita in che si ritroua . Non mi resta altro che dire in questa se non che tutti ci raccomandiamo etc. di Roma li .17. di Genaro 1562.

siderabit autem R. V., quam iuste id fiat, ut beneficium a Sociis Gesellio illi eiusque filio tributum ita reddatur, ut Societas pro ipso solvat detrimentumque illud ferat. Per domini igitur amorem R. V. rogo, ut vel ipsa vel per P. Victoriam (qui eius rei auctor fuit) vel per magistrum[a] [?] et doctorem Paulum[1] Vindobonae morantem efficiat, ut pecunia illa Romam mittatur, ne vel nos eam calamitatem accipere cogamur vel collegium illud germanicum in tantis, quibus premitur, necessitatibus subsidio illo careat. Neque aliud, quod in his litteris scribam, habeo, nisi nos omnes nos commendare etc. Roma 17. Ianuarii 1562.

658.

P. FRANCISCUS PALMIUS S. J.,

rector collegii bononiensis,

CANISIO.

Bononia sub 21. Ianuarii 1562.

Ex *Palmii* ad Salmeronem epistula autographa. Cod. „Epistolae Italiae 1562“ f. 448.

Palmius Bononia 21. Ianuarii 1562 Romam ad Salmeronem scripsit: „Questa é per far' coperta all' inclusa per il P. Canisio alla quale prego v. R. dia ricapito.“

659.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis S. J.,

CANISIO AUT P. NICOLAO LANOIO.

Roma 22. Ianuarii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Jspruch Padre Canisio ò Padre Lanoi.“ Cod. „Germ. 1561“ f. 35[a].

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 147.

Tres Socios iam Oenipontem ad collegii res praeparandas mitti. Qui cuius sint ingenii indolisque.

[a] *Fortasse corrigendum:* per il Padre.

[1] Hoffaeum significat.

Jhesus.

Pax christi. Molto Reuerendo in christo Padre.

Questa s' scriue à .V. Reuerentia per accompagnar il padre Valentino[1] Bohemo, et li fratelli Pietro[2] Leodiense, et Nicolao[3] Thedesco, il primo uiene per aiutar à far la debita preparatione delle cose necessarie al futuro collegio in luogo del Padre Carlo Grim[a] che sia in gloria, nel qual mestiere speriamo che satisfara perche qua s' è dimostrato inchinato et anche hauer qualche gratia in agibilibus et percio se rimosso dallo studio della Theologia che haueua cominciato[b], quantunque ha udito suo corso[4], et come dico qualche cosa di Theologia, et in cose di lettere per quel che lui ha intesso potria anche giouar. Jl 2° uenne à Roma da Colonia in Compagnia di Pietro[5] Coloniense et perche non dimostraua hauer molto talento per udir il corso, et anche si giudicaua che saria stato utile in coteste parti N. Padre Vicario s' è determinato mandarlo in Eniponto . Jl 3.° anche ha studiato Rhethorica et perche si daua troppo alla meditatione, et parea che quella li cominciase à [far qualche nocomento][c] alla testa si mando questa state passata à Loreto doue fin amò s' è fermato. Dila uederanno meglio la habilita tanto di questo qûanto di tutti

Jhesus. Pax Christi. Admodum reverende in Christo pater.

Hae litterae ad reverentiam vestram dantur, quas pater Valentinus[1] Bohemus. et fratres Petrus[2] Leodiensis et Nicolaus[3] Germanus secum afferre possint. Quorum primus ad vos venit, ut loco patris Caroli Grim, quem aeterna gloria frui cupimus, ad res futuro collegio necessarias, ut convenit, praeparandas operam suam conferat; qua in arte eum vobis satisfacturum esse speramus, quia hic ad opificia et propensum se et aliqua ratione idoneum praebuit; qua de causa a theologiae studio, quod incohaverat, remotus est; qui tamen cursum suum[4] atque, ut dixi, theologiae aliquid audivit, atque etiam in eo litterarum genere, quod ipse didicit, utilem operam praestare poterit. Secundus Romam Colonia cum Petro[5] Coloniensi venit. Quem, cum quia ad cursum audiendum haud ita idoneum se exhibebat, tum quia eum in istis regionibus utilem fore iudicabamus, pater noster vicarius Oenipontem mittere in animum induxit. Tertius et ipse arti oratoriae studuit; qui, quod sacrarum rerum meditationi nimis se dabat ex eaque iamiam caput eius aliquid detrimenti capere videbatur, superiore hac aestate Lauretum missus est, ubi usque adhuc mansit. Quibus autem rebus cum hic tum reliqui duo apti sint, istic melius

[a] Grin *ap.*

[b] *Sequuntur verba:* nel quale pero si pensa non haueria fatta grande riuscita; *quae ab ipso libr. oblitterata sunt.*

[c] *Haec ex apographo epistulae Roma 24. Ianuarii 1562 Salmeronis iussu ad Canisium datae (vide infra p. 359), in qua, quae hic de hoc Socio scribuntur, fere repetuntur, suppleri.*

[1] Voyt. De hoc duobusque eius sociis vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Bracherius. [3] Schricker.

[4] „Cursum artium" sive philosophicum; de quo cf. *Can.* Epp. II, 455. 508.

[5] Haupt (*Can.* Epp. II. 210[3]. *Hansen* l. c. p. 360. 777).

gl' altri duoi, et secondo quella potranno destinarsi in una[a] cura ò altra secondo che à V. Reuerentia parera più spediente . Et perche essi son lettere uiue[1] non mi stendo in dir altro se non che tutti ci raccomandiamo molto nelle orationi di V. Reuerentia etc. Di Roma li .22. di Gennaio .1562.

---

cognoscetis. Pro qua aptitudine aut huic aut alteri muneri addici poterunt, utut reverentiae vestrae magis visum erit expedire. Et quia ipsi litterae sunt vivae[1], aliud non dico, nisi nos omnes magnopere nos commendare orationibus reverentiae vestrae etc. Roma 22. Ianuarii 1562.

Nota: De P. „Valentino Bohemo", qui has litteras Roma Oenipontem secum attulit, in * *Catalogo* quodam Romae sub 1. Decembris 1557 conscripto et a P. *Polanco* recognito dicitur: „Valentinus uilaticus Pragensis annos natus 21. Ingressus est societatem 1555[2]. studuit humanioribus literis" (Cod. „G. C. 67" p. 386). Qui in collegii romani Catalogo sub finem m. Maii a. 1561 composito inter „Physicos tertij anni, qui etiam audiunt Metaphysicam" comparet (*Sommervogel*, Les Jésuites etc. f. B 3[a]). Valentinus Voyt — hoc gentilicium ei nomen erat — postea Pragae contubernii nobilium adulescentum „regens" constitutus, 12. Ianuarii 1564 ibidem vita cessit (*Schmidl* l. c. I, 185—186). — „Petrus Leodiensis" autem in Catalogo quodam collegii coloniensis a. 1561 scripto inter „coadiutores" [„temporales"] sive fratres laicos comparet (*Hansen* l. c. p. 778). De quo „adolescente" in eiusdem collegii litteris quadrimestribus, Colonia 28. Maii 1561 datis, dicitur: „Verno tempore . . . tres in Urbem profecti sunt, unus m. Petrus Coloniensis, secundus Anglus sacerdos, tertius adolescens, qui primum logice studuit, deinde factus est culine administer" (*Hansen* l. c. p. 394). In * *Catalogo* autem collegii ingolstadiensis exeunte a. 1566, quo tempore Petrus ibi erat, scripto dicitur „P. Petrum Bracherium Leodiensem", Coloniae a. 1560 Societatem ingressum, Romae 10. Augusti 1561 eius vota nuncupasse, Oenipontc per 2½ annos pueros docuisse, Ingolstadii 2 fere annos „praefectum convictorum" fuisse simulque et philosophiae et theologiae studuisse (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" p. 407). — „Nicolaus Germanus" denique in collegii romani Catalogo sub finem mensis Maii a. 1561 composito inter „Rhetoricos et Graecos" sic nominatur: „Nicolaus ex Liuonia Germanus" (*Sommervogel* l. c. f. C[b]). Ac de eodem in * litteris P. *Petrarchae* Roma die 24. Ianuarii 1562 ad Canisium datis dicitur: „Nicolao germano . . staua nel coleggio germanicho et dopo deesere entratto nella Compagnia si daua troppo alle meditationi et cose mentali" (ex apographo, de quo infra p. 359). Quare dubitari non potest, quin hic sit idem ac „Nicolaus Schrickerus Liuoniensis", de quo in antiquissimo collegii germanici * *Catalogo* notatum est, eum 4. Octobris 1560 in collegium germanicum, 8. Decembris 1560 in Societatem admissum esse (Cod. rom. „All. coll. Germ." p. 13). Schricker, Riga ortus et a. 1561 Societatis tirocinium ingressus, postea Romam in collegium germanicum rediit et alumnorum confessarium egit (Card. *Steinhuber* l. c. I, 78. 448).

Quod autem hae litterae ita inscriptae sunt, ut aut Canisio aut Lanoio tradendae essent, Canisius P. Nicolaum Lanoium, collegii ingolstadiensis rectorem, Oenipontem ad tempus, ut collegii brevi incohandi res pararet, mittere statuerat; vide supra p. 355). Cui has litteras, nisi Canisius Oeniponte esset, tradere iussi sunt Socii Roma eodem missi.

---

[a] in un una *ap.*

[1] Cf. 2 Cor. 3, 1—3.

[2] *Schmidl* eum a. 1553 Romae in Societatem admissum esse affirmat (l. c. I, 84. 186).

660.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 24. Iannarii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta Canissio.“ Cod. „Germ. 1561“ f. 36[a].

Cum Canisius nimis se defatiget, Salmeron constituit, ut aliquis ei adiungatur, qui ipsius valetudini prospiciat.

Questa settimana non habiamo riceuuto nesuna di V. Reuerentia il che pensiamo sia procedutto per che ella deue eser andata in Jnglostadio[a] [1]. Questa scriuiamo per dire a V. R. che jntendiamo che leij si afaticha tropo e che ha pocho risguardo alla sua sanita: il che quanto[b] detrimento potria portare al ben' comune et al particolar de Alamagna V. R. lo puo bene considerare . pertanto N. Padre Vichario racomanda V. R. che habia cura della sua salute corporalle et di piu che dia ordine al Padre Lanoy alquale anche di qua vna altra volta se gene scriuera di cio che nella sua prouincia ritroui qualche sogetto atto et quello dia a V. R. acio gli facia compagnia et la aiuti jn molte cose et habia anche cura di V. R. delle cose apartenente al Corpo.

Hauanti heri che fu ali 22 del presente si parti di roma il padre valentino boemo. *Sequuntur eadem fere, quae 22. Ianuarii scripta erant.* Di roma alli 24 di gennaro 1562.

Hac hebdomade reverentiae vestrae litteras non accepimus; id quod ex eo factum esse conicimus, quod ipsa Ingolstadium profecta sit [1]. Hanc autem epistulam scribimus, ut R. V. hoc dicamus: Ipsam nimis se fatigare et de valetudine parum cogitare intelleximus; qua ex re quantum detrimenti et communis et privata Germaniae salus capere possit, R. V. bene considerabit. Quare pater noster vicarius R. V. et ut corporis valetudinem curae habeat et hoc commendat, ut patri Lanoio, cui hinc quoque alias ista de re scribetur, mandat, idoneum aliquem hominem in ipsius provincia repertum R. V. det, qui ipsam comitetur ac tum in multis aliis rebus ipsam adiuvet tum in rebus ad corpus pertinentibus R. V. prospiciat.

Nudius tertius, qui dies 22. huius mensis erat, Roma discessit pater Valentinus Bohemus. *Sequuntur [etc., ut supra].* Roma 24. Ianuarii 1562.

---

[a] andata Jn lostadio *ap.* [b] quando *ap.*

---

[1] Canisius, Ingolstadium ab Alberti V. Bavariae ducis consiliariis arcessitus, sub medium m. Ianuarium a. 1562 ibidem et de universitate reformanda et de collegio Straubingae condendo cum ipsis egit ac varia tum pro collegio ingolstadiensi tum pro pauperibus litterarum studiosis impetravit. Vide infra, monum. 293. 294.

661.

CANISIUS
STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 29. Ianuarii 1562.

Ex archetypo (2°: 2 pp.: in p. 4. inscr. et sig.), cui Canisius sua manu subscripsit. Cod. goth. „E. H. 2" f. 11—12.

Epistulam ex archetypo primus typis exscripsit *Cyprianus* l. c. p. 212—213. Partem epistulae proposuit *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III, 36[d] (ex Cypriano). Eadem usi sunt *Riess* l. c. p. 286[3]. 299 et *E. Reimann* in „Forschungen zur Deutschen Geschichte" VII (Göttingen 1867), 257.

Gaudet, concilii primam sessionem habitam esse. Ecclesia episcopatibus magdeburgensi et merseburgensi spoliata est. Electorum saxonis et brandenburgensis legati Tridentum venient; quos catholicis incommodaturos esse dicunt. Eckii cancellarii virtus. Vulgo persuaserunt, catholicos ad vim protestantibus, qui concilio oboedire noluissent, inferendam conspirasse. Navarrae rex per legatum id agere putatur, ut cum principibus protestantibus contra concilium et catholicos se iungat. Galliae episcopi in concilio. Lutheranismus et Calvinismus. Libelli. Cardinalis Lotharingiae oratio.

†

Jesus[a].

PaX Christi nobiscum Reuerendissime in Christo Pater
et Jllustrissime Domine.

Jmmortales Deo opt: maximo gratias agimus, qui sacram synodum uoluit aperiri, ut nunc post principia esse uideamur[1]. Progressum ac foelicem successum donet, qui praeclaris auspicijs primum hunc actum nobis consecrauit. Desiderant boni omnes, Germanicos isthic Praesules adesse simul et Gallicanos, ut plenior sit numerus Episcoporum.

Vt autem Catholicos recreat meritoque confirmat hoc auspicium, ita non parum offendit ac perturbat hoc loco, quod Archiepiscopus Magdeburgensis[b] una cum primario clero suo recens defecerit ad factionem Confessionistarum[2], quodque Mersburgensis Ecclesia ue-

[a] *Hoc v. et 10 sqq. non sunt ap. Cypr.* [b] Madeburgensis *archet.*

[1] Concilii tridentini sessio decimaseptima ac sub Pio IV. prima 18. Ianuarii 1562 habita est.

[2] Sigismundus Brandenburgensis, Ioachimi II., lutherani illius electoris brandenburgensis, filius, a. 1552 ad archiepiscopatum magdeburgensem (qui etiam principatus erat imperii romani) „postulatus", Februario quidem a. 1561 apud Commendonum nuntium apostolicum, lutheranos animi sensus abdens, catholicam pietatem prae se tulerat et ad concilium se venturum promiserat; cum vero in comitiis 5. Decembris 1561 Calaeciae (Calbe) habitis maior capituli metropolitani pars protestantium „reformationem" complexa esset, ipse postridie senatui magdeburgensi affirmavit, se in „Confessione augustana" persistere velle; atque ita „pace reli-

nerit in potestatem saxonici electoris[1], quemadmodum haud dubie Cels. tua iam ante satis intellexit. Mittent ad synodum suos oratores, ut audio, idem Saxonicus et Brandenburgensis Electores, unaque forte dictus Archiepiscopus, si hoc nomen meretur. Sed nunc gloriarj coeperunt aduersarij, se per hos oratores ea propposituros, quae Papistas eorumque morbos depingant expressissime, nimirum ut insuauem prorsus cantilenam Episcopis occinant maledicentissimo scripto. Sic enim indicare uisus est D. Eckius[2], quem nouit Amplitudo tua Jllustrissimi Principis Bauariae catholicum et pium Cancellarium esse. Vulgo nunc aduersarij persuaserunt, Pontificem et magni nominis Principes Catholicos in synodum ita conspirasse, ac nouis foederibus conglutinatos esse, ut igne et ferro persequi uelint Lutheranos, qui decreta synodi noluerint recipere atque approbare[3]. Jmo circumferuntur nomina non modo Principum, sed etiam Cardinalium, qui certam pecuniae summam ad huiusmodi bellicam expeditionem obtulerint promiserintque. Primas uero huius Tyrannidis quam appellant, Pontificj deferunt, ut aduersus eum uulgares animi magis concitentur. Et audent Lutherani Principes palam affirmare, de huiusmodi Catholicorum conspiratione certum sibi nuncium allatum esse[4]. Nec dissimulabo, quod amicus fide dignus mihi narrauit de nobili Gallo, qui ad Principes Lutheranos orator missus est, iamque peruenit ni fallor,

---

gionis" augustana violata, usque ad mortem († 1566) ecclesiam illam retinuit (*Reimann* l. c. p. 254—257. *Janssen* l. c. IV, 150. *Mor. Ritter*, Deutsche Geschichte im Zeitalter der Gegenreformation etc. 1 [Stuttgart 1889], 195. *Fr. H. O. Danneil*, Protokolle der ersten lutherischen General-Kirchen-Visitation im Erzstifte Magdeburg anno 1562—1564 I [Magdeburg 1864], VI—VII).

[1] Michaële Helding, episcopo et principe merseburgensi, autumno a. 1561 mortuo, Augustus, Saxoniae elector lutheranus, capitulum cathedrale per legatos induxit, ut m. Decembri a. 1561 Alexandrum filium suum, qui puer 7 vel 8 annorum erat, episcopum „postularet". Quo a. 1565 mortuo Augustus, „pace religionis" augustana denuo violata, effecit, ut episcopatus administratio ipsi ad 20 annos deferretur (*Ritter* l. c. I, 193. 194. *Alb. Fraustadt*, Die Einführung der Reformation im Hochstifte Merseburg [Leipzig 1843] p. 262—263).

[2] Eckium Ingolstadii Canisio haec dixisse censeo; cf. supra p. 359[1].

[3] Ferdinandum I., Philippum II., Venetos cum pontifice in ea conspirasse ferebant (*Sickel*, Trient p. 262. 263. *W. Goetz*, Beiträge zur Geschichte Herzog Albrechts V. [München 1898] p. 227[1]. 235[3]. *Janssen* l. c. IV, 152—153. *Th. Pressel*, Anecdota Brentiana [Tübingen 1868] p. 498). Quem rumorem falsissimum esse et *Philippus II.* Madrito 11. Martii 1562 ad Comitem Lunensem scripsit (*Fuensanta*, Colección etc. XCVIII, 301), et *Otto cardinalis Truchsess* litteris Roma 24. Ianuarii 1562 datis ostendit, quas posuit *Melch. Goldast*, Politische Reichs Händel (Franckfurt am Mayn 1614) p. 599—601. Vide etiam infra p. 371.

[4] Ferdinando I. Tridento 10. Februarii 1562 ipsius oratores scripserunt: „Hic incertis auctoribus disseminatum est de conventu Ulmensi, quod nimirum dux Wirtembergicus proposuerit conspirationem esse factam inter summum pontificem" etc.; „quare Germanos etiam cogitare debere, quomodo sese contra istam vim tueri possint" (*Sickel* l. c. p. 263). Christophorum ducem reapse haec proposuisse conventus illius acta ostendunt (*Goetz*, Beiträge p. 235[3]).

in Saxoniam, suis explicatis primo mandatis ad Electorem Palatinum[1] et Ducem Wirtenbergensem[2]. Adhaeret is partibus Regis nauarrae[3], et hoc meditarj putatur, ut horum Principum accipiat Consilia, quibus uidelicet conditionibus et exceptionibus utendum sit in Concilio Tridentino Episcopis illis, qui cum authoritate publica ex Gallia breui mittentur. Deinde confoederatio quaedam spectatur et quaeritur, ut aduersus Catholicos, qui Concilij decreta non sine ui defendere uelle putantur, sua consilia et praesidia instruant. Nonnullis etiam uidetur huc tendere Sathan, ut per gallicam industriam Caluinismus et Lutheranismus in unum idemque doctrinae corpus coeant. Haec ego liberius fortasse, quam pro muneris mei ratione, sum persequutus, non quod curiosus esse uelim rerum publicarum explorator et censor, sed quod existimem haud parum referre, ut Amplitudines uestrae bonorum opiniones atque suspitiones intelligant, et de his cogitent aliquando. Faxit diuina bonitas, ut frustra metuamus malas artes et fraudes istorum, qui, modo sapiant more suo, nihil intentatum relinquent, quod ad sanctam synodum oppugnandam ac labefactandam pertinere sentient[a].

Mitto quaedam nunc per Germaniam late sparsa et saepius typis excusa, ut ex Lutheranis Caluinistae reddantur. Dolent autem probi, tam indigne actum esse cum Jllustrissimo Cardinale Lothoringiae, cuius luculentam orationem[4] qua fide tum Germanus, tum Latinus interpres expresserit, facile iudicabit dignitas tua, quam Christus princeps pastorum[5] in sancta synodo bene sospitem ac foeliciter praesidentem pro immensa bonitate sua conseruare dignetur. Augustae 29 Januarij. M. D. LXIJ[b].

Seruus in Christo Pet. Canisius.

[a] *A C. ipso correctum ex* sentiant. [b] *Cypr. om. ex. sqq.*

[1] Fridericum III. [2] Christophorum.

[3] Antonii Borbonii, protestantium fautoris; de quo *Comes Lunensis* Praga 24. Decembris 1561 Philippo II. scripsit: „Entiéndese que . . . Mos. de Bandoma le [i. e. Saxoniae electori] envió un gentilhombre los días pasados“ (*Fuensanta*, Colección etc. XCVIII, 264). Et *Ioannes Micheli*, Venetorum orator, Praga 12. Ianuarii 1562 duci suo scripsit, se audivisse, „che 'l Re di Navarra . . ha mandato una persona à principi di Germania, per unirli insieme à mutua difesa et offesa con la Franza, così nella religione come in altri casi“ (*Turba* l. c. III, 200. *Hansen* l. c. p. 418—419. *Janssen* l. c. IV, 259—260). Nobilis autem ille videtur fuisse Nicolaus d'Angennes, dominus de Rambouillet († 1562); cui in Germaniam profecturo quid m. Novembri a. 1561 mandatum sit, partim proponit *Le Plat* l. c. IV, 730—731.

[4] Canisius eruditam illam orationem dicere videtur, quam Carolus cardinalis Guisius 16. Septembris 1561 in conventu possiacensi (vide supra p. 298[2]) de auctoritate ecclesiae et de vera Christi in eucharistia praesentia habuerat (*Cl. Fleury* et *J. Cl. Fabre*, Histoire Ecclésiastique XXXII [Paris 1733], l. 157, n. 10). Cuius exemplum eodem a. 1561 Lugduni apud Michaëlem Iovium evulgatum exstat Monachii in bibliotheca regia. [5] 1 Petr. 5, 4.

† Reuerendissimo in Christo Patrj, et Jllustrissimo Domino .D. Stanislao Hosio, Cardinali et Episcopo Varmiensi, S. Conci[lij] Tridentini Praesidj, Pa[tron]o amplissimo. Tridentj.

Inscriptioni harum litterarum manu altera eiusdem temporis adnotatum est: „redditae 5 februarij 1562, resp. 10 februarij." Quod Hosii responsum vide infra, p. 375—379.

Ex eodem responso intellegitur, inter libros libellosve, quos Canisius cum his litteris ad Hosium misit, fuisse „Dialogum de utraque Christi natura", quem Petrus Martyr Vermilius (Vermigli; 1500—1562) florentinus, ex canonico regulari ordinis S. Augustini Zwinglianorum tigurinorum minister effectus, a. 1561 Tiguri (Zürich) contra Ioannem Brentium (1499—1570) lutheranum, praepositum stugartianum, qui Christi corpus ubique esse docebat, ediderat. Ac Canisium preces quoque paulo ante a se editas cum hac epistula Hosio misisse ex eodem Hosii responso conicere licet.

662.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 31. Ianuarii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; eadem manu in margine epistulae notatum est: „Padre canisio", et supra „Postscriptum" (quod vocamus), paulo infra (altera epistula interposita) transcriptum: „Gionta al quella del Padre canisio de Contra." Cod. „Germ. 1561" f. 38^b—39^b.

Salmeron, Canisii rogatu, Victoriam Oenipontem ire iussit. Socii varii. Probantur, quae Canisius Ingolstadii constituit. Hic tamen et monetur, ut suo tempore collegio illi propriam ecclesiam provideat, et reprehenditur, quod Bavariae duci collegium straubingense promiserit. Episcopus herbipolensis monasterium, in quo collegium institueret, a pontifice impetravit. Canisius ducem, ut collegia ingolstadiense et monacense dotaret, monere debuerat. Idem rogatur, ut epistulas Moguntinis destinatas eo perferendas curet. Discipulo cuidam Melanchthonis Romae Societatem ingredi licet. Canisio Romam scribendum, num in Hieronymo evulgando Societatis leges servaverit.

Riceuemo quelle di V. Reuerentia di 17 del presente [1] nele qualli domandaua che di qua si scriuese al Padre uitoria accio si transferisse jn Jponto [2]: et persuadendosi il N. P. viccario che saria di molto giouamento aquelo nuouo collegio che hora si comincia [a] non

Accepimus reverentiae vestrae litteras die 17. huius mensis datas [1], in quibus ipsa petebat, ut hinc patri Victoriae scriberemus, Oenipontem transiret [2]; quem cum novo isti collegio, quod nunc incohatur, valde utilem fore patri nostro vicario persuasum esset, ei scribere non omisit, atque cum his litteris epistulam ipsi destinatam

[a] *Sequuntur vv.* se determinato, *a libr. oblitterata.*

[1] Hae litterae perisse videntur.

[2] Victoria Pragae erat; ubi etiam Ferdinandus I. caesar morabatur; cf. supra p. 258[2]. 344, et infra p. 368.

ha voluto manchar di farlo: per qui aligata si manda vna lettera per lui acio che V. Reuerentia gila mandi[a]. quando pero tenesi altri negoci per le mani de Jmperatore per li quali fuse necesaria la sua presentia nela corte pare a questi Padri[1] che non se parta detto Padre vitoria ma che jn suo luogho si mandi il Padre dottor Lanoij in eniponto si come prima V. Reuerentia hauea designato di fare[2].

Brevi philosophiae professorem Ingolstadium mittemus.

La translascione del Padre teodoro[3] jn Jngolstadio e del Padre conuiglione jn monachio qui pare ben fatta per le ragioni che scriue il Padre dottor Lanoi: et medesimamente tutti gli altri ordini datti jn inglostadio[4]: duoi cose solamente ci ocore dire circha le cose trattate . luna che sarebe vna bonisima opera procurar che la compagnia hauese chiesa propria et libera contigua con le abitatione sue et atta jn quanto si [possa] per predicarui[b] [?] et esercitarui li ministieri solitti[5]. ma jn questo mentre che la tal chiesa non si troua non sipuo far altro che contentarci del miglior partito che ci oferisce . la seconda che V. Reuerentia non doueua prometere alli consigliari del ducha alcuna[c] circha il collegio Straubingense[6] poi che sa che

---

mittimus, quam reverentia vestra ei mittat; attamen hi patres[1] censent, patri illi Victoriae, si forte in aliis negotiis apud imperatorem gerendis, quorum gratia eum in aula esse necesse sit, versetur, inde discedendum non esse, sed ipsius loco patrem doctorem Lanoium Oenipontem esse mittendum, sicut reverentia vestra antea statuerat facere[2].

Brevi [etc., ut supra].

Patrem Theodorum[3] Ingolstadium, patrem Cuvillonium Monachium transferri hic nobis ob causas a patre doctore Lanoio litteris expositas probatur; probantur etiam reliqua omnia, quae Ingolstadii constituta sunt[4]; duo tantum de rebus ibi tractatis dicenda nobis occurrunt: Primum quidem magnum in Societatem beneficium conferet, si quis efficiet, ut suam ipsa illic habeat ecclesiam eamque et liberam et aedibus suis contiguam et, quantum fieri possit, sermonibus habendis[b] [?] ac solitis ministeriis exercendis aptam[5]; interim vero, dum eiusmodi ecclesia non invenitur, aliud facere non potestis, quam in eorum, quae se offerunt, consiliorum optimo acquiescere. Deinde, reverende pater, non debueras ducis consiliariis de straubingensi collegio quicquam promittere[6]; scis enim, in solius praepositi generalis arbitrio positum

---

[a] *VV. sqq. usque ad* designato di fare *incl. a libr. in marg. addita sunt.*

[b] *Ita propter ea, quae proxime sequuntur, corrigendum esse censeo ap., quod habet:* ministrarui. [c] *Supplendum esse videtur* cosa.

---

[1] Salmeronis vicarii consultores significat; vide supra p. 299.

[2] Cf. supra p. 344. 355. [3] Peltanum dicit.

[4] De ingolstadiensi hoc Canisii itinere, sub medium m. Ianuarium a. 1562 instituto, vide supra p. 359[1].

[5] Canisius modo effecerat, ut Sociis ingolstadiensibus et sacellum quoddam ecclesiae parochialis Beatae Mariae Virginis assignaretur, et in eadem ecclesia contionandi confessionesque excipiendi facultas tribueretur; vide infra, monum. 294.

[6] Ingolstadii Alberti V. ducis iussu consiliarii de collegio Straubingae condendo cum Canisio egerant (vide infra, monum. 294). Straubingensium haud pauci

depende solamente dalla volunta del generale l' admetere o no gli collegi[1]: et d' altro canto ghè ben notta la grande charestia di operari[a] acadendo hancora chel Reuerendisimo Bipolense ha domandato al papa vno monastiero di 1200 fiorini per far vno collegio della compagnia et sua santita selo ha conceso[2]. sentano anchora questi Padri che con questa ocasione di questa domanda del Ducha saria statto[b] molto bene che V. Reuerentia hauese detto agli consigliarij che doueriano prima esere fundate et stabilite le entrade degli altri collegi[3], i quali non sapiam come resteriano quando piacese adio di ciamar ace allaltra vitta il serenisimo duca: et che çome gli detti collegi fusero fundati si potria ragionar di questo altro che hora dimandono. V. Reuerentia non lasci pasar l' oportunita quando si oferisce di procurar detta[c] fundatione che bene sa quanto jmporta . et se uora scriuere a N. Padre generale sopra aquesto terzo collegio, lo potra V. Reuerentia fare.

---

esse, ut collegia admittantur aut non admittantur[1]; atque ex altera parte, quanta operariorum penuria laboremus, satis notum est; accedit, quod, cum reverendissimus Herbipolensis monasterium quoddam 1200 florenorum, in quo Societatis collegium conderet, a pontifice petisset, sanctitas sua id ipsi concessit[2]. Atque his patribus etiam visum est, reverentiam vestram optime acturam fuisse, si, petitione illa ducis ita proposita, ipsa consiliariis dixisset, ceterorum primum fundari stabilirique oportere reditus collegiorum[3] (quae nescimus quomodo consistere possint, si quando Deo placuerit, serenissimum ducem ad se in alteram illam vitam evocare), atque ubi collegia illa fundata essent, de alio illo, quod modo peterent, posse tractari. Neve reverentia vestra oportunitatem, cum oblata erit, praetermiserit fundationis istius efficiendae; quae quanti momenti sit, ipsa non ignorat. Ac reverentia vestra, si ad patrem nostrum praepositum generalem de tertio isto collegio scribere voluerit, scribat.

---

[a] *VV. sqq. usque ad* conceso *a libr. in marg. addita sunt.*
[b] statta *ap.* [c] procura detto *ap.*

---

missae sacrificium, sacramenta, catholicas contiones neglexerant, sacris caerimoniis illuserant, ministros protestantes vel clam adierant vel ad se arcessiverant (*L. Westenrieder*, Historischer Calender für 1801 (München 1801) p. 216. 222. *Knöpfler* l. c. p. 68—69). Quos cum Albertus V. dux et per Canisium (a. 1558; vide *Can.* Epp. II, 215—216. 220—250. 807—819) et per alios ad saniorem mentem reducere conatus esset, m. Octobri a. 1561 collegium quoddam ab eo institutum est virorum, qui acriora et efficaciora iis adhiberent remedia (*Knöpfler* l. c. p. 69. *Riezler* l. c. IV, 543. *Sammelblätter* zur Geschichte der Stadt Straubing Nr. 45 [Straubing 1882] p. 178—179). [1] Cf. *Can.* Epp. II, 399[2].

[2] Fridericus a Wirsberg, episcopus herbipolensis (de quo supra p. 126[2]), iam a. 1559 Societatis collegium parare coeperat; vide *Can.* Epp. II, 445. 465. 476. Atque ipsius rogatu Pius IV. 26. Februarii 1562 monasterium herbipolense S. Agnetis, ordinis S. Clarae, quod, ab aliquanto tempore male administratum, tunc unam habebat „professam", exstinxit eiusque bona collegio Herbipoli instituendo assignavit (*Wegele* l. c. II, 54. 56. 65. 70—73. *Synopsis* Actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu I [Florentiae 1887], p. 59—60. *Ign. Denzinger*, Geschichte des Clarissenklosters zu St. Agnes in Würzburg in „Archiv des historischen Vereines von Unterfranken und Aschaffenburg" XIII, 1 [Würzburg 1855], 51—62).

[3] Ingolstadiensis et monacensis.

R. V. Oenipontem ad P. Valentinum Bohemum, quid ipsi faciendum sit, scribat.

altra uia per mandare le lettere jn mogontia finà mo non habiamo che quella de augusta, la cercheremo pure per sgrauare V. Reuerentia . fra questo mentre la preghiamo voglia pigliare volontieri questo jncomodo pel beneficio comune et sapia che anche qui jn roma siamo molto[a] grauati de porto de lettere di moltisime bande et bisogna che habiamo pasienza per aiutar jl bene comune . non mi resta altro che dirue jn questa senon che si ricomandiamo tutti molto alle oratione di V. Reuerentia et deli suoi compagni . di roma questo di vltimo genaio 1562.

Jn Praga cie vno certo gioan uitembergense[b] giouane di 18 anni il qualle fa grande Jnstantia per entrare nella compagnia e venire qui jn roma[1]: e per che ci pare che habia bone parte nostro Padre vicario si contenta che venghi come entrarano gli bonitempi: V. Reuerentia sia contenta di dare questi auisi al Padre enrico[2] jn Praga. Ha uisto nostro Padre vicario certo libro che V. Reuerentia ha fatto et sotto suo nome estatto stampato pocho fa[3] . éperche qui non si tiene memoria se V. Reuerentia habia consultata [?] questa cosa .o. no. desidera che V. Reuerentia glielo auisi.

R. V. [etc., ut supra].

Via, qua epistulas Moguntiam mittere possimus, adhuc nobis praesto non est praeter augustanam: quaeremus tamen alteram, ut reverentiam vestram onere levemus. Quam rogamus, ut interea incommodum illud suum omnium commodi gratia libenter in se suscipere velit; et scito, reverende pater, hic quoque Romae nos pecunia pro epistulis ex plurimis regionibus allatis solvenda multum gravari et communis utilitatis augendae gratia patienter rem ferre debere. Neque iam aliud mihi est, quod vobis dicam, nisi nos omnes reverentiae vestrae ipsiusque sociorum orationibus nos vehementer commendare. Roma ultimo hoc die Ianuarii a. 1562.

Pragae iuvenis quidam 18 annorum degit, nomine Ioannes Vitembergensis: qui vehementer instat, ut Societatem ingredi et huc Romam venire sibi liceat[1]; qui cum bonae indolis esse nobis videatur, pater noster vicarius permittit, ut, ubi tempestas bona esse coeperit, veniat; quibus de rebus Pragam ad patrem Henricum scribere reverentia vestra ne gravetur[2]. Pater noster vicarius librum quendam vidit paulo ante a reverentia vestra compositum et cum eiusdem nomine excusum[3]; e, quia non recordamur, utrum R. V. eam rem nobiscum contulerit necne, ipse a R. V. id edoceri cupit.

[a] molti *ap.* [b] vitem Mergense *ap.; cf. supra p. 187.*

[1] Iuvenis hic, Vitemberga ortus ibique in Melanchthonis schola institutus, Pragae ad ecclesiam redierat; vide supra p. 187[6].

[2] Henricus Blissemius collegium pragense regebat.

[3] S. Hieronymi Epistulas, exeunte a. 1561 Canisio curante ex typographia dilingana, quae cardinalis Ottonis erat, in lucem emissas et universitati dilinganae dedicatas (vide supra p. 274 et infra, monum. 392. 393) Romam ad eundem cardinalem vel a Canisio vel a Dilinganis missas et a cardinale ostensas esse conicio Salmeroni; qui dubitaverit, num Canisius in eo libro edendo servasset, quae *S. Igna-*

663.

P. PAULUS HOFFAEUS S. J.,

rector collegii vindobonensis,

CANISIO.

Vindobona sub initium m. Februarii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; de quo plura sub ipsam hanc epistulam dicentur. Cod. „G. Ep. II" f. 27.

Gualtherus cancellarius graviorum incommodorum vitandorum gratia suadet, ne, qui Societatem ingredi cupiant, sine parentum consensu, testimonio confirmato, admittantur; neve, qui consensum impetrare nequeant, alio mittantur; neve candidatis noviciisve per „Commissarios" „examinandis" certus locus ab Hoffaeo designetur. In „regimine" austriaco, collegii „protectore", plures sunt lutherani quam catholici.

— — Magnificus Dominus Cancellarius[1] petijt a Regimine, ut mecum de nouitiorum causa[2] solus loqui posset, quod etiam postea fecit, et totius sermonis summa haec fuit : nimirum quod in mea supplicatione unum tantum displicuisset, quod ego specificassem locum certum examinis, idque suspectum uisum esse. Haec deinde consuluit mihi primum in genere, ut inscijs et inuitis parentibus in posterum neminem susciperemus: Deinde non sufficere nudum parentum consensum, sed aliquo testimonio illum confirmandum, idque bono aliquo praetextu a nobis postulandum: nam tametsi, inquit, semel consentiant, postea tamen a maleuolis seducuntur, ac deinde animum ac consensum mutant ac negant. Praeterea quando parentum consensus haberj non potest, tolerentur nihilominus filij in scholis sub parentum cura ac sumptibus, nec alio a nobis mittantur, nisi ipsi sua sponte forte discedant, habito tamen super hoc consensu suorum parentum: interim forte uel morte parentum, uel alio casu accidet, ut suauiter postea recipiantur . Quae omnia eo animo et consilio fieri conuenit, 1º ne tumultus et grauia Collegij incommoda oriantur, et ne facessatur Regimini negotium disputandj de rebus quae ad conscientiam spectant: 2 Cum[a] in Regimine pauci sint Catholici ac plures Lutherani, moleste

[a] *A libr. correctum ex* spectant: quod quod ea.

tius in Societatis constitutionibus edixerat: „Que no haya nadie de publicar libro alguno sin examinacion y aprobacion especial del Prepósito General" (P. 4, c. 6, O: cf. P. 3, c. 1, n. 18; P. 7, c. 4, n. 11 [Constitutiones latinae et hispanicae p. 135. 93. 223. 225]). Lainius m. Aprili 1561 hanc facultatem ei tribuerat; vide supra p. 119. Fieri tamen etiam poterat, ut „selectae preces, quas", ut Hosius scribit (vide infra p. 375), Canisius paulo ante (Dilingae?) „edi curaverat", eadem ratione in Salmeronis manus venirent.

[1] Cancellarius „excelsi Regiminis Viennae", ut Canisius scribit, sive supremus Austriae inferioris cancellarius tunc erat Bernardus Gualtherus (Walther), iuris utriusque doctor (*Aschbach* l. c. III, 294; cf. *Can.* Epp. II, 305).

[2] Vide, quae sub ipsas has litteras scribentur.

saepe ob tales causas contentiones oriuntur, 3º aliquod propter ingratos rumores istos maius malum eueniet, vt nimirum parentes filijs suis cauere uolentes, mittant eos in scholas hereticorum. Jn specie consuluit, ut non specificarem locum examinis: cum enim inquit Regimen protector noster sit loco S. C. Maiestatis efficiet ut etiam hac in parte nil incommodi feramus: potius specificandos esse Commissarios, ut illi synceri sint. Jmo inquit, si quis examinandus ob infirmitatem aliquam Collegio exire nequeat absque ulla difficultate Commissarij ad eum accederent. tantum ut hoc caueatur, ne ullam controuersiam in loci differentia fundemus. — —

Canisius hanc litterarum partem ab Andrea Stör transcribendam curavit ac sua manu initio ascripsit: „Ex literis Rectoris Viennensis", et extremae parti: „Hactenus judicium Cancellarij qui primas tenet in excelso Regimine Viennae." Quod apographum ipse Romam ad Salmeronem vicarium misit una cum apographo (ab Andrea Stör in eadem charta scripto) epistulae Praga 23. Ianuarii 1562 a Victoria ad „regimen" vindobonense eadem de re datae. Quam epistulam cum Hoffaeus rector vindobonensis, a regimine secum communicatam, una cum his litteris suis ad Canisium misisse videatur, has Hoffaei litteras sub initium mensis Februarii a. 1562 datas esse dixeris.

Quae autem tractationis huius causa fuerit, et *Victoriae* litteris, quas modo dixi, et P. *Alphonsi Pisani* S. J. epistula Ingolstadio 24. Martii 1562 ad Lainium vel Salmeronem data (vide infra, monum. 383) edocemur: Victoria Vindobonae permittere noluerat, ut novicius quidam cum patre loqueretur, et ut alteri adulescenti pecunia in collegio deposita redderetur, iisque rebus et „regiminis" et ipsius caesaris indignationem moverat. Ac P. *Paulus Hoffaeus*, collegii vindobonensis rector, in *Relatione de eiusdem collegii rebus ab 1. Ianuarii 1562 ad 20. Martii 1563 gestis scripta et P. Natali visitatori tradita (Cod. „Austr. Fund. III." f. 177[a]—180[a]) de „Georgio Waradiensi Sclauo" ante a. 1562 Vindobonae in „Domum Probationis" recepto (l. c. f. 177[b]) scribit: „Regimen non parum infensum habuimus. Cum enim ob importunitatem patris[a] Georgij Varadiensis Nouitij nostrj mandaret R. P. Victoriae vt eum de proposito examinandum in regimen adduceret[b], aut saltem in aulam Episcopalem, nec id impetraret, grauiter apud Caesarem est conquestum: ac Caesar rem primum satis admiratus, placatus est, Regimen vero non item: quae res sparsa est longe satis ac late" (l. c. f. 180[a])[1]. Nescio autem, num sub idem tempus acciderit, quod a. 1562 Vindobonae factum esse *Casim. Krasicki* ex Hoffaei litteris quibusdam a. 1562 ad Hosium datis profert: Ioannem Konarski inscio Adamo Konarski episcopo posnaniensi, patruo et tutore suo, Societati nomen dedisse (De Societatis Iesu in Polonia primordiis [Berolini 1860] p. 130). Ex Hoffaei certe relatione paulo ante memorata et ex eo, quod *Pisanus* leges Societati potius molestas quam commodas eo tempore a regimine latas esse in litteris, quas supra dixi, affirmat (vide infra, monum. 383), facile est conicere, a regimine constitutum esse, ut, qui in tirocinio essent vel id ingredi vellent, extra collegium a viris ad id delectis „examinarentur", utrum sponte an Sociorum blanditiis minisve inducti, utrum probantibus parentibus an iisdem insciis vel invitis Societati se iungerent etc.

---

[a] Patris *H.* [b] *Sequitur* nec, *ab H. ipso oblitteratum.*

---

[1] *Hoffaeus* in eadem *Relatione (l. c. f. 178[b]): „Leopoldum Viennensem" novicium a. 1562 „abripuit Senatus" urbis . . . „Ladislaus Sclauus fraude se in Nouitiatum ingessit conductus spe praemij a Patre Georgij Varadiensis vt filium dolo et persuasione a proposito alienaret: qua re comperta, cum etiam ipse mala inconstantiae signa proderet praeterquam quod insignis non esset, extrusus est".

Valde autem doleo me, neque quid Canisius neque quid Salmeron vel Lainius — ad hunc enim fortasse res reiecta est — Hoffaeo rescripserint, invenisse. Hoc sane videtur esse „advertendum" — verbis utor Sancti *Alphonsi de Ligorio* (Theologia moralis l. 3, n. 335) — „filios non teneri obedire [parentibus] in iis, quae pertinent ad statum eligendum". Quare si quis ad consilia evangelica observanda a Deo se vocari animadverterit (cf. Matth. 19, 12. 21 etc.), recte, nisi quid singulare, ut gravis quaedam familiae inopia, obstet, etiam invitis parentibus religiosum statum amplectetur memor illorum Christi verborum: „Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus" (Matth. 10, 37. Cf. Luc. 14, 26). At *S. Ignatius,* qua erat prudentia, Sociis interdixit, ne, cum aliis „exercitia spiritualia" traderent, eos magis ad religiosum quam ad aliud vitae genus moverent; eo enim tempore praestare, ut homines cum ipso Deo huncque cum ipsis agere sinerent (Exercitia, adnot. 15. [Institutum Societatis Iesu III, 451]). Ac praeterea de iis, qui Societatis scholas frequentarent, 23. Ianuarii 1552 collegiorum praefectos monuerat: „Osservino etiam quello che nessuno degli auditori delle scuole ricevano senza volontà dei parenti perchè sarebbe maggiore il danno de la commotione e alienatione degli animi che il frutto d' accettare il tale, havendo rispetto al bene universale: e non mancheranno modi di aiutare i buoni desideri de chi vuole entrare, mandandolo ad altri luoghi, o come Iddio inspirerá" (Cartas de *San Ignacio* III, 391). Hoc vero interdictum etiam magis amplificatum graviusque commendatum est litteris Roma 3. Martii 1554 ad Societatis superiores datis, in quibus *Ignatius:* „Ci è parso", inquit, „conveniente nel Signor Nostro, a tutti ordinare e strettamente commendarvi da parte di Dio Nostro Signor, che nessuno giovane, qual stia sotto la cura degli suoi parenti o tutori, sia accettato nella Compagnia nostra, or sia nel Collegio, or sia mandandoli in altri luoghi, senza la volontà e consenso di quelli, sotto cui cura sono, e molto manco debbano essortare o movere simili scolari alla Religione nostra" (Cartas IV, 441). Atque in „Instructione" 12. Februarii 1556 primis collegii pragensis Sociis a *S. Ignatio* data de noviciis Societati in Bohemia aggregandis dicitur: „Abbiasi avvertenza di guadagnare e acquistare a Cristo gente nuova in Praga e in Boemia, e che abbia talento o mostri speranza di averlo, per il divino servizio e aiuto delle anime. Pure di quelli che vengono alla scuola, non si accetti nessuno senza volontà di quelli, sotto la cui cura stanno: ma si possono esortare a perseverare nei suoi buoni desiderii, nella frequenza dei Sacramenti, e che procurino di avere l' assenso delli suoi" (Cartas VI, 460). Notandum est etiam, in *collegii coloniensis* (in quod initio aliqui parentibus vel insciis vel etiam invitis admissi erant [*Hansen* l. c. p. 211. 224. 363]) litteris quadrimestribus Colonia 4. Maii 1562 datis haec esse: „Sex nostrorum noviciorum ad parentes et amicos amandati sunt, ut ab illis veniam obtinerent Societatem intrandi." Ac *Leonardus Kessel,* collegii rector, Colonia 13. Octobris 1562 scribit: „Intelligunt, nos citra parentum consensum neminem recepturos" (*Hansen* l. c. p. 422³. 438).

Quomodo autem *Hoffaeus* (Canisio vel mandante vel permittente?) ea in re se gesserit, intellegere licet ex *Relatione supra memorata, in qua is scribit: Vindobonam venit „Melchior Sanninger[1] Viennensis Humanista Tyrnauia ob mandatum Regiminis huc euocatus, vt coram Commissarijs ac parentibus sisteretur et de proposito vocationis examinaretur, quo examine sibi pulcherrime constitit. . . . Melchior Sanninger Viennensis et Georgius Wradiensis ambo missi sunt Romam quod ob importunitatem Regiminis, Senatus ac parentum in magno periculo versari viderentur si diutius Viennae manerent" (l. c. f. 177ᵇ—178ᵃ).

Ea denique hic ponere iuverit, quae *Canisius* paulo post Augustae e sacro suggestu hac de re *dixit in contione exeunte a. 1562 vel ineunte a. 1563 habita: „Potest impedire", inquit, „pater filium ire ad religionem, cum est in necessitate, et eget obsequijs filij, ut sine illo non possit sustentari. Nam si tunc uellet curam

---

[1] „Sandigerus" hic vocatur a *Sochero* l. c. p. 101—102.

parentum Deo committere et se subducere, hoc esset Deum tentare[1]. Verum si parentes habent unde uiuant absente filio, debet filius sequi Christum vocantem et non dicere; sine me primum ire et sepelire patrem meum[2], sed mittere statim manum ad aratrum[3], et cum filijs Zebedei relinquere parentes[a][4]. Et beati tales, quia centuplum accipient et vitam aeternam possidebunt. Matt. 19.“[5] Et in una ex proximis *contionibus: „Dixi non posse parentes iubere ut filij nubant, nec impedire ut caste uiuant, religiosi fiant, sed in ea parte filij debent potius sequi spiritum dei. . . Vnde uidemus quanti refert parentes esse timoratos et probos[b] et sapientes, ut filijs bene praesint[6] et consulant, non impedientes sed promouentes in bono et nullo modo dantes occasionem ut contristent spiritum Dei[7] et grauent filios imo etiam reprehendant et rideant, si aliquando habeant bonam intentionem et desiderium relinquendi saeculum et saeculi uanitatem, 2° saepius utendi sacramenta [*sic*], 3 diutius et deuotius orandi, 4 simplicius se uestiendi, 5° a conuiuijs et choreis se subducendi, 6° ad monasterium se conuertendi. Nam in his tenentur parentes probare spiritus filiorum si ex Deo sunt[8], ac illos adiuuare in bono proposito. Scriptum est enim Noli prohibere etc.[9][c] Periculosum filios auertere a meliore proposito. 1 Est contra scripturam Prou. 3.[10] 2 est contra amorem debitum filiorum, quia sunt inimici eorum[11] [et] crudeles tyranni 3 sunt causa malorum in filijs sequentium et bonorum quae ob id negliguntur 4 est natura Sathanae mali et inuidentis ac nocentis alijs et quantum potest impedientis[d] 5 est contra exemplum sanctorum imo Christi. Vt Mariae non uolentis impedire Christum in desertum euntem[12] 2 Zachariae et Elisabeth permittentium Ioannem iuuenem abire et eremitam fieri in deserto[13] 3 Annae samuelem offerentis et facientis Nazarenum[14] 6 quid est nisi sapientiorem esse uelle deo uocante. 2 contristare spiritum dei[15] 3 opponere se cum Juda et Marta Magdalenae“[16] (ex harum contionum commentariis, a Canisio recognitis. Cod. „Can. X. U.“ f. 164. 166[a]).

Facile igitur intellegitur, in Societate, sicut in aliis religiosis ordinibus, fieri posse, ut quis invitis parentibus admittatur; quamquam Societas semper summopere hoc duxit optandum vehementerque insistere solet, ut parentum consensus impetretur.

664.

CANISIUS
STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 9. Februarii 1562.

Ex archetypo (2[c]; 2½ pp.; in p. 4. inscr. et sig.), quod Canisius sua manu subscripsit. Cod. gothan. „E. H. 2“ f. 9—10.

---

[a] *Quae sequuntur, C. sua manu postea addidit.* [b] probros *libr.*
[c] *Quae sequuntur, C. in margine sua manu adnotavit.* [d] impedientes *C.*

---

[1] Ex. 17, 2. 7. Deut. 6, 16 etc. [2] Matth. 8, 21. Luc. 9, 59.
[3] Luc. 9, 62. [4] Cf. Matth. 4, 21. 22. Marc. 1, 19. 20. [5] Matth. 19, 29.
[6] 1 Tim. 3, 12. [7] Eph. 4, 30. [8] 1 Io. 4, 1.
[9] Noli prohibere benefacere eum, qui potest: Prov. 3, 27.
[10] Vide adnot. praeced. [11] Cf. Mich. 7, 6. Matth. 10, 36.
[12] Cf. Matth. 4, 1. Marc. 1, 12. 13. [13] Cf. Luc. 1, 80.
[14] Cf. 1 Reg. 1, 11. 22. 28; 2, 11. [15] Eph. 4, 30.
[16] Cf. Io. 12, 1—8. Luc. 10, 38—42.

Ex archetypo epistulam primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 214—216. Ex quo particulas exscripserunt *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III, 154[f], et *Reusch*, Index I, 329[1]. Eadem epistula usus est *Riess* l. c. p. 300.

Gaudet, archiepiscopum pragensem aliosque ad concilium advenisse. Conventus ulmensis. Nihil bellici tumultus timendum. „Liga papistica." Et catholici et lutherani carne per Quadragesimam vesci vetiti esse feruntur. Rauscheri librum „100 mendaciorum papisticorum" — quem ipse e suggestu refutavit — et „Confessionem" belgicam mittit. Staphylus. Optat, ut „Centuriae" refutentur. Religio in Germania inferiore misere iacet; novi episcopi ibi in sedium possessionem inducendi. Theologi lovanienses. Facultatem petit, litterarum studiosis, servis, ancillis ovorum saltem usum permittendi in Quadragesima; quae etiam a sacerdotibus neglegitur. Confoederatorum landsbergensium conventus monacensis. Tumultus in Helvetia et Gallia. Orationes in concilio habitae.

†

Pax[a] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Diuinae bonitati gratias agimus, quae s: synodum indies magis ac magis ornat magnorum hominum accessione, inter quos laete contemplamur Reuerendissimum D. Archiepiscopum Pragensem[1], qui Germanis quidem Episcopis et Archiepiscopis palmam praeripuit, ac forte solus ex omnibus illis accessit. De conventu Vlmensi cum certiora cognouero scribam[2]. Jn causa religionis nihil mutatum puto, et confirmata bonorum spes est, nihil nobis hoc anno metuendum bellicj tumultus in Germania, etsi Proceres quidam Lutheranj non dubijs indicijs declararint, sibi uoluptati fore, bellicam expeditionem, quae aduersus ligam (ut ipsi uocant et somniant) Papisticam susciperetur[3]. Constans rumor est nouum illic edictum exiuisse, ut[b] [?] duobus in hebdomada diebus uescantur carnibus siue Catholicj siue Lutheranj[4], quas neque publice uendere liceat.

Mitto nunc scurrile et blasphemum scriptum Neuburgensis Concionatoris, qui ualde Staphylum honorat petulanti et impura Prae-

---

[a] *Hoc v. et 5 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

[b] *Sic; sed Canisium vel* ut ne *vel* ne *scribere voluisse puto; vide infra, adn. 4.*

---

[1] Antonium Brus de Muglitz, 31. Ianuarii Tridentum advectum (*Pallavicino* l. c. l. 15, c. 20).

[2] Imperii „circulus suebicus" m. Ianuario a. 1562 Ulmae conventum habuerat (*Häberlin* l. c. IV, 454).

[3] Canisius imprimis Christophorum et Wolfgangum duces wurttembergensem et neoburgensem significare videtur (*Turba* l. c. III, 204. *Sickel*, Trient p. 277. *Goetz*, Beiträge p. 235[3]. 242).

[4] „Anno Christi MDLXIV. Augustanus Senatus publico edicto promulgato inhibuit ne ciues diebus Veneris ac Sabbati, sicuti etiam per Quadragesimam, carnibus vescantur. Idem a statibus Sueuiae Vlmae antea quoque factitatum": *Car. Stengelius* l. c. p. 307. Id quod a Suebis „propter boum et reliquorum armentorum pecudumque defectum" constitutum esse affirmat *Ach. Pirm. Gasser*, medicus augustanus isque lutheranus et eorum temporum aequalis („Annales" augustani, in „Scriptores Rerum Germanicarum", ed. *I. B. Menckenius*, I [Lipsiae 1728], 1905).

fatione[1]. Confutauj totum opus pro concione[2], praesertim ne offenderentur Catholicj tam specioso libri titulo. qui nullam postea probationem habet adiunctam, et ridicula potius quam uera recenset. Jta lubet aduersarijs nugarj, et nonnunquam nostris fimis atque stercoribus ad suam communiendam arcem abuti. Flagellat D. Franciscum, ridet D. Bernardum, contemnit D. Gregorium. Quicquid ipsi fingunt, pro Euangelio uenditant, quicquid contra ipsos facit in historijs, id abijciunt, rident, calumniantur.

Vtinam prodeat aliquis ex doctissimis Episcopis et Theologis, quorum ingens isthic est numerus, qui ex professo refellat pestilentissimum illud opus Magdeburgensium Theologorum de Ecclesiastica historia nuper editum[3].

Mitto praeterea Confessionem sectariorum in Belgica nostra frequentium nomine, si credere fas est, conscriptam[4]. Fortasse Caluinus in hoc opere laborauit. Multi constanter affirmant quod ego falsum optarim, religionis causam in Germania inferiore miserabilem in modum afflictam iacere, et ex uicina Gallia multum contagiosae pestis in has regiones Philippicas[5] serpere. Eo magis optant boni, nouos Episcopos passim instituj, licet Sathan hoc pium optimi regis institutum impedire conetur[6]. Audimus Theologos Louanienses de mittendis quibusdam ad synodum deliberare[7].

Commendo me amplitudini tuae, simulque Reuerendissimis Dominis Archiepiscopo Pragensi et Praesuli Quinqueecclesiensj[8] reuerenter. Sanctum hoc quadragesimae tempus uelit Christus Concilio et Ecclesiae foeliciter euenire. Augustae .9. Februarij .M.D.LXIJ.

Servus in Christo P. Canisius.

Scripsi postremo de Magdeburgensi et saxonico liberam sententiam, an isthuc allata sit illa nescio.

---

[1] Hieronymi Rauscher „Hundert . . papistische Lügen"; de quo libro vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[2] Die 2. Februarii, in ecclesia cathedrali; vide infra, monum. 255.

[3] Centurias magdeburgenses, quas vocant, a Flacio Illyrico, Ioanne Wigando, Matthaeo Iudice, aliis conscriptas; in quibus inde ab a. 1559 Basileae evulgatis Lutherani magnae eruditionis specie doctrinas suas stabilire conabantur; plura vide supra p. 29—31.

[4] De hac vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[5] Philippi II. Hispaniae regis imperio subiectas.

[6] In Neerlandia Philippi II. rogatu a. 1559 et 1561 a Paulo IV. et Pio IV. 14 dioeceses, exterorum episcoporum iurisdictione prorsus sublata, constitutae erant. At quia ratio in iis dotandis adhibita et clero et nobilibus valde displicebat, complures ex episcopis a Philippo designatis in sedium possessionem statim venire non poterant (*Ét.-Const. de Gerlache,* Histoire du royaume des Pays-Bas depuis 1814 jusqu'en 1830 I [4[e] éd., Bruxelles 1874], 92—94).

[7] Cf. *Pallavicinum* l. c. l. 15, c. 7, n. 7—13.

[8] Georgio Drascovitio, 18. Ianuarii Tridentum advecto (*Pallavicino* l. c. l. 15, c. 16, n. 6).

Anguntur nostri sacerdotes in Bauaria et Austria, quod impetrare non possint a poenitentibus in sacramento Confessionis, ut ratio uictus quadragesimalis secundum Ecclesiae praescriptum obseruetur a pauperibus praesertim studiosis, seruis et ancillis, quibus parentes patresfamilias et hospites non permittunt neque offerunt cibum quadragesimalem. Petunt igitur uehementer, ut saltem ouorum usum in hac annonae summa difficultate ipsis permittamus [1]. Si permittendi seu dispensandi potestas penes amplissimas Dominationes uestras existit, cupimus admodum concedj nobis gratiam tractandj clementius nostros Germanos, ne linum fumigans extinguamus [2]. Taceo quam foede Catholicj etiam sacerdotes negligant quadragesimalis ieiunij obseruationem, quae utinam a paucis rite [a] in pretio habeatur.

Nunc demum intelligo nihil esse constitutum Vlmae, sed ad conuentum proximum post Pascha celebrandum omnia relata esse. Monachij conuentus alter multorum fuit et Principum et Magistratuum, ubi consentienter actum est de confirmatione foederum pro tuenda pace aduersus quosuis tumultus ac motus aduersariorum [3]. Vbi multi simul Episcopi una cum Caesare et Bauariae Duce nescio in quot annos, firmis quibusdam foederibus se mutuo obligauerunt. Jn his etiam Augustani. Ex nundinis plura licebit cognoscere [4]. Sparguntur quaedam de Heluetijs tumultuantibus ob causam religionis, quemadmodum de Gallis quoque. Vtinam accipiamus orationes aliquot in Concilio recitatas. Ex Vrbe quidem duas typis excusas uidimus [5].

Faxit Christus, ut bene succedat futura sessio [6], quae haud dubie magnam praebebit lucem ad reliquam Concilij tractationem.

Jdem Canisius
in Christo seruus [b].

† Reuerendissimo in Christo Patri et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio, Cardinali et Episcopo Varmiensj, S. Synodj Praesidj, Patrono amplissimo. Tridentj.

---

[a] *Sequitur* obseruetur, *a libr. oblitteratum.*
[b] *Inscriptio sequens a Cypr. omissa est.*

---

[1] De antiqua ecclesiae lege, qua fideles omnibus, etiam dominicis, Quadragesimae diebus (haec eo anno 11. Februarii incipiebat) carne, ovis, lacticiniis vesci vetantur, vide supra p. 75 [3]. Facultas „dispensandi circa ieiunia" Martio a. 1561 a Pio IV. Sociis tributa (vide supra p. 70) fortasse ciborum copiam tantum, non genus spectabat. [2] Is. 42, 3. Matth. 12, 20.

[3] In conventu hoc per oratores Ferdinandi I., Alberti V., archiepiscopi salisburgensis, episcoporum bambergensis et herbipolensis, civitatum augustanae et norimbergensis a 19. ad 28. Ianuarii 1561 habito hoc, praeter alia, constitutum est, ut foedus illud „landsbergense" ad 7 annos continuaretur (*Goetz,* Beiträge p. 235—238).

[4] Francofurti ad Moenum brevi mercatus librorum „quadragesimalis" futurus erat; ad quem Georgius Willer, bibliopola augustanus, adire solebat; cf. *Can.* Epp. II, 744 [5]. [5] Cf. supra p. 326.

[6] Haec ut 26. Februarii haberetur, in I. sessione statutum erat.

Inscriptioni harum litterarum manu tridentina eiusdem temporis adnotatum est: „Redditae 17 februarij 1562. Resp. eodem."

Atque ex his litteris intellegitur, una cum ipsis a Canisio duos libros ad Hosium missos esse. Unius auctor erat Hieronymus Rauscher († 1569), qui, cum compluribus locis Lutheranorum ministrum egisset, tandem Ambergae (Amberg) in Palatinatu superiore principum neoburgensium (Pfalz-Neuburg) contionator aulicus constitutus est. Is a. 1562 et iterum a. 1564 edidit „Hundert auserwelte, grosse, unverschempte, feiste, wolgemeste, erstunckene papistische Lügen, welche aller Narren Lügen, als des Eulenspiegels, Marcolphi, des Pfaffen von Kalenberg, Fortunati, Rollmagens etc. weit übertreffen, damit die Papisten die fürnempten Artickel ihrer Lere vertheidigen, die armen Christen aber verblenden und in Abgrund der Höllen verführen, aus ihren eigenen Scribenten zusammengezogen, und besondere Erinnerung zu jeglicher gestellt." Ita quidem hic liber inscriptus est a. 1564 (*Janssen-Pastor* V, 385[3]); editionem autem principem similiter inscriptam esse ex *commentario contionis a Canisio de ea habitae colligere licet (Cod. „Can. X. T." f. 76[b]). In quo libro, Christophoro duci wurttembergensi dedicato, Rauscher, Staphylum contra propriam conscientiam diabolo servire et protestantibus necem parare praefatus, ex variis catholicorum libris miraculorum relationes, narratiunculas, fabulas congerit, atque catholicos haec omnia, nisi ad ignem et laqueum damnari velint, credere debere asserit; summos pontifices sicut monstra vivere; episcopos diaboli servos, monachos eiusdem filios, monialium conventus lupanaria procerum, nobilium, canonicorum esse. Quae autem de S. Francisci Assisinatis moribus ac de poenis in tartaro ei constitutis Rauscher scribit, tam sordida sunt, ut ea repetere pudeat (*Janssen* l. c. p. 385—387. *Wagenmann* in „Allgemeine Deutsche Biographie" XXVII, 447—448. *J. G. Th. Grässe*, Lehrbuch der allgemeinen Literärgeschichte III, 1. Abth. [Leipzig 1852], 607. 615—616). Quare haud recte *Reusch* Hieronymum Rauscher iis annumeravit, qui in „Indice" quidem „librorum prohibitorum" anno 1564 a Pio IV. evulgato ad I. classem — haec eorum erat, quorum libri omnes, sive iam editi, sive postea edendi essent, proscribebantur — eo tantum relati essent, quod „Protestationi" cuidam adversus concilium tridentinum anno 1563 in lucem emissae nomina subscripsissent, qui tamen „nach 1564 sich durch Schriften . . . eines Platzes im Index würdig gemacht" (Index I, 326). „Confessio Belgica" autem, quam Canisius misit, Guidone de Brès (Bray) praecipuo auctore, evulgata est cum hoc titulo: „CONFESSION | DE FOY, | Faite d' vn commun accord par les | fideles qui cõuersent és pays bas, | lesquels desirent viure selon la | pureté de l' Euangile de nostre | Seigneur Iesus Christ. | Auec vne Remonstrance | aux Magistrats, de Flandres, | Braban, Hainault, Artois, | Chastelenie de l'Isle, & au- | tres regions circonuisines. | M.D.LXI." (Sine loco; 12°; pp. 31 et praeterea in initio 6 ff. non signata, addito titulari; f. a 2[a]—b[b] epistula ad Philippum II. regem data; „Confessio" 37 articulos sive capita complectitur). Liber postea etiam latine, hollandice, germanice editus, ac posterioribus annis a compluribus „synodis" belgicis recognitus, mutatus, confirmatus „Reformatorum" sive Calvinianorum Neerlandiae liber symbolicus, ut dicere solemus, effectus est.

Eodem tempore Canisius libellum illum Tridentum ad Hosium misisse videtur, de quo *Valentinus Kuczborski* (Cutzborski), Hosii „camerarius", Tridento 17. Februarii 1562 ad Martinum Cromer *scripsit: „Scribit Canisius, hoc anno nihil esse a bellicis tumultibus periculj. Et misit nobis capita conspirationis, quam ibi palam circumferri significat, jn qua perscripta est ratio qua rex Navarae loco moveri, et heretici ex Germania exterminari possint. Si potero mittam eius exemplum S. vestrae" (ex autographo. Cod. cracov. „Cromeri epistt." nr. 276).

665.

STANISLAUS CARDINALIS HOSIUS,

unus ex concilii tridentini praesidibus, episcopus varmiensis,

CANISIO.

Tridento 10. Februarii 1562.

Ex apographo (A) saeculo XVI (anno 1578? Vide infra, p. 379[k]) scripto et sic inscripto: „Petro Canisio Societatis Iesu Sacerdoti . Concionatori Augustano"; quod exstat in codice archivi vaticani „Concil. Trid. 35", f. 125ª—127ª; atque is codex olim fuit Stanislai Rescii, qui Hosii secretarium egit et postea eius vitam scripsit.

Alterum apographum (B), quod saeculo quidem XVI., sed aliquanto post (sub 1580?) scriptum esse videtur — scripsit librarius ignotus —, exstat Cracoviae in bibliotheca universitatis, Cod. 161 fasc. 1, n. 10. Inscriptum est eadem manu: „Stanislaus Hosius Cardinalis P. Canisio."

Epistulam (R°) cum eadem inscriptione primus edidit idem *Stan. Rescius,* D. Stanislai Hosii Operum Tomus secundus (Coloniae 1584) p. 192—193.

Partem (Rᵛ) epistulae ([Cuperem verum esse quod dicitur,] „quod missuri sunt — fiduciae positum habemus") idem *Rescius* postea posuit in „D. Stanislai Hosii Vita" (Romae 1587) p. 107—108 (in altera „Vitae" editione, Olivae 1690 facta, est p. 138—139). Eandem partem (Bz) typis exscripsit *Abrah. Bzovius* O. Pr., Annalium . . . Continuatio. Tomus XX. (Coloniae Agrippinae 1641) p. 473. Particulas posuerunt etiam: *Lagomarsinius,* Pogiani Epistolae III, 35ª; *Michel* l. c. p. 248²; *Riess* l. c. p. 300—301 (germanice). Epistulae summam germanice posuit *Eichhorn,* Hosius II, 73. Eadem epistula usus est *Boero,* Can. p. 234.

Sociis pro concilio orandum. A concilii legatis decretum est, ut ex precibus a Canisio editis aliqua publicis litaniis insererentur. Coloniae, Moguntiae etc. Sociis efficiendum est, ut episcopi ad concilium adeant. Vehementer Hosius optat, ut protestantium quoque principum oratores veniant, quocumque tandem animo veniant; eos clementissime exceptum iri. Falso catholici contra protestantes conspirasse feruntur. Caesar per oratores concilio protectionem omnem promisit. Ex lutheranismo iam ad calvinismum, ex hoc ad atheismum delabimur. Hardenbergius Dei filium ex Maria carnem suscepisse, Petrus Martyr Christum post resurrectionem clausis ianuis ad discipulos intrasse negaverunt. At maxima ex Deo speranda. Canisium rogat, ut legatos de ulmensi conventu ac de rebus omnibus, quas eos scire intersit, certiores faciat.

— Synodum iam tandem apertam quod pijs uotis prosequeris [1] non potest non esse pijs omnibus ualde gratum, atque vt id facere pergas una cum Societate tua hortarer te, nisi scirem, currenti quod aiunt, calcar addere[a] [2], non esse necessarium: cum praesertim legerim selectas preces quas edi curasti [3] comprimis[b] [?] pias quibus uehementer sum delectatus, ac exemplum unum Illustrissimis Dominis et collegis

[a] *Ita B et R°;* aiunt calcar, addere *A.* [b] *Sic A B;* cumprimis *R°.*

[1] Hosius his litteris ad Canisii epistulam 29. Ianuarii 1562 datam respondet.

[2] „Addidisti ergo calcaria sponte currenti": *C. Plinius,* Epistulae l. 1, n. 8.

[3] Hosius fortasse libri precationum germanice a. 1560 Dilingae a Canisio editi versionem latinam significat; vel „Hortulum animae" vel preces pro concilio etc. recitandas dicit. Vide infra, monum. 394.

meis legatis protuli, a quibus decretum est, ut nonnulla ex his excerpta in publicis[a] Laetanijs[b] [?], quae habebuntur hac instante Quadragesima[1] insererentur[c]. Spes est in Deo daturum hoc illum[d] precibus piorum ut[2] per auxilium gratiae ipsius quod peccata nostra praepediunt, indulgentia propitiationis eius acceleret. Vtinam autem quod boni omnes desiderant uidere liceret[e] hic praesentes non solum Germaniae praesules, uerum etiam Protestantium Oratores, melior spes nobis[f] affulgeret foelicis progressus, et successus huius Concilij, Verum de benignitate Dei nobis[g] et hoc pollicemur, quod eorum corda facile sit in hanc mentem impulsurus. Tuum erit si quos habes tibi aliqua familiaritate coniunctos ut eis persuadere coneris, quo minus difficulter laborem huc ueniendi suscipiant, aut saltem aliquos loco suo mittant. Habetis Coloniae Societatem, habetis et Moguntiae fortassis autem et alijs quibusdam in locis. Si qui sunt in Societatibus his qui nonnihil apud Episcopos gratia ualent et authoritate, admone illos ut omnem moueant lapidem, quo possint eos in hanc mentem impellere. Non ingratum autem accidit, ex litteris tuis cognoscere quod missuri sunt[h] huc suos[i] Elector Saxoniae et Brandenburgensis[k],

[a] pubblicis *R°*. [b] Letanijs *B;* Litanijs *R°*. [c] *R° perperam:* inserentur.
[d] daturam hoc illam *A R°*. [e] *2 vv. sqq. ex B et R° suppleri.*
[f] nobis spes *R°*. [g] nobls *R°*.
[h] Cuperem verum esse quod dicitur, quod missuri sunt *R*ᵛ *Bz.*
[i] *Bz. om.* suos. [k] Brandeburgensis *B;* Brandeburgens. *Bz.*

---

[1] Concilii praesides has preces maxime in „stationibus" (stationum „processionibus") publice recitari iussisse censeo. Notat enim *Torellus Phola* de Puggio, cathedralis ecclesiae fesulanae canonicus, in suo „Diario Actorum sacri concilii Tridentini", Pium IV. „transmisisse per totam quadragesimam et octavam sanctam Paschatis indulgentias et stationes pro ecclesiis Tridentinis, prout ab illustrissimis praesidentibus statuetur . quas qui visitaverint, consequentur, ac si Romae essent". Atque, ut *idem* scribit, 25. Februarii 1562 „illustrissimi legati et reverendissimi patres, et ceteri omnes profecti sunt ab ecclesia S. Martini pro statione consequenda" (*Edm. Martène* et *Urs. Durand,* O. S. B., Veterum Scriptorum et Monumentorum . . collectio VIII [Parisiis 1733], 1252). Atque *Angelus Massarellus,* episcopus thelesinus et concilii tridentini „secretarius", in „Ordine celebrandi . . concilii tridentini" (n. 14) asserit: Tempore Quadragesimae „diebus veneris" „habebatur processio circum plateam publicam, quae est prope ipsam cathedralem, in qua ibant praesidentes et conciliares omnes, habitu quotidiano induti, decantantibus cantoribus concilii quasdam litanias; et in ecclesiam reversi, recitatis per unum ex praelatis quibusdam precibus ad pacem et unionem ecclesiae, ad haeresum extirpationem, ad felicem prosperumque finem concilii a Deo impetrandum institutis" etc. (*Aug. Theiner,* Acta genuina SS. oecumenici Concilii Tridentini I [Zagabriae 1874], 13).

[2] Verba, quae sequuntur, usque ad „acceleret" (incl.), in compluribus iam „Sacramentariis" antiquis, ut gelasiano, gallicano, gregoriano partem constituebant orationis in liturgia Adventus Domini recitandae (The Gelasian Sacramentary, edited by *H. A. Wilson* [Oxford 1894] p. 214. *Lud. Ant. Muratori,* Opere minori XII [Napoli 1760], 64. 376). Quae etiam nunc in „*Missali* Romano" Dominica IV. Adventus (in „Oratione" missae) recitari iubentur.

ac[a] nescio quis tertius[1]. Deum precamur ut ueniant quocunque tandem animo illis uenire[b] decretum est . Etiam Saulus ad persequendam[c] Ecclesiam profectus erat, factus est nihilominus Paulus, et ex persequutore Apostolus[2]. Saul ad occidendum Regem[d] Dauid festinabat incidit in cuneum Prophetarum, prophetauit et ipse[3], Balaam ad maledicendum populo Israel conductus uenerat[e] quem cum uidisset benedixit[4]. Idem nunc Deus est qui fuit, aeque potens, aeque benignus, et misericors ut fuit, nec est in eo Fuit, aut Erit, sed Est tantum[5]. Potest is auferre cor lapideum et dare cor carneum[6], potest efficere, qui conducti sunt ad maledicendum populo Dei, ut hi[f] mutato proposito benedicant potius[7], et cum sit fons totius benignitatis[g] non magis potest quam uult, modo nos Deum precemur in fide nihil[h] haesitantes[8]. Etiam ex lapidibus ille suscitabit[i] filios Abrahae[k][9]. Veniant,[l] ueniant, quocunque animo ueniant, reperient hic uiscera paternae charitatis plena, super eorum capita carbones ignis congerentur[10], nec aliud nobis erit[m] propositum quam ut non uincamur a malo, sed uincamus in bono malum[11]. Quod nos diuina misericordia consequuturos esse[n] speramus uestris praecipue precibus adiutos[o] in quibus multum fiduciae positum habemus. Quae uulgo spargi scribis[12] maera sunt mendacia nec ignoramus quo sint authore[13] sparsa. Fortassis autem nec illud falsum est, quod de Gallo illo[14] scribis. Non desunt qui publicam tranquillitatem perturbatam cupiunt, sed dissipabit dominus consilium Achitophel[p][15]. Nos hic non paruam ex aduentu Caesareae Maiestatis Oratorum consolationem accepimus[16], qui nobis Maiestatis illius nomine promiserunt, facturam illam ut officio suo ne desit, ac modis omnibus prouisuram, ut summa

---

[a] et *B*. [b] venire illis *B*. [c] *Ita B R°R^v Bz;* prosequendam *A*.
[d] *Bz. om.* Regem. [e] fuerat *R^v Bz.* [f] vt qui conducti *etc.* Dei, hi *Bz.*
[g] bonitatis *Bz.* [h] nil *B.* [i] suscitabit ille *R°;* ille suscitat *R^v Bz.*
[k] Abraham *R°.* [l] Vtinam *R°.* [m] erit nobis *Bz.* [n] *R^v et Bz. om.* esse.
[o] adiuti *Bz.* [p] Ahitophel *B;* Architophel *R°.*

---

[1] Augustus Saxoniae elector, Ioachim II. elector brandenburgensis, Sigismundus magdeburgensis archiepiscopus lutheranus; vide supra p. 361.
[2] Cf. Act. 9, 1—22; 22, 3—16. Gal. 1, 13—24. 1 Cor. 15, 9 etc.
[3] Cf. 1 Reg. 19, 19—24. [4] Cf. Num. 22, 2—24, 19.
[5] Cf. Iac. 1, 17. Apoc. 21, 6 etc. [6] Ez. 11, 19; 36, 26.
[7] Cf. Deut. 23, 4. 5. 2 Esdr. 13, 2 etc. [8] Iac. 1, 6. Matth. 21, 21.
[9] Matth. 3, 9. Luc. 3, 8. [10] Rom. 12, 20. [11] Rom. 12, 21.
[12] Pontificem, cardinales, principes ad vim protestantibus, qui concilio oboedire noluissent, inferendam conspirasse; vide supra p. 361.
[13] Christophoro duce wurttembergensi. V. supra p. 361[4] et *Turba* l. c. III, 204.
[14] Nicolao de Rambouillet; vide supra p. 362[3]. [15] 2 Reg. 15, 34; 17, 14.
[16] Die 9. (*Pallavicino* l. c. l. 15, c. 20, n. 5) vel 10. Februarii (*Sickel*, Trient p. 229) 1562 Brusio et Drascovitio tertius accessit Ferdinandi I. orator Sigismundus de Thun; cf. supra p. 332[2].

cum quiete, et tranquillitate sacrum[a] Concilium istud celebrari possit[1]. Quae Germanica misisti[2], quoniam antea legeram in latinam linguam translata nunc legere non libuit. Ex Lutheranismo progressum uidemus ad Caluinismum, qui nobis[b] pariturus uidetur Atheismum. Cum fuissem in aula Caesaris[3] renunciatum est mihi quod Albertus quidam quem ita grauiter oppugnat Heshusius[4], cum contra Christi corporis et sanguinis praesentiam in Eucharistiae Sacramento in Conuenticulo Brunsuicensi[5] multa diceret in hanc tandem blasphemiam proruperit[c]. Quomodo potest in Sacramento hoc esse[d] Christi[e] caro et sanguis, cum nullam carnem ex Maria Virgine Christus susceperit? Sed haud aliter atque Sol per aquam, nullo ex ea humore contracto, sic ille per uterum virginis pertransiuit. Ecce quorsum tandem res prouenit[f] [?]! Negatur esse uerum eo sensu quo[g] [?] tot seculis recepit Ecclesia, quod Christus dixit, Hoc est corpus meum[6]. Eadem audacia negari potest quod Christi discipulus dixit, Verbum caro factum est[7]. Si praesertim fas erit unicuique in exponendis Euangelij uerbis a communi sensu et consensu discedere. Et iam hoc factum ab Alberto cum Viennae fuissem audiui . Legi Petri Martyris libellum quem nuper mihi misisti[8]. Jn eo dum quam asserit Brentius vbiquitatem Christi corporis, oppugnat, quae tamen uox Catholicis est ignota, audet aperte negare quod per clausum Virginis uterum Christus transiuerit, quod clauso monumento resurrexerit, quodque disertissimis uerbis scriptum est in Euangelio[9], cum clausis

[a] S. *B.*
[b] vobis *R°*. *Qui tamen in litteris Hosii eodem die ad cardinalem Estensem datis posuit: „Caluinismus hic breui nobis pariet Atheismum" (l. c. p. 194).*
[c] prorupit *R°*. [d] potest esse in Sacramento hoc, *R°*.
[e] *R° om.* Christi. [f] peruenit *B.* [g] quem *B R°*.

[1] Brus et Drascovitius 6. Februarii 1562 sollemniter in concilium admissi erant (*Pallavicino* l. c. l. 15, c. 20, n. 4. *Le Plat* l. c. V, 18—22).
[2] Libellos quosdam, quibus Calvinismus commendabatur; vide supra p. 362.
[3] Hosius ibi nuntium apostolicum egit a m. Aprili a. 1560 ad m. Iulium a. 1562 (*Steinherz* l. c. p. XLIV. CVI).
[4] Cum Albertus Rizaeus, vulgo „Hardenberg" (1510—1574), hollandus, cathedralis ecclesiae bremensis contionator calvinianus, veram corporis Christi in eucharistia praesentiam admittere nollet, anno 1560 Tilmannus Heshusius (Hesshusen; 1527—1588) Heidelberga Bremam senatus invitatu advectus e suggestu saepe et vehementer adversus eum declamavit. Qui etiam paulo post Magdeburgi librum „wider den Rottengeist zu Bremen" edidit (*C. A. Wilkens,* Tilemann Hesshusius [Leipzig 1860] p. 66—83. *K. v. Helmolt,* Tilemann Hesshus [Leipzig 1859] p. 46—49).
[5] Hardenbergius in conventu ordinum „circuli Saxoniae inferioris" m. Februario 1561 Brunsvici habito damnatus est (*Phil. Iul. Rehtmeyer,* Historiae Ecclesiasticae inclytae urbis Brunsvigae Pars III (Brunsvigae 1710), p. 238—243. *J. K. F. Schlegel,* Kirchen- und Reformationsgeschichte von Norddeutschland II [Hannover 1829], 416).
[6] Matth. 26, 26. Marc. 14, 22 etc. [7] Io. 1, 14.
[8] „Dialogum de utraque Christi natura"; de quo supra p. 363.
[9] Io. 20, 19. 26.

ianuis ad discipulos intrasse. Et interea uolunt uocari Euangelici, qui tam expressam Euangelij uocem negare non dubitant. Deus precandus est ut faelicem progressum et successum huius Concilij largiatur. Huc enim spectat Sathanas ut omnem Christianam fidem prorsus euertat, nec hactenus ei conatus ipsius parum foeliciter in plerisque locis cessisse[a] uidentur . Sed respiciet aliquando Deus oculis misericordiae suae Sponsam suam Ecclesiam, nec eam procellis ac tempestatibus istis[b] imminentibus obrui patietur: Quin potius ad optatum[c] tranquillitatis portum perducet. Quod ut faciat utque foelicem huic Sacro[d] Concilio successum concedat tuis et aliorum piorum precibus, quas puras manus ad Deum leuando[e] [?][1] fundere nunquam intermittis, effectum iri speramus. Fidant alij in curribus, et in equis, nos autem in nomine[f] domini[2], qui sperantes in se nunquam deserit. Quaeso autem te ut de omnibus his quae fuerint acta in Conuentu Vlmensi[3] deque caeteris rebus, quas nos scire nostra interesse putaueris, diligenter me reddas[g] certiorem. Non mihi magis quam caeteris Illustrissimis Dominis meis Legatis, rem feceris multo gratissimam . Datum Tridenti[h] Februarij Mense die .X.[i] [?] Anno Domini M. D. LXII[k].

666.

CANISIUS
ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 22. Februarii 1562.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I" f. 119 et sq. non. sign. (n. 104) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem archetypo exscriptum.

Bavariae ducis ad pontificem legatum, de collegio straubingensi condendo ceterisque collegiis dotandis acturum, vehementer commendat.

---

[a] cesisse *A.* [b] isti *R°.* [c] *R° om.* optatum.
[d] S. *B.*
[e] leuantes *B. Atque ita 1 Tim. 2, 8: „levantes puras manus".*
[f] *B haud recte:* nomen. [g] *R° perperam:* reddat.
[h] Tridenti *supplevi ex B.*
[i] 10 Februarij *B;* die X. Februarij. *R°.*
[k] *Ita R°;* .1562. *B;* M. D. LXXVIIJ°. *A. Atque B et R° recte legisse, rebus ipsis, quae ab H. scribuntur, confirmatur. Fortasse libr. lapsu quodam vel calami vel memoriae annum, quo ipse hanc epistulam transcripsit, pro anno, quo H. eam scripsit, posuit.*

---

[1] 1 Tim. 2, 8. [2] Ps. 19, 8. [3] Vide supra p. 371.

†

Pax Christi nobiscum admodum Reuerende in Christo Pater.

Venit isthuc Doctor [1] et Principis Bauariae [2] ad Pont. Maximum Legatus, qui de collegiorum [3] dotatione, et alterius straubingen. erectione isthic tractabit. Quare literas illi adiungere uisum est, partim ut uolentibus ita consiliarijs facerem satis: partim ut bonum uirum redderem commendatiorem, cui haud dubie Reuerendi [a] Patres quacunque ratione licebit, pro sua charitate gratificabuntur, ut sentiat Princeps etiam suos in pretio habitos esse. Non repetam quae alias de superioribus scripsi negotijs. Dominus Jesus gratiam nobis et Bauariae nunc admodum periclitanti per R. T. et fratrum omnium supplicationes conferre et augere dignetur.

Augusta 22 Februarij M. D. LXij.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre, Jl Padre M. Jacomo Laynez, Preposto Generale della Compagnia di Jesu.

Jn Roma.

Has litteras Romam secum attulit Dr. Sigmundus Viehauser (Vieheuser), quem *Knöpfler* (l. c. p. 99) Monachio 23. Februarii 1562 discessisse scribit cum triplici Alberti V. mandato: Ut de „decimis", de ecclesiasticorum „beneficiorum collatione", de sacro calice laicis porrigendo quaedam a Pio IV. impetraret (cf. *Le Plat* l. c. V, 92). Num autem de tertia huius mandati parte, quae ad calicem spectabat, Canisius certior factus sit, mihi quidem, cum hanc ipsius epistulam lego, satis dubium efficitur. Ac „decimas" illas Albertus V., ut Societatis collegia bavarica dotare posset, petisse videtur, similiter atque annis 1548 et 1551 a Paulo III. et Iulio III. Guilielmo IV. duci atque ipsi Alberto pro universitate ingolstadiensi decumae omnium fere Bavariae ecclesiarum concessae erant (*Mederer* l. c. IV, 270—282. *Prantl* l. c. I, 182—186; II, 187—193). Atque ipse *Cardinalis Augustanus* compluribus litteris Roma exeunte a. 1561 et ineunte a. 1562 datis Alberto spem fecit „decimam" et alia, si legatum Romam mitteret, impetrandi (*Goetz*, Beiträge p. 226. 244). Neque prorsus frustra Viehauser, quem a Sociis romanis adiutum esse ex horum litteris (vide infra p. 400) constat, laboravit. Nam caesari *Prosper ab Arco*, orator eius romanus, Roma 13. Maii 1562 scripsit: „Duci Bavariae, ut decimas duas a clero exigere posset, permisit [papa]; cum hac tamen conditione ut hae pecuniae in collegiorum usum et non in alium cedant, et nisi sufficiant, concessit ut eisdem collegiis posset tribuere proventus unius monasterii; beneficiorum collationem eidem permittere noluit" (*Sickel*, Trient p. 300). Anno tamen 1563 alteris litteris pontificiis duci missis ius homines ad beneficia ecclesiastica 6 illis mensibus papalibus „praesentandi" ratum habitum est. De calice vero legatus Romae animos ita invenerat occupatos, ut rem ne proponere quidem auderet (*Riezler* l. c. IV, 99—100. 512. *Pogiani* Epistolae III, 57[b]).

[a] Reuerendos *A B*.

[1] Sigismundus Viehauser; vide quae sub ipsam hanc epistulam dicuntur.
[2] Alberti V. ducis. [3] Ingolstadiensis et monacensis.

667.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 1. Martii 1562.

Ex archetypo (2⁰; 2½ pp.; in p. 4. inscr. et sig.), quod Canisius manu sua subscripsit. Cod. gothan. „E. H. 2" f. 16—17.

Ex archetypo epistulam primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 219—222.

Concilium prospere successurum esse sperat. Conventus ulmensis. Dux brunsvicensis. Saxonum animi a protestantismo alienari coeperunt. Calvinismus serpit latius. Flacii Illyrici exsilium et novi libri. Commendonus nuntius apostolicus. Wolfgangi Palatini uxor de sua suorumque salute pessime ominatur. Caupo in Franconia per daemonem abreptus. Richardi Palatini servus similiter sublatus. Germanorum animi Satanismo vitiantur. Canisius Germaniae episcopos denuo, ut concilio intersint, hortaturus est. Ducum bavari et brunsvicensis aliorumque oratores eo venturi. Libellum famosum ab Hieronymo [Rauscher?] scriptum Canisius quaeret. Vergerius. Adulescentes poloni. Res religionis in Gallia. Canisius, ut catechismo suo, mox denuo excudendo, auctoritas aliqua a concilio addatur, modeste petit.

†

Pax[a] Christi nobiscum Reuerendissime et Jllustrissime Domine.

Accepi literas amplitudinis tuae, in quibus nescio utrum ego mirer amplius, raramne humanitatem, an singularem diligentiam ac Apostolicam pietatem. Et perlubenter quidem cognoui, quae ad institutae synodi successum spectant. Nec dubito quin hoc saluberrimum opus curae sit ijs, qui in C h r i s t i n o m i n e c o n g r e g a t i[1], de afflicta Ecclesia bene mereri uolunt et possunt, eo nimirum duce, qui a u x i l i a t o r[2] est populj suj, fuitque semper, i n t e m p o r e o p o r t u n o[3].

De Vlmensi conuentu ut scripsi[4], post Pascha sciemus, quando iterum isti conuenerint, qui Tragoediam nuper excitare more suo moliebantur. Hic nihil noui admodum quod sciam. Secretarius Principis Brunswicensis senioris et catholicj[5] cum his diebus me conuenisset[6], de saxonico dixit populo, eum ab hisce nouatorum dissensionibus et sectis magis ac magis indies abhorrere. Est interim animorum a Lutheranismo ad Caluinismum ingens propensio. Jlliricus

---

[a] *Hoc v. et 6 sqq. non sunt ap. Cypr.*

---

[1] Matth. 18, 20. [2] 2 Par. 32, 8. Is. 44, 2 etc.

[3] Ps. 31, 6; 144, 15. [4] Vide supra p. 371. 379.

[5] Henrici „iunioris", ducis brunsvico-guelpherbytani (Braunschweig-Wolfenbüttel). Qui multo ante Ericum „iuniorem", ducem brunsvico-calenbergensem, et natus erat et rei publicae praeesse coeperat.

[6] Nescio num Canisius Ludolphum Halver significet, quem et Henrici „vicecancellarium" et catholicae religionis propugnandae valde studiosum fuisse scribunt (*Hansen* l. c. p. 423 [2]).

Ratisbonam profugus uenit[1], et accepta uulnera, cum sit ignominiose dimissus, aut eiectus potius, nouis editis libellis sanare conatur[2]. Reuerendissimus D. Commendunus [*sic*], qui paulo post isthic aderit, si Dominus uoluerit, eiusmodi scripta quaedam hic empta proferet, et caetera quae ad totum Germaniae statum pertinent, coram explicabit[3]. Principis Wolfgangi Palatini uxor[4], ut Dominus quoque Fuggerus affirmauit mihi, nescio quo spiritu correpta, misere diuexatur, et contemptis admonitoribus clamitat, se, maritum, et huius Concionatores, in quibus et Phauserus est, in praesenti periculo damnationis aeternae uersarj. Caupo quidam in Franckonia dum aurigas domi suae hospites tractat, a nigro quodam palam ingrediente compellatur (id paucis ab hinc diebus accidit) nunc tempus esse, ut secum foras abeat. Jlle inducias petit, hic moram omnem recusat, quod ultra praestitum[a] [?] tempus eum expectarit. Sic miserrimus caupo spectantibus omnibus in altum sublatus, et e uestigio per fenestram uiuus abreptus, ex omnium euasit oculis, nec est in hunc usque diem repertus[5]. Simile quiddam de Ducis Richardj Palatinj[6] seruo narrant cuius brachium

---

[a] *Legendumne:* praestitutum?

---

[1] Flacius officio professoris theologiae, quod Ienae tenuerat, m. Decembri a. 1561 a Ioanne Friderico II. Saxoniae duce motus erat (*Preger* l. c. II, 173—180).

[2] „Von Entvrloubung Jllyrici, vnnd Wygandi" (sine loco 1562). „Ein Sendbrieff, M. Fl. Jll., an ein guten Freund, von der gedruckten Schmehezettel, darinnen von vrsachen jhrer enturlaubung vnwarhafftig gehandelt wird" (sine loco 1562). „Ein Brieff an eine hohe Person" etc. (sine loco et anno [1562]). „Antwort M. Fl. Jll. auff etliche seiner Missgünner vnbillige vnnd vngegründte aufflagen" (sine loco 1562) etc. (*Preger* l. c. II, 177—179. 561).

[3] Ioannes Franciscus Commendone, nuntius apostolicus, Lubecca in Belgium regressus atque inde una cum Antonio Maria Graziani secretario per Lotharingiam, Treveros, Moguntiam, Franconiam profectus, paulo ante, ut videtur, Ingolstadium venerat. Ac „pergente hinc", inquit *Gratianus*, „Commendono ad Albertum, Bavariae Ducem, ego, cuncta lustrandi studio, flexi ad dexteram iter, et ad Neoburgum trajecto Danubio, Augustam biduo veni, ne non visa mihi longe pulcherrima Germaniae urbs esset . . . Augusta profectus Commendono ad Monachium occurri": De scriptis invita Minerva II, 99—104.

[4] Canisio haec vel primum relata vel confirmata esse videntur a *Gratiano*, paulo ante Neoburgo Augustam advecto. Qui in „Ephemeridibus" (de quibus plura infra, monum. 240) de ea muliere (Anna, Philippi Hassiae landgravii filia et Wolfgangi ducis neoburgensis et bipontini uxore) notavit: „Dicono, che hora è impazzita, et che stà male per morire: dicono, che suole spesso gridare, che è condannata a le pene de l' inferno, insieme con i suoi figliuoli, et che spesso si fà condurre i figliuoli al letto, et piangendo dice loro: ‚O poveri figliuoli che sete insieme con me, condannati a l' inferno!'" (De scriptis invita Minerva II, 100[1]).

[5] Anno 1562 evulgatus est libellus: „Newe Zeytung. Erschröckliche vn warhafftige geschicht, so itzt neülich in der Faste dises LXII. Jars bey Schnotzbach im Franckenlandt geschehen, darin angezeygt wie es mit etlichen volsauffern vnd trunckenbold, ergangen vnd wie sie erschröcklich vmbkummen vnd von Gott gestrafft sindt worden. Gedrückt zu Nüremberg, durch Georg Merckel" (*Weller*, Zeitungen p. 174). Ceterum cf. supra p. 13. [6] Palatini simmerani (Simmern).

nescio quis genius malus arripuit, ut ui eum abrepturus uideretur. Seruus mox lapsus in aegritudinem, paucis post diebus uitam morte commutauit. Horrenda isthaec uulgo uidentur, quoniam in crassos incurrunt oculos: sed admonet nos Dominus ni fallor, ut ex uisibilibus inuisibilem Sathanae tyrranidem colligamus, quae tot animas nunc passim occupat, nouaeque doctrinae fermento ac potius sathanismo, sic uitiat Germaniam, ut coeca et surda illa prorsus uideatur.

Vtinam admonitiones meae ac nostrorum efficere possent, ut Archiepiscopi et Praesules nostrj pro sui muneris ratione cogitent tandem, quid Pont. Max. quid sacrosanctae synodo, imo Christo JEsu Domino suo et nostro debeant [1]. Admonuj pro mea quidem exiguitate nonnunquam, et quando ita iubet dignitas tua, iterum admonendos curabo, ut saltem suos isthuc mittant. Principem Bauariae nunc admonuerit credo R. D. Commendunus [2]. Brunswicensis [3] expectat fortasse, ne primus ex Ducibus isthic sumptus facere cogatur. Legati Electorum Saxonici et Brandenburgensis adfuturj cito putantur. Qui ex lapidibus Abrahae filios suscitat [4], et ex inimicis laudem perficit sibi [5], ex saulis Paulos efficiat [6] quaeso, et in Ecclesiae suae commodum uertat consilium Architophel [7] [*sic*].

De Hieronymo illo non [a] [?] Mentelio [b] [?] diligenter inquiram, et si quid in oppugnando nomine tam gratioso finxerit, cito mittam [8]. Pulchrum est scilicet, authoritate praeditos uiros magis quam obscuros insectarj, ut maiorem in calumniando laudem apud aduersarios emereantur.

Vergerij mortem nullus rumor certus affirmat [9], sed ex Nundinis Franckfordianis plaeraque talia nunc aut incerta aut ignota intelligemus.

---

[a] *Ita quidem et Cypr. et ego archetypum legimus; sed cum C. 11. Apr. 1562 Hosio scribat, se iam Hieronymi Mencelii librum, in quo is Hosii nomen obscurare conetur, mittere: fortasse pro* non *scribendum fuisse dixeris* nomine.

[b] *Ita Canisii scribam perperam scripsisse dixeris pro* Mentzelium *vel* Mencelium; *cf. adn. praec.*

---

[1] Tres electores ecclesiastici 3. Martii 1562 caesari scripserunt, se, donec tempora magis prospera essent, pacis publicae et salutis subditorum causa domi mansuros, procuratores tamen, si fieri posset, missuros esse (*Sickel*, Trient p. 274 ad 275).

[2] Commendonus Monachii cum Alberto V. duce fuerat; vide supra p. 382, adnot. 3.

[3] Henricus „iunior". [4] Matth. 3, 9. Luc. 3, 8.

[5] Cf. Ps. 8, 3. Matth. 21, 16. [6] Cf. Act. 9, 1—22 etc.

[7] 2 Reg. 15, 34; 17, 14.

[8] Hieronymus Mencelius (vide supra p. 322) de Hosio maledice scripsit in praefatione, quam Spangenbergii libro „Wider die böse Sieben" praeposuit. Vide, quae infra sub epistulam Canisii 11. Aprilis 1562 ad Hosium datam dicentur. Hieronymus Rauscher (de quo supra p. 374), praeter alia, edidit: „Von der Communion unter beiderlei Gestalt wider das Concilium Tridentinum" et „Von der Dignität, Hoheit und Würdigkeit der papistischen Messpfaffen" 1562 (Allgemeine Deutsche *Biographie* XXVII, 448).

[9] Vergerius vita cessit a. 1565.

Polonos Adolescentes commendauj Rectorj Collegij nostrj Bononiensis[1], ad quem idcirco literas datas adiunxi.

De Gallijs meliora nunciant, praesertim quod Regina et Nauarrae Rex[2] catholicismum profiteantur, nec permittere uelint Synagogas nouatoribus. Proximae sessionis decretum expectamus auide[3].

Reuerendissimus Episcopus quidam Tridento ad me scripsit de Catechismo conscribendo esse tractatum[4], vnde non possum non aliquid mihi et Ecclesiae pollicerj. Caesar iubet nunc meum recudj cum nouo diplomate[5]. Non ausim petere, quod impetratu forte sit difficile, gratum mihi tamen[a] aut operj potius utile futurum esset, si authoritas quaedam maior accederet, modo dignus tamen exiguus liber hac commendatione uideatur. Judicium esto penes Jllustriss. Celsitud. tuam, quam Christus diu Ecclesiae sospitem seruet. Augustae Calendis Martijs M. D. LXIJ[b]. Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo Patrj et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio, Cardinalj [et] Episcopo Varmiensi, S. Con[cilij] Praesidi, Patrono amplissimo. Ad manus proprias. Tridenti.

Inscriptioni harum litterarum manu eiusdem temporis adnotatum est: „redd. 4 Martij 1562, [resp.] postridie."

668.

ALPHONSUS SALMERON,

vicarius generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 7. Martii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine epistulae: „Augosta P. Canisio"; in margine „Postscripti": „Agiunta al Padre Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 40[b] ad 41[a]. 42[a].

---

[a] *VV. sqq. usque ad* tamen *incl. in marg. addita sunt.* [b] *Cypr. om. vv. sqq.*

---

[1] P. Francisco Palmio (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 6, n. 22; l. 7, n. 33).

[2] Catharina Medicea et Antonius Borbonius.

[3] Ea 26. Februarii habita est; plura vide infra, p. 392.

[4] De hac re vide infra, monum. 352. 355—357.

[5] Ferdinandus I., cum 14. Augusti 1554 „Summam" Canisii „solam, nullumque alium" catechismum in tota Austria inferiore et Goritiae comitatu adhiberi iussisset, litteris publicis Vindobona 10. Decembris 1560 datis pronunciavit: „Existimauimus nos non abs re facturos, si eundem Catechismum ab Authore denuo recognitum, non solum rursus typis euulgari curaremus, verum etiam pro rudiorum captu in quoddam compendium redigi iuberemus"; atque utriusque catechismi editionem Materno Cholino, typographo coloniensi, „demandatam" esse, privilegio in decennium ei concesso; hunc igitur catechismum neque ullum alium „in provinciis suis" usurpandum esse (*Can.* Epp. I, 752—754). Caeterum ex Canisii litteris 16. Martii 1562 ad Hosium datis intellegitur, Canisium hoc tantum petisse, ut catechismus suus a concilio „ueluti catholicus approbaretur", non ut publica in omnibus ecclesiis auctoritate ornaretur.

Canisium provinciae collegia visere, in singulis aliquantum morando, convenit. Collegium oenipontanum. Societas Straubingae aliisque locis collegia admittere parata est; prius tamen collegia iam instituta dotari oportebat. Lainius cum Carthusianis de monasteriis Societati cedendis agit. P. Victoria. Aes alienum collegii vindobonensis. Multa pecunia Pragae in convictum pauperum impensa. Vota scholasticorum perperam emissa. Oibinus.

Jhesus.

L' ultima che di V. Reuerentia teniamo e di 15 del pasato [1] et quanto al uisitare la sua prouincia, dopo pasqua se daltronde non sara jmpedito, à questi Padri pare molto bene che lei lo facia e son di parere anche che la Reuerentia V. non visiti come di passaggio [a] ma aggiutando li suoi collegi tratenendosi alquanto in ciascaduno aciò che posa meglio intendere le cosse, et a questo modo venghi ad eserli la sua uisita piu [b] frutuossa.

Complures Socii parati iam sunt hinc in Germaniam proficisci, ubi tempestas bona esse coeperit ac collegii oenipontani res dispositae erunt et viaticum istinc ad ipsos erit missum.

quanto alli colleghi che si domandano jn strambinga etc [2] . quelo che ocore dire . é che la compagnia nostra desidera molto agiutare la alamagna [c] . et che non lasciara di mandare alla giornata laiuto che potra: ma sarebe cosa ragioneuole che prima da ogni altra cosa si procurase la fuondatione perpetua delli collegij che gia si sono acetati: ben che se si oferischa qualche altro di nuouo ben fuondato pensiamo chel nostro P. generale non manchara di far quel che potra jn acetarlo emandarli gente etc .

Jhesus. Quam novissimam accepimus reverentiae vestrae epistulam, die 15. mensis superioris ea data erat [1]; et quod ad ipsius provinciam post Pascha visendam attinet, hisce patribus ipsa, nisi aliunde impedimentum occurrerit, optime factura videtur, si ea viset; atque ipsi etiam censent, reverentiae vestrae collegia sua non quasi transeundo visenda esse, sed adiuvando ea et per aliquod tempus in singulis manendo, quo melius ipsa eorum res intellegat maiorque utilitas ex eo, quod a reverentia vestra visuntur, iis oriatur.

Complures [etc., ut supra].

Quod rogamini, ut collegia instituatis Straubingae etc.[2], hoc occurrit: Licet Societas nostra Germaniam adiuvare vehementer cupiat neque, quantum poterit, subsidii suo tempore ei mittere omissura sit, rationis tamen fuerit ante reliqua omnia id efficere, ut collegiis iam admissis sui reditus in perpetuum constituantur; quamquam, si quod collegium novum beneque fundatum oblatum erit, patri nostri praeposito generali cordi fore existimamus, ut in eo admittendo et hominibus ei mittendis etc., quantum poterit, praestet.

---

[a] paggio *ap.* [b] pui *ap.* [c] elamagna *ap.*

---

[1] Haec iam non videtur exstare.

[2] De Straubinga vide supra p. 364. P. *Guilielmus Elderen* S. J. Augusta 13. Ianuarii 1562 Coloniam scripsit: „Indesinenter nostri Salsburgae et Lanshutae expetuntur. Taceo interim de Ratisbona Ellwanga alijsque locis" (ex epistulae apographo, eodem fere tempore in collegio coloniensi a P. Leonardo Kessel rectore scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1562. f. 1^b—2^a. Etiam apud *Hansen* l. c. p. 411^5).

non acade chel patre Vittoria vada jn Francia perche nostro P. generale scriue à hauer già fatto qualche officio et hauer mandato vno spacio al capitulo generale de cartusiani[1]. di maniera che saria jn darno questa faticha . sara meglio che detto P. atenda . ad aiutar li collegi del alamagna nel Temporale[a] et masime in cauare di debiti quel di vienna . qui seli scriue vna lettera quale V. Reuerentia gli potera mandare.

Scriue il medessimo il P. Vittoria di pragha che della entrada di quel nostro collegio si sono spesi piu di 1000 taleri per souenire il collegio di poueri[2] et che non ui e molta speranza di riauerli. V. Reuerentia uedera di la di dare l' ordine che megliore gli parera jn questa cosa.

il rettor di monachio scriue che ha fatto fare li votti de li scolari ad vno che era couagiutore temporalle il che se cosi fuse non staria ben fatto . forse che ò nui non jntendiamo, ò il detto P. non sia ben esplicatto[3]. non ci resta altro che dire jn questa se non che tutti si ricomandiamo molto alle orationi di V. Reuerentia e deli altri suoi compagni. di roma li 7 de marzo 1562.

Patrem Victoriam in Galliam ire non oportet; pater enim noster praepositus generalis scripsit, se in ea re iam officium aliquod praestitisse et ad generale Carthusianorum capitulum litteras misisse[1]; itaque ipse laborem illum frustra susciperet. Praestat autem patrem illum collegiis Germaniae in iis, quae ad ipsorum bona reditusque spectant, adiuvandis et maxime vindobonensi aere alieno liberando operam navare. Nos his litteris epistulam ipsi destinatam adiungimus, quam reverentia vestra ei mittet.

Idem P. Victoria Praga scribit, ex illius collegii nostri reditu plus quam 1000 taleros in collegium pauperum[2] adiuvandum impensos esse neque eorum recuperandorum spem magnam esse. Qua in re istic reverentiae vestrae curae erit, quod optimum ipsi visum erit statuere.

Rector monacensis scribit, se [reverentiam vestram?] hominem, qui coadiutor temporalis esset, vota scholasticorum emittere iussisse. Quod si ita factum est, recte factum non est. Sed fortasse vel nos, quae pater ille scripsit, haud recte intellegimus, vel ipse rem haud clare explicavit[3]. Neque iam aliud habemus, quod in his litteris dicamus, nisi nos omnes reverentiae vestrae et sociorum ipsius sacris precibus nos valde commendare. Roma 7. Martii 1562.

---

[a] *9 vv. sqq. a libr. in marg. addita sunt.*

---

[1] Carthusiani quidam germani complura monasteria sua, in Austria, Saxonia, Borussia etc. sita, cum eorum bonis, ne in protestantium etc. manus venirent, Societati sub condicionibus quibusdam cedere cupientes petierant, ut Socii cum capitulo suo generali m. Martio a. 1562 in maiore Carthusia („La grande Chartreuse", prope Gratianopolim) habendo ea de re agerent. De quo negotio plura sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[2] In contubernio hoc a Sociis Pragae condito sub ipsorum disciplina pueri pauperes (una cum divitibus nobilibusque nonnullis) ad litteras et pietatem instituebantur (*Schmidl* l. c. I, 148).

[3] „Coadiutores temporales" ad Societatem in rebus domesticis adiuvandam, „scholastici" ad sacra ministeria suo tempore exercenda admittuntur (*Constitutiones* S. J. Ex c. 1, n. 9. 10 etc.).

Scriue il Padre vittoria che in la commutatione[a] [?] che si ha fatto jn Boemia del monastiero de oibino se han perso piu[b] che sei cento scudi senza altrae molte comodita[1]. V. Reuerentia nella visita, ò con lettere prouidera jntutto . et non ahacadera chel Padre vittoria vengia jn spruch esendo tanto necesario apreso della Cesaria Maiesta masime esendo andato jl Padre Lanoi jn spruch . e desideriamo sapere della riuata del Padre valentino et compagni.

Pater Victoria scribit, in Bohemia, cum monasterium oibinense commutaretur, plus quam sexcenta scutata, praeter multa alia commoda, perisse[1]. Quibus rebus omnibus reverentia vestra vel, cum collegia viset, vel per litteras providebit. Neque patrem Victoriam Oenipontem venire oportet, cum adeo necessarium sit eum apud caesaream maiestatem esse et maxime, cum pater Lanoius Oenipontem iverit. Intellegere autem cupimus, num pater Valentinus eiusque socii eo advenerint.

Nota: Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, ad Canisium missa est *Salmeronis* epistula Victoriae destinata; in qua, Roma 7. Martii 1562 data, haec, praeter alia, dicuntur: „Già se scritto al P. prouinciale che facendo la visita si detenghi alquanto perli collegij enon uadi cosi jn fretta" (ex quibus verbis Victoriam de Canisii nimia in collegiis visendis festinatione conquestum esse collegeris). Repetuntur etiam, quae de Carthusianorum negotio ad Canisium scripta sunt. Quod negotium quia et gravissimum et modo fere ignotum est, haec de eo addo: *Victoria* Vindobona 6. Septembris 1561 Romam ad P. Alphonsum Salmeronem, Societatis vicarium generalem, *scripsit: „Ho trattato con il Priore quà di Cartusiani, qualle, e, vice visitatore, o prouinciale in questa prouincia sopra la casa che qui tengono qualle ci saria molto à proposito . et sopra li lor monasterij et intratte qualle tengono in questa prouincia in tal statto che per manchamento di gente besognera le lascino et cascino in mano forsse d' heretici. Per impedir questo se stasse in mano sua lui saria contento, et anche vol procurare si contentino l' altri priori, et si proponga al lor capitulo Generale, che si facessi subito vna resignatione di tutti li lor beni in questa prouincia alla Compagnia piacendo cosi al nostro padre Generale in caso che qualche monasterio venesi à esser da loro auandonato. Et acio si hauesi maggior attentione[c] [?] et fermezza . et la cosa si per lo spirituale di loro et altri come per il temporale procedesse meglio saria contento che si lasciasero subito .5. monasterij con tutte le lor intratte, et nelli altri cincve restanti della prouincia si reducessero tutti li monachi dil lor ordine che sarano in tutta la prouincia da

---

[a] *Ita mihi quidem videtur esse corrigendum, quod habet ap.:* contatione; *cf. supra p. 314. 315.* [b] pui *ap.* [c] *Vocabulum obscurius scriptum.*

---

[1] Vide infra, monum. 382. 383. Ferdinandus I., Sociis cura Oibini liberatis, eius „Arcem quidem ac Coenobium cum praedio, sibi reservata, vicino Nobili Viro administranda, ditionem vero ipsam ad annos viginti Zittaviensibus 28. Januarii [1562] locavit": Ita *Schmidl* l. c. I, 161. Atque idem Ferdinandus I. Pragae 15. Martii 1562 collegio pragensi publicas dedit fundationis litteras, quibus, ut ei ex bonis oibinensibus 1400 taleri, ex dobralucensibus 450 floreni, ex camera sua bohemica 300 taleri quotannis tribuerentur, in perpetuum constituit (*Io. Flor. Hammerschmid,* Prodromus gloriae Pragenae [Vetero-Pragae 1717] p. 86. *Schmidl* l. c. I, 161—165. *W. Wl. Tomek,* Geschichte der Prager Universität [Prag 1849] p. 160—161. *Bucholtz* l. c. IX, 668—672). Quarum litterarum exemplum archetypum a. 1889 vidi Vindobonae in archivo aulico (k. k. Haus-, Hof- und Staatsarchiv), Böhm. Kast. 250. 44, Nr. 1755.

30, o ver 35 pertuti con conuersi[1] buoni et mali, et non ui, e, speranza che si possi hauer altroue aiuto ricercato molto tempo fa ne anche che entrino noui etc. poi di mane in mane si lasciasero l' altri come manchasero frattri con tal conditione che se tandem reflorescerot tanto detto ordine (il che in questi paessi saria piu che miracolo) che besognasse hauere piu monasterij di quelli cincve, che li fossero lasciati. . . . Sua magestat se l' ordine sara contento con approbatione di sua Santita verra benissime in questo, et non, e, da dubitare che saria vna cosa molto grata à tutti li buoni, et vtile[a] a tutta questa prouincia chesi potessero con dette intrate fare altri doi, o trei collegij al meno nelle citta piu principali di essa, nella Carniola, carintia, Goritia, morauia, Austria . queste credo tutte sono sotto questa lor prouincia. Mandaro se potro con questa quello concepto sopra questo negotio . . . cognoscono non esser altra via piu certa, et meglio che questa per conseruare la lor prouincia, et impedire che le intratte loro non vengano in mane delli heretici, o huomini profani, et certo sano tutti questi padri che morendo imo etiam viuendo loro non puono satisfare si puochi et dispersi al lor institutto anzi si fanno apostate, o in fede, o in religione, o in vtroque per non si poter ritenire per manchamento de persone la debita disciplina. Et vedeno piu che apertamente per experientia che ogni di li repellano, et metteno à impegno li lor beni et oltra di esser tutti li lor monasterij impignorati patiscono mille altri scorni et vexationi praeter Caesaris etiam voluntatem et pur alli secolari non pare che li facino iniuria quando li lasciano assai per mangiare et triumphare[2] . . . . pareua al Priore che saria d' importanza che vno di nostri et lui andassero insieme al capitolo generale per la domenica oculi" [3] (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 69^a—70^a). Ac Vindobona 3. Octobris 1561 *Victoria* eidem Salmeroni *scribit: „Con vno visitatore delli Carthusiani della prouincia di Saxonia qualle andando à Prusia mi vene, qui à cercare, ho parlato, et credo ha scripto in certe lettere che mi ha lasciato qui per il lor Generale priore della grande Carthusia, che non ce modo di conseruare le lor case ne defenderle delli mani di peruersi heretici et ambiciosi catholici senon si darano à la Compagnia et cosi di parte sua mi voleua quasi constringere che quando il suo Generale consentessi mi obligasse in nome della Compagnia à pigliare vna casa che, e, in Francfordia ad Oderam che, e, sotto il Brandamburgense[4] qualle, e, lutherano ma molto addicto alla M. Caesarea . et tiene la intratta per la maggiore parte di quella casa. Faceua anche di sua parte resignatione dell' altre case in quella prouincia sua, et d' vna di Herfordia molto nobile, et apreso à la cita . altra in lubeca, altra in Prusia, et altra non so in che logo. Yo non l' ho offerto altro saluo che procuraro mandare le sue lettere à Parisi àcio delli si mandino al lor Generale" (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 78^a). Et **idem* eidem Vindobona 24. Novembris 1561: „Gieri stette, dico inanzi hieri, apreso al prior di Maurbach[5] di Cartusiani et mi disse hauer parlato con altro, o altri priori, et li pare bene il concetto, et che sono d' accordio che besogna sia proposto al lor Generale priore della gran Cartusia, et capitulo . . . certo loro non puono piu resistere . et li beni loro come de altri religiosi vano tutti di giorno in giorno in man di profani etc." (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 89^b).

[a] vtili *Vict.*

[1] I. e. cum fratribus laicis.

[2] Triumphare = psalmos antiphonasque saepe repetere, chorum habere? Cf. *C. Du Cange*, Glossarium mediae et infimae Latinitatis, ed. *L. Favre*, VIII (Niort 1887], 190. [3] Ad 1. Martii 1562.

[4] Dicioni Ioachimi II. electoris brandenburgensis subiecta.

[5] Mauerbach, in Austria inferiore, haud procul a Vindobona.

669.

CANISIUS
ALPHONSO SALMERONI,
Societatis Iesu vicario generali.

Augusta Vindelicorum 14. Martii 1562.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I" f. 120ᵃ—121ᵇ (n. 105) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem archetypo transcriptum.

Partem posuerunt (italice) *Boero,* Can. p. 244, et (gallice) *Michel* l. c. p. 259 ad 260. Epistula usus est *Sacchinus,* Can. p. 194.

Saepissime contionatur. Contiones aliorum Sociorum. Sociis romanis pecuniam reddendam curat pro Sociorum Moguntiam et Oenipontem ab ipsis missorum mittendorumve viatico. Archiepiscopus moguntinus nihil solvit. Collegia Wratislaviae et Olomucii condenda. Collegiorum tyrnaviensis angustiae, oenipontani initia. Principis cuiusdam contionator Societati ascriptus. Iuvenes in collegium germanicum mittendi. Cui, ut pecunia a moniali quadam dominicana relicta attribuatur, Canisius efficere studet. Ipse, ad concilium ab Hosio invitatus, provinciam visere mavult. Legatorum concilii erga Socios favor.

†

Pax Christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

Aliquot ab hinc septimanis nihil ex Vrbe missum accepi. Scripsi et ego rarius, quotidiana Concione impeditus [1]. Audimus laborem hunc non esse frustraneum, sed auditoribus utilem . sed utinam solidus aeternusque fructus ad multos inde redeat. Laudamus Dei bonitatem, qui potenter operatur Romae, Parisijs et Patauij per Patres societatis in Euangelizando. Vtinam nos uel mediocria in hoc Germaniaė frigore consequamur.

Egi cum Dominis Welseris, qui promittunt 100 ducatos isthic numerare Francisco Petrarchae Charissimo fratrj [2]. ex his 40 mittuntur ab OEnipontanis Dominis [3], ut sint loco uiaticj fratribus iam missis atque mittendis. Si quid autem deerit, libenter se plus esse missuros pollicentur. Nos una cum illis admodum precamur, ut si missi non sunt fratres, quamprimum se accingant itinerj, Nimirum ut ad 3ᵃᵐ post Pascha Dominicam [4] lectiones publicae inchoentur. Nec dubitamus, quin idoneos simus eo in loco habiturj, de quibus plura D. Lanoyus semel atque iterum scripsit.

Reliquos uero 60 ducatos mittimus, ut Archiepiscopi Moguntini nomine contractum debitum isthic exoluatur [5]. Hanc ego pecuniam

[1] Vide infra, monum. 248. 249.

[2] P. Franciscus Petrarcha Romae in „domo professa" Societatis degebat; vide supra p. 213. [3] A „regimine" et „camera" Austriae superioris; cf. supra p. 165 [2]. 169 [3]. 328. [4] 19. Aprilis.

[5] Socii romani a. 1561 hanc pecuniam pro viatico dederant Sociis, quos

mutuo accipere sum coactus, cum huc usque nihil ab Archiepiscopo sit ad me missum. Sed pudebat Romanos Patres in expectando tam diu laborare.

Scribunt Praga futurum fortassis breui, ut Caesar nostros expetat ad collegia noua Wratislauiae in Silesia, et Olmutiae in Morauia protinus constituenda. Ego nihil promittam sane, qui egre inuenire possum OEniponti necessarios, ac me non parum miseret Collegiorum, praesertim Tyrnauiensis, ubi multi lectores desiderantur. Vtinam e Germanis aliqui nobis remittantur in hac tanta inopia et necessitate.

Habemus Concionatorem cuiusdam Principis, qui a me missus Jngolstadium, se totum deuouit Societati, de quo non possumus non bene sperare[1]. Visum est autem post Pascha[2] eundem[a] Romam mittere, ut solidius in Societatis nostrae spiritu confirmetur. Nec putamus obedientiae repugnaturum, si nonnulli eidem adiungantur, siue sint e nostris illi, siue bonae[b] spej Germanj ad Germanicum Collegium proficiscentes.

Obijt hic quaedam in statu et habitu secularj Monacha ordinis Sancti Dominicj. Monasterium eius in Ciuitatis Augustanae[3] potestatem uenit, dispersae omnes uelut oues errantes[4], cum hic lutheranismus primum inualuisset. Ciuitas interim[c] cuilibet Monachae quamdiu in celibatu uiueret, annuam pensionem ad mortem usque constituit[d]. Ex his igitur una in seculo manens, sed in celibatu uiuens, ante paucos menses obijt; simulque condidit testamentum de bonis relictis, iubens 100 florenos plus minus post mortem pauperibus dari. Igitur Matrona quaedam catholica in cuius manu pecunia haec uersatur a nobis quaerit, possitne alio transferre legatum, quam ad ordinem Dominicanum, cuj illa defuncta professione fuit obstricta. Quod si poterit, in alium pietatis usum pecunia dicta conuerti, praesertim accedente Pontificis aut ordinis dispensatione, facile curauero, ut ad

[a] *In archet. sequitur* isthuc, *a libr. ipso oblitteratum.* [b] bonj *A.*
[c] *In arch. sequitur* ad, *a libr. oblitteratum.*
[d] *In arch. sequitur* annumerare, *a libr. oblitteratum.*

Moguntiam ad collegium incohandum Danielis Brendel ab Homburg archiepiscopi rogatu mittebant; vide supra p. 216. 263—264.

[1] Hunc fuisse sacerdotem, Georgium nomine, ex collegii ingolstadiensis litteris quadrimestribus 1. Maii 1562 datis liquet; vide infra, monum. 295. Quem eundem esse conicio ac „P. Georgium Rosenhaimer“ (Rosenheim, Bavariae superioris oppidum), quem 14. Maii 1560 [1561?], 27 fere annos natum, Societati nomen dedisse atque in Societatis collegio romano a. 1561/62 dialecticae, 1563/64 physicae, postea theologiae operam dedisse ex * *Catalogis* quibusdam eiusdem collegii eodem fere tempore scriptis intellegi ab amico quodam certior factus sum.

[2] Id 29. Martii futurum erat.

[3] Augustae moniales conventus S. Margaritae, ordinis Praedicatorum, a. 1540, quo tempore clerus catholicus ab urbe exulabat, monasterium (coactae, ut credere fas est) valetudinario urbis ea condicione cesserant, ut annua quaedam pecunia ab urbe sibi solveretur (*Braun*, Bischöfe III, 330). [4] 1 Petr. 2, 25.

Collegium Germanicum dicta summa applicetur. Vnde cupio de sententia R. T. statim reddi certior, et sequar eius iudicium, in quemcunque demum usum eam conuerti pecuniam uelit aut suadeat. Quod ad uisitationem Prouinciae huius attinet, expecto sententiam R. T. quae si permittet, praesertim accedente Cardinalis Augustani consensu, statim a Paschate licebit iter ingredi, ac primum fortasse Pragam petere, ut inde Viennam ac OEnipontum perueniam, adfuturus libenter in principijs lectionum OEniponti, hoc est circa 3am aut 4am Dominicam a Paschate. Scripsit iterum quidem Cardinalis Varmiensis [1], expectarj me Tridenti statim post Pascha, sed nisi maior urgeat authoritas, relicto Consilio [a] [?] ea curabo quae sunt mei muneris. Miratur etiam ex nostris nullum adesse. Veniet autem forte non multo post P. Generalis et P. Salmeron, ut quorum nomina in Concilio non possunt ignota et negligenda uiderj [2]. Ad rem tantam aeque idoneus Canisius atque ad Lyram asinus [3]. Video interim D. Legatos nescio quo singularj me affectu complecti, quod ex uarijs literis est intelligere. Dominus Jesus in gratiam [b] [?] suam conatus nostros bene uertat nobisque sanctum Pascha concedat. Augustae 14 Martij .1562.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendo admodum in Christo Patri, D. Alfonso Salmeroni, Vicepraeposito Societatis JESV Romae.

Salmeron Canisio rescripsit Roma 4. Aprilis 1562.

670.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 16. Martii 1562.

Ex archetypo (2°; $2^1/_2$ pp.; in p. 4. inscr. et sig.), quod Canisius sua manu subscripsit. Cod. gothan. „E. H. 2" f. 18. 19.

Ex archetypo epistulam primus typis exscripsit *Cyprianus* l. c. p. 222—224. Epistulae partem (ex Cypriano) posuit *Lagomarsinius,* Pogiani Epistolae II, 207.

Cotidie contionatur. Precationem pro concilio recitari solitam mittit. Gaudet, protestantes a concilio leniter tractari. Optat, ut, cum adversariorum libri iam multis taedio sint, tum Tridenti tum in reliqua Italia libri in ecclesiae defensionem scribantur, atque ut Romae a Manutio tum haec tum veterum patrum scripta excudantur. Universitatum tubingensis et ingolstadiensis theses mittit. Poli liber de concilio. Cum

---

[a] *Ita AB; sed legendum videtur:* Concilio. [b] *Sic A;* gloriam?

---

[1] Stanislaus Hosius.

[2] Uterque concilio tridentino et cum primum (1545—1549), et cum iterum (1551—1552) convenisset, cum doctrinae laude interfuerat.

[3] *Ὄνος λύρας* [i. e. ἀκροατής]: *Aulus Gellius,* Noctes atticae l. 3, n. 16.

typographo dilingano de Noguerae libro aget atque hunc, ut et librum absolvat et quaedam restituat, monet. Nicephori codex graecus. Augustana messis. Canisius Martyrologio germanice edendo operam navavit. Optat, ut suus quidem catechismus approbetur, melior vero aliquis publicam ubique auctoritatem nanciscatur. Hosii valetudo.

†

Pax[a] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Quotidianae Conciones, ut uerum fatear, in scribendo me tardiorem reddunt. Cogitamus tamen de Concilio saepe, et oramus Dominum, quemadmodum et adiuncta docebit precatio[1], simulque confidimus fore, ut Ecclesiae suae custos et rector in patribus confirmet grauitatis[2] et lenitatis Apostolicae spiritum[3], quem sane peculiariter in Decreto secundae sessionis uidemur deprehendere, et grati praedicare debemus[4]. Tali nimirum lacte paruuli egent[5], hoc hamo uagantes ac pereuntes pisces rectius inescantur[6]. Sunt interim boni et prudentes uirj, qui uehementer optent, tum ex Tridentina synodo, tum ex uicina Jtalia nouos nec inelegantes prodire scriptores, qui ad tuendam sedis Apostolicae et Ecclesiae Catholicae dignitatem suas operas locent: cum edi multa id genus queant magna cum exterorum utilitate. Nam in ijs legendis libris nouis, quos Ecclesiae aduersarij non cum iudicio, sed pro sua libidine spargunt, plerosque magna coepit satietas, ut dicere uideantur: Nauseat anima nostra super cibo isto[7] uilissimo. Expetuntur, qui salutaris doctrinae panem commode frangere, atque paruulis ad hunc cibum capiendum auidissimis distribuere uelint et possint[8]. Paulus Manutius, qui Romae Typographiam instruxit[9], illud polliceri uidetur, ut post D. Polum iam editum, et breui hic recudendum[10], elegantes nobis grauesque

[a] *Hoc v. et 5 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

[1] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur. [2] Tit. 2, 7. [3] Gal. 6, 1.

[4] Synodus in sessione 2. (totius concilii 18.) 26. Februarii 1562 habita primum quidem decrevit, ut, quoniam „suspectorum ac perniciosorum librorum" „numerus nimis excrevisset", delecti patres, quid de libris atque etiam de censuris in eos latis („Index" Pauli IV. maxime significatur) facto opus esset, „diligenter considerarent" suoque tempore ad synodum referrent, quo facilius ipsa posset falsas doctrinas a veris separare „deque his commodius deliberare, et statuere, quae ad scrupulum ex complurium animis eximendum, et tollendas multarum querelarum causas, magis opportuna" visa essent; omnes autem et ea de re et de aliis in synodo tractandis ab eadem benigne auditum iri. Deinde synodus „per viscera misericordiae" Iesu Christi omnes, qui cum ipsa „communionem non haberent", „ad concordiam, et reconciliationem" et ut Tridentum venirent, invitavit, se „omnibus charitatis officiis" eos „complexuram" esse promittens, simulque, ut fides publica sive „salvus conductus" iis concedi posset, constituit. [5] Cf. 1 Cor. 3, 1. 2. Hebr. 5, 12. 13.

[6] Cf. Ier. 16, 16. Matth. 4, 19 etc. [7] Num. 21, 5. [8] Cf. Thren. 4, 4.

[9] Vide supra p. 160[3].

[10] Reginaldi cardinalis Poli († 1558), archiepiscopi cantuariensis, liber „De concilio" a. 1562 et Romae et (cum eiusdem „Reformatione Angliae") Dilingae ex-

scriptores, tum Patres etiam uetustos ex Romanis Bibliothecis eruat. Verum haec ego liberius fortasse, ac praeter decorum: quasi parum tribuam aut diffidam sapientiae Patrum, qui spiritu sancto suggerente[1], de his alijsque grauioribus facile et sincere isthic iudicabunt.

Mitto Theses de Concilio disputatas in schola Tubingensi, quibus alias nostri Theologi opposuerunt ac disputarunt in schola Jngolstadiensi[2]. Admonent nos sectarij, quam impie sentiant de re tanta, quorum scripta uirulenta, quibus proscindunt synodum, ex Nundinis[3] expecto, et accepta cito mittam.

Quod ad Reuerendum D. Alifanum[4] attinet, agam libenter causam ipsius cum Typographo Dilingensi, cum is redierit ex mercatu Franckfordiensi[5]. Queritur interim Typographus, pro quatuor libris promissis, non duos integros sibi contigisse, et authorem opere imperfecto relicto, cum iam secundo libro Prelum occuparetur, h[inc][a] discessisse[b], et nescio quam membranam in Principum gratiam [non][c] paruo emi iussisse, quam postea non exoluerit. Caesar ex libris [eius][d] Nicephorum graecum[6] sustulit, alij quosdam sibi uellent resti[tui.] Debetur praeterea scholae Jngolstadiensi aliquid, et rogant, ut [fidem][d] datam ille praestet[7]. Ego libenter non dicam amico ueterj, sed Episcopo Catholico, si possum, gratificabor.

Quoniam ut initio dixi, quotidie mihi concionandum est, non [ua]cat sane multis nunc agere. Praeclare interim se habet Augustana

---

[a] *Ita quidem Cypr. Nogueram a. 1559 Augustae fuisse, ex Agricolae praefatione, de qua infra adn. 5, cognoscitur.* [b] discesisse *arch.*

[c] *Suppleri ex Cypr.* haud? [d] *Suppletum ex Cypr.*

---

cusus, postea a Labbeo, Le Plat etc. denuo evulgatus est; brevem eius summam posuit *Ath. Zimmermann* S. J., Kardinal Pole (Regensburg 1893) p. 236—240.

[1] Io. 14, 26. [2] Vide, quae sub ipsas has litteras scribentur.

[3] Ex librorum mercatu Francofurti ad Moenum ante Pascha habito; cf. supra p. 373[4].

[4] Iacobus Gilbertus de Nogueras (Noguera, Naqueras), hispanus, cum cathedralis capituli vindobonensis decanus (inde ab a. 1556) et Ferdinando I. a sacris fuisset, a. 1561 episcopus aliphanus (Alife in Italia) constitutus concilio intererat.

[5] A. 1560 Dilingae ex typographia Sebaldi Mayer prodierant: „De ecclesia Christi ab haereticorum conciliabulis dinoscenda praeclari libri duo, ante hac nunquam aediti, authore Jacobo Noguera" etc. In cuius operis praefatione *Stephanus Agricola* „iunior", qui editionem curavit, de Noguera scribit: „Utinam etiam reliquos libros duos, sicuti constituerat, adiunxisset." Ita quidem *Hier. Lagomarsinius* S. J., Pogiani Epistolae II, 206. Noguerae hoc opus vehementer commendavit *Latinus Latinius* litteris Roma 4. Martii 1560 ad Andream Masium datis (Latini Latinii Epistolae II, 68).

[6] Historiae ecclesiasticae Nicephori Callisti, clerici byzantini (sub initium saeculi XIV.), codicem manu scriptum dici censeo; neque enim ante a. 1630 is liber ipsa, qua scriptus est, graeca lingua typis evulgatus esse videtur.

[7] Nogueras a. 1557 Ingolstadii doctor theologiae creatus erat (*Mederer* l. c. I, 249; *Can.* Epp. II, 77).

messis, ubi (Deo sit omnis gloria) piorum et Neophytorum numerum auget Christus, Dominus messis[1]. Jgnoscat autem mihi Celsitudo tua, quod in lingua Germanica potius, quam Latina me studeo Germanis accommodare. Jdcirco in hoc Martyrologio quod breui mittam, si modo mittere non licebit, libentius laborauj[2]. Faxit Christus, ut eum in sanctis laudare[3] possimus. Fortassis conferet aliquid hic conatus ad ueterem pietatem aliqua ex parte nostris hominibus commendandam. Alij maiora et meliora possunt dare, sed utinam uellent. Sanctum et foelix Pascha precor amplitudini tuae a Christo Domino nostro pro nobis mortuo ac resuscitato. Augustae. 16 Martij .M.D.LXIJ.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

Accepi modo quae spiram et ad Principem Bauarum breui mittentur. De catechismo[4] nihil sum plane sollicitus, neque dignum eum duco, qui caeteris praeferatur. tantum optabam, ueluti catholicum approbarj. Meliorem sane conscribi uellem, qui publicam Concilij authoritatem in omnibus Ecclesijs mereretur. Orabimus Dominum libenter, ut amplitudinis tuae ualetudinem incolumem reddat. Doleo Theses Jngolstadienses non rectius excusas esse[a].

† Reuerendissimo in Christo Patri, et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio, Cardinali et Episcopo Vuarmiensi S. Tridentinae synodj [Pr]aesidi, patrono amplissimo. Tridenti.

Inscriptioni harum litterarum manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „redd. 20 Martij 1562, resp. 24 Martij."

Canisius una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Hosio misit „precationem", qua, ut scribit, „oramus Dominum" pro concilio. Quam precationem equidem „Precationis communis" („Allgemeines Gebet"), quam dicimus (vide *Can.* Epp. II, 695 ad 697) similem fuisse et a Canisio e suggestu cathedralis ecclesiae augustanae vel ante vel post contionem recitatam esse conicio; nam etiam exeunte a. 1551 Ingolstadii Canisius effecerat, ut in omnibus contionibus preces pro concilii successu etc. cum populo recitarentur (*Can.* Epp. I, 394). Praeterea Canisius theses illas tubingenses et ingolstadienses, de quibus in his litteris scribit, Hosio misit. Quod autem se fortasse cum ipsis etiam Martyrologium germanicum missurum esse ibidem scribit, ex ipsius epistula 28. Martii 1562 ad Hosium data liquet librum illum alia via Tridentum ab ipso missum esse.

---

[a] *Cypr. om. vv. sqq.*

---

[1] Matth. 9, 38. Luc. 10, 2.

[2] Adam Walasser Martyrologium, Canisio multis modis iuvante et amplam praefationem subministrante, germanice verterat et „Martyrologium. Der Kirchen Kalender, . . . durch Doctor Petrum Canisium . . in Truck verfertigt" inscriptum Dilingae primum a. 1562 edidit; de quo vide plura infra, monum. 399.

[3] Ps. 150, 1. [4] Cf. supra p. 384.

671.

CANISIUS
STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 28. Martii 1562.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. gothan. „E. H. 2" f. 22. 23.

Ex autographo epistulam primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 226—227. Particulam (ex Cypriano) posuit *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae II, 241[b].

Legati principum Tridentum missi vel mittendi. Martyrologium germanicum. Dux brunsvicensis. Dolet Germaniae episcopos ad concilium nondum adisse. Hosio pro stipe sibi missa gratias agit. Eum rogat, ut, cum ob nobilem quendam Polonum adulescentem Societas in Cromeri aliorumque offensionem incurrerit, eam adiuvet. Ipse aegrotat. Schmidelini librum mittit. Staphylum, cuius liber quidam excuditur, romanae curiae commendavit.

†

Pax[a] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Pergratum nobis fuit audire, multorum Principum aut iam isthic adesse, aut breui venturos esse Legatos. Mittet breui suos etiam Princeps Bauariae[1], per quos Martyrologium[2] commodius mittam, et si quid aliud ex nundinis fuerit allatum, quod sane expectamus. Ad Secretarium Principis Brunswicensis misi literas[3]. Archiepiscopus Moguntinus et Episcopus Herbipolensis[b][4] missuri quoque dicuntur. Pudet, tamdiu cunctari praesules Germanos: sed mundi timor saepe mouet magis quam Christi amor: meliora tamen speramus. Necdum gratias egi pro acceptis coronatis. Agnosco, et antehac non semel agnoui singularem erga me beneuolentiam atque munificentiam amplitudinis tuae.

Caeterum quod ad nobilis Poloni adolescentis[5] causam attinet, de quo scribit Rector noster Viennensis[6], est mihi quidem ingratum admodum, nos ob eiusmodi casum in multorum saepe offensionem incidere, ut ob vnum aliquem totus ordo male audire cogatur. Quo

---

[a] *Hoc v. et 5 sqq. a Cypr. omissa sunt.* [b] Herbipolensensis *aut.*

---

[1] Albertus V. haud multo post Augustinum Baumgartner oratorem cum P. Ioanne Cuvillonio S. J. Tridentum misit.

[2] Martyrologium germanice a Canisio ac Walassero Dilingae a. 1562 editum; vide supra p. 394[2].

[3] Hosius Tridento 24. Martii 1562 ad Henricum „iuniorem" ducem brunsvico-guelpherbytanum copiosas dedit litteras, quibus eum in fide catholica confirmabat et, ut Germaniae principes ad oratores Tridentum mittendos induceret, rogabat. Quae compluries typis exscriptae sunt, ut in „D. Stanislai Hosii . . Operibus omnibus" ab *Henr. Dunghaeo* editis (Antverpiae 1571) f. 375[a]—377[b].

[4] Daniel Brendel ab Homburg et Fridericus a Wirsberg.

[5] Georgii Kuklinowski; plura vide sub ipsas has litteras. [6] Hoffaeus.

magis oramus pietatem tuam, vt pro suo iudicio causam moderetur, scriptisque Romam literis hoc malum leniat, si forte auunculus pueri a nobis factus est alienus. Ego neque puerum noui, neque antehac de facto ipso pronuntiantes audiui, nisi quod D. Cromerus aegre tulisse visus est, quae Doc. Victoria pueri loco respondit. Verum bona mihi spes est fore, vt amplitudinis tuae opera quicquid aduersus nos conceptum est amarulentiae, submoueatur. Coepi febricula corripi, fortasse ob quotidianam illam in praedicando Dei verbo contentionem. Vnde rarius etiam scribere licuit. Nunc mitto Schmidelini apologiam aduersus Staphylum [1]. agit minus furiose quam antea, ut Staphyli scriptum timere videatur. Ad praecipua quaeque non respondet, sed ut solent isti, immiscet parerga et calumniatur. Est autem sub prelo ingens Staphyli opus [2]: quem ego nuper Jllustriss. Cardinali nostro [3] ita commendaui, vt Romae aliquando laborum eius quos impigre scribendo exantlat, uelint meminisse. Dominus JESVS foelix et sanctum nobis pascha concedat. Augustae sabbato sancto. 1562 [a].

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo patri et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio Cardinali et Episcopo Warmiensi, in Concilio Tridentino Praesidi, Patrono suo. Tridenti.

Manu eiusdem temporis (Hosii?) harum litterarum inscriptioni adnotatum est: „[red]d. 1 aprilis 1562, [re]sp. 2 aprilis.“

Huius epistulae ad Hosium mittendae Canisio praecipuum quoddam argumentum dederunt litterae a *Martino Cromer*, Sigismundi Augusti Poloniae regis apud Ferdinandum I. caesarem oratore, Praga, ubi Ferdinandus tunc degebat, 16. Februarii 1562 ad P. Paulum Hoffaeum, collegii vindobonensis rectorem, datae. Ex quibus haec intelleguntur: Cromer sub m. Martium a. 1561 „Georgium Kuklinowski“ puerum nobilem collegio vindobonensi, cui P. Victoria tunc praeerat, in disciplinam tradiderat simulque pecuniam quandam in victum ei aliasque res necessarias providendas attribuerat, ita fieri volente pueri avunculo [Georgio Ticinio], Poloniae regis in curia romana procuratore. Aliquot autem mensibus post, cum pestilentiam Vindobonae ingravescere Pragam relatum esset, Cromer per litteras a Victoria petiit, ut Bernardo Pitti mercatori florentino et puerum et pecuniam reliquam traderet. Qui „ab eo“ — verba sunt Cromeri — „illud responsum tulit, quod breui ipse Pragam uenturus, et puerum secum adducturus esset . . . Venit is tandem huc post alterum fere mensem: nec tamen puerum secum aduexit. Rogatus autem a me, cur promisso non satisfecisset, respondit ipsum puerum noluisse, deprecatumque esse, ne Vienna abduceretur. Quod equidem non difficulter adducor ut credam factum esse a puero, partim blanditijs, partim terrore et seueritate adducto. Tametsi Mercator ille, et

[a] *Cypr. om. vv. sqq.*

[1] Iacobi Schmidelini sive Andreae „Abfertigung dess Vortrabs Staphyli“ (Tübingen 1562); cf. supra p. 320 [2].

[2] „Nachdruck zu Verfechtung des Buchs vom rechten wahren Verstand des göttlichen Worts und von der deutschen Bibel Verdolmetschung wider Jacob Schmidlin, Prädicanten“ Ingolstadt 1562. Cf. infra, monum. 386.

[3] Ottoni Truchsessio.

alius quidam homo nobilis affirmant, puerum cupiuisse discedere, si pecunia ipsi reddita fuisset" (ex harum litterarum apographo, a P. *Guilielmo Elderen* S. J. Augustae scripto et vel a Canisio vel ab alio Socio Romam ad P. Salmeronem misso. Cod. „G. Ep. III" f. 25). *Hoffaeus* autem collegii vindobonensis rector in *Relatione, quam supra p. 368 dixi: „Georgius Polonus", inquit, „tametsi vota habuerit ob importunitatem tamen Dominj Cromerj, et Auunculj legati ad Sedem Apostolicam, et Reuerendissimi Varmiensis redditus est carni."

672.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 4. Aprilis 1562.

Ex apographo, quod eiusdem temporis esse videtur; in margine eadem manu notatum est: „Augosta Padre Canisio". Cod. „Italia 1560. 1561. 1562" [Reg.] f. 334^b—336^a.

Complures Socii bohemi, hispani etc. Pragam, Ingolstadium, Oenipontem ad philosophiam, litteras graecas etc. tradendas destinati. Socius ex Germania Genuam, ut in Indiam iret, missus, inde redire iubetur, quia Germani Germaniae necessarii sunt. Canisio ipsi coquus mittitur. Caesar caritatis Bohemis exhibitae iam fructus gustabit. Socius, qui in confessionibus excipiendis molestias patitur, ad id munus, nisi ipse petierit, non adhibendus. Primus collegii oenipontani rector. Socius Vindobona perperam egressus, et Laureti et Romae in valetudinario, ut probaretur, collocatus est. Sigismundo Viehauser, Bavariae ducis legato, caritatis officia praestita sunt; Societas collegium straubingense autumno incohare parata.' P. Victoria et negotium oibinense. Concilii ephesini exemplum monacense cum vaticano conferetur. Res nummariae. Principis cuiusdam contionator. Collegium germanicum.

Jesus.

Riceuemo quelle di V. Reuerentia di 7.[1] et 14. del pasato, alle quale si fara risposta per questa, ma prima quanto al collegio d' ispruch con la gratia del Signore si partirano quelli che hanno ad andare la settimana che uiene et sarano il Dottor golfgango[2] bohemo il quale he fatto dottore adeso hauendo studiatto bene jn Theologia, il .2.° sara maestro Alfonso Gutieres[3] spagnolo il qualle, è soficiente

---

Jesus. Traditae nobis sunt reverentiae vestrae epistulae diebus 7.[1] et 14. mensis superioris datae, ad quas his litteris respondebimus. Primum autem, quod ad collegium oenipontanum attinet: Domino iuvante ii, quibus eo eundum est, hebdomade proxima proficiscentur; qui erunt: Doctor Wolfgangus[2] Bohemus, qui, cum theologiae bene studuisset, modo doctor creatus est; secundus erit magister Alphonsus Gutieres[3] hispanus, litterarum et theologiae ac philosophiae, quantum satis est,

---

[1] Haec epistula iam non videtur exstare.

[2] Georgii; de hoc eiusque sociis plura post litteras 7. Aprilis 1562 Roma ad Canisium missas dicentur.

[3] Guttierez.

jn lettere, Theologia, et philosofia, il .3.° é il Padre Ramiro [1] espagnolo il quale uià [a] [?] per leggere Rhetoricha, et Grecco nelle qualli faculta, è asai uersato. Jl .4.° sara nicolo [2] Thedesco . che fu mandato di prhaga, à Genoua per pasare, á l' india, et perche li Tedeschi sono necesari nell' Alemagna [b] non si mando [3] et jl Padre Lanoy à [c] [?] ha scritto che saria bono per legere humanita, et cosi se fatto ritornare à padua acio che qui aspetti, gli altri. Jl .5°. pensiamo che sara maestro Giouanne [4] bohemo se sua jnfirmita dara luogho alandare il qualle he maestro jn Philosophia et poteria legere vno corso de arti se nostro signore li dara la sanita perche quasi [sempre] si troua male disposto, et gli medici consegliano che si manda jn germania . Jl 6.° sara lucha bohemo il quale, á teso alle lettere di humanita, et questo anno sera meso nel corso dele arti ma perche pare piu atto, à cose agibili che speculatiui si manda, á V. Reuerentia perche disponga di lui secondo suo talento, et par che se studiasse casi di consientia potrá essere asuo tempo sacerdote, et anche V. Reuerentia uedera se sara bono per sotto ministro . il .7.° e conrado Thedesco coagiutore il quale ha fatto qua bona proua per molti messi et essendo di bona natura Nostro Padre Vicario desidera che lo teni V. Reuerentia apreso di se per agiuto di sua persona nelle cose di cugina et refectorio. Questi sette sono quelli che si pensa mandare la settimana che viene .

del Dottor Golfango pareua qua che saria bono per esere bohemo

---

peritus; tertius est pater Ramirus [1] hispanus, qui istuc venit ad rhetoricam et litteras graecas tradendas, in quibus facultatibus bene versatus est. Quartus erit Nicolaus [2] Germanus, Praga Genuam, ut inde in Indiam transiret, destinatus; qui illuc, quia Germani Germaniae necessarii sunt, missus non est [3]; ac pater Lanoius eum ad litteras et humanitatem tradendas satis idoneum fore scripsit; itaque Patavium, ubi ceteros exspectaret, reverti iussus est. Quintum existimamus fore magistrum Ioannem [4] Bohemum, siquidem iter facere ipsi per infirmam valetudinem licebit; qui philosophiae magister est et artium cursum tradere poterit, si dominus noster sanitatem ei tribuerit; nam fere semper male ipsi est, et medici suadent, ut in Germaniam eum remittamus. Sextus erit Lucas Bohemus, qui, cum litteris et humanitati operam dedisset, hoc anno artium cursum audire iussus erat; sed quia rebus, quae ad vitae usum magis quam quae ad contemplationem pertinent, aptus esse videtur, ad reverentiam vestram mittitur, ut ipsa ad ea, quae eius ingenio congruent, eum adhibeat; qui, si casibus conscientiae operam dederit, sacerdos suo tempore constitui posse videtur; videbit etiam reverentia vestra, num ad subministri officium administrandum idoneus sit. Septimus est Conradus Germanus coadiutor, per multos menses hic bene probatus; qui cum bonae sit indolis, pater noster vicarius optat, ut reverentia vestra ipsum secum retineat, quo in rebus ad culinam tricliniumque spectantibus ab eo adiuvetur. Atque hos septem hebdomade proxima istuc mittere cogitamus.

Videbatur nobis convenire, ut doctorem Wolfgangum, quippe qui bohemus

---

[a] ui ua? *Obscurius scriptum.* [b] nella magna *ap.* [c] *Sic;* à noi?

---

[1] Alphonsus Ramirus, ut videtur. [2] Servatius.
[3] Cf. supra p. 351. [4] Labrai.

mandarlo ha Praga, et far uenire il Dottor Christiano [1], à ijspruch jn luogo suo se pero, à V. Reuerentia hanche cosi parera alla qualle si rimete questa cosa, et cosi hauendosi mandato il Padre Golfango, et quelli altri due Bohemi Sua Maiesta Cesaria cominciara, á gustare frutto della sua Charita delli suoi Bohemi vsata [2], et hogni hanno conla gratia del signore si procurara di mandare qualcheduno . Et vno vitto Bohemo che lanno pasato si mando jn Mogontia [3] si mando per ritrouarsi indisposto, et non ne sara hanchora maturo per mandarsi jn Bohemia per esere gioueneto, et hauer li liparenti contrari ma facendosi sogetto piu atto non si manchara di mandarlo jn Bohemia.

de Alfonso Guiteros sapra V. Reuerentia che é bono sugetto, et dotto jn theologia, et Philosophia, et si manda per legere il corso jn ingolstadio in luogho de hermete [4].

Jl Padre Ramiro, è bona persona et timorata consientia, et perche sente trauaglie jn confessare dice Nostro Padre Vicario che V. Reuerentia ordini, à colui che gli sara superiore che jn niuno modo gli comanda de confessare, à nesuna sorte di persone se lui non lo dimandera.

Gia habiamo saputto per lettere del Padre Lanoij come il Padre Valentino, et compagni herano ariuati [5] et cenesiamo áreligrati . Di

---

esset, Pragam mitteretis ac pro ipso doctorem Christianum [1] Oenipontem arcesseretis, dummodo reverentiae vestrae idem visum esset; cuius arbitrio eam rem permittimus; atque ita, cum et pater Wolfgangus et reliqui duo Bohemi, de quibus scripsi, istuc missi erunt, maiestas sua caesarea caritatis Bohemis suis exhibitae fructum gustare incipiet [2]; ac domino propitio curae nobis erit, ut singulis annis aliquem ex iis istuc mittamus. Quod autem Vitus quidam Bohemus superiore anno missus est Moguntiam, ideo missus est [3], quod infirma utebatur valetudine; neque is adeo maturus esse videtur, ut in Bohemiam mitti possit; admodum enim adulescens est et parentes habet sibi adversantes; cum vero aptior effectus erit, in Bohemiam eum mittere non omittemus.

Novit, nisi fallor, reverentia vestra, Alphonsum Guiteros hominem esse idoneum ac tum theologiae tum philosophiae valde peritum; qui istuc mittitur, ut cursum Ingolstadii Hermetis [4] loco tradat.

Pater Ramirus probus est homo et timoratae conscientiae, et quia in confessionibus excipiendis molestias patitur, pater noster vicarius constituit, ut reverentia vestra ei, qui ipsi praeerit, interdicat, ne ulla ratione ipsum ullius hominum generis confessiones excipere iubeat, nisi ipse petierit.

Litteris patris Lanoii certiores iam facti sumus, patrem Valentinum eiusque socios advenisse [5]; quae res gaudio nos affecit. Consideret autem bene reverentia

---

[1] Rivium.

[2] Ferdinandus I. a. 1555 11 fere iuvenes bohemos Romam miserat, a Sociis instituendos; qui cum omnes fere ibidem Societatem ingressi essent, Ferdinandus, ut Sociis romanis singulis annis 400 scutata aurea suo nomine solverentur, constituerat; vide *Can.* Epp. II, 307[2]. 554[2].

[3] Vitus Pistor vel Sebastiani; de quo supra p. 217.

[4] P. Hermetis Halbpaur; vide supra p. 312.

[5] De P. Valentino Voyt vide supra p. 358.

questo Padre veda bene V. Reuerentia se sara suficiente peresere superiore jn Jspruch per che forse hauera bisogno di vna persona di magiore autorita per esere collegio nouo et lui non esere tropo esperto nel gouerno. Le persone sopra scritte per ispruch il Padre Lanoy scriue bastarebono, et che di la si prouederebe di mastri per le Classe minore . V. Reuerentia di la uedera di fare il resto. •

Sapra V. Reuerentia come Guilielmo Thedesco che uene, á Loretto jn perigrinatione . et vscì di Viena [1] fu meso nel hospidalle di quel luogho doue stete per due mesi jn circha et hauendo fatto bona proua ha sodisfatione di esso Rettore [2] lo mando, à Roma jn Perigrinatione doue lo hauemo meso hanchora nello hospidalle per prouarlo bene et sta di bono animo di far quanto gli comandano et noi non lo mancharemo dopoi che sara bene prouato . V. Reuerentia prechi et facia pregare Jddio perlui perche ha bono hanimo et sidiporta bene jn detto hospidale, et gli rincrese molto delle cose pasate .

qui ariuo gia l' ambasciadore del Signor Ducha [3] al quale non s' e manchato di dimostrarli beneuolentia, et chareze come V. Reuerentia lo racomendo. Con lui si potra tratare sopra il collegio che jn straminglia voria fare la Excellentia del Duca [4] al quale senza dubio tutti questi Padri desiderano grandamente di sodisfare jn quanto sia posibile perli molti hoblighi che la Compagnia glià . Pero mandandosi adeso gente per eniponto non cie comodita di sogietti cuui

---

vestra, num pater iste ad superioris munus Oeniponte administrandum satis idoneus sit; fortasse enim homine maioris auctoritatis opus erit, cum et collegium istud novum sit, et ipse in regendo haud ita sit versatus. Ac pater Lanoius scribit fore, ut homines, quos dixi, Oenipontanis sufficiant, atque ut inferioribus scholis istic provideantur magistri. Reverentia igitur vestra istic reliqua curabit.

Intellexit, opinor, reverentia vestra, Guilielmum Germanum, qui Vindobona egressus Lauretum peregrinator venerat [1], in eius loci valetudinario collocatum esse, ubi per duos fere menses mansit; qui cum ita ibi probatus esset, ut rectori [2] satisfaceret, is Romam eum peregrinatum misit, ubi similiter in valetudinario, ut eius mores iuste experiremur, collocavimus; qui animo ad faciendum, quicquid ipsi mandatum erit, parato est; neque nos, cum bona sui documenta dederit, ei deerimus. Reverentia autem vestra et ipsa Deo eum commendet et alios idem praestare iubeat; nam bonae voluntatis est et in valetudinario illo bene se gerit; ac factorum superiorum valde eum paenitet.

Illustrissimi ducis orator [3] huc iam advenit; cui nos, id quod reverentia vestra nobis commendaverat, benevolentiam exhibere caritatisque officia praestare studuimus. Atque cum ipso de collegio agere poterimus, quod Straubingae condere vult excellentissimus ille dux [4]; cui cum Societas tot nominibus obstricta sit, sane omnes hi patres vehementer cupiunt eidem, quantum fieri poterit, satisfacere. Nunc tamen cum Oenipontem homines mittamus, praesto nobis non sunt, quibus mittendis illu-

---

[1] De hoc vide supra p. 254. 291. [2] P. Oliverio Manareo.

[3] Sigismundus Viehauser, ab Alberto V. Bavariae duce ad Pium IV. legatus (vide supra p. 380), 28. Martii Romam advenerat (*Sickel,* Trient p. 300).

[4] De Straubinga vide supra p. 364. 380.

quali si potese subito dare sodisfatione al Signore Duca ma pur uerso il settembre si uedera di mandare qualche uno piacendo á Jddio, è fra questo mezo si doueria atendere à preparare la habitatione, chiesa, et supeletelli necesari.

il rettor di Pragha[1] scriue esere concluso il negotio di oybin asai bene ma il Padre Vitoria sente altrimente[2]. V. Reuerentia uedera di la se altra cosa si douera fare di nouo.

Qui si uedera quel che si potra fare jn torno al collationar il concilio efisino che porta seco questo Ambasciadore con quello del uatichano[3].

Jeri si sono riceuti li 100 scudi doro chela R. V. cia mandati per mani delli Signori Velzeri . Ma gli 40 scudi non bastano per viatico delli gia mandati et di colloro che si mandano[4].

Quel Predicatore Thedesco cuiusdam[a] Principis che fu mandato à Jngolstadio puo uenire à suo piacere à Roma[5], et con lui potra[b] uenire hanche qualchiduno peril collegio germanico et non mi restando altro che me dire fo fine raccomandandoci tutti molto nelle orationi di V. R. etc . di Roma li 4 di aprile 1562.

---

strissimo duci statim satisfacere possimus; attamen Deo propitio sub mensem Septembrem curae nobis erit, ut aliquos mittamus; atque interea convenire videtur, ut domui, ecclesiae, necessariae supellectili parandis opera detur.

Rector quidem pragensis[1] negotium oibinense satis prospere absolutum esse scribit; at pater Victoria aliter sentit[2]. Quare reverentia vestra istic videbit, num quid aliud praeterea faciendum sit.

Hic videbimus, quid in concilii ephesini exemplo, quod orator hic secum attulit, cum vaticano conferendo praestari possit[3].

Heri 100 illa scutata aurea, quae R. V. per dominos Velseros nobis miserat, tradita nobis sunt. At 40 illa scutata pro viatico et iam missis et mittendis[4] necessario non sufficiunt.

Germano illi principis cuiusdam contionatori Ingolstadium misso[5] Romam venire, prout ipsi libuerit, licet; licet etiam cum ipso aliquem in collegium germanicum venire. Et cum aliud, quod dicam, non habeam, scribendi finem facio, nos omnes valde commendans orationibus R. V. etc. Roma 4. Aprilis 1562.

Nota: Ex hac epistula intellegitur, Canisium (litteris Romam 7. Martii 1562 ad Salmeronem missis?) Socios romanos rogasse, ut ad concilii ephesini exemplum monacense, quod Sigismundus Viehauser, ab Alberto V. duce ad Pium IV. legatus, Romam secum afferebat, cum vaticano conferendum operam suam conferrent. Cuius

---

[a] cuis dam *ap.*

[b] *Sequitur* V. Reuerentia, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] P. Henricus Blissemius. [2] Vide supra p. 387.

[3] Sigismundus Viehauser hoc exemplum secum attulerat. Vide, quae hac de re sub ipsam hanc epistulam scribentur.

[4] Socios significat ex Italia Oenipontem missos et mittendos; de qua re vide supra p. 389.

[5] P. Georgium Rosenhaimer S. J. novicium dicere videtur; de quo vide, quae posita sunt supra p. 390.

concilii acta e codice graeco, quem Albertus V. dux nactus erat, a. 1561 ipso petente et Canisio urgente atque iuvante Monachii a P. Theodoro Peltano S. J. latine versa erant[1]. Romae autem quid hac de re anno 1562 effectum sit, partim ex *Latini Latinii* epistula Roma 11. Decembris 1562 ad Andream Masium data cognoscitur; in qua is de doctissimo illo Guilielmo Sirleto scribit: „Contulit . . . nuper acta Ephesinae Synodi, nam cum Bauariae Dux summo studio curet multa scriptorum monumenta typis cudi, eiusque Synodi acta graece scripta quam emendatissima prodire cupiat; datum est Sirleto negotium omnia cum suo Codice conferendi, quem ille apud se iamdudum castigatissimum summo labore parauerat. Quare sperare potes eius Principis benignitate aliquid quotidie in publicum exiturum" (Latini Latinii Epistolae II, 111). Ac plura ipse *Peltanus* in praefatione libri „Sacrosancti . . . Concilii Ephesini primi Acta . . . latinitate donata", anno 1576 Ingolstadii a se editi, disserit; ubi de versione latina a se conscripta refert: „Opus ad vmbilicum deductum, Principi Alberto obtuli, magnopere rogans, ne in apertum proferri vellet. Sin omnino edendum iudicaret, certe prius cum exemplari Vaticano codex ille Graecus (erat enim mihi suspectus, videbaturque a Graeco homine Venetiis parum emendate aliquot locis descriptus: vtpote qui pecuniae appetentior, quam diligentior fuisset) et cum Graeco ita emendato nostra latina tralatio [*sic*] ab aliquo vtriusque linguae perito Romae conferretur. Quod cum benigne annuisset, anno LXII. exemplum Graecum Latinumque Romam missum est, ad virum aeternis laudibus celebrandum Othonem Cardinalem et Episcopum Augustanum: Quem rogauit Albertus, vt per aliquem eruditum, id quod supra dixi, fieri curaret, atque ad se vtrumque librum castigatum remitteret. Caeterum multa negotia sine dubio, et occupationes magnae effecerunt, vt res obliuioni traderetur, et exemplaria quoque amitterentur quodammodo. Quae cum saepe repeterentur a me, XII. annis non sunt restituta: Quanquam illa vnum aut alterum annum ante essent remissa. Anno porro LXXIII. Romam alia de causa veniens, tum de nostris, tum de alienis hominibus, quid istis libris factum esset, sedulo exquisiui: Vaticanam etiam Bibliothecam lustraui, si quo casu essent illuc importati[a]. Nihil vsquam apparuit. Tandem de quorundam consilio ad Illust. et eruditionis fama clarissimum Gulielmum Sirletum Cardi . summumque Vaticanae Bibliothecae Praefectum[2] me contuli: meam calamitatem illi narraui: Qui me, vt est vir optimorum studiorum, literatorumque hominum cupidissimus, perquam humaniter complexus: et ex narratione mea in librorum memoriam regressus, singulari laetitia perfusus est: Eo vsque enim nesciebat, quis nam illa Acta Ephesina Latine de Graeco expressisset: Quandoquidem nomen meum nusquam posueram. Inter caetera autem referebat, a Cardinali Augustano vtrumque uenisse ad Cardinalem Paleottum[3]: inde ad Cardinalem Amulium[4]: postea ad

[a] *Ita in „erratis"; in ipsa praefatione:* improtati.

[1] Vide supra p. 131—132. 136. 137. 303².

[2] Sirletus (a. 1565 cardinalis creatus, † 1585) a. 1562 Romae protonotarius apostolicus et graecarum hebraicarumque litterarum magister erat (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III, 974—979).

[3] Gabriel Paleotti bononiensis (a. 1565 cardinalis creatus, a. 1597 mortuus) a. 1562 „auditor rotae" romanae erat; qui Tridentum a. Pio IV. missus, 9. Aprilis 1562 congregationum etc., quibus intererat, acta in „commentariolum" referre coepit (*Seb. Merkle*, Kardinal Gabriel Paleotti's litterarischer Nachlass, in „Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde" etc. 11. Jahrg. [Rom 1897] p. 344. 357—358).

[4] Marcus Antonius Amulius venetus, a. 1561 cardinalis creatus, a. 1570 e vita cessit (*Lor. Cardella*, Memorie storiche de' Cardinali della Santa Romana Chiesa V [In Roma 1793], 33—35).

Onuphrium Panuinium[a] [1], postremo ad se, cum libris aliis bene multis: Seseque id, quod Principis nomine petitum fuerat, effectum dedisse: Codicem Bauaricum cum Vaticano accurate contulisse, et varietatem lectionis annotasse in chartis separatim: Non contulisse autem Latina cum Graecis, legisse tamen, adeoque sibi placuisse, vt excudendum librum putarit: et se iam aliquo misisse, nescire tamen quo. Anno LXXV. liber Graecus nec opinato a nostris in Bibliotheca Ducis repertus est, quem peruolutans ipsissimum esse comperio, quem Romam miseram. Fidem autem certiorem faciebant castigationes Sirleti, paginis aliquot insertae libro, de quibus ipse mihi Romae dixerat. Incessi profecto omnibus laetitiis: non quod meas chartas repereram (tam charas enim non habebam) sed quod Serenissimus Princeps praeclarissimum librum Graecum non perdiderat. Mox interpretationem meam incudi reddo: cum emendationibus Romanis, et altero Graeco volumine diligenter compono."

Atque ita tandem in lucem prodiit liber: „SACROSANCTI, | MAGNI, ET OECV- | MENICI CONCILII EPHE- | SINI PRIMI, ACTA OMNIA: THEO- | DORI PELTANI Societatis IESV Theologi opera, | nunc primùm latinitate donata, ac in sex | Tomos distributa. | *OPVS* | GRAVISSIMVM, ET ABSOLVTIS- | SIMVM, QVODQVE HAC ÆTATE, QVA PRISCÆ | hæreses passim renascuntur, & nouæ subinde oboriun- | tur, studiosè legatur, dignissimum. | *ACCESSERVNT HIS, PRÆTER* | *quatuor Indices, & quinque Appendices, in sin-* | *gula capita Periochæ, illustriorumque lo-* | *corum obseruationes.* | Quid porrò in quolibet Tomo contineatur, versa indicat pagina. | *Ex amplissima Serenissimi Ducis Bauariæ Bibliotheca.* | CVM PONTIFICIO CAESAREOQVE PRIVILEGIO. | *INGOLSTADII* | EX TYPOGRAPHIA DAVIDIS SARTORII. | *Anno M.D.LXXVI.*"; 4° min.; pp. 965; praeterea in initio 32 (addito f. titul.) et in extremo libro 28 ff. non sign.; f. a II^{a}—b IV^{b} epistula dedicatoria, a Peltano Ingolstadio 1. Augusti 1576 ad Albertum V. data; f. c^{a}—d^{b} praefatio ad lectorem; f. d 2^{a}—e 4^{a} „Codicis Graeci synopsis, capitumque eiusdem series et index"; f. e 4^{a}—g^{b} „Capitum index et series Codicis Latini"; f. g 2^{a}—h 3^{a} „Operis totius hypothesis"; f. h 3^{b}—h 4^{b} „acclamatio Philippi Menzelij Med. D. et apud Ingolstadienses Professoris" ad Albertum V., „e cuius Bibliotheca . . graecum huius libri exemplar depromptum est"; in extremo libro eiusdem approbatio ac commendatio, a Martino Eisengrein, procancellario et „Collegij Theologici" decano, Ingolstadio 16. Martii 1576 data; sequuntur „errata" et 2 indices: 1. locorum sacrae Scripturae 2. rerum et verborum. In praefatione *Peltanus:* „Vsus sum", inquit, „tribus exemplaribus Graecis, Romano, Bauarico, et Fuggerano, quod ad me nuper delatum est: Vsus sum item editione Contiana[2]: qui liber, quanquam imperfectus, et ad verbum de Graeco expressus est (vnde frequenter multa obscurissima sunt, vt Oedipo quodam opus esse videatur) tamen ab homine Graecis literis imbuto, non difficulter, quid Graecum exemplar habuerit, intelligi potest. Aliquando prae Bauarico Romanum, nonnunquam illud prae isto: interdum neutrum, sed, vel Fuggericum, vel Contianum secutus sum: Neque secus (si modo fidum, ac commodum interpretem agere vellem,) facere poteram. Conspirant sane exemplaria haec sententia plerunque: verbis tamen, et aliis quibusdam leuibus quandoque discrepant: vndecunque tandem diaphonia isthaec acciderit. Quod attinet ad vtriusque Testamenti Scripturas, vulgatam editionem Latinam retinui: etsi Graeci 70. ver-

[a] Pauuinium *praef.*

[1] Praeclarus ille historicus Onuphrius Panvinius (1529—1568) veronensis, ordinis Eremitarum S. Augustini, Romae tunc apud Alexandrum cardinalem Farnesium degebat.

[2] Editione latina ab Antonio Contio (Le Conte), iurisperito noviomensi, Parisiis a. 1574 curata. Graeca concilii acta primus, nisi fallor, a. 1591 evulganda curavit Hieronymus Commelinus (*Ant. Possevinus* S. J., Apparatus sacer I [Coloniae Agrippinae 1608], 374. 505—506).

sionem adducunt, quae a nostra non raro dissidet." Dolendum certe est, Peltanum lectiones variantes non addidisse nisi paucas, quas fol. d pro „paradigmate" posuit. Pulchrae huius editionis exemplum exstat Valckenburgi in Neerlandia, in collegio S. J. ignatiano (Ab. III. 168).

673.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 7. Aprilis 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Jspruch Prouincial". Cod. „Germ. 1562" f. 42[a].

Complures Socii in Germaniam mittuntur. Canisii arbitrio permittitur, ut, prout visum erit, de iis constituat.

Questa si scriue per acompagnare il Padre dottor Volfgango Bohemo [1], jl Padre Dottor Ramiro che uiene per legere Rethoricha et grecco, et gli fratelli Gio. bohemo nicolao Thedesco et lucha Bohemo, et hanche jl fratello maestro Afonso Giuteris che era designato per leggere la Philosophia jn Jngolstadio: de li cui talenti et qualità s' e datto raguaglio per duplicate [2] à V. R. al cui giudicio pero si lascia jnteramente alla [a] [?] dispositione di essi [b], poi che esendo presente et jntendendo la habilita loro, et il bisogno di Jspruch sapra giudicare meglio la dispositione che di essi si ha a fare . e per che dubitiamo sela Reuerentia V. stia jn Eniponto, cie parso jndrizare questa lettera jn sua Absentia [a quello che stara] [c] iui jnsuo luogho il quale douera subito dare auiso à V. Reuerentia della ariuata loro.

Hac litterae scribuntur, ut comitentur patrem doctorem Wolfgangum Bohemum [1] et patrem doctorem Ramirum, qui ad rhetoricam et graecas litteras exponendas istuc venit, et fratres Io. Bohemum et Nicolaum Germanum et Lucam Bohemum atque etiam fratrem magistrum Alphonsum Giuteris ad philosophiam Ingolstadii tradendam designatum; de quorum ingenio et indole duplicatis litteris [2] relatum est ad reverentiam vestram; cuius tamen arbitrio prorsus permittitur, ut de ipsis constituat; ipsa enim, cum aderit et, ad quid idonei sint et quibus collegium oenipontanum indigeat, intellexerit, melius, quid de iis constituendum sit, iudicabit. Et quia dubitamus, num reverentia vestra Oeniponte sit, has litteras ita inscribere nobis visum est, ut, si ipsa abesset, ei, qui ipsius vices ibi gereret, traderentur; qui statim reverentiam vestram de eorum adventu certiorem reddere debebit. Et

---

[a] *Sic; sed legendum esse videtur* la. [b] essa *ap.*
[c] *Haec vel similia supplenda esse res ipsa ostendit.*

---

[1] De hoc eiusque sociis vide, quae sub ipsas has litteras scribentur.
[2] Cf. infra p. 412.

E perche questo non he per altro hefetto fuo fine raccomandandoci tutti molto alle orationi di V. Reuerentia et degli altri che seco si ritrouerano. Di Roma li 7 di aprile 1562.

---

quia haec epistula aliud non spectat, scribendi finem facio, reverentiae vestrae et reliquorum, qui cum ipsa erunt, orationibus nos omnes valde commendans. Roma 7. Aprilis 1562.

Nota: „Wolfgangum Bohemum", qui has litteras secum ad Canisium afferre iussus est, eundem esse ac „Wolfgangum Georgii" thinensem, anno 1555 Romae in Societatem receptum (vide *Can.* Epp. II, 307[2]. 449[1]), ex Georgii litteris Oeniponte 5. Maii 1562 datis, quas infra ponam, patet. Is in collegio pragensi m. Martio a. 1563 erat „Professor S. Theologiae, quando legitur; Confessarius quorundam fratrum et Bohemorum externorum; Consiliarius Rectoris; Minister Collegij", et m. Octobri 1564 „Concionator bohemus apud S. Jacobum, Praefectus Templi nostri, Praefectus Scholarum" (ex *Catalogis pragensibus 9. Martii 1563 et 10. Octobris 1564 a P. *Henrico Blissemio*, collegii rectore, scriptis et Romam missis. Cod. „G. C. 67" p. 440. 446). De iis autem, qui cum Wolfgango ad Canisium iussi sunt proficisci, haec notasse iuverit: „Pater Doctor Ramirus" Alphonsus ille Ramirus esse videtur, de quo P. *Christophorus a Castro* S. J. in Historia collegii complutensis scribit: „Alonso Ramiro, natural de Herrera, fué reçebido á los 10 de Marzo [1556], siendo . . . muy docto en la lengua griega; fué luego embiado a Italia." Et *Hieronymus de Ripalda* S. J. Compluto 1. Maii 1556 ad S. Ignatium: „Otro studiante se reçibió que hauia çinco ó seis años perseuerado en la frequentia de los sacramentos en nuestro Collegio, . . . y es de los mas prouectos studiantes en lenguas humanas, principalmente en la griega, que hauia en la vniuersidad." Qui etiam a *Polanco* „adolescens insignis" vocatur (*Litterae* quadrimestres IV, 240; cf. etiam p. 501. *Polancus,* Chronicon VI, 594. 595[1]). — De „Ioanne Bohemo" in Sociorum germanorum et bohemorum extra Germaniam et Bohemiam degentium **Catalogo* quodam Romae sub 1. Decembris 1557 conscripto dicitur: „Joannes Labrai Pragensis annos natus 18. ingressus est societatem 1557" (Cod. „G. C. 67" p. 386); mense autem Maio a. 1561 in collegio romano „physicus tertii anni" simulque auditor erat Metaphysices (*Sommervogel*, Les Jésuites etc. f. C[a]). Atque is m. Martio a. 1563 in collegio pragensi „Lector vnius uel duarum lectionum philosophiae" erat (ex **Catalogo* Pragae 9. Martii 1563 scripto, quem modo dixi). Labrai (Labra) ineunte a. 1564 ibidem mortuus est (*Schmidl* l. c. I, 187). — „Nicolaus Germanus", Nicolaus ille „Servatius" est, de quo supra p. 328[7] scriptum est. — De Luca **Catalogus* exeunte a. 1557 scriptus, quem supra dixi: „Lucas Boemus annos natus circiter 20 uenit [Romam] missus Vienna 1557". Qui m. Maio a. 1561 in collegio romano „humanitatis studiosus" erat (*Sommervogel* l. c. f. C[b]). — Quod tandem ad „fratrem magistrum Alphonsum Giuteris" attinet, qui in litteris romanis 4. Aprilis 1562 ad Canisium datis „Alphonsus Guiteros" sive Guttierez „hispanus" vocatur artiumque cursum sive philosophiam Ingolstadii tradere iubetur (supra p. 399), quemque Laureto, non Roma, in Germaniam profectum esse ex *litteris *Salmeronis* iussu Roma 21. Martii et 4. Aprilis 1562 ad P. Oliverium Manareum Lauretum missis (quarum apographa sunt in cod. „Italia 1560. 1561. 1562" f. 326. 336) intellegitur, dubium esse vix potest, quin is idem sit atque „Alphonsus Pinedanus" (Pineda Catalauniae est pagus), de quo in **Catalogo* collegii ingolstadiensis sub ineuntem a. 1565 scripto refertur: „Natione Hispanus, Patria Toletanus est ad Societatem admissus anno 1561 postquam sexennium ut reciperetur uixisset cum uoto occulto Societatem intrandj. Eodem anno Lauretj fecit uota communia, ante ingressum Societatis Licentiatus philosophiae et studiosus Theologiae, post uero ingressum docuit Laureti per medium annum casus conscientiae. Anno 62. mense Aprilis missus est Ingolstadium, ubi factus est statim M. liberalium artium et Professor Dialecticae, quam professus est per

duos annos" (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 373[b]. *Prantl* l. c. I, 228 perperam: „Alphons de Spineda"). Haud recte igitur *I. B. Hutter* scribit, Pinedanum a. 1560 vel 1561 in collegio monacensi degere coepisse (Die Hauptmomente der Schulgeschichte des alten Gymnasiums zu München [München 1860] p. 4).

Horum igitur omnium nomine P. Wolfgangus Bohemus sive, ut ipse nomen subscripsit, *„Wolfgangus Georgii"* Oeniponte 5. Maii 1562 ad P. Christophorum Madrid, collegii S. J. romani „praepositum", litteras dedit. Quae adhuc exstant autographae, ita tamen lacerae, ut complura in iis iam legi non possint. Ac Wolfgangus: „Sciat itaque", inquit, „R. tua, nos omnes Oenipontum venisse quarta die Maji salvos atque incolumes tam corpore quam animo, licet Pater Ramirus non admodum usus sit prospera valetudine statim cum primo discessimus Padua; aër enim Germanicus non videtur illi convenire, nec adhuc bene valet, et ita difficile poterit hic legere, [ac] proinde videtur bonum, ut R. tua provideat de alio, qui illi succedat, ut possimus satisfacere expectati[oni] conceptae de Societate ab Oenipontanis, quae certe maxima est: ut ne incipiendo legere, intermittamus lectio[nes] postea. De Nicolao etiam, qui erat Paduae nobis accipiendus, nihil scimus, nec est aliquis hic, qui ei succ[edat.] Quare R. tua provideat de aliis. Ioannes etiam Bohemus non poterit legere; nondum enim recuperavit valetudinem. . . . Hoc unum addo, nos fuisse humanissime exceptos Tr[identi] a Reverendissimis. Accessimus enim R. Osium[1], qui tanto amore nos complexus est, ut ne verbis quidem [ex]primere queam; quin et lachrimas illi excussimus valedicendo atque commendando nos ipsi, qui etiam — aureos ungaricos dedit nobis eleemosynae, non postulantibus nobis. Similiter etiam fecit Reverendissimus —, qui decem aureos nobis dedit. Nec minus [Reverendissi]mus archiepiscopus Pragensis[2], qui agit legatum in [concilio] Caesareae maiestatis, qui sua instantia coegit [me, ut] pranderem cum ipso; hic enim quamprimum me [vidit,] statim me cognovit, dicens quod me noverit [a] pueritia, et dixit, se statim scripturum ad Dominum — de meo adventu ex Urbe: dedit etiam nobis — aureos eleemosynae et quatuor equos ex suo stabulo commodato p[er] septem milliaria Germanica . . .; hic solvit etiam pro equis in itinere [et] pro famulo [,quem] misit pro illis reducendis Tridentum; q[ui si fuissent] nobis conducendi, ad min[us solvissem]us octo aureos; magno enim precio conducuntur nunc equi propter multitudinem hominum euntium Tridentum et redeuntium. De aliis praelatis causa brevitatis nihil scribam; omnes enim maximo amore nos sunt complexi, et ita 23 co[ronatos] accepimus eleemosynae" (ex apographo recenti).

674.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 11. Aprilis 1562.

Ex archetypo (2°; pp. 2; in p. 4. inscr. et sig.), quod Canisius sua manu subscripsit. Cod. gothan. „E. H. 2" f. 24—25.

Ex archetypo epistulam primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 227—229. Particulam (ex Cypriano) posuit *Lagomarsinius,* Pogiani Epistolae III, 154[f].

Libri Mencelii, Praetorii, Repagelani etc. Catholicis vigilandum est ac gaudendum, quod ab illis vituperantur. Spangenbergii liber „foetidus". „Libri Carolini" spurii sunt. Monchii liber pro missae sacrificio. „Centuria magdeburgensis" quinta. Canisius Spangenbergii librum mittit; alios libros postea mittet. P. Cuvillonius ad concilium

---

[1] Stanislaum cardinalem Hosium. [2] Antonius Brus de Muglitz.

accedet. Hosii liber „de oppresso verbo Dei". Cholinus typographus. Motus Bremae excitati Calvinismi gratia. Qui brevi in Germania admittetur. Canisius dolet, quosdam ad concilium non venire. Maximilianus II. a P. Cythardo commendatur. Alberti V. Bavariae ducis pietas.

✝

Pax[a] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Nunc primum adferuntur noui libri Franckfordia. Jn his nomen amplitudinis tuae a duobus sectarijs Mencelio et Spangebergio ita celebratur[1], ut opere pretium non uideatur impijs calumniatoribus respondere. Cordati lectores qui aliquo sunt iuditio praediti, non possunt non afficj nausea, cum leuissimos homines ita debacchantes uident. Voluit et Zacharias Praetorius libidinem in maledicendo suam explere[2]. Ad inuidiam et odium rapiunt quaecunque possunt, ut Catholicae fidei propugnatores obscurent atque extenuent. Stanislaum Repagelanum, qui se Theologum facit, hactenus non noui. Verum scurra quiuis facile possit ex opere quouis excerpere, si quae parum grata uidentur. Exercent sectarij nostram fidem, charitatem atque patientiam, cum ita pergunt insigniter esse impudentes, quos omnes uincit ni fallor, Spangebergius, qui foedam adijecit picturam foedo et foetido libro: nec satis ei fuit unum petere, sed septem uoluit conficere si posset, aduersarios[b] uno eodemque gladio. Verum quid faciamus hic aliud, nisi ut gratias agamus Deo, pro cuius nomine digni habemur contumeliam pati[3] praesertim a talibus, a quibus uituperari laudarj est. Sinamus illos, quia coeci sunt et duces coecorum[4]. Vespertiliones tantum in Hosio splendorem spectare et ferre non possunt. Quid autem nobis et pijs cum ranis istis Aegyptiacis coaxantibus?[5] Peribit memoria eorum cum sonitu[6], suoque malo sentient, in quem transfixerunt[7]. Excitant interim quosdam dormientes catholicos aduersarij obscura uigilantia sua, cum nihil intentatum relinquant, quo personis praestantibus et causis Ecclesiasticis praeiudicium adferant ac eleuent authoritatem.

---

[a] *Hoc v. et 5 sqq. non sunt ap. Cypr.*
[b] *Ita cum Cypr. correxi archet., quod habet* aduersarius.

---

[1] In libro „Wider die böse Sieben"; de quo vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Nescio, num Canisius significet librum, quem posuerunt *Salig* l. c. III, 647[1] et *Preger*, Flacius II, 560: „Confessio et sententia Witebergensium de libero arbitrio cuidam Electori a. 1561. exhibita vna cum vtilibus scholiis M. Fl. Illyrici et Zach. Praetorii . 1561." Zacharias Breiter sive Praetorius (1535—1575) mansfeldiensis et Islebii et Ratisbonae protestantium ministrum egit. De eius libris scripsit, praeter alios, *Heinr. Wilh. Rotermund*, Fortsetzung und Ergänzungen zu Christ. Gottl. Jöchers allgemeinem Gelehrten-Lexiko VI (Bremen 1819), 806—807.

[3] Act. 5, 41. [4] Matth. 15, 14. [5] Cf. Ex. 8, 3—14.

[6] Ps. 9, 7.

[7] Io. 19, 37. Zach. 12, 10.

Ex Gallia scripserunt nonnulla quoque Caluinastrj. Editus et libellus contra Jmagines authore Carolo magno: sed falsus hic plane titulus, ut colligere licet ex Jona Episcopo Aurelianensj [1]. Pro sacrificio Missae scripsit uolumen Anthonius M[on]chiacenus [a] Doctor Sorbonicus, ut nemo antehac alius, copiose [2]. Madeburgenses [*sic*] Theologi quintam centuriam addiderunt prioribus tomis historiae Ecclesiasticae [3]. Non mittam huiusmodj, nisi monitus a [Celsi]tudine tua. Nunc sat habui literis adiungere Hieronymum Menc[elium,] [a] reliqua isthuc perferet D. noster Cuvillonius [b] propediem abit[urus,] [a] quia legatus mittitur a Principe Bauariae [4]. Scripserunt digla[dian]tes inter se quoque aduersarij, ut ex literis Colini intelligo. Js rogat amplitudinem tuam, ut liber de oppresso Dei uerbo excudatur Coloniae [5]. Bremenses Caluinianam doctrinam simul cum Augustana [Con]fessione dicuntur amplexi, quod Consul Caluinianus excitata seditione coegerit senatum,

[a] *Suppletum ex Cypr.* [b] Cauillonius *Cypr.*

[1] Quattuor illi „Libri Carolini", sub annum 790 auctoritate Caroli Magni ab aliquo ex doctis, qui cum eo erant, contra concilium oecumenicum VII. (nicaenum II., anno 787 habitum), in quo catholica de sacris imaginibus doctrina praeclare exponitur, conscripti, in quibus concilium illud vehementer reprehenditur, mos lumina et thus ante sacras imagines accendendi stultus vocatur, quaevis „cultura" iisdem imaginibus exhiberi vetatur etc., primum Parisiis anno 1549 a Ioanne Tilio (du Tillet) sacerdote de calvinismo suspecto typis, neque ipsius nomine neque loco ascriptis, evulgati erant (*Hefele*, Conciliengeschichte III, 694—717). Canisii autem verba supra posita ostendunt, eum Libros Carolinos — id quod etiam Binius, Baronius, Surius, Bellarminus, alii sentiebant — pro spuriis habuisse. Ac quod ex Iona Aurelianensi id colligi posse opinatur, in eam opinionem eo inductus esse videtur, quod doctus ille episcopus († 844) in libris „De cultu imaginum", in quibus sacras imagines magnopere defendit atque extollit, Carolum Magnum virum „sanctae memoriae", „piissimum Augustum", „orthodoxum principem" vocat et quod scribit, Satanam Carolo mortuo se iam ecclesiam „sua vesanae doctrinae" — doctrinam de imaginibus significat — „arietibus conquatere posse" existimasse (De cultu imaginum l. 1. *Migne* PP. LL. CVI, 307—310). Ceterum ea aetate etiam inter protestantes erant, quibus opus illud carolinum suspectum esset; ut *Gaspar a Nydpruck* Augusta 13. Martii 1554 Flacio Illyrico scripsit: „Carolo Magno adscribitur, sed dubium est et mihi non fuit verisimile" (*Jahrbuch* der Gesellschaft für Geschichte des Protestantismus in Oesterreich. 18. Jahrg. [Wien 1897], 204).

[2] Antonius de Mouchy (de Monchy, Demochares), theologiae professor in universitate parisiensi et fidei inquisitor († a. 1574), anno 1562 Parisiis (in folio, ut dicimus) edidit: „Catholicam, et Historicam propugnationem Christianae Religionis, Institutionisque Domini nostri Iesu Christi, et Apostolicae traditionis aduersus Misoliturgorum blasphemias, ac nouorum huius temporis sectariorum imposturas, praecipue Ioan. Caluini, et suorum contra sacram Missam" (*Possevinus,* Apparatus I, 100). [3] Vide supra p. 29.

[4] P. Ioannes Cuvillonius doctori Augustino Paumgartner, quem Albertus V. ipsis his diebus oratorem ad concilium misit, ab eodem duce adiunctus est; cf. infra, monum. 362.

[5] Is liber, ab Hosio a. 1559 scriptus, primum excusus est Coloniae a Materno Cholino (*F. Hipler,* „Hosius, Stanislaus" in „Kirchenlexikon" VI, 298).

ut liberum cuique faceret, quam uellet ex utraque sectam profiterj[1]. Probabile est breui fore, ut sicut in Germania duae Religionis speties admissae ac probatae fuerunt publice[2], sic etiam Caluini Religio recipiatur. Dominus bene uertat s. synodi conatus, quae nondum serio causam uidetur aggredi, Fortasse quod quidam desiderentur absentes. Jgnoscat illis Dominus, qui publicum Ecclesiae commodum tarditate et incuria, ne di[cam] perfidia, sua remorantur. Nos pro Concilij successu Deum iratum orare pergemus, qui nos immensa gratia sua dignos faciat, et ex petris filios Abrahae conuertat[3]. Augustae .XI Aprilis .M.D.[LXII.][a]

Adiunxi scriptum P. Zittardi, quo Regem Bohemiae commendat[4], et edictum Principis Bauariae, quod Catholicum illum esse declarat[b][5].

Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendissimo et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio, Cardinalj et Episcopo Vuarmiensj S. Tridentinae synodi [Prae]sidj, Patrono amplissimo. Tridentj.

Litterarum inscriptioni manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „redd. 15 aprilis 1562 resp." — (sequitur signum quoddam obscurius).

Canisius Hosio una cum his litteris (ut ex ipsis intellegitur) „*Cyriaci Spangenberg*" aulici contionatoris mansfeldiensis librum „Wider die böse Sieben, ins Teufels Karnöffelspiel" Islebii a. 1562 evulgatum misit, cui „M. *Hieronymus Mencelius*" superintendens mansfeldiensis praefationem sive commendationem satis copiosam praeposuit Islebio 3. Martii 1562 datam; atque hic Hosium (quamquam eius nomen perspicue non exprimit) in numero servorum diaboli atque hypocritarum illorum habet, qui contra propriam conscientiam puerilibus quibusdam et stramenticiis adminiculis papatum fulcire conentur, blasphemias et mendacia foeda horrendaque contumeliosis libellis effundentes (l. c. f. 𝔅[b]. 𝔅 iij[b]). Atque in titulari libri imagine ad dextram Pii IV., qui, vulturis vel cornicis habens pedes, in throno sedet, Hosius stat, magnam facem tenens accensam; apparent etiam cum cardinale Contareno, Staphylo etc. daemones, asinus, simia etc. In ipso porro libro Spangenberg, ubi contra Staphylum disputat, Hosium in doctis illis hominibus ducit, in quibus minus sit verae intellegentiae Christi regnique ipsius, quam in Platone, Socrate, aliis paganis (l. c. f. f[b]); extremum autem libri caput idem inscribit „Wider den offentlichen Feind Göttlicher warheit, Stanislaum Hosium, Bischoff zu Ermeland"; in quo

---

[a] *Suppletum ex Cypr.* [b] *Cypr. om. vv. sqq.*

---

[1] Daniel a Büren (1512—1593) consul, Hardenbergio melanchthoniano vel calviniano (vide supra p. 378[4]) amicitia iunctus, effecit, ut Simon Musaeus „superintendens" flacianus vel lutheranus officio removeretur ac multi senatores lutherani urbe cederent etc.

[2] Catholica religio et „Confessio augustana" (a. 1555 in „pace religionis" augustana). [3] Cf. Matth. 3, 9. Luc. 3, 8.

[4] P. Mathias Cythardus (Esche) O. Pr., qui Ferdinando I. caesari et a contionibus et a sacris confessionibus erat, Canisio scripsisse videtur, Maximilianum II. (qui tunc id agebat, ut Romanorum rex elegeretur) magis quam antea catholicum et pium se praebere.

[5] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

eum „des Römischen Bapsts zerrissen Hosenflicker“, „Gottesdieb“, „elender Mensch“, „grober Esel“ etc. vocat (l. c. f. 𝔄aa[b]. 𝔇ddiij[a]. 𝔇dd[a]). Nec desunt alia, ex quibus facile intellegatur, cur Canisius tam acriter hunc librum vituperaverit. Ita *Spangenberg*, ut pauca ponam exempla, in papismo plus quam unum Deum coli affirmat (l. c. f. 𝔅u[b]). Et de missae sacrificio: „Es ist in summa vnter allen Heidnischen missbreuchen, vnter allen Ketzereien, vnter allen falschen Religionen, mehr Gotteslesterung nie erhöret noch erfunden worden, denn in einer einigen papistischen Opfermesse begangen wird. Es hat auch der Teuffel in allen büchern der Ketzer, Gottes also lesterlichen nicht gespottet, vnd geunehret, als in dem ewig verfluchten vnd Teuffelischen Canon der Messe geschiehet“ (l. c. f. 𝔎[a]). Ac de summo pontifice: „Der Bapst . . weidet, leret, noch predigt nicht, sondern geitzet, donnert, plixet, mordet, tödtet, henckt, brent, krieget, rumoret, stilt, raubet, nimpt, schatzt, schindet, seuget, frisset vnd verzeret aller welt schweis vnd blut, habe vnd gut, Darumb er keines weges fur einen Hirten, sondern fur einen grewlichen, reissenden, blutdůrstigen wolff zuhalten ist.“ „Die . . vom Bonifacio tertio an, bis auff den jtzigen Esel, auff dem Römischen pulster gefaulentzet haben, ongefehr in die hundert vnd siebentzig Bepste, sind (gar wenig, nicht viel vber zwen ausgenommen) verzweiffelte böse Buben gewesen, Abgöttische, Zeuberer, Lůgener, Mörder, stoltz, frech, eins teils auch vnterm schein, als weren sie Manspersonen, ausgeschuttene Huren“ (l. c. f. 𝔐ij[b]. 𝔥𝔥iiii[b]—𝔍i[a]). Atque concilii tridentini patres vocat „die geschmierten Oelgötzen auff dem Conciliabulo, ins Teufels namen zu Trient versamlet, die mit der Schrifft, wie mit Kartenblettern vmbgehen“ (l. c. f. iij[a]). Spangenbergii liber „Wider die bösen Sieben“ postea etiam Francofurti ad Moenum per Thomam Rhebart et Ienae per Donatum Richtzenhayn typis exscriptus est (*Heinr. Rembe*, Der Briefwechsel des M. Cyriacus Spangenberg [Dresden 1888], p. 5[3]).

Ex postremis huius epistulae verbis cognoscitur, Canisium una cum ipsa praeter Spangenbergii librum et Cythardi litteras Tridentum ad Hosium misisse „catholicum“ aliquod Alberti V. Bavariae ducis „edictum“; nescio autem, utrum missa sit lex Monachii 3. Februarii 1562 lata, qua Albertus V. universitatem ingolstadiensem, tum aliorum, tum Sociorum et maxime Canisii consilia secutus, „reformavit“ (iterum excusa a *Mederer* l. c. IV, 295—317; plura infra, monum. 293), an edictum aliquod, quo Straubingenses a fide deficere severe vetabantur (*Riezler* l. c. IV, 498—499), an constitutio, qua a. 1561 viri quidam — atque inter hos duo de Societate, PP. Theodoricus Canisius et Theodorus Peltanus — librorum censurae destinati esse traduntur; quam constitutionem a. 1562 mandatum de pravis libris auferendis secutum est (*Aug. Kluckhohn*, Die Jesuiten in Baiern, in „Historische Zeitschrift“ herausgeg. von *H. v. Sybel* XXXI [München 1874], 359. *Max Seydel*, Bayerisches Staatsrecht [München 1884] p. 52[3]). *Michael Canceracensis* S. J. in litteris quadrimestribus collegii S. J. monacensis Monachio 1. Maii 1562 datis de Alberto V. duce: „Mirantur“, inquit, „omnes seueritatem edictorum quae pro Catholica religione promulgari diebus superioribus curauit, quibus tantum terrorem subditis male sibi conscijs incussit, ut quo se uertant haud sciant“ (ex apographo eodem fere tempore scripto. Cod. „G. Ep. III“ f. 79[a]).

675.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 11. Aprilis 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu notatum est: „Augusta P. Canisio.“ Cod. „Germ. 1562“ f. 42[b]—43[a].

Romani patres dolent Canisium haud recte valere et P. Victoriam ab ipso vehementer dissidere. Quas tamen controversias vel a Lainio iam ad concilium ex Gallia proficisci iusso vel a P. Natale visitatore venturo compositum iri sperant. Canisius bono animo esse, valetudinem curare, collegiorum visitationem in aliud tempus differre, collegii oenipontani principiis adesse iubetur.

Pax christi etc.

Riceuemo quella di V. Reuerentia di 28 di marzo[1] nella quale si è uisto che la Reuerentia V. se ritrouaua jndisposto il che al Nostro P. Vicario et a tutti questi Padri ha dispiaciuto per persuadersi che non ne sara seruito iddio nostro: il quale pero pregaremo che restituischa, à V. Reuerentia la sanita per sua gloria et beneficio delle anime : Et desideriamo che lei con le prime ci auisi come se à ritrouato.

Si e uisto quanto V. Reuerentia et gli altri consultori et rettori han scritto jn torno alla persona del P. Vittoria[2]: et il tutto ha datto à tutti questi Padri non pocho dispiacere[3]: ben che come detto Padre Vittoria tiene bona jntentio et bona mente speriamo[a] fermamente che omnia[b] operabuntur jn bonum[4]; et che Jddio prouedera al tutto: E V. Reuerentia sapia che gia sua santita à datto ordine che nostro Padre Generale venga al concilio[5]: et poteria esere che veneria per uia di Fiandra et della alemagna : hanche sapiamo che il Padre

Pax Christi etc. Accepimus reverentiae vestrae litteras die 28. Martii datas[1]; ex quibus reverentiam vestram male esse cognovimus; id quod et pater noster vicarius et omnes hi patres doluerunt; persuasum enim ipsis est, id Deo nostro in gloriam non esse cessurum; quem rogabimus, ut et suae gloriae et animarum salutis amplificandae gratia reverentiae vestrae sanitatem restituat; et ipsam proximis litteris, quomodo convaluerit, nos certiores facere cupimus.

Vidimus, quae reverentia vestra et consultores rectoresque de persona P. Victoriae scripserunt[2]; quae omnia cunctos hos patres haud parvo affecerunt moerore[3]; cum tamen pater ille Victoria bonae sit voluntatis bonaeque mentis, firmiter speramus fore, ut omnia operentur in bonum[4] et Deus omnibus rebus provideat. Et sciat reverentia vestra, sanctitatem suam iam mandasse, ut pater noster praepositus generalis ad concilium veniret[5]; qui fortasse per Flandriam et Germaniam

[a] *Sequitur* che, *a libr. oblitteratum.*
[b] uomnia *libr., et sequitur* opera, *ab ipso libr. oblitteratum.*

[1] Hae litterae iam non videntur exstare.
[2] Tunc in provincia S. J. „Germaniae superioris" PP. Nicolaus Lanoius, Ioannes Cuvillonius, Alphonsus Pisanus „consultores" praepositi provincialis, et (praeter Lanoium, rectorem ingolstadiensem, et Valentinum Voyt, oenipontanum, paulo ante ex Italia advectum) PP. Theodoricus Canisius, Paulus Hoffaeus, Henricus Blissemius, Ioannes Seidel rectores collegiorum monacensis, vindobonensis, pragensis, tyrnaviensis erant. Atque exstant adhuc Pisani litterae de Victoria scriptae; quas vide infra, monum. 383.
[3] Victoria a Canisio vehementer dissidebat; vide supra p. 106—108. 251. 266. 387 etc. [4] Rom. 8, 28.
[5] Is Pii IV. iussu in Gallia morabatur; vide supra p. 351.

Natale era partito di spagna alla uolta di Francia doue ueniua, à trouare nostro P. Generale: et ci persuadiamo che si fermera pocho tempo jn Francia, et che uera à uisitare la germania[1], che[a] di maniera che con la uenuta di nostro Padre Generale, ò di detto Padre Natale si porgierà rimedio, à tutte le cose che V. Reuerentia scriue. Et pur ragualiaremo nostro Padre Generale delle cose che sono pasate . V. Reuerentia aduonque tenghi bono animo et non si pigli à fastidio delle cose pasate ma atenda alla sua sanita la quale reputiamo sia di molta jmportantia. Pare à questi Padri che facia bene V. Reuerentia a diferire la uisita[2] tanto per rispetto della sua infirmita quanto acio che si posa V. Reuerentia ritrouare jn Ispruho jn questo principio: Et sapia che ai .9 del presente che fu Giouedi si partirno di qua li sogetti disegnati si come hauera inteso V. Reuerentia per vna altra lettera che il sabato pasato gli fu scritto[3] della quale sene drizo copia jn uiena dubitando che V. Reuerentia non fuse gia partita di Augusta : Et vna altra copia penso mandarne con questa nella quale non gli dico altro se non che tutti ci ricomendiamo molto alle oratione di V. Reuerentia e delli altri suoi compagni . di Roma li 11 di Aprile 1562.

Nota: Canisius rescripsit 25. Aprilis 1562.

---

transibit; atque etiam cognovimus patrem Natalem ex Hispania in Galliam versus profectum esse, quam ipse petebat, ut patrem nostrum praepositum generalem conveniret; neque dubitamus, quin per breve tempus in Gallia mansurus atque ad Germaniam visendam venturus sit[1]; atque ita vel patris nostri praepositi generalis, vel patris illius Natalis adventu omnibus rebus, de quibus reverentia vestra scripsit, remedium adhibebitur. Attamen patrem nostrum praepositum generalem de factis superioribus certiorem faciemus. Reverentia igitur vestra bono sit animo neve de factis superioribus laboret, sed valetudinem curet, quam quidem magni momenti esse ducimus. Hisce autem patribus videtur expedire, ut reverentia vestra visitationem[2] in aliud tempus differat cum ob infirmam valetudinem, tum ut Oeniponte istis collegii principiis adesse possit. Et sciat R. V. huius mensis die 9., qui dies Iovis erat, homines eo destinatos hinc discessisse; id quod reverentiam vestram ex alteris litteris cognovisse putamus, sabbato superiore ad ipsam datis[3]; cuius exemplum Vindobonam misimus dubitantes, num reverentia vestra Augusta iam discessisset; et aliud exemplum mittere cogito cum hac epistula, in qua iam aliud ipsi non dico nisi nos reverentiae vestrae et sociorum orationibus valde nos commendare. Roma 11. Aprilis 1562.

---

[a] *Hoc* che, *sicut paulo supra (cf. p. 411, adn. a), oblitterandum fuisse videtur.*

---

[1] P. Hieronymus Nadal totius Societatis „visitator“ sive „commissarius generalis“ cum potestate maxima constitutus erat; vide supra p. 82[1].

[2] Visitationem collegiorum, quam praepositi provinciales singulis annis instituere solent; vide supra p. 118[1]. 385.

[3] Vide supra p. 397—401.

676.

AUSTRIAE SUPERIORIS REGIMEN

CANISIO.

Oeniponte 22. Aprilis 1562.

Ex apographo, quod a. 1896 a P. *Al. Kröss* S. J. exscriptum est ex apographo antiquo (eiusdem fere temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, Cod. „Causa Domini 1556—1562" f. 645ᵇ, quodque inscriptum est: „Canisius".

Canisium Oenipontem evocant, ut, quae Sociis venturis praestari conveniat, constituat.

Wir werden bericht, das in wenig tagen etliche Jhesuiten von Rom alhie ankomen sollen[1]. Dieweil wir dann gern sehen, das Jr zuuor alhie weren. Damit Jr, was Jrenthalben von nöten, gebürennde ordnung fürtzenemen . vnnd zegeben wissen, haben wir Euch also zuschreiben . Euch mit dem Ehisten hieher zuuerfüegen wissen, nit vnderlassen wellen. Datum 22. Apr. Anno 1562ten.

Refertur ad nos, post paucos dies aliquot Societatis Iesu homines Roma huc adventuros esse[1]. Gratum autem nobis erit, si tu, antequam ipsi adveniant, hic fueris, ea, quae ipsorum causa praestanda erunt, dispositurus, ut conveniet, ac constituturus. Quare tibi, ut quam primum huc proficiscereris, non scribere noluimus. 22. Aprilis anno 1562.

677.

P. FRANCISCUS PALMIUS S. J.,

collegii bononiensis rector,

CANISIO.

Bononia sub 24. Aprilis 1562.

Ex *Palmii* ad Salmeronem litteris autographis. Cod. „Epistolae Italiae 1562" f. 460.

Canisium rogat, ut sibi a Georgio Fuggero pecuniam impetret, qua aedes quasdam emat; ita enim fore, ut Georgii filii, id quod ipse exoptet, Bononiae cum Sociis esse possint.

P. Franciscus Palmius S. J., collegii bononiensis rector, Bononia 24. Aprilis 1562 Romam ad Alphonsum Salmeronem, Societatis vicarium generalem, scripsit : Se aedes quasdam Bononiae emere velle; cogitanti autem sibi, quomodo id effici posset, duas rationes in mentem venisse: „Jl 2.° [partito] è di ueder se per uia del P. Canisio potessimo hauer agiuto dal Signor Giorgio Fucari il quale tiene qua 2 suoi figlioli[2] *che mi sono strettamente raccomandati dal P. Canisio, e dal medesimo*

---

[1] Cf. supra p. 412.

[2] Philippum Eduardum et Octavianum Secundum; vide supra p. 203.

Signore, che non so quante uolte mi[a] *hà scritto humanissimamente, in raccomandatione dei suoi figlioli e con grand' offerte; Hora per esser questo Signore ricchissimo à*[b] *lui forse saria poca*[c] *cosa sborsare 2, o 3 milia scudi in seruitio nostro, et in benefitio anche dei suoi figlioli quali se si facesse il Collegio detto potriano facilmente uenirui ad habitare, et non si facendo potressino logar la Casa à qualche amico nostro, et in essa potriano anche restare*[d] *pagando la spesa loro et in l' uno, e l' altro modo haueria l' inteso suo il detto Signor Giorgio che sopra modo desidera che suoi figlioli stiano appresso di noi . Scriuo la colligata per questo effetto al P. Canisio che mando aperta per informatione à V. Reuerentia, qual piacendoli manderà al detto P. Canisio, e li aggiongerà due parole delle sue in raccomandatione accio lo facci piu uolentieri."* Extremis autem litteris Palmius haec addidit: *„Se non piacesse à V. Reuerentia la lettera che mando al P. Canisio la potrà far far' à suo modo, e per questo li mando un foglio sottoscritto di mia mano."*

Palmii litterae Canisio traditae non sunt; *Salmeron* enim Roma 2. Maii 1562 Palmio respondit: „Quelle che uano pel Padre Canisio, à parso non mandarglele perche con li todeschi non bisogna mostrar especie di auaritia" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Italia 1560. 1561. 1562" f. 356[b]).

678.

CANISIUS

ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 25. Aprilis 1562.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I." f. 122[a]—123[b] (n. 106) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero*, ac partim ipsius manu, ex eodem archetypo transcriptum et postea cum eodem collatum est. — Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 147.

Oenipontem statim ibit. Ad concilium ut veniret, a cardinale Truchsess monitus, quaerit, quid facere debeat. Vehementer petit, ut ex Italia collegio oenipontano, ex quo magna sperentur, rector mittatur idoneus. PP. Hermanutius, Georgii, Victoria. Socii, qui Straubingae collegium incohent, non suppetunt. Nicolao Servatio peregrinatio indica probationis gratia concessa erat. Socii oenipontani parum idonei. Gratias agit pro fratre laico sibi misso et petit, ut pro se P. Lanoius praepositus provincialis constituatur. P. Victoriam tyrnaviense potius quam oenipontanum collegium adiuvare convenit.

†

Pax Christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

Vndecimo Aprilis datas accepi, fuitque nobis pergratum intelligere, quod Reuerendus P. Praepositus Generalis, quoniam Tridentum a Ponti-

[a] ni *Palm.* [b] *A P. corr. ex* al. [c] *A P. correctum ex* pocca.
[d] *A P. correctum ex* restane.

fice mittitur, ad nos breui uenturus uideatur, aut saltem eius loco P. Commissarius D. Natalis[1], Horum aduentum libenter expectabimus, priusquam ad Collegia uisitanda initium fiat, sicut R. T. monet. OEnipontum uero statim ingrediar iter, ut quae ad Collegium et studium illic inchoandum spectant; rectius instituantur Domino adiuuante. Scribit iterum Cardinalis[2] ut ex OEniponto transcurram Tridentum: Expectabo autem responsum R. T. quam eadem de re proxime monuj[3]. Statueram D. Lanoyum una mecum OEnipontum adducere, sed coepit is ex febribus laborare, ut non liceat illum a Collegio suo remouere. Commendamus eius ualetudinem R. T. patrumque aliorum precationibus.

Vt proxime significauj, P. Valentinus[4], qui nunc Rectorem agit OEniponti, non satis aptus uidetur illi munerj. Accepi deinde literas OEnipontanas[a], quibus moneor iterum ad hanc Prouintiam illum non satis quadrare. Vnde cogitet quaeso R. T. et mature statuat de alio instituendo mittendoque Rectore, quem uix usquam in alijs nostris Collegijs industrium magis atque uersatum esse oportebat quam OEnipontj apud praecipuos Caesaris magistratus[5] et ob uarias rationes illius Collegij, quod permagna nobis in domino pollicetur, promouendi. Ex hac quidem Prouincia ut scripsi, dare nullum Rectorem possumus. Et expediet fortasse, ut statim ab hoc munere moueatur dictus P. Valentinus, eiusque loco ad tempus substituatur, qui ante illum et post mortem P. Caroli[6] res illius Collegij gubernauit P. Laurentius[7] licet iam designatus et necessarius Minister Monachij, Verum ut idem Rector maneat OEnipontanus, multa impediunt, quod sit scrupulosior, perexiguae doctrinae, neque magnam prae se ferens authoritatem, et primi anni sacerdos — qui praeterea non libenter illic detinetur, homo simplex et rectus[8], qui et ipse Rectore egeat . speramus igitur fore, ut R. T. necessariam nobis adferat consolationem, si uelimus primordia Collegij huius rite succedere, et fratribus nostris quemadmodum par est consulere, qui solidum profecto caput, et Rectorem agendi peritum requirunt. Posset autem P. Valentinus mitti aut Monachium aut Pragam, aut etiam Tyrnauiam, sicut tempus ipsum docebit, praesertim in proxima uisitatione. ·Judicarunt Patres Consultores Jngolstadij, magni referre, ut de hoc nouo Rectore scriberem et agerem diligenter . obnixe rogamus R. T. ut hanc causam cordi habeat . De alijs proxime scribam ex OEniponto, si Dominus uoluerit. Vt autem D. Wolfgangus[9] Pragam transferatur, re collata cum consultoribus diligentius, non satis consultum uidetur.

[a] Oenipontanos *A*.

[1] Vide supra p. 412[1].
[2] Hosius; hae litterae iam non videntur exstare.
[3] Hae quoque litterae perisse videntur; de quibus v. infra p. 418. [4] Voyt.
[5] Apud Austriae superioris „regimen“ et „cameram“.
[6] Grim. [7] Hermanutius. [8] Job 1, 8. [9] Georgii; vide supra p. 405.

Quod ad Straubingense Collegium attinet, si ex nostris quj sunt in his collegijs, eo mittendi quidam erunt, nihil sane possumus pollicerj . Dolemus Collegia huius Prouinciae sic afflicta et debilitata esse, postquam undique corrasimus et extrusimus, qui his proximis annis destinati fuerunt Monachium Tyrnauiam et nunc quidem OEnipontum. Credimus Rom. Patres libenter multos uelle mittere, si personarum eque copia atque inopia laborarent. Verum cum ubique boni desiderentur operarij, et paucj nobis donentur, satius fore uidetur confirmandis quam inchoandis Collegijs operam dare, ut hoc praesertim anno de Collegio Straubingensi nihil aggredi audeamus: tantum abest, ut quemadmodum[a] suadet D. Victoria, ad alia quoque noua Collegia hoc tempore nos uelimus extendere, nisi aliter obedientiae sanctae uideatur[1].

Hoc addam de Nicolao[2], qui pro lectore missus est OEnipontum, satis illum negotij suo exhibuisse Rectorj Monachiensj[3], neque in uocatione sua firmum omnino fuisse, ut idcirco libentius concesserimus, peregrinationem Jndicam simulque probationem illam ab eo suscipi, sicut ardenter optabat. Vnde iudicet R. T. quam sint futurae uires infirmae Collegij OEnipontanj, cuj donatus est praeter Theologum nouitium P. Ramierus[b] et Nicolaus, nisi huius nescio quam docti uices supplere possit M. Joannes[4] Bohemus, quem Dominus saluum esse concedat. Sed quod nostris deest uiribus, diuina pensabit bonitas per sacrificia et preces R. T. Ago gratias et debeo sane quod mihi destinetur Conradus, cuius opera non poterit Augustae nobis non commodissima esse[5]. Addam de D. Lanoyo, qui ad senectam magis magisque declinat, et uires utcumque habet exhaustas ac debilitatas longis illis quas saepe subiuit pedestri itinere, peregrinationibus. Mereretur hic bonus Pater gratiam, qui tot annis Societati seruiuit fideliter, ut Viennae, Panormj, Venetijs, Jngolstadij[6]; quid?[c], si in-

[a] guemadmodum *A.* [b] Zamierus *A;* Tamierus *B.*
[c] Jngolstadij quid?, *A;* Ingolstadii quidem, *B.*

[1] *Salmeronis* *litterae Roma 11. Aprilis 1562 ad Victoriam datae ostendunt, Victoriam optasse, ut Societas Vratislaviae (Breslau) collegium (ipsi oblatum, ut videtur) institueret (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1562" f. 43[a]).

[2] Servatio. [3] P. Theodorico Canisio. [4] Labrai.

[5] Attamen Canisius paulo post Sociis oenipontanis eum cessisse videtur. *Polancus* enim in *Catalogo collegii illius, quem vel ibidem, cum Lainio m. Augusto 1562 per Oenipontem transiens, vel paulo post Tridenti scripsit, sua manu notavit: „Conrradus germanus coquus, ibi maneat, videtur simplex" (Cod. „G. C. 67" p. 190).

[6] P. Nicolaus Lanoius, cum a. 1548, „a multis annis Theologiae baccalaureus, et canonicus furnensis (Furnes, Veurne, urbs belgica), et lector in coenobio Augustinensium", Romam venisset, a. 1549 primus panormitani collegii rector a S. Ignatio nominatus erat (*Polancus,* Chronicon I, 296. 383—384). Venetiis a. 1557 degisse videtur (*Can.* Epp. II, 101). Vindobonae, Monachii, Ingolstadii rectoris munus ab eo administratum esse, saepe memoravi.

uento Rectore alio sit ille ueluti superintendens Jngolstadij, ut eo liberius etiam suam dare operam possit rebus huius Prouinciae communibus, quas habet satis exploratas, ut merito munus hoc[1] ab inepto[a] Canisio in ipsum transferendum esse uideatur. Jdque ut fiat, ob huius Prouinciae utilitatem, quae a me male curatur, etiam atque etiam oro.

De P. Victoria statuet ut spero, P. Praepositus Generalis aut eius commissarius[2]. Quid nunc Pragae agat aut impetret nescio: Tyrnauiae quidem non minus necessarius esset, ut eius Collegij quod ipse exorsus est, meliorem daret progressum in spiritualibus atque temporalibus. Scripserat ad illum P. Praepositus Generalis, ut se ille transferret OEnipontum, si mihi uideretur. Rem contuli cum consultoribus, quibus non expedire uidetur, ut eius opera utamur OEniponti. Si tamen ueniat P. Praepositus in Germaniam[b] qui cupit illum in itinere[c] uidere, non erit abs re arbitror, illum Praga euocare. Commendo me et haec nostra Collegia R. T. precibus et sacrificijs in Christo Domino, qui suam nobis gratiam in utroque homine largiatur. Augustae 25 Aprilis 1562.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre Jl Padre M. Jacomo Laynez Praeposito Generale della Compagnia [di] Giesu etc. Jn Roma.

Canisio rescriptum est Roma 16. Maii 1562.

679.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 25. Aprilis 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu notatum est: „Augosta Padre Canisio“ et (ad „Postscriptum“) „Eidem“. Cod. „Germ. 1561“ f. 43^b—44^a.

Efficietur, ut canonici Canisio facultatem ad collegia invisenda abeundi tribuant. Canisius reprehenditur, quod 5 Socios Romam, inconsulto Salmerone, miserit; e quibus duo potius e Societate dimitti debuerint. Contionator principis cuiusdam. Hieronymi Velseri filius et alius in collegium germanicum recipientur; Canisio novicios et scholasticos ineptos e Societate dimittere licet, exceptis iis, qui ab ipso praeposito generali admissi sunt; de his quid agendum sit. P. Natalis. Lainius Tridenti futurus. Utinam Canisius collegii oenipontani initiis adfuisset.

[a] innepto *A;* inepto *correctum ex* innepto *B.* [b] Germania *archet.*
[c] *B non habet* in itinere.

[1] Munus praepositi provincialis Germaniae superioris.
[2] P. Natalis.

Pax christi etc.

Si riceuettero quelle di V. Reuerentia di 4. et 11. del presente[1]. et quanto al procurar che 'l Reuerendissimo Cardinal scriua al Capitulo d' Augusta, accio si contenti che V. Reuerentia possa andar alla uisita; si procurara di far in ogni modo[2].

Non sapiamo anchora si siano arriuati in Jtalia li cinque che V. Reuerentia manda à Roma: circa li quali è parso al Padre N. Vicario sele dessi auiso che quà non è paruto bene che lei habbia mandati li detti senza scriuerne quà, et aspetarne risposta: et specialmente parlo di Christoforo Lindauer[3], et Nicolao[4] Liuoniense; iquali per uentura saria stato meglio che li hauessi V. Reuerentia mandati fuora della compagnia che in Roma: poi che in ciasciduno d' essi si uede poca speranza di che riusciranno atti perla compagnia essendosi il primo mostrato instabile, et di costumi puerili . Et il 2º con certa infirmità della testa, chelo rende[a] inutile al nostro instituto: et quasi fù mandato in Hispruch con animo di farlo iui licenciar della Compagnia[b] et cosi bisognara rimandarlo come sara ariuato jn Jtalia. Per l' auenire V. Reuerentia habbia risguardo nel mandar qua gente che non netenghi prima faculta di Roma . delli detti 5[c] [?] mandati si considerara qua che cosa sene debbia fare.

Pax Christi etc. Reverentiae vestrae epistulas diebus 4. et 11. huius mensis datas accepimus[1]; et quod ipsa nos cupit curare, ut reverendissimus cardinalis capitulo augustano scribat, ut ipsum reverentiae vestrae istinc ad collegia invisenda abeundi veniam concedat: id, quacumque ratione poterimus, efficere studebimus[2].

Adhuc nescimus, num quinque illi a reverentia vestra Romam missi in Italiam advenerint; de quibus pater noster vicarius censuit reverentiam vestram monendam esse, his patribus probatum non esse, quod ipsa illos misisset, antequam de iis huc scripsisset ac responsum exspectasset; id quod nominatim de Christophoro Lindauer[3] et de Nicolao[4] Livoniensi dico; quos fortasse magis expedierat a reverentia vestra ex Societate dimitti quam Romam mitti; nam in utroque exigua apparet spes fore, ut Societatis instituto apti efficiantur; ille enim instabilem se et puerilibus moribus imbutum, hic infirmitate quadam capitis laborantem se praebuit, qua ad institutum nostrum ineptus efficitur; quem eo fere consilio Oenipontem misimus, ut ibi ex Societate eum dimittendum curaremus; quare ubi in Italiam advenerit, inde remittendus erit. In posterum autem reverentia vestra attendat, ne quos huc mittat, antequam mittendi facultatem a romanis patribus acceperit. De 5[c] [?] autem illis iam missis quid faciendum sit, hic expendetur.

---

[a] *Sequitur v. a libr. prorsus oblitteratum.*

[b] *9 vv. sqq. a libr. in marg. addita sunt.* [c] *Signum obscurius.* 2? gia?

---

[1] Utraque epistula perisse videtur.

[2] Otto cardinalis Truchsess litteris Roma ipso hoc die 25. Aprilis 1562 datis a capitulo id petiit; vide infra, monum. 281.

[3] „M. Christophorus Lindawer" (Lindauer) austriacus, autumno a. 1560, cum Romae et Patavii inter fratres scholasticos S. J. rhetoricae ac litteris latinis et graecis operam dedisset, in Germaniam remissus, aestate a. 1561 in collegio monacensi „classis humanitatis" magister fuerat (*Can.* Epp. II, 596. 730).

[4] Schricker; de quo vide supra p. 358.

Del predicator Thedesco[1] non ocore dire altro senon che qua seli procurara di dar aiuto et si tera cura che pigli prattica[a], dele cose, et spirito della Compagnia, acio si possa[b] rimandar poi in nela Magna con magior frutto .

Conrado[c] [?] sara riceuuto nel collegio Germanico et hanche il figliolo[2] del console di Augusta il quale si tera per raccomandato per rispeto di suo Patre[3] et di V. R. che lo raccomanda tanto caldamente.

Socius aliquis dimittendus est.

Quanto à quel che V. R. domanda se puo licenciare della Compagnia asoluendo delli uotti coloro che a lei parerano jnnepti, et jnutilli anzi onerosi alla compagnia[4] dice nostro Padre Vicario che se li tali sarano da lei statti admessi, puo alicenziarli: Ma se fusero statti acettati dal Padre Generale, lei non doueria senza auiso di

---

De contionatore isto germano[1] quid dicam non habeo nisi nos diligenter eum adiuturos esse et curae nobis fore, ut rerum usum capiat et instituti nostri rationem addiscat, quo maiore cum utilitate postea in Germaniam remitti possit.

In collegium germanicum et Conradus[c] [?] recipietur et consulis istius augustani filius[2]; quem quidem cum propter ipsius patrem[3] tum propter R. V., quae tam vehementer eum commendat, nobis habebimus commendatum.

Socius [etc., ut supra].

Quod R. V. quaerit, num eos, qui ipsi ad Societatem inepti eidemque inutiles, immo molesti esse visi erunt, votis solutos ex Societate dimittere possit[4], pater noster vicarius dicit, R. V. eos, si ab ipsa admissi sint, dimittere posse; sin autem forte a patre praeposito generali admissi sint, ipsam eos dimittere non debere, nisi

---

[a] *Sequitur* et, *a libr. oblitteratum.* [b] psa *libr.*

[c] *Sic ap.; quod nescio num corrigendum sit:* Euerardo*; vide adn. 3 huius pag.*

---

[1] P. Georgium Rosenhaimer dicere videtur; vide supra p. 390[1].

[2] Hic ut „convictor“ suis impensis alendus (cf. supra p. 61[4]) collegium ingredi voluisse videtur.

[3] „Conradus“ ille nescio num fuerit filius (Everardus, „Conradus“ hic a librario perperam vocatus? Vide supra p. 206[3]) Conradi Vehlin, quem in foederis landsbergensis conventibus his annis habitis compluries ex Augustanorum oratoribus fuisse constat (*Goetz,* Beiträge etc. p. 235[1]. 246[2]. 261[1]); cf. supra p. 324. Consuli autem illi augustano nomen Hieronymo Velsero fuisse ex Petrarchae litteris 2. Maii 1562 Canisio missis intellegitur; Ioannem Georgium Welser a. 1568 „cubicularium pontificium“ fuisse narrat *Paul von Stetten,* Adeliche Geschlechter p. 98.

[4] Salmeron de iis, qui vel „vota devotionis“ tantum (qualia noviciis S. J. privatim facere permittitur) vel simplicia illa vota, quae „scholasticorum“ dici solent, nuncuparint, loquitur, non de professis vel de „coadiutoribus formatis“; ii enim in provincia Germaniae superioris paucissimi erant, atque *S. Ignatius* constituerat, ne professi vel coadiutores formati dimitterentur, nisi valde gravibus de causis et ipso praeposito generali consulto aut singulari prorsus facultate ab eodem accepta (Constitutiones P. 2, c. 1, n. 1. 2. A. C). Accedit, quod professorum vota sollemnia ab ipso summo pontifice rarissime solvuntur. De facultate vota scholasticorum solvendi vide *Can.* Epp. II, 393[3]. 613[1].

esso, ò di suo Vicario farlo[1]: Ben che se in alcuno ocorese qualche caso di scandallo talle che ricerchase presto rimedio poteria mandarlo jn perigrinnatione, ò meterlo jn qualche ospidale jnsino, à tanto che habbia risposta di quà, ò dal Padre Generale: se pur il caso non fuse talle che fuse necesario licenciarlo subito dalla compagnia.

Nescimus quidem, num pater noster praepositus generalis, a pontifice iam iussus ad concilium adire, provinciam Germaniae superioris visitare possit; quam tamen a P. Natale visitatum iri existimamus: Oltra che stando detto nostro Padre á Trento si potra scriuere et auer da lui lettere speso. *Orate pro nobis.* di Roma li 25 di Aprile 1562.

Saria statto molto bene che V. Reuerentia si fuse trouata presente jn Jspruch al ariuar delli nostri acio che hauese lei di sua mano meso jn piedi quelo collegio et datoli jndriczo jnformando colui che restara superiore delle cose cheli parerano al proposito[a] pel bono gouerno di quello. V. Reuerentia se al ariuar di questa non sara partito non lasci di partirsi quanto prima per detto luogho.

Nota: Canisius Romam rescripsit Tridento 17. Maii 1562.

---

vel eodem, vel eius vicario monitis[1]; quamquam, si quis fortasse facto aliquo homines ita offenderit, ut celeriter remedium adhiberi oporteat, R. V. ipsum vel peregrinatum mittere vel in valetudinario aliquo collocare possit, donec vel hinc vel a patre praeposito generali responsum acceperit; nisi tamen factum eiusmodi fuerit, ut statim e Societate eum dimitti oporteat.

Nescimus [etc., ut supra]. Praeterea cum pater ille noster Tridenti erit, frequentes litterae et ad ipsum dari et ab eo accipi poterunt. *Orate pro nobis.* Roma 25. Aprilis 1562.

Valde commodum fuisset, si reverentia vestra nostris Oenipontem advenientibus ibidem adfuisset, ut sua manu collegium illud excitaret atque institueret, eum, qui illi praeerit, edocens, quae ad illud bene regendum convenire ipsi viderentur. Reverentia igitur vestra, si, cum hae litterae istuc perlatae erunt, in locum illum nondum erit profecta, quam primum proficisci ne omiserit.

680.

CANISIUS

ALPHONSO SALMERONI,

Societatis Iesu vicario generali.

Oeniponte 2. Maii 1562.

Ex apographo, quod sub a. 1886, scribendi et interpungendi ratione ad nostrae aetatis morem accommodata, exscripsi ex archetypo (2°: 3 pp.; in p. 4. inscr.) a Canisio ipso subscripto („Servus“ etc.) et iam lacero et manco, quod modo mihi praesto non est.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 147—148.

---

[a] preposito *libr.*

---

[1] Haec quoque partim in Constitutionibus S. J. plane praescribuntur, partim facile ex iisdem colligi possunt (P. 2, c. 1. C).

Canisius Oeniponte a „regimine" petiit, ut scholarum initium litteris caesareis promulgaretur, et ut collegio aedes quaedam attribuerentur. Socii ex Italia missi. PP. Lanoius, Voyt, Georgii. Rectorem aptiorem et theologum petit, qui ad consiliariorum caesareorum quaestiones respondeat. Periculosum est rectorem constitui minus idoneum. Valde commendat, ut Herbipolim unus saltem mittatur, qui doceat, contionetur, monasterium S. Agnetis accipiat. Ipse eo ire paratus; urbis nobilitas; canonicorum pravi mores. Augustae episcopus suffraganeus Canisii vices in suggestu gerere gravatur. Efficiendum, ut Canisio pro salario alia, quibus cum Sociis sustentetur, et maior abeundi libertas tribuantur. Ipse tot onera sustinere vix potest. Cardinalis promissis non stat.

†

Pax Christi nobiscum, admodum Reverende pater.

Hesterno die (sit Christo gratia) veni Oenipontum, ubi salvos reperi fratres 6 aut 7 [1]. Alios ex Italia missos in diem expectamus, eosque nondum venisse miramur. Speramus duo, quae hodie proposita fuerunt, ab his Dominis impetrare: alterum ut edictum Caesaris nomine per hunc totum Comitatum publicetur de solenni principio novae scholae, quod nostri suis declamationibus cohonestab[unt,] ad festum D. Joannis Baptistae [2], si Dominus voluerit [3]. [A]lter[um] est, ut relicta nova structura, cujus — — — usus — serviret Collegio, statim [em]antur [a] aedes vicinae, quae magnam et capacitatem et commoditatem cum hortis adferunt [4], ita ut nullum in Germania Collegium aliud libertate majore frui videatur. Nunc nobis data spes est utrumque consequendi, quod divina concedat bonitas per vestras orationes. Expectabo interim [nostro]rum adventum, ut rectius in Domino de singulis [constituam. Ad]ducturus huc quidem fuissem D. Lanoium, ut [haberem eum laborum] meorum socium atque participem; sed ut antea [scripsi, aegrotum] [b] illum reliqui nuper Ingolstadii; reddat i[lli Dominus sanitatem.]

Quod ad P. Valentinum [5] attinet, m[ultis rationibus con]firmor in priore sententia, ut propter mu[ltas causas, quas] audio, relinquat alteri provinciam Rectoratus. [Secus enim] male consultum erit huic collegio, et periculose tot [homines] conjungentur. Quare iterum atque iterum rogo, ut [hoc] in loco Rectorem accipiamus, qui majorem adferat [authoritatem] et usum earum rerum norit, quae sunt propriae huj[us func]tionis [c] [?], ut ab integro capite cetera membra rectius gubern[entur] atque conserventur in suo quodque loco . Posset interim P. Valentinus, ut scripsi, in alio Collegio nostro ministrum

---

[a] *Ita supplendum esse ex litteris Roma 16. Maii 1562 datis, quibus ad hanc epistulam respondetur, colligere licet („E parso bene qua che si comprino quelle case coniunte").* [b] *Cf. supra p. 415.* [c] gubernationis? administrationis?

---

[1] Cf. supra p. 404—406. [2] 24. Iunii.
[3] „Edictum" hoc promulgatum est; vide infra, monum. 329.
[4] Aedes liechtensteinianae? Cf. supra p. 165 et *Kröss* l. c. p. 148.
[5] Voyt.

agere rectiusque [ad]discere, quae ad gubernandi Collegii rationem desiderantur . Non vacat periculo, cum fratres, praesertim in novis Collegiis, Rectori non satis experto atque authoritatem habenti committuntur, [sicut] facile intelligit R. T.: quae dignetur quaeso ob summa, quae [h]uc usque ab his Dominis et patronis accepimus beneficia, Collegio huic idoneum dare Rectorem et, si fieri queat, aptiorem Theologum, qui in gravibus consiliis et publicis negotiis possit convenienter audiri, quemadmodum excellentes isti viri summopere optant. Id propterea dixerim, quod P. Valentinus affirmet, probe sibi notum esse ingenium D. Wolfgangi[1] Bohemi conterranei, quod haud facile pareat et magnos subinde impetus nescio cujus ferocioris naturae patiatur[2], nec adeo valeat in casibus, ut vocant, conscientiae, ut expedite possit rationem reddere ad propositas de rebus gravibus quaestiones.

Hactenus de Oenipontano Collegio. Nunc aliquid de Herbipolensi. Novit R. T., Illustrissimum Cardinalem Augustanum adlaborasse, ut proventus [mo]nasterii D. Agnetis, quod in Herbipolensi civitate situm arbitror, Collegio fratrum nostrorum ibidem constituendo applicarentur, jamque Pontificem max. annuisse, ut nostri locum et census ejusdem monasterii, qui ad 1000 ducatos per[venire] dicuntur, occupare queant[3]. Scribit igitur nunc Episcopus[4] ad me, rem ita se habere, ut dictum est, seque considerare, quod non possimus desideratos operarios [h]oc tempore Herbipolim destinare; tamen hoc saltem sibi concedi postulat, ut duos aut unum etiam Theologum demus, qui ad docendum et concionandum instructus veniat. Confidit, se [id] plane a nobis impetraturum, et admoneri vult de tempore, quo venturum aliquem hujusmodi Theologum polliceamur. Egent illic quidem vehementer bono et Germano Theologo, qui ad Collegium instituendum viam nobis praepararet, et monasterii census Societatis nomine Collegio applicaret seu, ut vocant, incorporaret. Unde cupio hic admoneri, quid sit optimo Episcopo respondendum. Si nullum mittimus, contemnere videmur oblatam gratiam . Si excusamus penuriam personarum, minus favebunt, et sperabunt tenuiter de profectu Collegii. Possem ego fortassis illhuc [*sic*] excurrere. Iter enim est quatridui ab Augusta Herbipolim usque; sed vanis promissis se lactari nolunt, qui praesentem expetunt concionatorem. Est ea civitas non parum illustris ob nobilitatem canonicorum illhic commorantium in summa licentia, et propter aulam episcopalem.

---

[1] Georgii.

[2] Narrat *Schmidl* l. c. I, 254—255, hunc „hominem ferocem et inquietum" et „asperrimis moribus" imbutum atque „ob virtutis defectum" ad professionem quattuor votorum numquam admissum, a. 1568, ut e Societate dimitteretur, „importunis precibus" impetrasse.

[3] De hac re vide supra p. 127—128. 137. 365.

[4] Fridericus a Wirsberg.

Cum proxime ex Augusta profecturus essem, vix impetrare potui veniam, ut ad festum usque Pentecostes[1] abessem. Unus est Episcopus idemque Vicarius Illustrissimi Cardinalis Augustani[2], qui meo loco queat et velit Augustae concionari. Id vero facit invitissime et non leves quidem ob causas, inter quas et illa est, quod sentiat, se in cathedra minus populo placere. Itaque non satis intelligo, qua me ratione possim alias extricare et in viam dare, nisi aperte hoc dicatur Augustano Cardinali, me hactenus quidem veluti mercenarium Augustae ali sumptibus Ecclesiae, quod ego nefas ducerem, nisi consensus et facultas specialis accederet R. P. Praepositi generalis[3]: Interim hoc pergrave videri onus, ut non liceat gravi de causa, veluti propter visitationem et ob causam novorum Collegiorum abesse aliquando. Monet Cardinalis, [ut] e nostris quidam substituatur mihi proficiscenti. Sed nolim hanc aliis Collegiis injuriam inferre, ubi necessarios habent suos qui sunt paucissimi concionatores. Proinde aut post hac erit Augustae mihi velut in pistrino manendum continenter, aut libere protestandum Episcopo et canonicis de alio inveniendo concionatore, qui saltem decumbenti aut proficiscenti mihi nonnunquam succedat. Nullum enim ego [aliud] medium invenio, cum putent illi me sibi prorsus [obstrictum ob][a] annuam pensionem, quam aeque mihi sicut aliis [Augustanae][b] Ecclesiae concionatoribus pergunt exolvere[4], et unde [quotidianum] victum fere habeo, lubentius tamen factur[us, quod mea] postulat professio[5], ut g r a t i s e v a n g e l i z a r e m[6]. Quicqu[id vero statuerit] R. T., lubens ego faciam. Sed difficile fore video [, ut simul] muneri Provincialis et Augustani concionatoris faciam [satis.]

Promittit saepe Cardinalis, se curaturum, ut nostri plures [Au]gustae domum habeant ac necessariam sustentationem. T[am saepe] monstrata illi via, si vellet serio urgere[7]; sed video po[stula]ta saepe promissa parum praestari, et in meos interim humeros multa conjici, ut unus aegre possim multis variisque curis sufficere.

Haec vero satis apud sapientem. Oret pro nobis R. T., ut obedientiae satisfacere possim, utque res Collegii Oenipontani rite procedant. Oeniponti 2. Maji 156[2.]

Servus in Christo P. Can[isius.]

[a] *Vel:* devinctum propter *vel aliquid simile.* [b] *Vel:* cathedralis.

[1] 17. Maii.
[2] Michael Dornvogel, titularis episcopus adramytanus; vide supra p. 129.
[3] Cf. *Can.* Epp. II, 267. 469. 524. 843, et supra p. 101.
[4] Florenos 400 (*Can.* Epp. II, 524).
[5] *Constitutiones* S. J. Ex. c. 1, n. 3; P. 6, c. 2, n. 7; P. 10, n. 5 etc.
[6] 2 Cor. 11, 7.
[7] Canisius nondum cognoverat, Ottonem litteris Roma 25. Aprilis 1562 ad cathedrale capitulum augustanum datis eiusmodi domum Sociis augustanis impetrare conatum esse; vide infra, monum. 281.

† Al molto in Christo Reuerendo Padre M. Jacomo Laynez, preposito generale della compagnia di IESV padre mio. Jn Roma.

Canisio rescriptum est Roma 16. Mai 1562.

681.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 2. Maii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Padre Dottor Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 44^{b}—45^{a}.

Collegio oenipontano in praesens nec rector nec theologus mitti possunt. Socii romani Germaniae subsidium, quantumcumque potuerint, subministrare parati sunt. P. Lanoius oenipontana initia adiuvare, Canisius collegia solus invisere possunt. Quod P. Victoria superintendens constitutus est, id ad bona tantum collegiorum spectat. Canisio omnes provinciae Socii oboedire debent. Lainius et Salmeron a pontifice ad concilium adire iussi. Collegium germanicum. Litterae quadrimestres. Litterae a cardinale Ottone ad capitulum augustanum datae.

Si è riceuta vna di V. R. senza datta[1] doue fa jnstantia per hauere vn Rettore per Eniponto di autorità; et hanche vno Theologo risoluto[2]: al che si risponde che per adesso di qua non acade aspetare altro aiuto; perche realmente non ciè il modo; et ci persuadiamo che la R. V. per questa primavera restara sodisfata di Roma poi che gli [furono] mandati tanti boni suggeti : il che con niuna altra Prouincia si è fatto : ma nostro Padre Vicario et tutti certo siamo tanti debitori alla Germania che ogni gran prouisione di sogetti ci pare picolla : Et cosi non si manchara alli suoi tempi di mandarneli altri dando iddio nostro .S. la comodita . douera adunque V. Reuerentia dispore le cose come meglio si puo : Et ocoreua qua· chel Padre Dottor Lanoi si fermasi per questi principij vno pocho jn Jspruch

Reverentiae vestrae epistulam, cui dies ascriptus non erat[1], accepimus; in qua ipsa instat, ut rector auctoritate valens atque etiam theologus, qui ad quaestiones propositas prompte respondere queat, Oenipontanis tribuantur[2]; ad quae respondemus, in praesens alterum subsidium hinc exspectandum non esse; nam dare revera nullum possumus, et nobis persuademus R. V. iis, quos hoc vere Roma dedit, contentam fore; nam tot homines idoneos ipsi misimus; id quod nulli alteri provinciae praestitimus; sed et pater noster vicarius et nos omnes certe tantum debemus Germaniae, ut quantumvis magna hominum copia ei subministretur, parva esse nobis videatur; quare curae nobis erit, ut suis temporibus, cum Deus et dominus noster commoditatem tribuerit, alii ipsi mittantur. Reverentiae igitur vestrae, ut optime fieri poterit, res constituendae sunt. Atque nobis in mentem venit, patrem doctorem Lanoium hisce initiis aliquantulum temporis Oeniponte manere posse, ut

[1] Haec epistula iam non videtur exstare. [2] Cf. supra p. 421—422.

acio che jndrizase le cose del collegio et le metese jn assetto; poi che non si reputa qua tanto necesario che egli faci compagnia, à V. Reuerentia nella visita [1]; potendo sollo ben sodisfare con la diuina gratia.

Piu uolte siè scritto che il Padre Vittoria non ha sopraintendentia alcuna ne jn Viena ne jn altro luogo ma solamente seli da questo nome et officio di superintendente nelle cose Temporali [a] et cosi nel gouerno di quelli collegij non ha che fare come lui molte uolte ha domandato di esere leuato di tal cura [2]. Et se bene egli fuse soprajntendente et gli Rettori et lui tutti debeno obedire al suo Prouinciale che V. Reuerentia et cosi lei potra ordinare al Dottor Paulo [3] et agli altri quello che gli parera conueniente che esi douerano siguitare lordine suo .

V. Reuerentia sapera che s. santita ha uoluto che nostro Padre Generale et il Padre Salmeron uadino al Concilio [4]: il Padre Vicario si partira fra otto ò dieci giorni con aiuto diuino. Come questi Padri sarano ariuati, à Trento si potra tratare anche della andata di V. Reuerentia.

Si tenera per racomandato il figliolo [5] dil .S. Gieronimo Velzer come lei lo racomando.

---

collegii res institueret et componeret; neque enim nos adeo necessarium esse ducimus, ut ipse reverentiam vestram, cum collegia inviset, comitetur [1]; ei enim officio ipsa sola, Deo iuvante, commode satisfacere poterit.

Compluries scriptum est, patrem Victoriam neque Vindobonae neque alibi ullam habere superintendentiam; sed quod nomen hoc et officium superintendentis ei datur, id ad facultates reditusque tantum spectat; quare in collegiis illis regendis nihil est quod ipse agat; nam et ipse, ut eiusmodi cura levaretur, saepe petiit [2]. Atque etiamsi superintendens esset, et rectores et ipse et omnes praeposito suo provinciali, quod officium reverentia vestra tenet, oboedire debent; itaque ipsa et doctori Paulo [3] et ceteris, quae convenire visa erunt, praecipere poterit; nam ipsi R. V. praecepta exsequi debebunt.

Novit, opinor, reverentia vestra, sanctitatem suam mandasse, ut pater noster praepositus generalis et pater Salmeron ad concilium adirent [4]; ac pater vicarius post octo decemve dies proficiscetur Deo iuvante. Ubi autem patres illi Tridentum advenerint, de reverentiae quoque vestrae itinere tridentino agi poterit.

Domini Hieronymi Velseri filium [5] commendatum nobis habebimus, sicut R. V. eum commendavit.

---

[a] *VV. sqq. usque ad* cura *incl. a libr. in marg. addita sunt.*

---

[1] Cf. supra p. 385. [2] Cf. supra p. 270 etc. [3] Hoffaeo, rectori vindobonensi.

[4] Salmeron in concilio theologum pontificium acturus, Lainius et hoc munus administraturus et ut praepositus generalis Societatis Iesu, similiter ac Dominicanorum, Capucinorum etc. supremi moderatores, inter „patres concilii" suffragium laturus erat (*Pallavicino* l. c. l. 18, c. 2, n. 5. *Boero,* Lainez p. 251). Uterque et a. 1546—1547 et a. 1551—1552 in eodem concilio theologus pontificius fuerat (*Gius. Boero* S. J., Vita del Servo di Dio P. Alfonso Salmerone [Firenze 1880] p. 17—24. 42—46).

[5] Is (Ioannes Georgius?) collegium germanicum ingressurus erat convictor; vide supra p. 419.

di Viena et hanche delli altri collegi ci manchano quadrimestre. V. Reuerentia dia ordine che si mandino tutte quelle che sono necesarie[1]. non resta altro che me dire jn questa etc . di Roma li .2. di maggio 1562.

La setimana pasata si mando, à V. Reuerentia vna lettera del Cardinale de Augusta pel Capitolo acioche sel' dia licentia perfar la uisita[2].

Vindobonensis atque etiam reliquorum collegiorum litteras quasdam quadrimestres non accepimus; quare reverentia vestra, quotquot earum exempla necessaria sunt[1], mitti iubeat. Neque aliud habeo, quod in hac epistula dicam etc. Roma 2. Maii 1562.

Superiore hebdomade ad reverentiam vestram litteras misimus a cardinale Augustano ad capitulum datas, ut R. V. facultas collegia invisendi concederetur[2].

682.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus et episcopo varmiensi.

Oeniponte 4. Maii 1562.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. gothan. „E. II. 2" f. 30—31.

Ex autographo epistulam primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 231—232. Ex quo epistulae partes posuerunt *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III, 67[c], et *Boero* (italice), Can. p. 244—245.

Hosio gratias agit, quod Socios Tridenti humaniter excepit atque semper Societatis patronum se praestat. Ipse Tridentum venire, id quod Hosius desiderat, non potest, quia et Augustae brevi contionari et collegiis sibi subditis prospicere debet. Atque concilio Canisius parum utilis foret. Venient autem Lainius et Salmeron, exspectationi satisfacturi. „Saxonicum prodigium" et libellum lutheranum mittit.

†

Pax[a] Christi nobiscum Illustriss. Domine Patrone.

Veni his diebus Ocnipontum, vt noui collegij res apparentur: uenerunt et ex Vrbe nostri, amplitudinis tuae humanitatem maxime praedicantes[3]. Verum satis ego iamdudum perspectum habeo, nihil a Celsitudine tua prætermitti, quod ad iuuandos ornandosque nostros pertinere uideatur. Quare summas summo Deo gratias debemus et agimus, qui talem tantumque Patronum nobis fauentem ac beneficum seruat.

---

[a] *Hoc v. et 5 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

---

[1] Vide supra p. 60[3].

[2] De his litteris, Roma 25. Aprilis 1562 datis, vide infra, monum. 281.

[3] De hac humanitate vide supra p. 406.

Agnosco et beneuolentiam erga me singularem, quod meum aduentum expectet dignitas tua[1], cui ego vtinam in omni offitiorum genere gratum aliquid efficere possim. Cur autem hoc tempore non accedam, multae et graues causae prohibent. Primum quod hunc qualemcunque excursum ad Oenipontanum collegium nostrum aegerrime potuerim ab Augustanis meis impetrare[2], quibus et promittendum fuit, me non deserturum cathedram ad festos dies Pentecostes[3] et per octo consequentes ferias, quae de sanctiss. Christi corpore non sine quotidiana contione Augustae solenniter celebrantur. Desiderabam sane successorem in hoc munere mihi contingere, qui suppleret vices absentis: uerum diu quaerenti nullus se obtulit. Omitto quibus ego curis modo premar, dum collegijs nostris prospicere cogor, vt citra illorum graue detrimentum haud facile possim abesse. Tum nouit sapientia tua, parum a me expectari posse et accipi, quod alij et doctiores, et rerum Germanicarum peritiores non suggerant atque perscribant. Veniet autem isthuc non multo post Praepositus noster generalis, veniet Doctor Alphonsus Salmeron, quod vtrumque iubeat Pont. Max. Concilio interesse. Nec dubito, quin ambo facturi sint satis et suo muneri, et bonorum expectationi. Quare maiorem in modum oro et obsecro Cels. tuam, vt bonam in partem accipiat hanc meam excusationem, nihilque putet hic a me spectari aliud, quam quod studeam diuini nominis gloriae, et existimem plurium saluti id profuturum, si festum diem Pentecostes Augustae potius quam Tridenti celebrauero, Christo annuente. Aliud esse puto quod per Jllustrissimum Cardinalem Augustanum licet: aliud quod expedit in praesenti causa.

Mitto Saxonicum prodigium, quod minime vanum esse fatentur aduersarij. Notus est libellus quem adiunxi, dignus Lutherana schola, quae sacra ridere docet, atque optima quaeque calumniari solet[4]. Dominus fortunet sessionem proximam[5], et Jllustrissimam Cels. tuam diu sospitem seruet Ecclesiae. Oeniponti 4 Maij, 1562[a].

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo patri et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio, Vuarmiensi Cardinali et Episcopo, S. Synodi praesidi, Patrono amplissimo. Tridenti.

Inscriptioni harum litterarum manu eiusdem temporis adnotatum est: „Redditae 8 maj 1562."

---

[a] *Cypr. om. vv. sqq.*

---

[1] Hosius ea de re per P. Wolfgangum Georgii eiusque socios, per Tridentum transeuntes, Canisio vel litteras vel nuntium miserit; cf. supra p. 406.

[2] Cf. supra p. 423.

[3] Dominica Pentecostes 17. Maii futura erat.

[4] De hoc libello ac de „Saxonico prodigio" vide, quae sub ipsam hanc epistulam scribentur.

[5] In 2. (18.) sessione constitutum erat, ut proxima 14. Maii haberetur.

Misit Canisius Tridentum ad Hosium una cum hac epistula, ut ex ipsa intellegitur, „Saxonicum prodigium“ et libellum lutheranum. Complura autem „Saxonica prodigia“ a. 1562 in Germania typis evulgata sunt, ut Augustae Vindelicorum „durch Mattheum Francken“: „Newe Zeytunge. Von einem Manne Hans Vader genan't, Wie dem der Teüfel mit Stricken, Frawen schleyern, Jungkfrawen vnnd Mägdten Flechten vnnd Zöpffen, beyde Hände auff den Rugken bindet, Vnnd den erbärmlichen quelet vn' Martert: Auch vil seltzam'es dings mehr, auss Zwickaw, von einem glaubwirdigen, für warheit, an einen guten Freünd geschriben. Anno M.D.LXII.“ (4°; 4 ff.). Cuius narrationis etiam tres aliae exstant editiones hoc a. 1562 factae, e quibus una loco non ascripto, duae reliquae Norimbergae ex officina typographica „Nicolai Knorr“ in lucem prodierunt[1]. Equidem tamen verisimilius esse censeo Canisium Hosio misisse vel relationem eodem anno, loco non ascripto, vulgatam: „Erschröckliche, vnerhörte Neüwe zeittung, welche sich newlich in disem M.D.LXII. Jare, zu Dressigk, zwischen Zeitz vnd Naumburgk, vnter dem Ehrenfesten, Gestrengen Heinrichen von Bünaw, dem Eltern gelegen, zugetragen, vnd von dem Pfarrherren desselbigen orts, an etliche nam'hafftige Personen glaubwirdig, wie folget, geschriben“ (4°; 4 ff.; relatio sic subscripta est: „Jacobus Locelius M. vnd Pfarrherr zu Dressigk“; exstat etiam altera editio eiusdem anni, sine loco), vel libellum a. 1562 Norimbergae per „Valentinum Geyssler“ (exstat etiam altera editio eiusdem anni, cui locus ascriptus non est) excusum (in 4°; 4 ff.): „Newe Zeytung. Von einem erschröcklichen Gesicht vnd Wunderzeichen, so den dreytzehenden Martij dises zwey vnd sechtzigsten Jars, von den Hochgelerten, der löblichen Vniversitet Wittenberg, am Himel gesehen, vnd beschrieben worden. Darinn zu gleich jr Christlich bedencken, vnd vrteil begriffen vnd angezeygt wirdt“ (*Em. Weller*, Die ersten deutschen Zeitungen [cf. supra p. 258[1]] p. 171—173). *Ioannes Wolfius*, iuris consultus lutheranus, in „Lectionum memorabilium et reconditarum“ tomo altero (Lauingae a. 1600 primum edito) in a. 1562: „Hoc anno“, inquit, „acies militaris, imago Christi cruore undiqvaque conspersa, acinaces, bipennes, hastae, vexilla, atque cruces sangvineae in coelo conspectae sunt“ (in editione Lipsiae a. 1672 facta p. 905). Facile autem Canisius huiusmodi relationes sive „nova“ nancisci poterat per Fuggeros, qui ea una cum epistulis et a mercatoribus amicisque externis accipere, et ad eos mittere solebant. Cf. *J. B. Sägmüller*, Die Anfänge der diplomatischen Korrespondenz, in „Historisches Jahrbuch“ XV (München 1894), 303—305.

683.

CANISIUS

ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Oeniponte 4. Maii 1562.

Ex apographo recenti (A), quod ex autographo, in cod. „E. C. I“ f. 276ª ad 277ª (n. 107) posito, exscriptum est.

[1] Altera harum editionum norimbergensium in titulo haec quoque habet: „Auch so ist obgemelter Mann am tage Georgij, den 24. Aprilis Persönlich allhier gen Nürmberg kommen, vnd von etlich hundert Personen warhafftig gesehen worden“ (*Weller* l. c. p. 172). Etiam *Ioannes Oldecop*, decanus hildesiensis illorumque temporum aequalis, in „Chronico“ multa refert de nebulone hoc („dusse koeherde und bedreger der lude“), ex vico „Mellyngen“ prope Vimariam orto; cuius fraudes Norimbergae patefactas esse narrat (Chronik des Iohan Oldecop, herausgegeben von *Karl Euling* [Tübingen 1891] p. 485—489).

Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 curante *Boero* ex autographo transcriptum et postea cum eodem collatum.

Epistulae pars exstat in „Epistolis P. *Nadal*" II, 115[3]; alteram epistulae partem posuerunt *Boero*, Canisio p. 415—416 (italice), *Michel* l. c. p. 258—259 (gallice), *Kröss* l. c. p. 139—140 (germanice; cf. ibidem p. 138). Epistula usus esse videtur *Sacchinus*, Can. p. 330.

Suam erga P. Victoriam caritatem declarat. Quod is valde alieno a se animo sit, sibi vitio vertit reique poenam petit. Rector pragensis a Canisio quaerit, num in sacramento paenitentiae absolvere liceat Victoriam, qui cum corporis animique detrimento adversus praepositum suum provincialem excandescit eique vehementer obloquitur. Canisius respondet, hominem suaviter monendum neque absolutionis beneficio privandum esse. Idem in praepositi provincialis officio vel Victoriam vel alium sibi substitui cupit. Collegium vindobonense aere alieno gravatur. Lainii iter germanicum. Stephani Agricolae luctuosa mors. Rogat, ut Oenipontem Socii mittantur, cum iam missi expectationi parum satisfaciant. Scholae caesaris edicto commendatae. Magistratuum favor.

†

Pax Christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

Scripsi nudiustertius de hoc praecipue collegio. Nunc acceptis e Praga literis cogor nuntiare, quae Rector[1] ibidem ad me scribit, praesertim vt R. T. morbis cognitis de remedio mature statuat, priusquam res in peius abeat. Hoc sancte testari possum, me nihil commoueri dictis et factis R. P. Victoriae, sicubi aduersus me uidetur male animatus[2]. Jmo R. T. ualde rogo, vt seposita omni ratione meae personae tantum de communi prouintiae huius vtilitate cogitet, ac aptiorem[a] eligat prouintialem, in quem minime competant, quae P. Victoria non absque causa in me reprehendit. Promitto etiam me nihil ad illum de his esse scripturum, et maiorem in modum peto, vt si quid egit ille immodestius aut imprudentius, id illi condonetur, mihique potius imputetur haec insana tempestas, quae uitio meo potuit exoriri. Nec erit exiguum benefitium quo afficiar, si poenitentia mihi grauis iniungatur quod bonum illum patrem neque prudentius, neque diligentius hucusque tractarim et obseruarim . propitius sit mihi Dominus[3], et huic donet prouintiae commodum gubernatorem, siue eundem P. Victoriam, siue D. Lanoium, siue alium qualemcuuque, cui ego lubens me totum submittam, fauente Christi Iesv gratia, qui se ipse propter nos humiliauit, factus obediens vsque ad mortem crucis[4] acerbissimam.

Verba dicti Rectoris Pragensis habent in hunc modum: Etiamnum saepe ac grauiter satis pro suo more conqueritur de R. P. Pro-

[a] apliorem *A*.

[1] P. Henricus Blissemius.

[2] In Victoria certe multum erat virtutis, studia optima. Quibus tamen studiis cum minus, quam par erat, moderaretur, nimia negotiorum mole obrutus eo devenerat, ut et corpus langueret, et animus tristitia suspicionibusque perturbaretur. Plura infra, monum. 381—385. [3] 1 Reg. 24, 7; 26, 11 etc. [4] Phil. 2, 8. 9.

uintiale, quem licet (ut ait) amet ac reuereatur officij et vocationis ratione, nullo tamen modo in gubernatione contra suam conscientiam et cum detrimento collegiorum sequi potest. Ait saepe, P. Prouintialem non ad prouintialis officium, sed ad contionandum et scribendum esse idoneum: eumque sibi in omnibus esse semperque fuisse contrarium: nec omni culpa vacare P. Lanoyum, ut qui sit prouintialis compatriota[1]. Hanc ob causam se reliquisse Viennensem Rectoratum, et nunc modis omnibus praesentiam et colloquium prouintialis subterfugere, quod sibi nihil molestius aut grauius euenire queat, quam aliquid cum prouintiale tractare. Dolet interim plurimum, quod cum R. P. Romanis aliquoties et clare satis haec perscripserit, ipsi tamen dissimulent, ac si nolint rem intelligere. Expectat tamen ex Vrbe literas, quibus uel omnino ab hoc tractandi offitio absoluatur, uel certe liceat sibi pro arbitrio suo collegiorum negotia tractare. Causam nullam uidet, cur sibi diffidant superiores, in tractatione negotiorum. Nam siue experientia, siue iudicium, siue fauor hominum, siue denique charitas quam habet, spectetur, se eum esse dicit, qui nulli societatis patri cedat. Haec et plaeraque alia quae lubentius omitto quam scribo, dicit: meque admonuit, ut si de his P. V. scriberem, id ualde prudenter fieret, ne P. V. hinc scandalizaretur. Equidem nullum scandalum ex parte humanae infirmitatis in R. V. timeo Dei gratia, et proinde libere scripsi, quo facilius malis futuris occurratur. Nam vt ait, nisi timuisset Dominum, hanc ob rem iamdiu maximum salutis ac vocationis suae detrimentum passus fuisset, jmo ut apparet, et ipse quodammodo fatetur, vtriusque sanitatis satis graue detrimentum patitur, cum hac de causa raro bene valeat corpore, ac perpetuis animi perturbationibus affligatur, ut ipse ait.

Et concludit deinde Rector: Timendum est meo iudicio, ne si diu ista durent, vir ille paulatim huiusmodi cogitationibus contabescat et conficiatur. Hactenus ego uel dissimulaui, quod putarem me nihil acturum esse, uel nonnunquam qua potui modestia tractaui de[a] [?] eo . Verum cum nihil effecerim hoc modo, dubito vtrum expediat, uel etiam sit licitum ei absolutionis beneficium[2] impertiri, nisi de superiore suo rectius posthac loquatur et sentiat. Peto igitur, an in tali statu perseuerantem liceat absoluere. Res haec non parum me sollicitum tenet, ut proinde quamprimum habere consilium cupiam.

Hucusque verba Rectoris, quibus ego pauca quaedam adiungam: Primum ex animo me dolere, quod R. P. Victoria in vtroque homine propter me et imperfectiones meas tam misere affligatur, ac fortassis

---

[a] *Ita A B; sed Blissemius fortasse scripserat:* cum; *id quod res postulare videtur.*

---

[1] Cf. supra p. 250—253. 313—315, et infra, monum. 382. 383.

[2] In sacramento paenitentiae administrando.

etiam periclitetur[a]. Secundo me summopere id optare et cupere, vt in omnibus quae hactenus per me uel neglecta, uel commissa sunt in hoc munere, monear et puniar seuere[b], ideoque D. Victoria posset de his testimonium ferre[c]. Tertio sincere iudico, tutius esse vt p. Victoriae prudentiae, atque meae fidatur. Quarto quod ad absolutionem spectat, scribo Rectori, vt non deneget bono[d] patri hoc beneficium, praesertim cum uni supradicta (sicuti credo) tantum aperit bona fide, et contentus interim facere, quae R. p. praepositus cuj immediate subiectus est[1], iusserit. Vbi tamen Rector idem putaret, secreta et fraterna monitione opus esse, ut radix amaritudinis[2] eo rectius extirparetur, eam posse adhiberi, utque suadeat ad superiorem uel in Vrbem[3] omnia referre, quae displicent in prouintiale, nimirum vt ita per superiores omnia disponat fortius atque suauius[4] diuina prouidentia. Quinto inconsultum mihi videtur, de hoc negotio quicquam agi per me cum eodem D. Victoria, qui per literas etiam non communicat mecum quae hactenus egerit uel agat Lintzij[5] et Pragae. Hoc dolens intelligo, Viennenses fratres in magnis debitorum angustijs versari, a quibus eos liberatum iri sperabam cura et opera D. Victoriae apud Caesarem uersantis. Nunc futurum uereor, vt infectis collegiorum negotijs, quae Doc. Victoriae concredita fuere, paulo post abeat ille obuiam R. P. praeposito Tridentum proficiscenti. Scribit enim P. Polancus, se id omnino sperare, vt in transitu D. Victoriam videat atque complectatur Oeniponti[6]. Hoc[e] ad extremum rogo, vt cum P. Victoria benigne agatur, ne pergat propter me tam affligi misere: utque meritas ego poenas luam, siue in hoc munere permaneam, siue, quod magis expedire arbitror, in sola euangelizandi functione relinquar. Oret pro me Dominum R. T. cuius egeo sacrificijs ac precibus uehementer. Expectabo Augustae responsum.

Nunc adsunt ex Vrbe fratres, deo gratia, qui tristem exitum M. Stephani[7] nuntiant, cui Dominus ignoscat et parcat. Nicolao[8]

---

[a] pericletur *A B*. [b] seure *A*. [c] *Ita B;* feuere *A*. [d] boni *A*.
[e] Hec *vel* Nec *A*.

---

[1] Canisius litteras nondum acceperat, quibus Salmeron Victoriam etiam praeposito provinciali subiectum esse pronuntiaverat (supra p. 425). [2] Hebr. 12, 15.

[3] Ad Lainium praepositum generalem vel ad eius vicarium Romae morantem.

[4] Sap. 8, 1.

[5] Lentiae (Lincii, Linz, Austriae superioris) Victoria fortasse de annuo reditu 1200 florenorum egit, quem ex eius urbis teloneo Ferdinandus I. a. 1554 collegio vindobonensi assignaverat; cf. *Can.* Epp. II, 318. „Commissum autem fuit circa finem si recte memini 1561 vel initium 1562, vt non modo ex ferri vectigalibus, sed ex quibusuis alijs rebus illic collectis dicta summa solueretur: ne facile solutio protraheretur aut ideo retardaretur, sicut fuerat semel factum:“ Ita *Victoria* ipse in *Relatione autographa „Annui census Collegij Viennensis“, cui annum non ascripsit (Cod. „Aust. Fund. Coll. II.“ f. 142[a]). [6] Has Polanci litteras non inveni.

[7] Agricolae; vide quae sub ipsas has litteras dicentur. [8] Servatio.

quem substituamus, nullum uidemus. Exigua spes de Joanne [1] Boemo, quod praelegendi laboribus sufficere possit. Et nouit R. T. P. Ramiri [a] interiores et exteriores afflictiones, pronuntiationis uitia, singularem debilitatem. Supersunt Lucas Boemus et Chunradus Germanus. Grati quidem omnes, sed reuera, quibus difficile fuerit subire munus auspicandae scholae iuxta bonorum omnium expectationem. Fortasse putabantur ex prouintia nostra mitti posse professores in hoc collegium, sed vtinam eos haberemus. F i a t autem D o m i n j u o l u n t a s [2], qui vt speramus, mittet operarios in hanc vineam [3] per R. T. cui necessitates nostras fidenter ostendimus, non ignari quanti referat, aliqua ex parte nostram declarare gratitudinem et respondere Dominorum qui de nobis optime merentur, expectationi. Nunc publicum Caesaris edictum per hanc prouintiam publicatur, vt omnes huc suos mittant pueros, quod praeceptores doctiss. accesserint, nouam et illustrem scholam exorsuri [4]. Quo magis oramus, vt alij nonnulli cito mittantur: tum si opus erit, quidam e missis modo uel alio destinari, uel curandae tantum valetudini se totos tradere poterunt. Quod ad Rectorem attinet, dixi meam et aliorum sententiam, alium desiderari hoc loco: sic P. Valentinus [5] ad tempus in collegio aliquo ministrum, ac deinde Rectorem Straubingae aut Herbipoli agere posse uideretur. Dominus JESVs nobiscum. Oeniponti 4 Maij 1562

Seruus in Christo P. Canisius.

Mittemus ilico viaticum, ut primum uoluerit R. T. imo statim atque Augustam venero.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre P. Jacomo Laynez Praeposito generale della compagnia di Jesu, padre mio osseruandissimo

In Roma.

Pulchre *Boero*, ubi, quae Canisius in his litteris de Victoria dicit, proponit, de Canisio scribit: „Non saprei diffinire se più debbasi ammirare la sua amorevole carità, o la sua profondissima umiltà" (Can. p. 414). Et *Kröss:* „Besser kann man die Demuth und den Adel des Herzens unseres Helden nicht schildern, als er es selbst unfreiwillig in diesem Briefe gethan hat" (l. c. p. 140).

Haec epistula notatu digna est etiam propter ea, quae in ea dicuntur de „tristi exitu M. Stephani" Agricolae iunioris, qui primum contionator lutheranus fuerat, deinde, Canisii aliorumque Sociorum opera interposita, ad catholicam ecclesiam redierat et exeunte a. 1560 Ottonis cardinalis Truchsessii invitatu Romam ad ipsum venerat (*Can.* Epp. II, 909—914, et supra p. 22); his enim Canisii verbis ea confirmantur, quae P. *Oliverius Manareus* S. J., qui anno 1562 collegii lauretani rector fuerat, sub a. 1600 in suo „De rebus Societatis Iesu commentario" (Florentiae a. 1886 libri manu scripti instar excuso) p. 143—144 narravit: „Quidam cognomine Agricola, Germanus natione, qui aliquando fuerat minister verbi in ecclesia malignantium et

---

[a] Tamiri *A;* tam miri *B.*

---

[1] Labrai. [2] Act. 21, 14. Matth. 6, 10.
[3] Cf. Matth. 20, 1—16; 9, 38 etc. [4] Vide infra, monum. 329. [5] Voyt.

multis exstiterat causa perditionis, conversus vero Dei gratia, tantam cepit de vita praeterita molestiam et tantopere doluit de iis, quos a fide Catholica abduxerat, ut tristitia tandem absorptus cerebrum laeserit. Cernens ergo Reverendissimus D. Otto Truxesius Cardinalis Augustanus virum cerebro debilitari et ipsi imminere delirium (habebat enim eum laute in sua familia), remisit illum in Germaniam, si forte mutatio aëris morbum impendentem curaret, non enim erat adhuc cerebrum omnino turbatum. Venit is Lauretum cum litteris patentibus P. Christophori Madridii, . . . quibus illum nobis commendabat et ut in Collegio hospitium haberet. Is fuit ad tres dies nobiscum, sed maiori ex parte intentus orationi et meditationi in sacro B. Virginis sacello, unde auxit malum suum. Cum venisset Anconam et conscensa navi traiiceret Venetias, subita perturbatione cerebri percitus, insiliit in ipsum mare et misere submersus est, nec voluit arripere funem, qui proiectus ad eum fuerat, ut se liberaret, sed spreto adminiculo se magis immergebat, salvo, ut speramus, spiritu. Quia imaginabatur Christum propter crimina admissa hoc genus mortis sibi imperare, sicuti cum se in mare obiiceret, palam dicebat." Haud recte igitur *Ign. Agricola* S. J. (l. c. I, Dec. 2, n. 100) et *Floss* (Kirchenlexikon I, 363) eum in monasterio quodam e vita emigrasse scribunt.

684.

CANISIUS

ALPHONSO SALMERONI,

vicario generali Societatis Iesu.

Oeniponte 8. Maii 1562.

Ex apographo, quod sub a. 1886, scribendi et interpungendi ratione ad nostrae aetatis morem accommodata, exscripsi ex archetypo multis modis lacero et manco (2°; 3 pp.); quod mihi iam praesto non est. Canisius sua manu nomen („Servus" etc.) subscripsit, inscriptionem posuit, in ipsa epistula complura addidit. Tertia manu, eaque antiqua, in p. 4. notatum est: „1562. Oeniponto Padre Canisio 8. di Maggio."

Epistulae particulas posuit (germanice) *Kröss* l. c. p. 148.

Canisius, Augustam rediturus, ab Hosio pontificis auctoritate evocatus est Tridentum. Quo, nisi ipsius admiserint excusationem, proficiscetur. Preces petit. Socii Pragam et Ingolstadium missi, inde Oenipontem venturi, ex Italia brevi eodem mittendi. Socios Romae, antequam in Germaniam mittantur, in docendo exerceri convenit. Collegii oenipontani aedificia illustria; commendatio per caesarem facta; favor magistratuum caesareorum.

†

Pax Christi nobiscum, admodum Reverende Pater.

Spe[rabam] hodie quidem iter Augustam ingredi, confectis hoc loco negotiis foeliciter satis[a], quae ad fratres, domum, scholam et structuram spectant. Deo sit laus et gloria. Et ecce scribit ad me D. Couillonius Tridento[1], Illustrissimum D. Cardinalem Warmiensem

---

[a] *8 vv. sqq. a C. in marg. ascripta sunt.*

---

[1] *Knöpfler* (l. c. p. 99) affirmat, P. Ioannem Cuvillonium S. J. et Dr. Augustinum Paumgartner (quos Albertus V. dux ad concilium miserat; vide supra p. 408) 30. Aprilis Tridentum advenisse. Quos *Torellus Phola* 1. Maii, *Antonius Milledonne*

secum expostulasse, quod ego jam saepe vocatus venire differrem; cum et Cardinalis Augustanus ut venirem permiserit. Imo v[oluit] idem Cardinalis Warmiensis, interposita etiam authoritate sed[is] apostolicae, ut per D. Couillonium evocatus accederem[1]. Promittit interim, me intra mensem posse discedere. Quibus ego literis [et] jussis acceptis, et consilio cum nostris communicato, mutavi [consi]lium de Augustana profectione suscipienda. Deinde statui h[ic] tantisper haerere, dum responsum accepero Tridento, Nam [ante qua]triduum scripsi tum dicto Cardinali, tum P. Couill[onio], quibus [de] causis grave et inconsult[um mi]hi videretur, Pe[ntecosten] et seq[uen]tes ferias alibi quam Augustae celebrare[2]. Si r[eceperint][a] hanc pu[rga]tionem, recta me recipiam Augustam, De[o] d[uce]; sin me pe[rgent] Tridentum evocare, cedam obedientiae sanctae decreto, quod ja[m] confirmavit R. Pater Praepositus generalis [cum][b] scripsit, ne Tride[ntinum] iter diffugerem iterum evocatus[3]. Dominus [ben]e vertat omnia. Quod a[lias] saepe scripsi, nunc repeto, mihi parum ad [hanc] rem — — Tridentum, — nescio quam prudenter judicant, meam utilem fore operam ad [suas] manicas explicandas[4]. Forte non abs re fuerit, ut literae proximae [, quae] mihi destinabuntur, Tridentum dirigantur. Majorem autem in [mo]dum peto et rogo, ut consiliis et precibus et sacrificiis suis [R. T.] me juvet, juvarique faciat a Patribus et Fratribus.

Postremo scripsi de adventu nostrorum ad hoc collegium. [Rebus] autem hinc inde consideratis, visum est in Domino rectius [fore, sicut] jam ante consuluit nobis R. T.[5], ut Doct. Wo[lffg]angus[6] [Pragam] porro mitteretur, et inde huc transferretur [Doct. Christianus[7]; nam] meliorem Theologum hic locus postulare v[idetur, ut jam antea signifi]cavi. Et abit quidem laetus D. Wolffgangus, u[tpote m[ultis [mo]dis ab hoc loco metuens, et cujus ingenio, [imb]eci[llita]ti a[tque in]experientiae nonnihil est sane largiendum. [Na]m saniorem [se fore] confidit in aëre patrio. Illud sane non parum nostris prodesset, sive Doctoribus, sive Professoribus, qui ex Urbe mittuntur, ut ad tempus in docendo isthic probarentur et exercitarentur. Ita minus defugerent ac extimescerent munus profitendi, in quo postea, si principia spectemus, pueriles aliquando videntur . Quod ego tamen citra cujusquam injuriam, et salvo majorum juditio dictum velim.

---

[a] recipient? ratam habuerint? [b] quia? qui?

---

2. Maii Tridentum ingressos esse ibidem notarunt (*Le Plat* l. c. VII², 180. *Arm. Baschet*, Journal du Concile de Trente rédigé par un secrétaire vénitien [Paris 1870] p. 94).

[1] Haud recte igitur *Boero* scribit, Sociorum primum a. 1562 ad concilium adisse Canisium (Can. p. 246).

[2] Vide supra p. 427. [3] Has litteras non inveni.

[4] I. e. ad difficilia negotia sua tractanda et expedienda.

[5] Vide supra p. 398—399. [6] Georgii, bohemus. [7] Rivius.

Misimus et Ingolstadium M. Alfonsum [1], nescio an promotum in artibus, quod valde vellemus, cum is antea saepe sit illi promissus Collegio neque parum necessarius.

De Luca Boemo [2], qui Germanice loqui nescit, isthinc scriptum est, non habilem eum satis ad literas esse, et ad sacerdotium paulatim praeparari posse. Et hunc mitto Ingolstadium, ubi a Theologis nostris discet aliquid, et in classe una poterit exercitari fortasse, simulque ministrum agere. De[stinabu]nt autem Ingolstadienses duos huic Col[legio], qui ad classes inferiores transeant gubernandas. Unde [cu]m [sint il]li pauci admodum et subsidiis egeant, utrumque, Alfonsum et Lucam accipere digni videbuntur, praesertim cum hi parum efficere p[oss]int Oeniponti.

Igitur vi[det] R. T., quam agatur misere cum hoc Oenipontano Collegio, si qu[os] Roma misit, consideremus . Conradus Augustae destinatus est; [eam] agnosco gratiam singularem. Joannes Boëmus quinque mensibus nec sibi, nec nobis poterit laborare: tum periculum est, ne in ptisin ethica [3] exeat. Superest M. Ramirus, debile sane fundamentum, ut [ita] dicam, Rhetoricae classis et qui satis exercebit hoc Collegium aegritudine sua. Quo magis oramus et obsecramus R. T. per Jesu Christi charitatem, ut suppetias ferat Oenipontano Collegio, sicut et proxime scripsi, missis huc nimirum aliquot probis operariis, praesertim cum [M.] Nicolaus [4] ille promissus non veniat [5]. Extruuntur scholae illustrio[res, quam] in ullo vidi Collegio. Facta est publicatio de ludo aperien[do] ad D. Joannis ferias [6], cum ampla promissione et commendatione [no]strorum, idque Caesar pro sua fecit authoritate, magnifica de nobis huic promittens provinciae [7], quae multos haud dubie nobiles et selectos mittet auditores . Summam experimur Dominorum [8] benevolentiam et in concedendo, quae postulamus, facilitatem . Quod ipse nunc expertus testari possum. Sed providebit Dominus, ut spero, huic praesenti necessitati per T. R., quae tantum ne moretur quaeso ad nos mittere celeriter, quos non possumus non admodum expectare atque desiderare charissimos fratres.

Commendamus nos et Collegium hoc sacrificiis et precibus R. [T.], quam rogo etiam, ne moleste ferat hanc nostram sollicitudinem et [im]portunitatem, quia consultum sane cupio Societatis honori et multorum aedificationi illorumque sanctis desideriis, qui de n[obis] sane bene merentur. Dominus gratiam nobis suam tribuat, ut ip[sius] gloriae cum fructu inserviamus.

Oeniponti 8. Maji 15[62.]

Servus in Christo P. Cani[sius.]

---

[1] Gutieres sive Pinedanum; v. supra p. 397. 399. 405. [2] Cf. supra p. 405.
[3] I. e. hectica, quam dicunt, sive tabes. [4] Servatius.
[5] Vide supra p. 328. 398. [6] Ad 24. Iunii. [7] Vide infra, monum. 329.
[8] „Regiminis" et „camerae" Austriae superioris.

† Al molto Reverendo in Christo padre M. Giacomo Laynez preposito generale della compagnia di Jesu, padre osservandissimo. In Roma.

Canisio rescriptum est Roma 30. Maii 1562.

685.

CANISIUS
MARTINO CROMER,

canonico cracoviensi et Poloniae regis apud caesarem oratori.

Oeniponte 9. Maii 1562.

Ex archetypo (2°; 1 p.: in p. 4. inscr. et sig.). Cod. cracov. „Cromeri epistt." n. 12.

Epistula ex archetypo primum evulgata est in „*Pastoralblatt* für die Diöcese Ermland", 20. Jahrg. (Braunsberg 1888) p. 117—118.

Canisius collegium oenipontanum adiuvat, mox pontificis iussu ad concilium aditurus; e quo Cromero scribet. Coronatio bohemica. Staphylus. Cromeri „Colloquia". Campegii de conciliis liber. Concilium fauste procedit, licet unus tantum venerit episcopus germanus. Cromeri quartum „Colloquium" tandem edi oportet.

Pax Christi nobiscum. ornatiss. Domine.

Dabit mihi[a] ueniam facilitas tua, quod in scribendo nescio quo torpore impeditus hucusque cessauerim. Hic nostris operam nauo ad res noui Collegij, quod magnum nobis fructum in Domino pollicetur, probe constituendas. Non putabam ita breui ad Synodum accedere : sed urget serio Cardinalis noster[1], interposita etiam sedis Apostolicae authoritate, ut certe non possim diutius refragari. Quare uisum est iter Tridentinum ingredi, Christo duce, etsi grauiter hoc laturi sint Augustani, quibus ego meum quidem reditum ad Pentecostem[2] promiseram. Licebit autem e Synodo isthuc de statu rerum scribere, etsi non dubitem, alios eadem de re multa mittere. Fortunet Dominus Bohemicj Regis coronationem[3], quae fortasse finem expectat puerperij[4]. Salutari ex me cupio D. Staphylum, quem isthic agere puto, et qui grauiter ab aduersarijs multis oppugnatur. Misissem excusa colloquia Lutetiae[5], si ad me peruenissent, aut e nundinis Augustam allata fuissent. Campegium de Concilijs tractantem[6] ut primum li-

[a] mimi *Past.*

[1] Hosius; vide supra p. 433—434. [2] 17. Maii.

[3] Maximilianus II. Bohemiae rex Pragae non 14. Iunii, id quod primum statutum erat, sed 20. Septembris 1562 coronatus est (*Turba* l. c. III, 205[2]. 212[4]).

[4] Maria, Maximiliani uxor, 21. Iunii 1562 filium Carolum († 1563) genuit.

[5] Cromeri (tres) „Dialogos" sive „Colloquia de falsa et vera religione"; vide infra, monum. 386.

[6] Thomae Campeggi librum „De auctoritate conciliorum" (Venetiis 1561); vide supra p. 346[1].

cebit, isthuc mittam. Cupio Religionis causam in Polonia quietam et saluam esse. Non possunt, ut mihi uidetur, aduersarij concitare turbas ad Synodum dissipandam, ut uelint maxime. Et quamuis lente. procedit tamen Synodus diuina potius fauente gratia, quam humanis uiribus accedentibus. Confirmet Dominus quod coepit in Patribus. Gallia Concilium uehementer illustrabit, uti speramus. Sola friget et dormit Germania, quae misit unum Lauantinum Episcopum [1]. Det pacem Dominus Ecclesiae suae. Literas adiunctas mature reddi uelim collegio [2]. Quartum Colloquium tamdiu desideratum nescio ubi lateat, et quare non ueniat sub aspectum amicorum [3]. Aestiuum hoc tempus prohibet domi semper delitescere, nisi forte sit aegrotus author, aut qui sibi uelit solum uiuere, maioremque aemulorum quam amicorum rationem habere. Dominus in suam gloriam nostros uertat conatus. Oeniponti 9 Maij 1562.

Seruus in Christo P. Canisius.

Ornatissimo viro D. Martino Cromero Sereniss. Regis Poloniae ad Caes. Mai. Legato, Patrono singulariter colendo. Pragae. — Jn absentia eius Reuerendo Patri Rectorj Collegij apud D. Clementem [4].

Cromer inscriptioni harum litterarum adnotavit: „14. Maij“ [traditae].

686.

SANCTUS FRANCISCUS BORGIAS,

Societatis Iesu vicarius,

CANISIO ET COMPLURIBUS ALIIS SOCIETATIS IESU SUPERIORIBUS.

Roma 16. Maii 1562.

Ex cod. „Defuncti 1557—1601“ f. non sign.

Lainius et Salmeron Tridentum ire iussi.

In antiquo illo indiculo praeceptorum a supremis Societatis moderatoribus Sociis missorum, de quo supra p. 159 dictum est, haec in a. 1562 notata sunt: „A di 16. di maggio si mandorono le due polize sopra l' andata di N. P. G. et P. Vicario al concilio Lombardia P. Benedetto, Toscana, Napoli et Sicilia, Alemagna P. Canisio, Vienna R. Maguntia el colonia, et Sardegna.“

---

[1] Angelus Massarellus, concilii secretarius, notavit, Herculem „Rettinger“ [Röttinger], episcopum lavantinum, 6. Maii 1562 Tridentum advenisse et Ioannis Iacobi [Khuen de Belasy] archiepiscopi salisburgensis procuratorem in concilio fuisse (*Theiner*, Acta genuina I, 12. 715*. 720).

[2] Societatis collegio pragensi.

[3] Hoc „Colloquium“, polonice a Cromero iam editum, latine cum 3 reliquis a. 1568 Coloniae evulgatum est; vide supra p. 317 [4].

[4] Henrico Blissemio.

Salmerone Roma profecto (exeunte Maio 1562 is Tridentum advenit; vide supra p. 425) Sanctus Franciscus Borgias „commissarii“ vel vicarii Societatis munus Romae subire Lainii praepositi generalis imperio coactus est (Vita Francisci Borgiae a *P. Ribadeneira* Hispanice scripta; Latine vero ab *And. Schotto* S. J. [Moguntiae 1603] l. 2, c. 20, p. 225; *I. E. Nieremberg* S. J., Vida del santo Padre, y gran siervo de Dios el B. Francisco de Borja [Madrid 1644] p. 188). Quod autem *Sacchinus* (Hist. S. J. II, l. 6, n. 1) Borgiam Italiam Siciliamque tantum cum vicarii potestate rexisse scribit, ex epistulis proxime ponendis colligi posse videtur, hanc ipsius potestatem saltem ad Germaniae quoque superioris provinciam, donec Lainius ex Gallia Tridentum proficiscens ipsam ingressus esset, aliqua ratione pertinuisse. Atque hoc, si non ante, his saltem litteris vel ab ipso Francisco Borgia, vel, id quod vero similius est, Borgiae auctoritate a Socio aliquo romano, secretarii Societatis officio fungente (P. Francisco Petrarcha?), ad Canisium videtur relatum esse.

687.

SANCTUS FRANCISCUS BORGIAS,

vicarius Societatis Iesu [1],

CANISIO.

Roma 16. Maii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine epistulae eadem manu scriptum est: „Augusta P. Canisio“; in margine „Postscripti“, quod ab alio librario transcriptum est, ab hoc notatum est: „Post data per il Padre Canisio, doppo scritta la presente.“ Cod. „Germ. 1561“ f. 47.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 148.

Canisii iter tridentinum. Sociorum romanorum animi in Societatis provinciam germanicam valde propensi sunt. Collegio oenipontano rector quaeretur. Collegia iam instituta stabilienda potius quam nova (straubingense) admittenda. Socius quidam non comparet. Socii varii; quorundam doctrina et virtus. Canisius Sociis sibi missis magis contentus esse debebat; cuius provincia liberalissime habetur. Collegii oenipontani domus et scholarum initium. Socii Ingolstadium, Pragam, Oenipontem, Herbipolim mittendi. Sociis romanis Germaniam, quantum poterunt, iuvare cupientibus Canisius nimis instat. Eius res augustanae.

Jhesus.

Pax christi etc.

L' ultima che di V. R. habbiamo, è di 25 di Aprile [2]. et quanto al dar vna scorsa, à Trento doppo de hauer asetato le cose del nouo collegio de Ispruch, potra lei scriuerne à nostro Padre Generale il quale presto penso giungera al Concilio : et lui li potra dare in questo piu bona risolutione.

Jhesus. Pax Christi etc. Novissimae, quas accepimus, R. V. litterae 25. Aprilis datae erant [2]. Et quod R. V. quaerit, num Tridentum, novi collegii oenipontani rebus compositis, ad breve tempus sibi eundum sit, ea de re ipsa ad patrem nostrum praepositum generalem scribat, quem brevi ad concilium adventurum esse puto; atque ipse ea de re melius R. V. respondere poterit.

[1] Borgias ad has litteras scribendas Socium aliquem (Petrarcham?) adhibuisse videtur. [2] Vide supra p. 414—417.

Quanto al prouedere di Rettore à Jspruch, per la molta instantia che V. R. ne fa, é per la propensione d' animo che qua si tiene uerso la Prouincia de Alemagna si uedera se cera al proposito[a] si troua: non si promete pero cosa certa . tanto se lei vol far superiore il Padre Lorenzo[1] et disponere altrimente del Padre Valentino[2] potra far come giudicarà jn Domino piu[b] conueniente .

Qua pare molto bene che si atenda piu[b] presto, à rinforzare et stabelire lj Collegij che sono gia in esere che acetarne altri di nuouo[3].

Quel nicolao[4] che fu mandato perla India fu destinato per leggere jn Mogontia hauendolo proposto il Padre Lanoi . sara pero forse necesario che si eliga qualche altro poi che partendosi costui di Genoua[c] non è piu[b] comparso come hauera gia per altra inteso.

Par che V. Reuerentia non mostri star tropo sodisfato del Padre Ramiro mandato per leggere greco in Eniponte[5], et pur sapiamo che se eli hauera sanita come speriamo sara molto vtile instrumento esendo bon retorico et greco et poueta [*sic*] : Et pero meritamente estatta grata la eletione di costui specialmente al Nostro Padre Generale . Parimente del Dottor Volfango[6] dice V. Reuerentia che, è Theologo nouelo etc., é vero che egli ha finiti pocho fa i studij ma

---

Quod ad rectorem Oenipontanis providendum attinet, nos, et quia V. R. vehementer id urget, et quia hic in provinciam Germaniae animis sumus valde propensis, videbimus, num hominem, qui ad id muneris idoneus esse videatur, inveniamus; nec tamen certi quicquam promittimus. Interea tamen, si R. V. patrem Laurentium[1] iis praeficere et de patre Valentino[2] aliter constituere voluerit, facere, quod magis convenire in domino iudicaverit, ipsi licebit.

Nos optime vos facturos esse censemus, si potius collegiis, quae iam exstant, confirmandis stabiliendisque, quam novis admittendis operam navabitis[3].

Nicolaus ille[4] istinc, ut in Indiam veniret, missus scholis Moguntiae habendis patris Lanoii suasu destinatus est; ad quod tamen munus administrandum alium fortasse eligi oportebit, cum ille, postquam Genua discessit, non comparuerit; id quod R. V. ex alteris iam litteris intellexisse opinor.

Videtur quidem reverentia vestra significare, se patre Ramiro ad graecas litteras Oeniponte tradendas misso[5] haud ita contentam esse; attamen scimus eum, si sanus erit — futurum autem speramus —, valde utilem operam vobis praebiturum esse; nam et artis oratoriae et litterarum graecarum et poëticae artis valde peritus est. Quare merito, quod ipse ad id munus electus est, imprimis gratum fuit patri nostro praeposito generali. Pariter reverentia vestra dicit, doctorem Wolfgangum[6] theologum esse recentem etc. Qui reapse quidem studia litterarum paulo ante ab-

---

[a] preposito *apogr.* [b] pui *ap.* [c] Gonoua *ap.*

---

[1] Laurentium Hermanutium; vide supra p. 415. [2] Voyt.

[3] Proxime quidem hoc quaerebatur, num collegium, quod Albertus V. Bavariae dux Straubingae Sociis constituere volebat, admittendum esset; vide supra p. 364. 416.

[4] Servatius; vide supra p. 435. [5] Vide supra p. 405. 416.

[6] Georgii; vide supra p. 405. 416.

non si puo pero negare che non sia bon sogetto et sufficiente . Et per dire, à V. Reuerentia quel che sento mi pare che lei doueria star piu[a] contenta et sodisfata delli sugetti che gli sono statti mandati in Alemagna parte peresere statti boni sugetti (et specialmente maestro Alfonso Guitierez[1] che è molto dotto et molto uirtuoso) parte anche perche à niuna prouincia di quante la Compagnia nabia si vsa tanta liberalita quanta, à cotesta di Alemagna . Con questo pero non ci si smorza il desiderio di fare altrotanto, è[b] [?] perlo auenire con lo aiuto de Iddio . Non [mi] estendo in altro etc. di Roma li 16 di Maggio 1562.

S' é riceuuta quella di .V. R. di due del presente, scritta in Enyponto[2]. È parso bene qua che si comprino quelle case coniunte, et che si spargessi la fama della lettioni che s' hanno à cominciar .

Quanto al Theologo piu uersato et piu prudente che domanda .V. R. per Enyponto. qua pare che non essendo necessario il Padre Ermete iui, et potendo rimandarsi à legger sua logica in Jnglostadio[3] si possa ritenere in Spruch Maestro Alfonso gutierrez il qual è buon Theologo et filosopho et pratico ne i casi di conscientia, li quali ha letto in Loreto, et etiam prudente, et molto uirtuoso giouanne, et à questo modo potria[c] mandar il Dottor Volfango in Herbipoli[4] ò in Praga mandando in Herbipoli il Doctor Christiano[5]. Et in questa

solvit; neque tamen propterea idoneum eum esse sufficientemque negari potest. Atque ut reverentiae vestrae quod sentio dicam, ipsa hominibus in Germaniam sibi missis magis contenta esse magisque acquiescere debere mihi videtur, idque partim, quia idonei missi sunt (id quod maxime dico de magistro Alphonso Guitierez[1], qui et magnae doctrinae et magnae est virtutis), partim etiam quia inter omnes, quotquot Societas habet, provincias, nulla adeo liberaliter ut germanica ista habetur. Nec tamen propterea in nobis eadem in posterum quoque, Deo iuvante, praestandi desiderium exstinguitur. Nec plura scribam etc. Roma 16. Maii 1562.

Accepimus R. V. epistulam d. 2. huius mensis Oeniponte datam[2]. Atque nobis visum est expedire, ut et domus istae coniunctae emerentur, et rumor spargeretur fore, ut scholae istae incoharentur.

Quod R. V theologum peritiorem prudentioremque pro Oenipontanis petit, ita censemus: Siquidem pater Hermes istic necessarius non sit et Ingolstadium ad Logicam suam tradendam remitti possit[3]. Oeniponte retineri posse magistrum Alphonsum Gutierrez; qui et theologiae et philosophiae valde peritus et in casibus conscientiae, quos Laureti explicavit, exercitatus atque etiam prudens et magnae virtutis iuvenis est; atque ita R. V. doctorem Wolfgangum vel Herbipolim[4] vel Pragam. Herbipolim mittendo doctorem Christianum[5], mittere poterit[6]. Qua ratione

[a] pui *ap.* [b] *Sic;* etiam? [c] *Ex iis, quae praecedunt et quae sequuntur, verisimile efficitur, legendum esse* si potria.

[1] Pinedano; vide supra p. 399. 405. [2] Vide supra p. 421—424.

[3] Hermes Halbpaur in universitate ingolstadiensi Aristotelem interpretatus erat; vide supra p. 312[1]. [4] Vide supra p. 422. [5] Rivium.

[6] Vel: „atque ita doctorem Wolfgangum . . . mittere poteritis". Vide supra, adnot. c huius pag.

maniera si potria remediar in parte, però il tutto si remette al giudicio di .V. R. la quale si presuponga che per adesso non si puo di Roma dar piu soccorso, et assai si fara, se si potra trouar qualch' uno che possa esser Rector in Spruch. Ne doueria .V. R. far tanta instantia, et dar tanta molestia qua con domandar tanti sugetti, et di tanta qualità, sapendo lei la carestia che ce ne, et la gente che se gli è mandata quantunque questi padri desiderino di far il possibile per aiuto d' Àlemagnia, ma si uede che quelli che si mandano à lei poco sodisfano.

Sopra la catedra d' Augusta et prouisione che gli dano per il predicar, qua si considerara et l' altro sabbato si potra dar risposta, Fra questo mezzo .V. R. attenda ad aiutar il collegio di Spruch. Di Roma a li .16. di Maggio .1562 .

---

incommodum partim poterit levari; omnia tamen R. V. iudicio permittuntur. Quae hoc sibi persuadeat, in praesens plus subsidii Roma mitti non posse; ubi multum praestabitur, si, qui Oeniponte rector esse possit, invenietur. Neque R. V. nobis adeo instare tantamque molestiam afferre debebat, tot talesque homines petendo; novit enim ipsa, quam paucos habentes quam multos ipsi miserimus; quamquam hi patres Germaniae iuvandae gratia quantum poterunt praestare cupiunt; eos tamen, qui mittuntur, R. V. haud multum probari cognoscimus. De sacro suggestu augustano et de victu, quem R. V. pro contionibus praebent, deliberabimus et proximo sabbato respondere poterimus. Interea R. V. collegio oenipontano adiuvando diligenter navet operam. Roma 16. Maii 1562.

688.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

nomine Sancti Francisci Borgiae, vicarii Societatis Iesu,

CANISIO ET ALIIS QUIBUSDAM SOCIETATIS SUPERIORIBUS.

Roma 16. Maii 1562.

Ex cod. „Defuncti 1557—1601" f. non sign.

Precationes pro cardinale Turnonio vita functo faciendae.

In antiquo illo indiculo romano, de quo supra p. 159 dictum est, haec sunt in a. 1562: „A 16. di Maggio si mandò la poliza sopra il raccomandare à Dio il Cardinal di Turnon, Toscana, Lombardia, Napoli et Sicilia, Sardegna, Alemagna et Rheno."

Franciscus cardinalis Turnonius, archiepiscopus lugdunensis, qui a. 1561 collegium suum turnonense Societati donaverat, 22. Aprilis 1562, totius vitae peccata P. Ioanni de Polanco S. J. confessus ab eoque supremo tempore adiutus, diem supremum obierat (*A. Ciaconius* O. Pr. et *A. Oldoinus* S. J., Vitae Pontificum Romanorum et S. R. E. Cardinalium III [Romae 1677], 514. 515; *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 6, n. 38. 39). Quaenam missarum sacrificia et preces ex S. Ignatii praescripto pro collegiorum fundatoribus per totam Societatem facienda sint, vide

supra p. 353. Ceterum *Sacchinus* l. c.: „Grato animo", inquit, „Societas non tanquam fundatori modo Collegij, sed etiam veluti Ordinis totius parenti ob singularem erga se pietatem meritos suffragiorum honores liberaliter solvit."

689.

CANISIUS

SANCTO FRANCISCO BORGIAE,

vicario Societatis Iesu.

Tridento 17. Maii 1562.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) et Postscriptum, quod vocamus, posuit — in cod. „E. C. I" f. 309 et sq. non sign. (n. 108) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 curante *Boero* ex archetypo transcriptum.

Epistulae partem posuerunt *Boero* (italice), Can. p. 246, et *Riess* (germanice) l. c. p. 303[2]. Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 193, et *Kröss* l. c. p. 148.

Cardinalis Hosius, ubi Canisius Tridentum advenit, ex gravi morbo convaluit. Hosii virtus. Multi episcopi Societati favent. Canisius post mensem oenipontanae scholae initiis adesse et postea collegia invisere cupit. Oenipontani novo rectore aliisque Sociis indigent. Canisius veniam petit, quod Socios aliquot Romam miserit. Episcopi et theologi in concilio. Controversia de residentia. Pericula ex Calvinistis et Turcis imminentia. Deus orandus. P. Victoria. Collegium vindobonense.

Pax Christj nobiscum admodum Reuerende Pater.

25 Aprilis datas accepi, cum iam in procinctu essem Oeniponti. Tridentum uero saluus perueni ante triduum, Deo sit gratia, statimque iussit Jllustrissimus Cardinalis Warmiensis proprias aedes in hoc mihi paratas assignarj. Miratur ipse et praedicat, se prorsus post aduentum meum reualuisse, cum antea non modo aeger decumberet[1], sed etiam se ad mortem serio praepararet. Exhibet se ille mihi per quam familiarem, et confert de multis arcanis, vir sane qui uelit et possit de hac synodo bene mererj, ut pro illo singulares Christo preces debeamus. Habemus hic multos Societati nostrae fauentes presules, presertim Hispanos. Expectatur aduentus[a] P. Praepositj Generalis, ac citius etiam uenturum putant D. Salmeronem, ut quem aiunt ex Vrbe modo discessisse. Vtinam liceat mihi utrumque hoc loco breui conspicere. Nam spero futurum, quod etiam cupit Jllustrissimus Cardinalis Augustanus, ut hic non detinear ultra mensem, ita fieret ut Oenipontanae scholae principijs adesse possem, nimirum ad festum D. Joannis[2]. Jd quod iudicant nostri modis omnibus conuenire. Etsi enim non deessent Tridenti, quae utiliter ad Christj gloriam tentari

[a] aduensus *A*.

[1] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[2] Ad festum S. Ioannis Baptistae sive ad 24. Iunii; vide supra p. 421. 435.

et alijs suggeri posse uideantur, tamen cum praeter D. Couillonium sint alij Doctiores quos dixi, e nostris mox adfuturj, cumque Theologorum numerus hic ampliss. reperiatur, rectius fore arbitrarer, absoluto mense, quo me uoluit Cardinalis Warmiensis hic subsistere, Oenipontum reuertj, ac inde Viennam et Pragam ad fratres uisitandos proficiscj. Nullum enim annj tempus ad huius modi uisitationem commodius expectare possum, nisi forte iudicet R. T. mihi redeundum Augustam, ubi R. P. Natalis aduentum expectem, ut cum illo ad Collegia uisitanda mittar. Alioquin prestaret, ni fallor, Augustam non repetere, nisi confecta primum uisitatione, de qua scripsit modo ad Canonicos Cardinalis Augustanus [1]. Ac de hoc quidem primum expectabo responsum Tridenti.

Deinde non possum equidem non esse sollicitus de mittendis Oenipontum professoribus et Rectore ipso, ut iam semel atque iterum monuj ac rogauj. Quod nisi fiat, non uideo sane, quomodo illi collegio sit bene prospectum, et nos post aurum desideratum carbones adferre, bonosque a nobis animos alienare uidebimur, quod ego certe modis omnibus praecauendum puto.

Non excusabo quod isthuc 5 miserimus priusquam ex Vrbe responsum de illis mittendis accepissemus. Quod factum condonarj mihi uelim, presertim quod Christophorum [2] et Nicolaum [3] Romanae magis quam Germanicae medicinae cupidos et [a] egentes remiserimus. Nihil autem fuit antea nobis de Nicolao perscriptum, qua ratione ad nos mitteretur. Speramus 5 supradictos in Jtaliam saluos peruenisse, neque mittemus posthac nisi potestate [b] primum accepta.

Quod ad Concilium attinet, augetur in eo indies magis ac magis numerus Episcoporum et Theologorum. Sed non uenietur ante hebdomadas [c] tres ad publicas disputationes [4]. Grauis est interim et odiosa inter prelatos conflictatio de residentia praelatorum, sitne iuris diuinj [5]. Qua de re pronunciabitur in proxima sessione 4 Junij [6]. Nonnulli

[a] ei *A*. [b] potestatem *A*. [c] hebdomatas *A*; hebdomadatas *B*.

[1] De hac epistula Roma 25. Aprilis 1562 ad capitulum cathedrale data vide supra p. 418 et infra, monum. 281.

[2] Lindauer. [3] Schrickerum; vide supra p. 418.

[4] Proxima „congregatio" theologorum „minorum" sive eorum, qui ius suffragii ferendi in concilio non habebant, quique de „articulis" ad fidei dogmata spectantibus, antequam ii ad congregationem „generalem" patrum concilii referrentur, in publico disserere solebant (*Massarellus* et *Paleottus* apud Theiner l. c. I, 9; II, 531), 10. Iunii 1562 habita esse videtur (*Theiner* l. c. II, 7).

[5] De gravissima hac controversia multa notarunt in „diariis" sive actis concilii *Massarellus* (*Theiner*, Acta genuina I, 696—712), *Philippus Musotti* (*J. v. Döllinger*, Ungedruckte Berichte und Tagebücher zur Geschichte des Concils von Trient II [Nördlingen 1876], 10—21), alii. Vide etiam *Pallavicinum* l. c. l. 16, c. 4—9; l. 17, c. 2 et *Raynaldum* l. c. in a. 1562, n. 41. 121. 122.

[6] Tunc quoque ea pronuntiatio prorogata est.

uerentur Tyrannicos et sediciosos in Gallia conatus sectariorum. Et in Vngaria de summa rerum agi uidetur, ut si uincant iterum Turcae iam ad bellum accincti, nihil illic integrum nobis manere posse uideatur. Quo magis R. T. rogo, ut pro synodo, Gallia et Vngaria diligenter iubeat nostros orare. Dominus in suam gloriam uertat omnia, qui Ecclesiam suam reformare dignetur. Commendo me sacrificijs et precibus R. T. omniumque patrum et fratrum diligenter. Tridentj. 17 Maij.

Seruus in Christo P. Canisius.

De Doc. Victoria scribitur, quod breui sit Viennam e Praga uenturus, qua de causa, nescio. Quomodo autem sit mihi cum illo uersandum, presertim si ad Visitationem abiero, et quale ius ille habeat in Rectorem Viennensem [1], cupio intelligere [2], ut eo rectius et quietius procedat collegij Viennensis gubernatio, quam perturbarunt negotia illa cum senatu instituta, ut alias est indicatum [3].

† Admodum Reuerendo in Christo patri M. Jacobo Laynez Praeposito generali Societatis Jesu [4], patri obseruandissimo

Romae.

Quod Canisius in his litteris scribit, cardinalem Hosium „mirari et praedicare", se „prorsus post adventum" Canisii „revaluisse" ex gravi morbo, id aliqua ratione confirmatur epistula Tridento ipso, quo Canisius Tridentum advenit, die 14. Maii 1562 a cardinale *Ludovico Simonetta* Romam ad S. Carolum Borromaeum missa; in qua Simonetta: „Il card. Varmiense", inquit, „essendo molto accatarrato è stato soprapreso da febre assai gagliarda, quale da tre giorni in quà non lo lascia, et pare molto aggravato, secondo che intendo. Iddio presti gratia non lo perdiamo: che certo si faria perdita segnalata nella nostra religione . . . Hor hora ho parlato col medico, quale mi dice, hoggi star meglio assai, et sperare bene" (*Pogiani* Epistolae III. 68[1]).

Canisio rescriptum est Roma 30. Maii 1562.

690.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

auctoritate Sancti Francisci Borgiae, vicarii Societatis Iesu,

CANISIO.

Roma 24. Maii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu notatum est: „Jspruch P. D. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 47[b].

Cum Canisius novos Socios pro collegio oenipontano vehementer petierit, iam Roma eo mitti P. Petrum Haupt et Fr. Guilielmum Germanum. Hunc in valetudinariis probatum iam in alterum hominem mutatum esse. Ad quae munera uterque adhiberi possit. Eos tamen totos Canisii arbitrio permitti.

---

[1] P. Paulum Hoffaeum.
[2] Vide supra p. 425. [3] Vide supra p. 367—369.
[4] De hac inscribendi ratione a Canisio usurpata vide supra p. 181. 249.

Pax Christi etc .

Vedendo questi Padri la gran instantia che la R. V. ha fatta per hauer piu suggeti per il collegio Nipontano, si sono determinati di mandarli, il Padre Pietro [1] Coloniense (il qual anche domanda [a] nominatim il P. Valentino [2]) lui ha studiato bene il suo corso d' Arte, et parte de Theologia : et conlui gulielmo Thedesco [3], il quale, doppo d' hauer fatto .2. mesi di probatione nell' Hospedal di Loreto, et vnaltro, in vn' altro Hospedal quì in Roma, et doppoi diuersi altri probationi qui in casa, pare in tal maniera mutato che pensolo giudicara .V. R. un' altro huomo . Etsi parte con animo determinato d' obedire, et con grande desiderio di seruir N. S. et d' aiutar li proximi: onde ci persuadiamo che egli potra molto bene seruir nella classe de Rhetorica ò d' humanità. Ritornando al P. Pietro li dico che in vn [b] bisogno potria leggere [c] vn corso de arte, et forse anze qualche lettion de Theologia . Potria anche seruire per superiore: et qua si li è dato l' officio di sotto ministro [4] nel collegio per introdurlo insimile mistiero, medesimamente potrebbe legger Rhetorica, si come l' ha letta l' anni passati in colonia. Ma tanto dilui quanto di Guliermo . Vedera .V. R. di la inqual exercitio et vfficio debbia impiegarli: faccia conto che di Roma si è fatto assai con Spruch, et piu di quel che si pensaua poter, che ben sa .V. R. cheli suggetti

Pax Christi etc. Patres hi videntes, quam vehementer R. V. rogasset, ut sibi pro collegio oenipontano plures Socii tribuerentur, patrem Petrum [1] Coloniensem (hunc etiam P. Valentinus [2] nominatim petit), qui cursui artium et parti theologiae studiose dedit operam, et cum eo Guilielmum Germanum [3] ipsi mittere statuerunt; qui, postquam per duos menses in valetudinario lauretano et per alium mensem in altero valetudinario hic Romae probatus est et postea domi nostrae diversas alias probationes subiit, ita videtur esse mutatus, ut existimem R. V. eum alterum habituram esse hominem. Qui firmo cum oboediendi consilio et magno cum domino nostro famulandi et homines iuvandi desiderio hinc discedit; quare eum vel in rhetorices vel in litterarum humanitatisque schola optima officia vobis praestare posse nobis persuasum est. Ut autem ad P. Petrum redeam, R. V. dico, eum, si opus erit, artium cursum tradere ac fortasse etiam theologiae scholam aliquam habere posse. Atque etiam superioris munus administrare poterit; cui hic subministri in collegio officium [4] datum est, ut in eiusmodi ministeria introduceretur; item rhetoricen tradere poterit, sicut superioribus annis Coloniae eam tradidit. Attamen istic R. V. videbit, ad quod munus officiumque et ipsum et Guilielmum adhiberi conveniat; quae sibi persuadeat, Romanos Oenipontanis multum ac plus, quam se praestare posse existimabant, praestitisse; neque enim ignorat R. V.,

[a] *Sequitur* anche, *a libr. oblitteratum.*
[b] in vn *correctum est a libr., qui prius* non *vel simile verbum posuerat.*
[c] legge *ap.*

[1] Haupt; de quo plura sub ipsam hanc epistulam dicentur.
[2] Voyt.
[3] De hoc vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.
[4] De officio subministri vide *Can.* Epp. II, 644 [1].

non si fano in .4. giorni. Non mi stendo in altro . Se non in raccomandarci etc . di Roma li 24 di Maggio 1562.

---

quaternis diebus homines effici non posse idoneos. Nec plura scribo, nisi ut commendem nos etc. Roma 24. Maii 1562.

Nota: Cum ea aetate singulis sabbatis tabellarii publici Roma ad septentrionem versus proficisci consueverint (*Can.* Epp. II, 759[1]), haec autem epistula dominica die data sit, merito conieceris, eam Oenipontem secum attulisse ipsos, qui in ea commendantur, P. Petrum Haupt (qui etiam „Hoefft", „Hovet", „Capitius" et saepe „Petrus Coloniensis" vocatur) et Fr. Guilielmum Germanum; quos quidem proximo die lunae Roma discessisse constat (vide infra, p. 451). Ac de Guilielmo hoc *Polancus* in *Indiculo, de quo paulo infra plura dicentur, scripsit: „Guillermo rhetorico amalato videtur dimittendus honeste cum conualuerit" (Cod. „G. C. 67" p. 190). Petrus Haupt autem, qui aliquamdiu mercatorem egerat et in Livoniam usque venerat, a Societatis moderatoribus sub initium a. 1553 Colonia Romam, ubi in Societatem admissus est, indeque eodem anno Vindobonam (*Responsa *Hauptii*, Natalis visitatoris iussu scripta [Romae in archivo regio]. *Polanci* Chronicon III, 266[1]. 270. *Can.* Epp. I, 414; II, 210. *Hansen* l. c. p. 220. 230. 241) atque hinc a. 1556 in Germaniam inferiorem missus (*Polancus* l. c. VI, 347) et Coloniae a. 1559 magister artium creatus, cum ibidem inter a. 1560 et 1561 logicam, ethicam, rhetoricam tradidisset theologiamque audivisset, a. 1561 iterum Romam missus erat (*Hansen* l. c. p. 326. 360. 394. 776). Ac 30. Maii 1562 *Socii romani* Coloniam ad P. Leonardum Kesselium de eo *scripserunt: „Non si trouaua tropo bene in Roma; lascia qua buon odor de sua uirtu et humiltá; et s' è fatto sacerdote" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 49[b]). Hunc autem cum P. *Ioannes de Polanco* mense Augusto anni 1562 una cum Lainio per Oenipontem transiens ibidem vidisset, in *Indiculo quodam Sociorum oenipontanorum sua manu scripto haec, praeter alia, notavit: „Pater Petrus coloniensis . . arguit Canisium inconstantiae et omnes superiores[a] defectus ordinis" (Cod. „G. C. 67." p. 190). Atque *Ioannes Oldecop* (1493—1574), decanus hildesiensis, „Petrum Hovet" sive „Petrum Haupt" virum valde doctum („hochgelahrten Herrn") vocat et a. 1567 catholici illius Henrici „iunioris", ducis brunsvico-guelpherbytani, contionatorem aulicum („hoffprediger") et „arcis Wulfenbutel predicatorem" fuisse testatur (Chronik [vide supra p. 428[1]] p. 615. 616. 617). P. *Antonius Vinck* autem, provinciae Societatis Iesu rhenanae praepositus, Moguntia 1. Martii 1567 Romam ad Sanctum Franciscum Borgiam *scripsit: „Jl Padre pietro hauptio lo quale sta bruynswijck, scriue che ha molta materia di fructificare, et di adgiutar le anime" (ex autographo. Cod. „Germ. 1566" f. 529). Atque in *Catalogo provinciae S. J. rhenanae, quem idem P. *Vinck* sua manu sub 30. Septembris 1568 scriptum Romam ad S. Franciscum Borgiam misit, haec sunt: „P. Petrus Hauptius coloniensis qui in decembri anno 1566 cum parua esset spes vt perseueraret in societate missus fuit a Reuerendissimo moguntino [Daniele Brendel] ad .Jll. Henricum ducem brunsuicensem ibique concionatorem egit satis acrem contra haereticos, contra quos et magnum habet (vt dicit) animum agendi tum concionibus, tum libris scriptis, post mortem Henrici [† m. Iun. 1568] rediens, visum est vt ad petitionem eius dimitteretur liber a societate, quamuis in ea vota scholasticorum emisisset ante annos .12. speratur futurus vtilis Ecclesie Dei catholice in germania" (Cod. „G. C. 67." p. 69[bis]). Haud recte igitur aliqui, ut *M. Reichmann* S. J. (Die Jesuiten und das Herzogthum Braunschweig [Freiburg i. Br. 1890] p. 6), Petrum Haupt illum, qui Henrico duci brunsvicensi operam navavit, de Societate fuisse negaverunt[1]. Quos in errorem in-

---

[a] *Correxi ex* superioris.

---

[1] Ab hoc Petro Haupt sive Hoefft certe distinguendus est „Petrus Hovet"

ducere poterant eiusdem litterae a Dr. *Carolo Grube* (Zeitschrift des Harz-Vereins für Geschichte und Alterthumskunde. 24. Jahrg. [Wernigerode 1891] p. 286—289) et (maximam partem) a Dr. *I. Hansen* (l. c. p. 541—543) evulgatae, quibus, Guelpherbyto 7. Martii 1567 ad Vinckium datis, Haupt se a Sociis quidem institutum esse eosque semper revereri affirmavit, „de Societate" autem se „esse" negavit, sive quod se eo ipso, quod Societatis praesides Guelpherbytum abeundi licentiam sibi dedissent, e Societate quoque dimissum esse (id quod iam tunc appetisse videtur) censebat, sive quod cum iis sentiebat, qui primis illis Societatis temporibus perperam existimabant, eos, qui scholasticorum tantum vota nuncupassent, non Societatis homines religiosos, sed „mere saeculares" esse; vide *Can.* Epp. II, xxvi; atque alterum hoc mihi quidem magis probatur. Recte autem Grube ex his litteris demonstravit — id quod Vinckii relatione confirmatur —, *Fridericum Koldewey* lapsum esse, cum Hauptium iam a. 1564 Guelpherbyti fuisse et ad Hummelium (Hummel) contionatorem aulicum in carcerem includendum operam contulisse assereret (Die Jesuiten und das Herzogthum Braunschweig [Braunschweig 1889] p. 3—5).

691.

CANISIUS

SOCIO ALICUI ROMANO

(P. Francisco Petrarchae?)

Tridento 25. Maii 1562.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu pauca correxit et nomen („Seruus" etc.) subscripsit — iam nonnihil manco et in cod. „E. C. I" f. 310 et sq. non sign. (n. 109) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem archetypo transcriptum.

Epistulae partem posuerunt (italice) *Boero*, Salmerone p. 87 et Can. p. 248, ac (gallice) *Michel* l. c. p. 262—263. Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 193—194, et *Kröss* l. c. p. 153.

Salmeronem ad eos, qui vehementius contendunt, ut episcopos ad „residentiam" in dioecesibus divina lege teneri pronuntietur, refutandos a Pio IV. Tridentum mitti ferunt. Quem rumorem, Societati noxium, Canisius evellere studet. Deus orandus, ut patrum de residentia acres controversiae sopiantur. Lainius. Hugonotti. Oenipontani collegii Socii et scholae. Canisius, Tridenti parum utilis, coetui ad „Indicem" reformandum delecto, archiepiscopo pragensi, Hosio operam navat. Qui ut Germaniae restituatur, per cardinalem Augustanum curandum est. Ducis Bavariae legati, qua dux vult ratione, a concilio admitti non possunt. P. Curillonius et corpore et animo infirmus. Archiepiscopus granatensis Sociis maxime favet.

†

Pax Christj nobiscum admodum Reuerende Pater.

Hactenus ego quidem diu ex vrbe nihil accepi, sed ne ex Germania quidem. Miramur nondum adesse D. Salmeronem[a], quem in horas singulas expectamus . Cuius aduentus multis, presertim Hispanis, id-

[a] Sameronem *archet.*

ille, quem a. 1554 cathedralis ecclesiae hildesiensis canonicum fuisse ex *Oldecopii* Chronico (l. c. p. 376) intellegitur.

circo minus gratus erit, quod multi palam dictitent, huc mitti a Pontifice D. Salmeronem[a] ad confutandam eorum sententiam, quibus uisum est in Synodo[b] proxime statuendum esse, praelatos ad residentiam in suis Ecclesijs diuino iure obligari. Addunt nonnulli Salmeronis hac de re librum esse conscriptum, alij de epistola testantur[1]. Cum autem uideremus hunc sinistrum rumorem, non solum uni personae, sed etiam Societati nostrae apud multos obesse posse, operam dedimus, ut huiuscemodi[c] suspitionem ex Magnatum quorundam animis eximeremus. Arbitramur enim uana et fictitia esse, quae sparguntur nescio quibus autoribus, neque non intelligimus ardentes istorum animos, qui contendunt fortiter, ac nimium etiam fortassis uehementer, ut residentia dicta iuris esse diuini publice declaretur. Res in eo statu uersatur, ut fateantur omnes, diuina hic ope in primis egere patres, nimirum ut animorum temperato feruore, diuturna et acris concertatio[d] ad felicem exitum perducatur . Quare maiorem in modum rogo, ut solito diligentius pro successu Concilij preces ad Deum fiant, presertim ad proximam usque sessionem, quae Junij mensis die 4 instituetur. Ab omni schismate liberet nos Dominus.

Expectamus et P. Praepositum, quem nunciant Lutetia quidem discessisse, sed praeterea nihil[2]. Gallicos tumultus a sectarijs[e] ue-

[a] Sameronem *arch.* [b] *In arch. sequitur* sic, *oblitteratum.*
[c] hiuscemodi *arch.*
[d] *In arch. sic correctum esse ex* feruore. et positis affectibus *intellegitur ex A; in B autem notatum est, Canisium sua manu ita correxisse.*
[e] *In arch. sequitur* non, *postea oblitteratum.*

---

[1] Exstant quidem inter opera Salmeronis duo „tractatus", in quibus asseritur, residentiam „iuris esse diuini laxe sumpta voce"; „si tamen propriam, et strictam rationem iuris diuini consulamus", iuris divini non esse (*Alf. Salmeronis* Commentarii T. XII [Coloniae Agrippinae 1604], 532—546). At *Hartm. Grisar* S. J. ostendit, totam illam de iurisdictione episcoporum primatuque romani pontificis disputationem, cuius partem duo illi tractatus constituunt quaeque Salmeronis operibus post ipsius mortem editis inserta est (atque etiam „Alphonsi Salmeronis doctrinam de jurisdictionis episcopalis origine ac ratione" ab I. B. Andries Moguntiae a. 1871 editam) nihil fere aliud esse quam „mutatam ac deformatam speciem disputationis" vel potius disputationum a Lainio variis temporibus compositarum (*Jacobi Lainez* Disputationes Tridentinae 1 [Oeniponte 1886], 52*—61*. Cf. etiam *Sommervogel,* Bibl. VII, 478—483). Notandum tamen, *Pallavicinum,* ubi de Carolo Vicecomite (Visconti) episcopo vintimiliensi (Ventimiglia) sub id tempus a Pio IV. Tridentum misso agit, scribere de „un trattatello che il Visconti portava seco, d'Alfonso Salmerone per quella parte che fa la residenza di ragione ecclesiastica, . . e che il Visconti di poi mandò al cardinal Borromeo, affinchè piacendo, il consegnasse alle stampe"; id quod Pallavicinus ex Vicecomitis litteris Pisauro 30. Maii 1562 ad Borromaeum datis a se haustum esse significat (l. c. l. 16, c. 11, n. 13). Similia habet *Jos. Mendham,* Memoirs of the Council of Trent (London 1834) p. 209*.

[2] At Lainius usque ad 9. Iunii 1562 Parisiis mansit (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 6, n. 70).

hementer auctos mitiget Christus, et confirmet catholicos in graui perturbatione [1].

Non repetam, quae sollicite scripsi de mittendis Oenipontum operarijs, quos utinam breui saluos excipiamus. Neque dicam de instituenda uisitatione, quae ex Romano responso pendet, ut saepe monui [2]. Quid ego Tridenti agam, quod magni quidem sit momenti, nescio. Adhibuerunt me Patres Episcoporum et Theologorum quorundam congregationi, quibus data cura est iudicandi et reformandi illius indi[cis] [a] quem de libris impuris Romana edidit inquisitio [3]. Vtitur et mea opera nonnunquam Archiepiscopus nouus pragensis. Bonam uero temporis partem tribuo Jllustrissimo D. Cardinali Warmiensi quo, ut scripsi, utor familiariter et qui me perbenigne tractat. Crediderim non esse consultum, me hic diutius morari, sed [b] conuenire mihi potius messem Germanicam, ad quam facilius etiam redire licebit, si Cardinalis Augustanus admoneatur, ut suis literis ad Cardinalem Warmiensem datis me postulet restitui Germaniae [4]. Quod ut cito fiat uelim, atque idcirco etiam opus esse puto, ut adsim in tempore nostris, et Oenipontanae scholae. Neque dubito quin D. Salmeron, cum huc uenerit, in eadem sit mecum futurus sententia. Sed libenter haec scribo, ut norit R. T. quomodo sit isthic tractandus Cardinalis

[a] *Quicquid in hac epistula uncis quadratis inclusum cernitur, in ipso archetypo deest.* [b] *In arch. sequitur* relicti, *oblitteratum.*

[1] Notum est, Hugonottos, quamquam eis, ut extra urbes contionarentur, „edicto ianuario" (17. Ianuarii 1562) concessum erat, a. 1562 contra catholicos arma cepisse, sepulcra et ecclesias, maxime in Gallia meridionali, vastasse, in altaria et sacras imagines atque in ipsam sanctissimam Eucharistiam saevisse, multos catholicos in vincula coniecisse, mutilasse, occidisse (*Raynaldus* l. c. in a. 1562, n. 128—181; *Iac. Aug. Thuanus,* Historiarum sui temporis l. 29; *Laur. Surius* O. Carth., Commentarius brevis rerum in orbe gestarum [Coloniae 1586] p. 571—586).

[2] Vide supra p. 391. 443.

[3] Cum concilium in 2. (18.) sessione 26. Februarii 1562 habita constituisset, ut „delecti" a concilii legatis „patres", de „libris, quibus doctrina impura continetur, et longe, lateque diffunditur", et de „censuris in variis provinciis, et praesertim in alma urbe Roma" [a sacra inquisitione Pauli IV. iussu inter a. 1557 et 1559] adversus eos „editis", „quid facto opus esset, diligenter considerarent" et „suo tempore" ad concilium „referrent": 4 archiepiscopi, 9 episcopi, Minorum Observantium et Eremitarum S. Augustini supremi moderatores, abbas quidam benedictinus — ita quidem *Reusch,* Index I, 312—318 — ad id delecti erant; qui, quorum ipsis visum esset, theologorum „minorum" operam adhiberent. Atque in horum patrum numero, et legatis et caesare volentibus, etiam Antonius Brus a Muglitz, ordinis Crucigerorum, archiepiscopus pragensis et caesaris primus ad concilium legatus, referebatur (*Sickel,* Trient p. 271—272); secretarii munus Franciscus Forerius (Foreiro) O. Pr. lusitanus administrabat. Brus Tridento 28. Aprilis 1562 Ferdinando I. caesari scripsit: „Apud me in aedibus meis saepe congregationes fiunt eorum patrum, qui mecum ad indicem Romanum revidendum et moderandum deputati sunt" (*Sickel,* Trient p. 294).

[4] Cardinalis Truchsess compluribus litteris hanc restitutionem ab Hosio postulavit; vide infra, monum. 360. 364. 366.

Augustanus, si ego quidem hoc loco uelut inutilis operarius, Oenipontum abire debeam.

Quod ad D. Couillonium attinet, dubium adhuc manet, sit[ne] hoc loco diu adfuturus nomine principis Bauariae, cum inciderint nonnullae difficultates, quo minus eiusdem Ducis legatio recipiatur a patribus quemadmodum princeps ille cupit[1]. Notus idem P. Couillonius, qui animi corporisque laborat aegritudine saepius quam uelim, et ip[si] expediat[2]: de quo iuuando agam coram cum D. Salmerone, aut po[tius] si illum uidere licebit cum P. praeposito, cuius gratia non grauatim ad tempus, si ita uidebitur, Tridenti manebo. Commendo me ac dictum P. Couillonium R. T., P. Francisci[3], omniumque Patrum ac fratrum sacrificijs et precibus. Jnter Hispanos praecipue nobis fauere u[i]detur Reuerendissimus D. Archiepiscopus Granatensis[4] apud quem heri pransi sumus, et ad quem P. Franciscus non ita nuper literas dedit. Dominus in suam gloriam conatus nostros prosperet. Tridenti 25 Maij 1562. Seruus in Christo P. Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri D. M. Iacobo Laynetz, Societatis Jesu praeposito generali, Romae.

692.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

auctoritate Sancti Francisci Borgiae, vicarii S. J.,

CANISIO.

Roma 30. Maii 1562.

Ex apographo eodem fere tempore a duobus librariis (alter quaedam in margine addidit et „Postscriptum" posuit) scripto; in margine notatum „Trento Padre Canisio", et in margine „Postscripti": „Post data al P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 48^{b}—49^{a}.

Canisii iter tridentinum. Salmeron. Canisius merito quidem Socios, antequam ad docendum mittantur, exerceri vult, sed in novis Sociis petendis nimius est. Roma erga Germaniam liberalissima. Socii in Germaniam nuper profecti. Canisium scholarum oenipontanarum initio adesse omnino oportet. Duo fratres scholastici ex Italia in Germaniam remissi et ex Societate, nisi magis ei satisfaciant, dimittendi. Quomodo Canisius erga P. Victoriam se gerere debeat, Lainius et Natalis statuent.

---

[1] Publicae quaedam ducis litterae eis defuisse videntur; ac Paumgartner, antequam ad concilium diceret, orationis exemplum secretario tradere — id quod ab eo postulabatur — dubitabat; et Bavari ab Helvetiorum et Venetorum oratoribus, ut se priore loco ire sinerent, frustra poscebant (*Knöpfler* l. c. p. 101. *Massarellus* l. c. I, 6).

[2] A. 1556—1558 Cuvillonius lunaticus vel simili morbo afflictus erat (*Can.* Epp. II, 56. 211). [3] Borgiae.

[4] Petrus Guerrero, archiepiscopus granatensis (1546—1576), e praecipuis concilii patribus et „partis hispanicae", residentia ut divini iuris esse pronuntiaretur instantis, fere antesignanus erat.

Jhesus
Molto Reuerendo in christo Padre.
Pax christi etc.

Riceuemmo quella di V. Reuerentia di 8. di Maggio scritta in Eniponte, et dopò l' altre di 17. del medesimo scritte in Trento doue li fu necessario[a] andare per la instantia delli Jllustrissimi Legati: et benche ci persuadiamo che all' arriuar di questa sia gia gia [*sic*] arriuato costa il padre maestro salmeron , et da lui potra V. Reuerentia hauer risolutione et risposta di molte cose non s' è uoluto però mancare di scriuerli di quà .

Jl consiglio che lei dà di far essercitare quì quelli che si destinano per leggere in Alemagna prima di mandarli è molto buono; mà lei doueria essere meno sollecito in domandare ogn' hora nuoui soggetti perche domandando V. Reuerentia con tanta instantia, et non c' essendo di quà lettori in tanta abundantia essercitati è necessario che si mandino nel modo che le habbiamo; et in cio la certifico, che si fa tanto[b] come forse con tutte gl' altre prouincie insieme della Compagnia in tal maniera, che pare quà che non ci sia altra cura che di alleuar gente per allemagna . V. Reuerentia adunque resti sodisfatta poi che si fà di quà etiam più di quel che si potria . Il lunedi passato[1] si partirno di quà il Padre Pietro Coloniense, et maestro Guiglielmo Thodesco[2] lauolta de Eniponto et speriamo che giongeranno là per santo Giouanni[3]. *Repetuntur, quae de utriusque studiis litterariis et*

Jhesus. Valde reverende in Christo pater.

Pax Christi etc. Accepimus reverentiae vestrae litteras 8. Maii Oeniponte datas et postea alteras die 17. eiusdem mensis datas Tridento, quo ipsam ire illustrissimis legatis instantibus necesse fuit; et licet quo tempore hae litterae R. V. tradentur, patrem magistrum Salmeronem istuc iamiam advenisse existimemus atque ipse multas R. V. dubitationes solvere et ad multa respondere possit, noluimus tamen hinc non scribere ad ipsam.

Atque optime quidem ipsa suadet, ut, quos ad scholas in Germania habendas destinaverimus, antequam mittantur, hic exercitandos curemus; at ipsa minus sollicita esse debebat, novos homines in singulas horas petendo; cum enim reverentia vestra tantopere instet petendo neque nos magistris exercitatis tantopere abundemus, tales eos, quales habemus, mittamus necesse est; et hoc R. V. pro certo affirmo, nos tantum ipsius provinciae, quantum fortasse reliquis omnibus Societatis provinciis in unum collectis, praestare, ita ut aliud nobis curae non esse hic videatur, nisi ut homines in Germaniae utilitatem instituamus. Reverentia igitur vestra contenta sit, quia etiam plus quam praestare posse videmur, praestamus. Superiore die lunae[1] hinc pater Petrus Coloniensis et magister Guilielmus Germanus[2] Oenipontem versus profecti sunt; quos ad diem festum sancti Ioannis[3] eo adventuros esse speramus. *Repetuntur [etc., ut supra].*

---

[a] *Sequuntur verba* de dare, *ab ipso libr. oblitterata.*
[b] *Supplendum esse videtur* con la sua prouincia *vel aliquid simile.*

---

[1] 25. Maii. [2] Vide supra p. 445—447.
[3] Ad festum „Nativitatis S. Ioannis Baptistae" (24. Iunii).

indole etc. 24. Maii 1562 scripta erant. Alphonsum Gutieres[1]*, si forte artium magister nondum sit creatus, certe eum esse, qui „maestro et dottore in arti et Theologia" creari possit.*

P. Victoriam Canisii potestati subiectum esse.

Quanto all' andar V. Reuerentia facendo la uisita passato il mese della uenuta à Trento[2] ò più presto dritto ad a Agusta potrà V. Reuerentia seguitar il parer del padre maestro salmeron; quà pero pare che in ogni modo lei si truoui in Eniponto al cominciar delli studij perche la sua presentia si giudica importante per quel tempo iui.

Christoforo lindauer[3] dimostrando molta instabilità et inquiete d' animo si rimando con Dio à casa sua da Roma, doue egli ad ogni modo uolse uenire non obstante, che nel camino hauesse hauuto ordine di fermarsi[a]. questo trauaglio il Rettor di bolognia et il di fiorenza[4]; et arriuato a Roma subito si commincio à turbar , et se ne volse partir in ogni modo , et per che non turbasse al Padre Giorgio[5] et à Christophoro monachiense[6] si mando con Dio à V. R. per che si uedeua poca speranza d' aiutarsi quà per la sua troppo instabilita. Et pare poco atto perla compagnia se Dio non li mutassi . L' altro Nicolao[7] Liuoniense da Bologna fù rimandato indietro :

P. Victoriam [etc., ut supra].

Quod reverentia vestra quaerit, utrum mense postquam Tridentum advenit absoluto[2] ad collegia visenda an potius recta Augustam abire debeat, patris magistri Salmeronis sententiam sequi poterit; hic tamen censent ipsam omnino Oeniponte, cum litterarum studia ibi incohabuntur, esse debere; magni enim referre iudicant, ut eo tempore illic adsit.

Christophorum Lindauer[3], cum animum valde instabilem inquietumque prae se ferret, Deo commendatum domum misimus Roma, quo omnino venire voluerat, quamvis in itinere iussus esset consistere. Atque hic rectores bononiensem et florentinum[4] vexavit; et ubi Romam advenit, statim animo turbari coeptus est et omnino voluit discedere; quem, ne patris Georgii[5] et Christophori Monacensis[6] animos perturbaret, Deo commendatum ad R. V. misimus, cum parva appareret spes fore, ut hic adiuvaretur; nimis enim instabili animo est; quem nisi Deus mutaverit, Societati haud ita aptus esse videtur. Alter, qui erat Nicolaus[7] Livoniensis,

---

[a] *Quae sequuntur, usque ad* se Dio non li mutassi *incl., ab altero libr. in margine addita sunt.*

---

[1] Vide supra p. 405. 435. [2] Cf. supra p. 434. 443.

[3] De hoc Societatis scholastico vide supra p. 418.

[4] P. Franciscum Palmium (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 6, n. 22; l. 7, n. 33; l. 8, n. 54) et (ut ex R. P. *Petro Venturi* S. J., harum rerum peritissimo, accepi) P. Ioannem Xaverium (Xavier).

[5] Rosenhaimer, ut videtur; vide supra p. 390[1]. 401.

[6] „Christophorus Rosetus Monacensis", 11. Maii 1562 Societatem ingressus, 22. Iulii 1562 Romae eius vota nuncupavit, et „nunc docet Dilingae pueros, quibus et germanice concionatur", 21 annos natus: * *Catalogus* collegii S. J. dilingani, ineunte a. 1565 scriptus (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 375[b]).

[7] Schricker; vide supra p. 358. 418.

et se costui non da sodisfatione in Alemagna, si puo mandar à casa sua per che nonsi uede speranza che in Jtalia ò in altra parte egli sarebbe aiutato essendo la sua indispositione tale, che non si reputa facile ad esser guarito. Non dico altro inquesta se non che ci raccomandiamo Tutti molto nelle orationi di V. Reuerentia etc. Di Roma li 30. di Maggio 1562.

Forsa che all' arriuata di questa N. P. Generale sara in Trento, et se fossimo certi della sua arriuata non bisognaria scriuere tale cose come de sopra; ma in dubio hauemo uoluto dir il parer nostro; et sopra le cose che scriue del P. Vitoria, secondo che s' intende per la lettera del Rettor di Praga [1] non accade dir di qua altro; perche pensamo che inanzi che V. R. si parta di Trento N. P. General sara arriuato; il quale dara assetto à tutte le cose necessarie; et anche credemo che il P. Natal dara la volta per germania, et lui prouedera il tuto.

Nota: Canisius rescripsit 8. Iunii 1562.

Bononiae iussus est istuc redire; qui, nisi in Germania vobis satisfecerit, domum remittatur, cum spes non appareat fore, ut vel in Italia vel alibi adiuvetur; ita enim non bene habet, ut eum facile sanari posse non iudicemus. Neque aliud his litteris dico, nisi nos omnes vehementer nos commendare orationibus reverentiae vestrae etc. Roma 30. Maii 1562.

Fortasse cum hae litterae R. V. traduntur, pater noster praepositus generalis Tridenti est; neque nos, si eum advenisse certi essemus, scribere, sicut supra scripsimus, oporteret; sed cum dubitaremus, sententiam dicere voluimus; neque de iis rebus, quas R. V. de P. Victoria scribit, prout ex rectoris pragensis epistula cognoscuntur [1], plura nobis dicenda sunt; nam patrem nostrum praepositum generalem Tridenti, antequam R. V. istinc abeat, adesse censemus; qui, quicquid oportebit, constituet; atque etiam P. Natalem per Germaniam huc reversurum esse existimamus; qui rebus omnibus providebit.

693.

CANISIUS

SANCTO FRANCISCO BORGIAE,

vicario Societatis Iesu.

Tridento 1. Iunii 1562.

Ex apographo recenti, quod ex autographo, in cod. „E. C. I“ f. 311 (n. 110) posito, exscriptum est.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 149.

Adventus P. Salmeronis. Canisius Lainium Tridenti exspectabit; Augustam petere a cardinale iussus, collegia brevi invisere cupit. Sacerdos quidam „irregularis“. Privilegia Societatis. Collegium oenipontanum et novo rectore et aliis Sociis indiget. Collegium ingolstadiense. Capitulum herbipolense contionatorem vehementer expetit.

---

[1] Vide supra p. 429—431.

†

Pax Christi nobiscum Reuerende Pater

Consolatus est nos Dominus aduentu[1] tamdiu exoptato R. P. Alfonsi[2], et consolabitur magis, cum R. Pater et Praepositus noster ex Gallijs turbulentis saluus tandem adfuerit. Hic mihi manendum video, quoad pater idem accesserit: etsi Germanica collegia visitare uellem si liceret, citra omnem cunctationem, ne cogar tardius Augustanam repetere messem, ad quam Cardinalis Augustanus tam mature me nunc reuocat.

Sacerdos quidam Colonia mittitur ad Monachiense collegium, qui anno aetatis 20 sacerdos ordinatus, iam biennium in eo fuit ordine, natus annos 22. Querunt nostri possint ne hunc ad sacrificium admittere citra dispensationem in Vrbe impetrandam . quibusdam videtur admitti posse, cum se uoto adstrinxerit Societati, cuius proinde gaudeat priuilegijs, quae sinunt (ut putant) circa huiusmodi personas dispensare[3]. Doct. Lanoium euocaui, vt Oenipontum ueniat, suppleturus uices Rectoris[4], de quo saepe scripsi quam sit impar huic muneri. Conqueruntur autem Jngolstadienses magno sui collegij incommodo Rectorem abesse. Dominus consulat huic necessitati. Expectamus responsum de mittendis alijs Oenipontum, quos vtinam breui cernamus.

Bononia scribunt, Christophorum Lindawer[5] se male illic gessisse. An Romam cum coeteris venerit, cupio scire.

Herbipolenses Canonici[6] mirum quantopere contendant, vt mittamus vnum illis contionatorem in hac summa necessitate.

Offerunt 1200 daleros iam saepe promissos. Non uideo quid respondeamus.

Oret pro nobis R. T. Dominum, qui nos gratia sua confirmet. Tridenti Kal. Junij 1562.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre M. Giacomo Laynez Preposito generale della compagnia di JESV Jn Roma.

---

[1] 2 Cor. 7, 6. [2] Salmeronis.

[3] Cum illa quoque aetate (sicut nostra) ab ecclesia interdictum esset, ne quis (sine dispensatione) ante vigesimum quintum aetatis annum sacerdotium susciperet, sacerdos ille ex „defectu aetatis“ „irregularis“ erat ideoque sacrificium missae offerre vetabatur; attamen Paulus III. litteris apostolicis Roma 18. Octobris 1549 datis concesserat, ut praepositus generalis atque ipsius permissu praepositi provinciales eorumque vicarii cum in hac tum in plerisque aliis irregularitatibus cum iis, qui in Societate vota emisissent, dispensarent (*Litterae* apostolicae, quibus institutio, confirmatio, et varia Privilegia continentur Societatis Iesu [Antverpiae 1635] p. 47—48).

[4] P. Valentini Voyt.

[5] Vide supra p. 452.

[6] Capitulum cathedrale; vide supra p. 137. 365. 422.

Quid Canisio ad has litteras responsum sit, certo quidem non constat, sed aliqua fortasse ratione colligi potest ex his *Lagomarsinii* verbis: „Die 18.“ Iunii 1562 Tridento „de quodam germano presbytero, qui in irregularitatem, ut ajunt, incurrerat ita ad [S. Carolum] Borromaeum pontificii legati scripserunt: ‚Laonde noi, che gli havemo compassione, e siamo benissimo di lui informati dal Canisio, che ce ne rende buon testimonio, lo raccomandiamo con ogni efficacia per mezzo di vostra illustriss. signoria alla clemenza e pietà di nostro signore [Pio IV.]‘“ (Pogiani Epistolae III, 87[c]). Initio tamen m. Augusti 1562, cum Lainius per Monachium transiret, ille, ut videtur, nondum erat dispensatus; nam *Polancus* in eius collegii * Catalogo eo tempore scripto notavit: „P. henrricus arduinus non celebrauit adhuc, est nouitius, non studuit hic, sed coloniae, rhetoricae“ (Cod. „G. C. 67“ p. 189).

694.

CANISIUS

SOCIO ALICUI IN GERMANIA DEGENTI.

Tridento 4. Iunii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis (2°; 2 pp.), quod exstat Treveris in bibliotheca urbana, Cod. nr. 1237 (603), f. non sign.; quod in medio fere codice positum est.

Epistulam a R. D. Dr. *H. V. Sauerland* in codice modo memorato inventam ex recenti apographo mihi misso primum edidi in „*Römische Quartalschrift* für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte“ 4. Jahrg. (Rom 1890) p. 281—283. Postea autem ipsum mihi licuit codicem treverensem videre.

Tridenti theologi atque episcopi ex multis nationibus congregati sunt et plurimi et doctrina insignes. Multi alii exspectantur. Dei ope res concilii praeter spem prospere succedunt. Sessio XX. admodum pie graviterque celebrata est. Legati principum. Theologi iam de eucharistiae usu disserent. Orandum pro concilio. Ad quod utinam protestantes accedant! Qui certe clementissime habebuntur.

†

— — De synodo Tridentina dicam. Videas in ea Theologos longe doctissimos, quorum conuentum ego frequentiorem nusquam reperiri posse sentio. Neque diuini tantum, sed humani quoque iuris adsunt peritissimi, a principibus et regibus missi. Confluunt hic multarum nationum homines et Oratores cum publica authoritate, ut Germanj, Hungari, Hispani, Lusitani, Galli, Graeci, ut infinitam fere turbam Jtalorum praeteream, Aetate nostra plures doctiores et praestantiores Ecclesiarum praesules, vno eodemque tempore collectos nemo vidit. Ex his Cardinales lectissimi uiri sex[1], Archiepiscopi undecim[a] [?], Episcopi plures 160 in uniuersum[2]. Gallia promittit

[a] *Sic ap.;* septendecim*? V. infra, adn. 2.*

[1] Hercules Gonzaga sive Mantuanus (episcopus mantuanus), Hieronymus Seripandus (ordinis Eremitarum S. Augustini, archiepiscopus salernitanus), Stanislaus Hosius (episcopus varmiensis), Ludovicus Simonetta (episcopus laudensis), Marcus Sitticus ab Altaemps (episcopus constantiensis), concilii legati sive praesides, ac Ludovicus Madrutius, episcopus tridentinus.

[2] De concilii sessione XX. (IV. sub Pio IV.) ipso, quo Canisius haec scribebat, die 4. Iunii 1562 habita in eiusdem Actis massarellianis (quae ab *Bartholomaeo*

quadraginta breui uenturos, Ex Jtalia totidem propemodum expectantur praeter Anglos, qui Gallis promittunt sese adfuturos Tridenti. Breuiter, etsi res initio desperata uideretur, admiranda Dei virtute coacti tot patres, tantoque principum consensu firmata Synodi principia, ut sapientes ingenue fateantur, A domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris[1]. Vidi coram ego ingentes obijci difficultates, sed quas uertit assistens Ecclesiae propugnator Christus in laetos exitus. Non potest mulier foeliciter parere, nisi parturientes[a] [?] angores et gemitus praecedant[2]. Hodie sessio patrum celebrata est, digna spectatu certe, siue pulcherrimas et pijssimas cerimonias, siue orationum grauitatem ac pondera, siue personarum utriusque status maiestatem et ordines[b] [?] consideremus[3]. Praelecta quae Heluetij et Galli per suos Legatos miserant, omnem synodo reuerentiam et obedientiam deferentes, Responsum est utrisque Synodi nomine palam et eleganter[4], Jnstitutus et publicatus ordo, quem posthac

[a] *Sic ap.; sed malim legere:* parturientis. [b] *Sic;* ordinem?

Serigo, episcopo castellanatensi, loco Angeli Massarelli aegrotantis secretarium concilii tunc agente [*Pallavicino* l. c. l. 16, c. 12, n. 9; Summarium *Musotti,* apud *Döllinger,* Berichte II, 16], conscripta esse videntur) haec sunt: Sessioni, praeter cardinales, interfuisse 2 patriarchas, 18 archiepiscopos, 137 episcopos, 2 abbates, 4 „generales ordinum", 11 „oratores principum", 28 „s. theologiae doctores et magistros tam saeculares quam regulares" (ita quidem *Theiner,* Acta II, 2). Fortasse autem complures ex episcopis Tridenti tunc morantibus vel morbo, sicut Massarellus (episcopus telesinus) et cardinalis Mantuanus (Diaria *Pholae* et *Ficleri* apud *Martène* l. c. VIII, 1265 et *Le Plat* l. c. VII², 184. 306), vel aliis rationibus, quominus sessioni interessent, impediebantur. Atque Canisius, cum „Episcopos plures 160 in uniuersum" Tridenti adesse scribit, verbis „in uniuersum" significare videtur, se eo numero omnes episcopali dignitate ornatos comprehendere, sive episcopi tantum essent, sive simul etiam cardinales, oratores principum, metropolitae etc. Quod autem in epistula hac 11, apud Theinerum vero 18 archiepiscopi comparent, nescio utrum, qui Canisii epistulam olim transcripsit, in ea „11" pro „17" perperam legerit, an Theineri librarius (sicut saepius accidisse constat) aliquid peccaverit.

[1] Ps. 117, 23. [2] Cf. Io. 16, 21.

[3] Hoc tantum in ea sessione, in cathedrali ecclesia habita, decretum est, ut, quae vel de reformatione vel de dogmatis statuere visum esset, ea non modo, sed in proxima sessione, 16. Iulii, vel si quo alio die patribus in generali congregatione visum esset, habenda definirentur. Quae autem caerimoniae Tridenti in sessionibus publicis usurpari consueverint, et a Massarello (l. c. I, 3—6) et a Gabriele Paleotto, qui concilio „auditoris rotae" nomine intererat (l. c. II, 533—534) describitur. Et in Actis massarellianis (l. c. II, 1) notatum est, in sessione XX., sacro ab episcopo salmanticensi [Petro Gonzalez de Mendoza, sollemniter] facto, „episcopum Nazianzenum, electum Famagustanum" [Hieronymum Ragazzonum, latine] „concionem satis splendidam habuisse". Quae exstat apud *Le Plat* l. c. I, 431—436.

[4] Melchior Lussi, „amannus" in Subsilvania, septem Helvetiae „cantonum" catholicorum, Ioachim Eichhorn, abbas Eremi Deiparae Matris (Einsiedeln) O. S. B., cleri helvetici nomine, Ludovicus autem de Lanssac cum Arnoldo du Ferrier et Guidone du Faur nomine Caroli IX. Galliae regis in ea sessione comparuerunt. Quorum „mandata" in eadem sessione lecta cum responsionibus synodi nomine ab episcopo castellanatensi recitatis exstant in opere „Sacrosancta Concilia" etc., edd.

Theologi sequantur quotidie[a] disserentes ante et post prandium[1]. Propositum argumentum de usu uenerabilis Eucharistiae sacramenti, et quid statuendum de Communione utriusque spetiei[2]. Bonorum est, Diuinae benignitati summas agere gratias, qua duce tam auspicata Synodi fundamenta iacta sunt, ut antea nunquam. Et optandum uotis ardentibus a Deo, ut hoc praeclarum ac necessarium Ecclesiae institutum prospere succedat, ut et dogmata uerae fidei confirmentur, et nouarum sectarum errores extirpentur, simulque disciplina Ecclesiastica pristino uigori restituatur. Tum pro sectarijs orandus pater misericordiarum[3], ut toties uocati, tamdiu expectati ac serio rogati illi tandem cogitent secum, nullam sibi causam honestam esse, cur defugiant concilium, quod saepe ipsi in comitijs postulauerunt, praesertim cum Synodum nunc liberam habeant, quam sine omni periculo adire, in qua suas ipsi sententias proferre, et legitimos Judices experiri possint[4]. Clementes habebunt sane censores et patientes aures patrum sentient: tantum ad coenam hanc magnam uocati[5], ne sint ingrati et proteruj : Veniant ad lucem[6] et se spectandos praebeant: doctos audiant, qui doctrinae purioris nomine gloriantur : Ferant se iudicari a sapientibus, qui ad iudicium uulgi tam frequenter prouocant. Conferant Euangelium[7] suum cum senioribus qui Paulo gentium Apostolo praestantiores non sunt: ostendant fidem suam esse Catholicam, qui nationes fere omnes Christiani orbis hic reperiunt longo[b] [?] aliter et magno quidem consensu de fide et sacramentis et traditionibus et consuetudinibus Ecclesiasticis docentes atque profitentes . Pax super Jsrahel[8]. — —

Tridenti 4 Junij 1562.

---

[a] *V. in Quart. omissum.*

[b] *Ita quidem ap.; at libr. proximo* magno *inductus esse videtur, ut* longo *pro* longe *poneret.*

Ph. Labbeus et *G. Cossartius*, S. J., XIV (Lutetiae Parisiorum 1672), 1189—1196. 1173—1180, et apud *Le Plat* l. c. V, 116—120. 123—124. 175—176. 182—184. Cf. etiam Diarium *Ficleri* l. c. VII², 306—307 et *Raynaldum* l. c. n. 47. 48.

[1] Theologos „minores" („non praelatos") sive eos dicit, qui a pontifice, principibus, episcopis Tridentum missi vel adducti ius suffragii non habebant, sed ad res, maxime dogmaticas, antequam patribus definiendae proponerentur, excutiendas adhibebantur. Plura de iis notata sunt a *Massarello* et a *Paleotto* (l. c. I, 9—10; II, 532). Ac 4. Iunii 1562, suffragiis de prorogatione illa a patribus latis, „legati", inquit *Paleottus*, „ut cuncti patres intelligerent, non otiose, quod quidam verebantur, hanc temporis prorogationem traducendam, jubent a secretario ea illis edi, quae a theologis minoribus essent quam primum disserenda" (l. c. II, 561).

[2] Vide infra p. 463—464. [3] 2 Cor. 1, 3.

[4] Antonius Brus, archiepiscopus pragensis, Tridento 10. Martii 1562 Ferdinando I. caesari scripsit: „Salvus conductus talis a concilio datur protestantibus, qualem ante decennium ipsi sibi conscripserunt et in hac forma dari voluerunt" (*Sickel*, Trient p. 276).

[5] Luc. 14, 16. Cf. Matth. 22, 1—13. [6] Io. 3, 20. 21.

[7] Gal. 2, 2. [8] Ps. 124, 5.

In extrema parte paginae alterius harum litterarum vel potius huius litterarum partis, manu altera eaque eiusdem temporis scriptum est: „Haec ego noua accepi a P. Canisio postquam obserassem iam litteras. T.[a] R. communicare quoque poterit Coloniensibus et alijs isthic collegijs, ut ansam[b] deprecandi deum maiorem habeant." Canisium autem ad Socium aliquem in Germania degentem (P. Guilielmum Elderen? P. Lambertum Auer? Cf. infra p. 465) hanc epistulam dedisse, cum ex ipsis hisce verbis, tum ex eo colligi potest, quod hic codex olim collegii S. J. treverensis erat. Confer etiam extremam partem epistulae Tridento 14. Septembris 1562 a Polanco ad Canisium datae.

Quae Canisius in his litteris de theologorum Tridenti congregatorum eruditione affirmat, confirmantur *Epistula (nondum quod equidem sciam excusa) a *Iacobo Andreae* (Schmidelino), universitatis tubingensis cancellario lutherano, Tubinga 29. Iunii 1563 ad Hartmannum Beyer, Francofurti ad Moenum protestantium contionatorem agentem, data, qua Andreae amicum rogabat, ut in libro quodam contra decreta tridentina a se composito, qui tunc Francofurti typis exscribebatur, cito quaedam mutaret: „Memini, me alicubi scripsisse, Patres Concilii esse indoctissimos; id omnino delendum erit. Audio enim, eo venisse doctissimos viros" (ex archetypo, quod est Francofurti ad Moenum in bibliotheca urbana).

695.

CANISIUS
SANCTO FRANCISCO BORGIAE,
vicario Societatis Iesu,
EIUSQUE CONSILIARIIS.

Tridento 8. Iunii 1562.

Ex apographo recenti (A), quod ex autographo (inscriptio altera manu posita est), in cod. „E. C. I" f. 313 et sq. non. sign. (n. 111) posito, exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex autographo exscriptum est.

Epistula usi sunt *Michel* l. c. p. 258—259 et *Kröss* l. c. p. 149.

Se brevi Oenipontem ad scholas aperiendas rediturum. Quaerit, utrum deinde collegia invisere an Augustam in suggestum iam desertum redire debeat. Rationes in utramque partem proponit, per omnia oboedire paratus. Veniam petit, quod in Sociis petendis nimius fuerit, et de missis gaudet. De aliquot Sociorum inconstantia. P. Victoriam praeposito provinciali nihil scribere, rectoribus molestiam afferre. Quem Canisius excusat et ad collegia reformanda adhibere paratus est.

†

Pax Christi nobiscum Reuerendi Patres.

Trigesimo die Maij scriptas accepi cum alijs, quas Jllust. Cardinalis Augustanus misit in eandem sententiam nimirum vt hinc cito discedere satagam[1]. Conteli negotium cum R. P. Salmerone[2], qui

[a] *Quart. haud recte:* F. [b] animum *Qu.*

[1] Cf. infra, monum. 360.

[2] Borgias eiusque consiliarii 30. Maii Canisio scripserant, ipsum ea in re Salmeronis sententiam sequi posse; vide supra p. 452.

cuperet quidem hic expectari a me R. Patris et Praepositi nostri [1] aduentum, sed quoniam is nimium differri videtur, permittit mihi discessum ad 14^m^ Junij, et indicat [a] [?] mihi manendum esse ad tempus Oeniponti, partim vt nouae scholae principijs quae solenniter inchoabuntur, coram adsim et praesim: partim vt ibidem expectem responsum dicti R. Patris Generalis, velitne is visitationem collegiorum hoc tempore a me suscipi, non expectato R. P. Natale, an potius postulet me huc redire, et mecum [b] [?] coram de prouintiae rebus agere [2]. Ego igitur ad praescriptum huius mensis diem abibo, et Oeniponti expectabo certius aliquid Christo annuente. Vnde illud consequi uideo, quod Cardinalis Augustanus minime vellet, vt Augustanis tardius restituar, qui meum reditum eo expectant ardentius, quod aegritudine impeditus ille, qui meo loco contionari debebat [2], vacantem quodammodo cathedram reliquerit [c]. Quicquid autem visum erit maioribus, ego libens amplectar. Si visitatio instituenda, non [d] ante mensem Augustum redire licebit Augustam, nisi properando uelim praecipua dumtaxat curare Viennae et Pragae, ubi iamdiu meum expectant aduentum fratres ob varias quidem et graues causas. Quod si propter Augustanos uel alijs de causis non uideretur suscipienda nunc uisitatio, maior erit metuenda difficultas, renitentibus uidelicet Augustanis, cum sentient accedente D. Natale, mihi cum eo esse ad collegia iterum proficiscendum. Haec longius explico, vt RR. VV. maiorem habeant occasionem de re tota deliberandi et scribendi Tridentum. Domini voluntas fiat [3].

Ignoscant mihi RR. PP. VV. quod hactenus egerim in petendis fratribus importune, ac in erigendo Oenipontano collegio sollicite nimium. Pro hac temeritate flagellum uexatori debebatur: sed charitas uestra vicit stultitiam nostram, et beneficium ingens confert immerentibus, dum gratos et quasi necessarios ad talem messem operarios mittit M. Petrum [4] Coloniensem, de quo paulatim an in gubernandis alijs valeat experiemur, et M. Guilhelmum Germanum, qui P. Ramiri locum suppleat. Js enim literis ad P. Vicarium [5] datis se nimis imbecillum in vtroque homine esse declarat, a profitendi autem munere liberari vult, et parum spei relinquit nobis, quod vtilis erit Societati, cum in hac aetate circa vocationem suam fluctuet periculose.

Qua de re idem P. Vicarius cum P. generale coram agere statuit. Orandus nobis Dominus, vt confirmet gressus nostros et omnium fratrum in via pacis [6].

---

[a] *Sic A;* iudicat? [b] *Sic A; sed malim legere* secum.
[c] reliquirit *autogr.* [d] *A C. ipso correctum ex* uix.

---

[1] Lainii. [2] Michaël Dornvogel, episcopus suffraganeus; v. supra p. 423.
[3] Act. 21, 14. Matth. 6, 10. [4] Haupt.
[5] Salmeronem. De Ramiro vide supra p. 398. 404—406. 416.
[6] Luc. 1, 79.

De Nicolao[1] venturo nihil nobis promittimus. Conseruet illum quoque Christus, vbicunque demum versatur.

Alter Nicolaus[2] Liuonus et Christophorus Lindawer cum ad nos redierint, non facile admittentur, cum de vtroque spes nobis exigua supersit, praestetque tales homines sibi relinquere, quam in illis corrigendis frustra laborare[3].

De P. Victoria non pergam esse molestus: sat ego de illo scriptum puto . Credo RR. VV. non displicere, vt permittam eum suo iudicio in rebus gerendis, et si ad me nihil scribat, quod sciat se R. P. Generali immediate subiectum esse. Puto illum bonae fidei et talis esse prudentiae, vt uelit et possit collegijs tribus sibi concreditis[4] recte consulere, tametsi consilia sua mecum non communicet. Atque in hac libertate putarim illum relinqui posse ad P. Natalis aduentum usque: nisi forte R. P. Praepositus cum huc venerit, illum euocabit et coram audiet, sicuti suadere videtur P. Salmeron. Posset forte idem P. Victoria uisitando collegia tria simul annotare, quae maiore egent reformatione, si ego putarer ad Visitationem non posse mitti ob diuturnam ab Augustanis absentiam. Sed expecto RR. VV. sententiam.

Quae Coloniam et Moguntiam mittebantur, ad fratres destinantur.

Adiunxi literas Rectoris[a] Viennensis[5], ut rectius RR. VV. et illi consulant et mihi, nimirum ut cessent istae difficultates ex parte P. Victoriae, qui suis consilijs perplexos Rectores Viennae et Pragae[6] facit, seque excusat cum iuuare posset: mecum uero nihil communicat. Video non frustra meum exoptari aduentum, quem longius prorogare nescio quantopere expediat collegijs. Tamen domini voluntatem in nobis cupio perfici.

Commendo me reuerenter sacrificijs et precibus RR. VV.

Det nobis dominus gratiae suae incrementum. Tridenti 8 Junij . 1562 . Quae proxime scribentur ad me, huc mitti poterunt, ut Oenipontum[b] aut Pragam ilico perferantur. Si aliud non incidet, circa principium Julij possem Oeniponto Pragam proficisci

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre . M. Giacomo Laynez preposito generale della compagnia di Jesv In Roma.

Canisio rescriptum est Roma 20. Iunii 1562.

---

[a] *Sequitur* Pragensis, *a C. ipso oblitteratum.*
[b] *2 vv. sqq. a C. in marg. addita sunt.*

---

[1] Servatio. [2] Schricker. [3] Cf. supra p. 452—453.
[4] Collegiorum vindobonensis, pragensis, tyrnaviensis bona reditusque administrabat. [5] P. Pauli Hoffaei.
[6] P. Henricus Blissemius rector erat pragensis.

696.

CANISIUS
SANCTO FRANCISCO BORGIAE,
vicario Societatis Iesu,
EIUSQUE CONSILIARIIS.

Tridento 18. Iunii 1562.

Ex apographo recenti (A), quod ex autographo, in cod. „E. C. I" f. 312 et sq. non sign. (n. 112) posito, exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex autographo transcriptum, postea cum eodem collatum est.

Epistulae partem posuerunt (italice) *Boero*, Canisio p. 249 et Salmerone p. 91, ac (gallice) *Michel* l. c. p. 263. Eadem epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 194, et *Kröss* l. c. p. 149.

Gaudet de Sociis collegio oenipontano missis. Cuius fama per caesarem late spargitur magnique fructus exspectantur. Duo Societatis iuvenes non comparent; alter merito dimissus est. Salmeron theologorum primus Tridenti cum laude dixit. Concilii in Societatem benevolentia. Canisius, Sociorum precibus adiutus, et ipse dicendo placuit. Eius iter oenipontanum. Lainii adventus. Hosii humanitas.

†

Pax Christi nobiscum Reuerendi Patres.

Discesserunt hinc charissimi fratres M. Petrus Coloniensis [1] et comes M. Guilhelmus [2], quos nunc Oenipontum peruenisse putamus. Erunt illi columnae scholae nouae, quos nisi habuissemus, ualde laboraremus, cum uehementer aeger sit animo iuxta et corpore M. Ramirus, et nusquam compareat promissus ille Nicolaus [3], qui ad Jndos abire cupiebat. Ne pigeat quaeso hos misisse . magnum nobis fructum in Domino pollicetur hoc collegium, quod Caesaris autoritate longe lateque publicatum [4], non uulgarem expectationem de se concitauit, et magna in Domino cum alijs, tum nobis commoda pollicetur.

Alter Nicolaus [5] Liuoniensis quem Dominus custodiat, ad nos redire non cogitat, nescio vbi subsistens in Jtalia, non sani capitis homo. Christophorus Lindawer nunc [a] [?] repetit sua, quae pauca reliquit Monachij. Benedictus Deus, qui nos liberat his ineptis et malae frugis hominibus.

R. P. Alfonsus primum habuit et omnium iudicio meretur locum inter Theologos . attulit societati magnum honorem [6]. benedictus Do-

[a] *Ita quidem, ut videtur, A;* tamen *B.*

[1] Haupt. [2] Germanus. [3] Servatius.

[4] Id factum est litteris publicis iisque ad omnes Tirolenses 12. Maii 1562 datis et in foliis singularibus excusis; vide infra, monum. 329. [5] Schricker.

[6] Theologi „minores" quinque illos „articulos de usu Eucharistiae" ipsis propositos 10. Iunii excutere coeperunt. Ac „primus Salmeron, unus ex societate Jesuitarum, religione doctrinaque insignis" (ita *Gabriel Paleottus* in Diario l. c. II, 562) de quattuor primis articulis dixit. Cuius sermonem („votum perpulchrum et ele-

minus, qui inter hos tantos uiros lucem vult apparere in societate, nec dubito, quin R. P. Generalis aduentu suo magis confirmabit Concilij erga nostros beneuolentiam. Jussus sum et ego dicere [1]. successum alij commendant. Dominus adfuit mihi per societatis communia suffragia. ipsi omnis gloria. Nunc me totum instruo ad iter expectaturus Oeniponti R. P. Generalem, nec licuit antea discedere. Sic uoluit R. P. Vicarius [2]. Sed quoniam R. P. Generalis breui adfuturus est vt audimus, Augustae ac Oeniponti, decretum est, vt illi eam obuiam, ac Oeniponti excipiam patres [3] tamdiu desideratos. Quare 20 mensis huius iter ingrediar, quod absolui poterit quatriduo, si Dominus adfuerit. Agemus tum coram de certo Rectore collegij, et de M. Ramiro forsan alio transferendo. Doc. Lanoius nunc Oeniponto scripsit. Sequar autem [a] iudicium R. Patris praepositi [b] siue ad visitationem me iubeat progredi, siue Augustam uelit me statim regredi, ut postulat Cardinalis Augusta[nus.] Cupio me semper Domino commendari sacrificijs et precib. RR. VV. Multum debeo sane Jllustriss. Domino Cardinali Warmiensi, qui summa semper humanitate erga me et P. Doctorem Salmeronem vti non desinit . ut pro illo Dominum iure precemur. Tridenti 18 Junij 1562. Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre M. Giacomo Laynez Preposito generale della compagnia di Jesv Jn Roma.

697.

CANISIUS [?]

SOCIO CUIDAM IN GERMANIA DEGENTI.

Tridento sub 19. Iunii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis (2°; 2 pp.), quod exstat Treveris in bibliotheca urbana, Cod. nr. 1237 (603), f. non sign., quod in medio fere codice, ante folium supra p. 455 memoratum, positum est.

Epistulam a R. D. Dr. *H. V. Sauerland* in eo codice inventam ex recenti apographo mihi misso primum edidi in *„Römische Quartalschrift"* etc. (vide supra p. 455) l. c. p. 283—285. Postea autem ipsum codicem vidi.

Tridenti, motibus quibusdam sedatis, iam plurimi variarum nationum theologi de „communione utriusque speciei" cotidie coram cardinalibus, episcopis, oratoribus libere, docte, copiose, modeste disputant. Quos audivisse protestantibus utilissimum esset. Salmeron magna cum laude dixit. Dolendum, ex Germania tam paucos ad concilium adire.

---

[a] aut *A.* [b] *A C. ipso correctum ex* praepositus.

---

gans" viri „in sacra theologia undequaque circumspecti" a *Phola* [*Le Plat* l. c. VII [2], 187] vocatur), quantum quidem in Actis massarellianis notatus vel adumbratus est, posuit *Raynaldus* l. c. in a. 1562 n. 50—51, et ex eo *Le Plat* l. c. V, 272—276; breviorem quandam summam proposuit *Pallavicinus* l. c. l. 17, c. 6, n. 2—4.

[1] Canisius de iisdem „articulis" in theologorum minorum congregatione 15. Iunii post meridiem habita dixit. De quo sermone vide infra, monum. 367—370.

[2] Salmeron. [3] Lainium et Polancum.

†

Quoniam de successu Tridentinae Synodi nosse cupis, haec pauca nunc accipe. Conquieuerunt motus, quorum iacta semina metuebantur ob quorundam praesertim Legatorum dissensiones [1]. Ventum est ad Theologorum disputationes [a] publicas, quae quotidie in corona frequentissima et commodissimo loco [2] sunt institutae, Mane post solenne sacrum celebratum, ab hora decima [3] usque ad .13. aut etiam longius tres Theologi, raro autem .4. audiuntur, praesentibus cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis et principum legatis, nec ab illis audiendis quisquam excluditur. A prandio reditur ad .19. horam ac tribus ut minimum horis tres alij aut quatuor aliquid in medium afferunt. Plures Theologos quam .100. adesse intelligo, et hos e diuersis nationibus ac prouincijs cum authoritate missos, uel qui hoc loco adhaerent episcopis et magnatibus, Argumentum tractant de communione sub utraque specie, quod in articulos .5. [4] distributum est, ut ordine dicant de singulis, neque nimium euagentur. Sic habent autem articuli.

.1. An ex Dei praecepto, ad salutem necessario, omnes et singuli Christi fideles utramque speciem suscipere teneantur sanctissimae Eucharistiae Sacramenti [b].

---

[a] discussiones *Quart.* [b] Sacramentum *ap.*

---

[1] Ex concilii tridentini historia notum est, eo tempore de „praecedentia", quam dicebant, de praesidum concilii potestate patrumque libertate, de „residentiae" episcoporum praecepto divino sollemniter definiendo, de concilii aut nova indictione aut „continuatione" perspicue facienda inter Galliae, Hispaniae, Bavariae, Venetiarum etc. oratores, episcopos hispanos et italos, atque, imprimis propter residentiam, etiam inter ipsos concilii legatos, Mantuanum maxime et Simonettam, varias exstitisse dissensiones; vide supra p. 448. 450[1] et *Pallavicinum* l. c. l. 16, c. 2—12.

[2] In ecclesia S. Mariae Maioris (S. Maria maggiore), ut testatur *Massarellus* in prooemio Actorum concilii (l. c. I, 9). [3] Vide infra, monum. 367.

[4] Hi articuli iisdem verbis propositi sunt in Actis *Massarelli* apud *Theiner* (Acta II, 7) et in Actis *Paleotti* (Acta Concilii Tridentini a G. C. Paleotto descripta ed. *I. Mendham* [Londini 1842] p. 142—143; cf. *Theiner* l. c. p. 561) et in Annalibus *Raynaldi* (l. c. n. 49) atque (ex Raynaldo) in Monumentis *Judoci Le Plat* (V, 202) et in *Steph. Baluzii* Miscellaneis a *J. D. Mansi* auctis IV (Lucae 1764), 351; nisi quod apud Raynaldum in art. 1 ponitur „necessarium, vt", in 3. „Christiana charitate", in 5. „perueniant", et in 2. et 3. verba aliquot, salvis omnino rebus, paulo aliter disposita sunt (ut „Ecclesia Catholica" pro „catholica ecclesia"), ac post 5. articulum haec sunt: „Dicant Theologi, quae tanquam vera, siue Catholica recipienda: quae tanquam falsa, siue haeretica reijcienda." Quae verba etiam *Paleottus* (*Mendham* l. c. p. 143. *Theiner* l. c. II, 561) et *Mansi* (l. c.) addiderunt; atque hic perperam in art. 2 „ratione", in 3. „charitatis" posuit, et in eodem 3. „illae" omisit; Mendham autem in art. 1 „Sanctissimi" (id quod mihi non displicet), in art. 2 „cuique" posuit. Iidem articuli italice versi exstant apud *Pallavicinum* l. c. l. 17, c. 1, n. 1. His igitur Canisii litteris confirmatur, quod aliqua ratione ipse etiam *P. Fr. Le Courayer* (Histoire du Concile de Trente etc. II [A Amsterdam 1751], 328[83] significavit: *Paulum Sarpium* in Historia Concilii Tridentini (l. 6; in editione latina Gorinchemi a. 1658 facta p. 464) perperam 6 pro 5 articulis posuisse, neque, quem ipse secundo loco posuit, articulum theologis propositum esse.

2. An rationes, quibus sancta catholica ecclesia adducta fuit, ut communicaret Laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub una tantum panis specie, ita sint retinendae, ut nulla ratione calicis usus cuiquam[a] sit permittendus.

.3. An si honestis, et christianae charitati consentaneis rationibus concedendus alicuj uel nationi, uel regno, calicis usus uideatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, et quae nam sint illae.

.4. An minus aliquid sumat, qui sub una tantum specie hoc Sacramento utitur, quam qui sub utraque.

.5. An diuino iure necessarium sit paruulis, antequam ad annos discretionis peruenerint, altissimum hoc porrigere Sacramentum.

De his articulis modo dixere suasque sententias exposuere Theologi 40. Primus datus est locus Doctori Alphonso Salmeroni Societatis Jesu Theologo, quem summa cum uoluptate nec minore quidem admiratione audiuit coetus ornatissimus[1]. Quoties optamus adesse tandem hic aduersarios, ut et quae[b] nesciunt in Sacris. discerent, et quae didicerunt rectius intelligerent, et quae docent prudentius considerarent, et quae chatolicis [*sic*] obijciunt, non tanti facerent. Sed eos uiderent et audirent Theologos, quorum acumen, iudicium, linguas, peritiam, Spiritum, charitatem et sinceritatem, non possent ipsi non suspicere, quos suis etiam Germanicis Theologis prestare haud dubie faterentur, si uellent aequi tantum [esse] censores[2]. At ne putes suam cuiquam libertatem deesse in dicenda sententia, Posteriores qui dicunt, priorum uerba et rationum pondera diligenter expendunt, immo[c] et palam reprehendunt, Sed modeste tamen, ut ueritatis indagandae magis quam aemulationis consectandae studium appareat. Doctissimi doctissimos saepe uincunt, et licet in eodem argumento uersentur omnes, tamen multa subinde noua et ab alijs pretermissa, uix ab ullis cogitata in medium adferuntur. Magnum et singulare hoc Dei munus est profecto, tam selectos et peritos ex orbe christiano uiros huc confluxisse, qui tanto animorum consensu Christianam doctrinam nobis profiteantur, illustrent, uindicent. Hoc unum deesse uideo, quod ad magnam coenam uocati[3] plerique malunt quiduis obtendere, et ingrati uideri hospites, quam coram se recreare cum fratribus, et appositis frui ferculis, quae Dominus praeparauit. Vocati, rogati, expectati sedes paratas et uacuas nolunt implere: communi gaudio fraudant domesticos[4]. Oremus Dominum, ut domum suam impleat, et quia parata sunt omnia, intrare compellat[5], Amen, Tridenti mense Junio 1562.

[a] *Hoc v. deest in Q.* [b] *In Q. 6 vv. sqq. omissa sunt.* [c] inno *ap.*

[1] Cf. supra p. 458, et infra, monum. 367. [2] Cf. supra p. 458.
[3] Luc. 14, 16. [4] Cf. Luc. 14, 18—21. Matth. 22, 3—10.
[5] Luc. 14, 17. 23.

Litteris quidem hisce, a quo, ad quem, quo die datae essent, in apographo antiquo adnotatum non est. Eas autem inter dies 18. et 20. Iunii datas esse ex eo deduci potest, quod earum auctor de 5 illis „articulis“ ad usum sacrae eucharistiae spectantibus iam 40 theologos dixisse scribit; horum enim theologorum numerus 18. Iunii ad 39, 19. Iunii mane ad 42, vesperi ad 45 auctus erat (Acta *Massarelli* apud *Theiner*, Acta II, 7—38). Atque quod in altera apographi veteris, quod olim Sociorum treverensium erat (cf. supra p. 458), pagina proxime post verba „Noua de Concilio: 1562“, manu secunda scripta, manu tertia eaque P. *Lamberti Auer* S. J., collegii moguntini rectoris, notatum est: „Mittatur postea Treuerim si placet, Nos commoditatem hic non habemus, et salutentur Moguntinensium[a] nomine omnes“ [1]: id ostendere videtur, litteras has ad Socios vel Socium in Germania degentem (P. Lambertum Auer? P. Guilielmum Elderen?) datas esse a Socio Tridenti morante. Ubi eo tempore tres erant Socii: Salmeron, Cuvillonius (cf. supra p. 450. 454), Canisius; de Salmerone autem litterarum auctor in tertia persona, ut dicimus, et maxima cum laude scribit; ac Cuvillonius, si scripsisset, certe non solius Salmeronis, sed etiam Canisii, praepositi sui provincialis, qui 15. Iulii in eo coetu orationem a multis commendatam habuerat, mentionem fecisset; superest igitur Canisius ipse. Quem etiam 4. Iunii 1562 de concilii rebus Tridento ad Socium aliquem Germanum litteras dedisse constat. Quae quidem litterae cum hac epistula et in dicendi genere et in concilii prospero successu extollendo et in eo conveniunt, quod protestantes vehementer ad concilium quasi invitantur et in eos venire nolentes evangelica illa de cena magna parabola accommodatur. Si quis autem dixerit, Socium de Salmerone ad Socium scribentem Salmeronem non „Societatis Iesu Theologum“, sed „Societatis nostrae Theologum“ vocaturum vel etiam tria illa verba prorsus omissurum fuisse, responderim, verba illa aut a librario ita conformata vel inserta, aut a Canisio ipso ita posita fuisse ea de causa, quod litteras hasce vel potius relationem (ipsis litteris fortasse in folio separato additam) non solis cum Sociis, sed per hos etiam cum externis, ut principibus, consiliariis, theologis, communicari conveniebat, ut et ipsi ad iter tridentinum suscipiendum excitarentur, et Societas iis commendaretur. Certe Hosius iam 10. Februarii 1562 Canisium monuerat, ut Germanos et ipse et per Socios colonienses, moguntinos, alios Tridentum invitaret (supra p. 376).

698.

P. FRANCISCUS PETRARCHA S. J.

auctoritate S. Francisci Borgiae et consultorum eius

CANISIO.

Roma 20. Iunii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Jspruch Padre Canisio.“ Cod. „Germ. 1561“ f. 50[b]—51[a].

Canisio Oeniponte manendum, donec ibidem vel cum Lainio vel cum Natale de collegiis invisendis etc. agere possit. Rectori vindobonensi animus afferendus. Controversiae inter ipsum et Victoriam.

Riceuemmo quella di V. Reuerentia di 8 del presente scritta in trento; et quanto all' andare ad Augusta ó ueramente fare prima la

---

Reverentiae vestrae litteras die 8. huius mensis Tridento datas accepimus; et quod ipsa quaerit, utrum Augustam sibi eundum an primum collegia invisenda sint,

---

[a] salutate Maguntinensium *Q*.

[1] Auer apographum hoc recta misisse videtur ad Socios colonienses.

uisita, pare á questi Padri, che lei si douerebbe fermare in Eniponto, per che pensiamo che presto giongera nostro Padre Generale ó il Padre Natale col quale V. Reuerentia potrebbe consultare sopra, cio, et tratare delle altre cose che gli occoreno : Et in questo mezo la sua presentia sara vtile in questi prencipij al collegio Enipontano .

De P. Ramiro ad patrem praepositum generalem Tridentum, cum eo venerit, scribemus.

A Rettor di Viena[1] la Reuerentia V. gli dia bono animo, et gli dica che atenda, à fare lo officio suo alegramente, et che alla uenuta del Padre Generale, ò Padre Natale che sara presto si spienerano le dificulta ocorse tra lui, et il Padre Vittoria[2]. Di qua non mi resta altro che dire senon che c' riccomandiamo molto etc . di Roma li 20 di Giugno[a] 1562.

---

hi patres censent, ipsam Oeniponte manere debere; brevi enim istuc adventurum esse existimamus vel patrem nostrum praepositum generalem vel patrem Natalem; quocum reverentia vestra et istud conferre et de reliquis rebus sibi occurrentibus agere poterit; atque interea R. V. praesentia istis collegii oenipontani principiis utilis esse poterit.

De P. Ramiro [etc., ut supra].

Rectori vindobonensi[1] reverentia vestra animum afferat et dicat, curandum ipsi esse, ut laete officio fungatur, et fore, ut, cum vel pater praepositus generalis vel pater Natalis advenerint — advenient autem brevi — controversiae inter ipsum et patrem Victoriam exortae componantur[2]. Neque aliud hic est, quod dicam, nisi nos magnopere nos commendare etc. Roma 20. Iunii 1562.

699.

CANISIUS ET P. NICOLAUS LANOIUS S. J.

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

collegiorum vindobonensis, pragensis, tyrnaviensis superintendenti.

Oeniponte sub initium m. Iulii 1562.

Ex litterarum *Ferdinandi* caesaris apographo, eodem tempore scripto, quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, Cod. „Von der Kay: Mt: de Anno 1561—1564" f. 440a—441a.

A Victoria petunt, ut collegio oenipontano victus amplificationem a caesare impetret.

Ferdinandus I. caesar Praga 15. Iulii 1562 haec, praeter alia (quae vide infra, monum. 333), Oenipontem ad Austriae superioris „regimen" de Canisio (23. Iunii, ut videtur, Tridento Oenipontem advecto) et Lanoio (collegii ingolstadiensis rectore) novo illi Societatis col-

---

[a] Guigo *ap.*

---

[1] P. Paulo Hoffaeo. [2] Vide supra p. 460.

legio Oeniponte constituendo instruendoque operam navantibus scribit: „Daneben wellen wir Euch genediger mainung nit pergen, das vnns ainer aus der Jhesuiten gesellschafft Johannes Victoria genannt. so der Schuel (.die wir alhie aufgericht vnd erhebt haben.) [Superintendent ist,][a] *gehorsamist antzaigt, wie Jme ermelter Canisius vnd D. Lanoyus der vnnderhaltung halben auch zuegeschriben vnd gebeten vns zubewegen, damit wir Jnen zu notwenndiger Jrer vnnderhaltung, ain Pesserung thuen vnd raichen lassen wolten, mit verrerm vermelden, das Sy sich seinem erachten nach . mit 200 ffl. vnnd zwayen vassen mit wein, als zu ainer Pesserung benüegen lassen, vnd zufriden sein wurden." Se igitur haec concedere et regimini mandare, ut ita cum Sociis illis ea de re agant.*

Communiterne an seorsim Canisius et Lanoius Victoriae scripserint, non constat.

700.

IOANNES IACOBUS KHUEN DE BELASY,

archiepiscopus salisburgensis et romani imperii princeps [1],

CANISIO.

Salisburgo 15. Iulii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis, quod exstat Monachii in bibliotheca regia Cod. lat. 715[a] (f. 20[a]), sic inscripto: „Ioannis Baptistae Fikleri . . . epistolae, quas *[sic]* partim pro . . . Principib. partim pro alijs magnis et mediocribus Viris . . exaratae sunt."

Particulam posuit *Riess* l. c. p. 335 [1]; qui tamen haud recte asserit, epistulam 15. Iulii 1572 datam esse.

Se Sociorum (quorum mores doctrinamque laudat) collegia condere statuisse in eaque re Canisii consiliis iuvari cupere.

Certis permoti rationibus, eiuscemodi virorum collegia [condere statuimus][b], quorum doctrina et exemplo communitas hominum apud Nos in Catholicae fidei praeceptis instrui et Christianis moribus informari possit . At cum ordinis tui consortes , qui societatis Jesu dicuntur, ad huiusmodi munia tum propter mores compositos, tum etiam eruditionem a viris bonis idoneos iudicari uidemus[c] [?]. Petimus, ut in negotio tam pio quam necessario promouendo, tuam nobis impendas operam, et (. cum harum rerum sis peritus.) qua uia et modo

[a] *Haec vel similia a libr. omissa esse videntur.*
[b] *Haec vel similia a librario omissa esse res ipsa ostendit.*
[c] *Sic; sed videtur legendum* uideamus.

[1] Archiepiscopus hic, catholicae religionis studiosus et Alberti V., Bavariae ducis, amicus intimus, 26. Novembris 1560 electus, 4. Maii 1586 e vita cessit. De rebus ab eo gestis scripserunt *Ios., Franc., Paul. Mezger,* O. S. B., Historia Salisburgensis (Salisburgi 1692) p. 602—631, et *Marc. Hansizius* S. J., Germaniae Sacrae Tomus II (Augustae Vindelicorum 1729), p. 623—636.

ad Christianae religionis publicam utilitatem, talia ordinis tui collegia sint apud nos instauranda, in communi consulere uelis [1]. Mandauimus equidem idem tecum agi per Oratores nostros, quos haud ita pridem Tridentum ad sacra comitia ablegauimus [2], sed quia [te] eo loco Oenipontum, ad nos scilicet propius te contulisse, animaduertimus, fieri noluimus quin etiam per literas nostras hoc abs te postulatum foret: In quo quanto nobis poteris gratificari prius, tanto accidet gratius. Atqui si uicissim tuis dabitur commodare studijs, tibi praesto erimus et animo et fauore.

Saltzburgo die 15 mensis Julij, anno 1562.

Librarius apographo inscripsit: „Ad Petrum Canisium Iesuitam Ecclesiasten Augustanum." Ex codicis autem titulo et maxime ex iis, quae ibidem in margine f. 8ª notata sunt, intellegitur, litteras hasce mandatu archiepiscopi scriptas esse a viro, cuius in hoc opere saepe mentio recurret: Ioanne Baptista Ficlero (Fickler), homine iuris, litterarum, antiquitatum peritissimo. Qui, a. 1533 ex Backnang, oppido wurttembergensi, ortus et sub a. 1551, cum Ingolstadii litteris operam daret, Canisio cognitus (ut equidem conicio), cum archiepiscopi salisburgensis secretarium et consiliarium ac postea cancellarium egisset, inde ab a. 1589 Maximiliani I., Bavariae ducis et imperii electoris, magister primum et morum moderator, deinde consiliarius aulicus († 1610) fuit (Allgemeine Deutsche *Biographie* VI, 775—777; *Pet. Phil. Wolf*, Geschichte Maximilians I. und seiner Zeit I [München 1807], 88—92; *Friedr. Schmidt*, Geschichte der Erziehung der bayerischen Wittelsbacher [Berlin 1892] p. LV—LVII. 252—257. 349—356 etc.).

Ceterum Ioannes Iacobus idem, quod m. Iulio 1562 per has litteras, paulo ante per legatum petierat. Nam *Michael Cameracensis* S. J. in *Litteris quadrimestribus collegii monacensis, Monachio 1. Maii 1562 datis: „Archiepiscopus", inquit, „salisburgensis de Societatis collegio condendo per metropolitani capituli decanum Monachii cum Sociis egit" (ex exemplo archetypo. Cod. „G. Ep. III" f. 79ª). Atque epistula quidem, qua Canisius archiepiscopo respondit, perisse videtur. *Lainius* autem *litteris Tridento 18. Decembris 1562 datis novam dignitatem ei gratulatus haec addidit: „Per che in particolare ho inteso dal D. Canisio la intentione che haueua V. S. Jllustrissima defare nella sua città un collegio de nostri, ho comesso al D. Vittoria, etiam per questa causa andassi à far riuerentia aquella, accio potessi ragionar V. C. con lui piu diffusamente del suo disegno; et lui riferirmelo perche come ho detto inquelche potremo non mancaremo de adoperarci in seruicio et satisfattione de V. S. Jllustrissima et delli subditi suoi à gloria d' Jddio N. S." (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 108ª). Ac *Polancus* Tridento 7. Ianuarii 1563 ad Socios in Indiis versantes scribit: „Otrotanto [i. e. no se ha podido hasta aora embiar gente] digo de un collegio que se ha acceptado en Straubinga . . . y de otro de Vratislauia . . . y otro en Salizburgo, que haze el arcionispo, porque se han acceptado las fundationes, pero no seha aun embiado gente" (ex commentario a Polanco ipso correcto; verba „y otro en Saliz-

[1] Albertus V. m. Martio 1562 episcopis ecclesiasticae provinciae salisburgensis Salisburgi congregatis per oratores suos, ac maxime (ut videtur) per Staphylum, „collegia Jesuitarum" commendaverat (*Knöpfler* l. c. p. 86).

[2] Ioannes Iacobus Martinum Herculem Röttinger (Retinger), episcopum lavantinum, et Felicianum Ninguardam a Morbinio, O. Pr., consiliarium suum, procuratores et oratores ad concilium miserat iisque Ioannem Baptistam Ficlerum adiunxerat secretarium; qui 6. Maii Tridentum advenerant (*Le Plat* l. c. V, 171—174; VII², 296. 297).

burgo" et 4 sequentia Polanci manu in margine ascripta sunt. Cod. „V. P. 62" f. 120[b]). Neque tamen umquam, quod equidem sciam, Salisburgum Societatis collegium habuit.

701.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Oeniponte 31. Iulii 1562.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit (2°; 2 pp.; in p. 4. inscr. et pars sig.). Cod. goth. „E. H. 2" f. 42—43.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 237—238. Particulam posuit *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III, 80[k], partem maiorem (germanice) *Kröss* l. c. p. 154. Epistula usus est *Sickel*, Trient p. 357.

Lainium exspectat. Qui Günzburgi visus est. Protestantium saxonum dissidia. Zasius caesaris consiliarius. Quid proxime definitum? Ex aula caesaris ea scribuntur, quibus et concilii et pontificis auctoritas labefactatur. Quare contra privatos quorundam affectus advigilandum. Caesaris in concilio oratores et pontificis apud caesarem nuntius monendi. Desertores modis omnibus pro calice pugnant.

Pax[a] Christi nobiscum Reuerendissime et

Jllustrissime Domine.

Quod etiamnum haeream Oeniponti, eadem quae ante fuit, causa est, cum ex Maiorum authoritate discedere mihi non liceat, nisi expectato primum aduentu Patris ac Praepositi nostri[1], Scribit autem ad me D. Zasius[2], illum haud procul ab Augusta conspectum esse, ut idcirco diu quidem a nobis abfuturus non uideatur[3]. Quid autem de me ille statuet expecto, ut istuc de meo discessu mox queam perscribere. Misit autem D. Zasius nonnulla de rebus Saxonicis, quemadmodum uidebit Celsitudo tua, sed parum de Religionis negotio, nisi quod aduersus Caluinianos Lutherani conspirare uidentur, qui Baby-

[a] *Hoc v. et 6 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

[1] Lainii; vide supra p. 462.

[2] Doctor Ioannes Udalricus Zasius (de quo *Can.* Epp. II, 19[8]) 1554—1562 Ferdinandi I. regis et caesaris consiliarius erat Günzburgi (Günzburg), quod oppidum suebicum (nunc Bavariae regi subiectum) tunc ad Austriam anticam („Vorderösterreich") pertinebat (*W. Goetz*, Die bayerische Politik im ersten Jahrzehnt der Regierung Herzog Albrechts V. von Baiern [München 1896] p. 98—101). Postea aulae caesareae vicecancellarius creatus est († 1570).

[3] *Polancus*, Lainii comes, in particula quadam *Itinerarii germanici: „En Vlma", inquit, „se dixo missa, y se entendio que los magistrados no se fatigarian tanto dela vtraque species, quanto delas rentas vsurpadas . hablose algo con vn hoste catholico de disponer alli por vn collegio. Fue el dia de Santiago [i. e. 25. Iulii] . 2 de alli a tres leguas en ginspurg se hablo con el Zasio y nos hizo caricias, son catholicos alli" (ex autographo. Cod. „G. C. 67" p. 190).

lonicam confusionem[1] uellent quidem, sed aegre possunt in sua secta profligare atque excludere. Cupit quoque Zasius a me commendari Celsitud. tuae, seque excusatum haberi postulat, quod iam diu, nescio quibus negotijs implicitus, nihil isthuc miserit literarum. Petit praeterea uehementer, ut Concilij successum literis ad ipsum datis explicem. Ego uero in hunc diem usque nihil accipere aut uidere potui, quod in proxima Sessione promulgatum fuit, expectoque admodum, ut quid Patres de Communione sacra decreuerint et ipse uidere, et cum amicis communicare possim[2]. Varij de Synodo rumores: Sed me quidem nonnihil perturbat, ex Aula Caesaris et per eius Secretarium[3] huc ea perscribi, et Senatoribus proponi, quae Synodi authoritatem labefactare, et aduersariorum peruicatiam confirmare uidentur. Vidi aliud quoque scriptum ex eadem aula profectum, ubi Pontifex et Pontificij magna licentia perstringuntur, ueluti suam Concilio libertatem ademerent[4]. Iam uero cum Senatores istj non sint mundi omnes[5],

---

[1] Cf. Gen. 11, 4—9.

[2] Concilium in sessione XXI. (V. sub Pio IV.) 16. Iulii 1562 habita haec potissimum de sacra communione pronuntiaverat: Nequaquam vel ex Dei praecepto vel ex necessitate salutis omnes fideles utramque speciem sumere debere; ecclesiam iustis rationibus adductam esse, ut laicis atque etiam clericis missae sacrificium non offerentibus panis tantum speciem praeberet; totum Christum sub panis specie sumi; parvulis, rationis usu carentibus, sacram communionem necessariam non esse. Quod autem quaesitum esset, num calix nulli unquam concedendus esset, et num, si honestis de causis alicui vel nationi vel regno concedendus visus esset, aliquibus cum condicionibus id fieri deberet, et quaenam illae essent: haec synodum „in aliud tempus, oblata sibi quamprimum occasione, examinanda, atque definienda“ sibi „reservare“. Additum est copiosum „decretum de reformatione“, quod ad sacros ordines conferendos, officia divina, beneficia ecclesiastica, parochos eorumque adiutores et vicarios, „visitationem“ episcopalem etc. spectat.

[3] Marcum Sinkhmoser?

[4] Quae in scriptis illis proposita sint, conicere licet ex duabus *Ferdinandi caesaris* epistulis Praga 16. Iulii 1562 Romam et Tridentum ad oratores suos datis; in quarum una caesar Prosperum ab Arcu Pio IV. exponere iubet: „Non obscuros ad nos sermones perlatos esse, . . cudi isthic in urbe Roma canones qui postea patribus ad concilium approbandi et publicandi mittantur, patres in ferendis suffragiis non posse frui solita et debita concilii libertate, quin immo eos qui de reformatione deque aliis eiuscemodi rebus dictante conscientia liberius loquantur, graviter ad Sanctitatem S. deferri ac in eius odium et indignationem adduci; hinc autem fieri quod . . multi . . rideant et detestentur talem procedendi modum . dicentes quotiescunque in concilio aliquid sit decernendum, id fieri non posse nisi prius spiritu sancto ex Urbe per dispositos equos evocato.“ Et in altera: Ex litteris vestris intelleximus in concilio „pleraque negocia ordine tam sinistro geri, ut nihil isthic nisi magnis quibusdam practicis effici possit“ (*Sickel,* Trient p. 356. 358). Atque ipse etiam *Franciscus de Corduba* O. Min. Conv., Mariae Bohemiae reginae confessarius, Lentia 22. Maii 1562 Philippo II. scripserat: „Una de las principales cosas, que ha de tener el concilio, es libertad . Y porque esta falta, dicen los hereges que no vienen a concilio“ (*I. v. Döllinger,* Beiträge zur politischen, kirchlichen und Cultur-Geschichte der sechs letzten Jahrhunderte I [Regensburg 1862], 426). At illam, quae concilia decet, libertatem non defuisse, ipsae, quas posuimus et ponemus, Canisii aliorumque epistulae ostendunt.

[5] Io. 13, 10. 11.

cumque per aliorum etiam principum aulas eiusmodi scripta spargantur, ut equidem non dubito, satis intelligit Celsitudo tua, quid quantumque periculi et praeiuditij hinc redeat ad Ecclesiam et causam comunem Religionis. Mihi sane hic aduigilandum uidetur, ut Sathanae artibus et fraudibus eamus obuiam: neque sinamus Christi et Ecclesiae negotio, quantum in nobis est, priuatis quorundam affectibus falsisque testimonijs praeiudicari. Conducet fortasse nonnihil, si Caesaris Legati ex Concilio prudenter scribant, ut eos quidem facere confido: si praeterea Pontificis Max. [Le]gatus qui Caesari adhaeret modo [1], tempestiue moneatur, ut [scribae] [a] ac Secretarij Caesaris minus sibi permittant in rebus nouis [comme]morandis, praesertim ubi Pontificis et Patrum in Concilio [autho]ritas labefactatur. Dabit mihi ueniam Celsitudo tua, quod curiosius de re aliena uidear agere, et adeo libere perscribam de consilijs meis in re fortasse non adeo necessaria. Sed h[oc] studium libenter tribuo Ecclesiae Dei, quam a multis oppugnarj, et a paucis promoueri atque defendj non possum equidem non dolere. De Caesare mihi persuadeo, quod inique ferret, si audiret uel legeret tam leuiter atque contemptim de Concilio iudicari. Sed aliorum os ex abundantia cordis loquitur [2]: bene loqui ac testari non possunt de Patribus filij desertores [3], qui modis omnibus pro calice pugnant. Adiunxi non omnia, sed partem scripti, quod huc allatum esse dicebam, ut rectius de re tota iudicet Amplitudo tua [b], cui me quidem reuerenter commendo. Dominus Iesus Concilium hoc pro sua bonitate conseruet ac tueatur ab insidijs et artibus malis omnium, qui magis quae sua sunt quam quae Christi spectant et amant [4]. Oeniponti pridie Kalendarum Augusti . M D. LXII [c].

Seruus in Christo P. Canisius.

Reseratae sunt per errorem literae M. Henricj Antuerpiensis, sed eas nullus inspexit.

Reuerendissimo in Christo Patri et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio, Cardinali et Episcopo Varmiensi, S. Synodi [Tr]identinae Praesidi, Patrono ampliss. Tridenti.

Inscriptioni epistulae manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „redd. 2 Augustj 1562, resp. ɪɪɪȷ Augusti."

Quod Canisius scribit, se cum hac epistula „M. Henricj Antuerpiensis" litteras mittere, notandum, exstare litteras autographas „Antuerpiae 14 Janua." ad Lainium datas ab „*Henrico ziberto dunghen* primario Canonico antuerpiensi" (ita ipse nomen subscripsit), quibus manu altera eaque, ut videtur, eiusdem fere temporis adnotatum est: „1562 Anuers . Maestro Anrico Canonico d' Anuersa et Penitentiario di Santo

---

[a] *Hoc quidem supplevit Cypr.;* consiliarii? [b] tuo *archet.*
[c] *Cypr. om. vv. sqq.*

---

[1] Zacharias Delphinus. [2] Matth. 12, 34. Luc. 6, 45.
[3] Is. 30, 1. [4] Cf. 1 Cor. 13, 5; Phil. 2, 21.

Pietro 14. di Gennaio" (Cod. „G. Ep. III" f. 125. 126). Atque *Hosius* ipse in „Confessionis" suae praefatione, quam „Operibus" suis Antverpiae a. 1566 editis inseruit: „Pro sua erga Deum pietate et erga nos amore corrigendi libri curam non gravatim nostra causa suscepit, vir venerabilis Henricus Zibertus Dunghen, S. Theol. Doctor Canonicus Antverpensis et Poenitentiarius Apostolicus" (*Hosii* Epistolae II, 1005).

Ex hac epistula atque etiam ex proximis duabus facile liquet, *Pallavicinum* lapsum esse, cum Lainium 23. Iulii Tridentum advenisse scriberet (l. c. l. 18, c. 2, n. 5). Ac licet *Boero* (Lainez p. 250) Lainium 14. Augusti vesperi eo venisse asserat, eum 13. Augusti advenisse omnino videtur dicendum esse; hunc enim diem et ipse *Lainius* in litteris Tridento 17. Augusti 1562 ad S. Carolum Borromaeum datis, et *Polancus* in epistulis Tridento 17. et 20. Augusti ad provinciales Lombardiae et Siciliae praepositos missis posuerunt (ex harum litterarum apographis eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 62" f. 2[b]. 3[b]). Eundem diem *Sacchinus* posuit (Hist. S. J. II, l. 6, n. 74).

Notatu digna sunt etiam prima huius epistulae verba; ex quibus patet, a *Boero* (Can. p. 251) haud recte affirmatum esse, Canisium Oeniponte usque ad m. Augustum a. 1562 retentum esse caesaris litteris, quibus is Canisium usque ad adventum suum ibi iussisset remanere; velle enim se gravia quaedam eum eo conferre. Anno certe 1563 ineunte Canisium caesaris litteras, quibus Augusta Oenipontem evocabatur, accepisse, infra monstrabitur; anno vero 1562 Ferdinandus I. Oeniponte non fuit. Boero autem in errorem, partim saltem, inductus esse videtur per Agricolam; qui, ubi de rebus Oeniponte sub haec tempora a Canisio gestis agit (l. c. I. Dec. 3, n. 75—83), et annos et facta mire inter se confundit; de qua re infra dicetur.

702.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Oeniponte 1. Augusti 1562.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. goth. „E. II. 2" f. 45. 46.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 239—240.

Fore opinatur, ut decretum de sacra communione a concilio proxime promulgatum reformetur. Abusus missae, quia Hosius ita postulat, adnotabit. Adulescens quidam. Nova de concilio petit.

Pax[a] Christi nobiscum Reuerendissime et Jllustrissime in Christo Domine.

Cum hactenus Oeniponti uerser, nec ignota quidem causa est, minus ad scribendum se obtulit mihi quam Augustae fieri solet. Malim enim tacere, quam occupatissimum Praesulem otiose interpellare. Ac proxime quidem de D. Zasio scripsi, et quid ad me ille miserit. Nunc audio reformari Decretum, quod proxime promulgatum fuit[1]. fortasse quod argumentum illud Patres uelint explicatius reddere pro huius quidem aetatis ratione, cuius morbis periti medici pru-

[a] *Hoc v. et 8 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

[1] De sacra communione; vide quae sub ipsas has litteras dicentur.

denter se norunt accommodare. Opto uehementer ad me mitti, quod S. Synodus hac de re constituerit. Quod autem a me postulat Amplitudo tua, ut abusus Missae annotatos mittam, etsi difficile hoc mihi sit praestitu, et antehac quidem non ita necessarium existimauerim, tamen obsequar tali Patrono, cui debeo longe maiora [1]. Et quoniam Serenissimi Regis Poloniae [2] apud Neapolitanos Orator [3] nondum intelligit quod de illius Nepote restituendo constitueramus, curabo sane, ut re ipsa sentiat, nos fidem non fefellisse. De rebus Concilij nihil fere ad me scribitur: Dauos [4] componat [a] [?] Dominus, et magno zelo confirmet illorum animos, qui cum Celsitudine tua ex animo bene uolunt Ecclesiae Dei. Oeniponti Kalend. Augusti Anno M. D LXII [b].

Seruus in Christo P. Canisius .

Reuerendissimo in Christo Patri, et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio Cardinali et Episcopo Varmiensi, S. Synodi Tridentinae Praesidi, Patrono amplissimo . Tridenti.

Inscriptioni manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „redd. 3 Augusti 1562, resp. 4 Augusti 1562."

Epistulae huius scribendae praecipuam causam Canisio praebuisse videtur falsus ille rumor, quo decretum de sacra communione paulo ante in sessione XXI. factum ferebatur reformatum iri. Quem rumorem ex eo ortum esse dixeris, quod, auctoribus Salmerone et Turriano, theologis pontificiis, legati decreto illi ipso sessionis initio aliqua patribus addenda proposuerant; de qua re cum varias patrum esse sententias cognovissent, silentium indixerunt affirmantes, si quid amplius visum esset pronuntiandum, postea, ubi de missae sacrificio ageretur, proponi posse (*Paleottus* l. c. II, 571; *Musottus* l. c. p. 20; Acta concilii, scripta a *Petro Gonzalez de Mendoza,* episcopo salmanticensi, apud *Döllinger,* Berichte II, 78; *Pallavicino* l. c. l. 17, c. 11, n. 17. 18).

703.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Oeniponte 3. Augusti 1562.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. goth. „E. H. 2" f. 47. 48.

---

[a] *Sic; compescat?* [b] *Cypr. om. vv. sqq.*

---

[1] In congregatione generali 20. Iulii habita 2 archiepiscopi et 5 episcopi delecti erant, qui abusus de sacrificio missae occurrentes colligerent (*Massarelli* Acta apud *Theiner* l. c. II, 59. *Paleotti* Acta l. c. II, 589. *Musottus* l. c. p. 22).

[2] Sigismundi Augusti.

[3] Albertus Kryski (cf. *Turba* l. c. III, 19)? Georgius Ticinius? Cuius nepotem Georgium Kuklinowski a. 1561 collegio S. J. vindobonensi in disciplinam traditum esse ex *Cromeri* litteris supra p. 396 memoratis cognoscitur.

[4] „Davus" in antiqua comoedia nomen eius est, qui typus hominis adolescentis, nasuti, frivoli, correctionis impatientis inducitur. „Davos sum, non Oedipus": *Terentius,* Andria v. 194.

Epistulam ex archetypo primus edidit *Cyprianus* l. c. p. 240—241. Particulam posuit *Lagomarsinius,* Pogiani Epistolae III, 80[k].

Scriptum de abusibus missae mittit. Brevi Augustam redibit. Lainii iter germanicum et adventus ad concilium.

Pax[a] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

De abusibus Missae scripsi aliquid, sed ut parum fecisse mihi uidear in hoc amplo argumento, quod uoluit tamen Celsitudo tua a me quoque tractari. Quale quale illud scriptum est, boni queso consulatur. Doctissimi Theologi quorum ingens est isthic conuentus, meliora conscribent proculdubio, si admoneantur. Ego defugere non uolui munus, quod summus Patronus iniunxit imbecillo.

Breui Augustam rediturus uideor. Nam cum esset Augustae Praepositus noster, hoc impetratum audio, ut cito cathedrae restituerer. Aderit ille hoc loco, si Dominus faueat, intra quatriduum. Tridentum ueniet, ni fallor, ante 13 diem Augusti[1]. Res multas et praeclaras in itinere ab illo esse confectas breui cognoscemus.

Reuerenter me commendo cum Jllustrissimis Cardinalibus omnibus, tum Amplitudini tuae, utpote Patrono de me optime merito. Dominus in suam gloriam nostros uertat conatus, et S. Synodo successum optatum tribuat. Oeniponti .3 Augusti, Anno . 1562[b].

Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendissimo in Christo Patri et Jllustrissimo Domino D. Stanislao Hosio Cardinali et Episcopo Varmiensi, Sacrae Synodi Tridentinae Praesidi, Patrono amplissimo. Tridenti.

Inscriptioni manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „Redd. 8 Augusti 1562. Resp. XI Augusti 1562."

Scriptum de abusibus missae, quod Canisius cum his litteris ad Hosium misit, in codice gothano non exstat. Atque in codice quidem „Scripta B. P. Canisii X. B." (cf. *Can.* Epp. I, 692), in quo Canisius per multos annos, incipiendo ab a. 1550 vel etiam prius, materias theologicas in usus academicos, homileticos, alios partim ipse scripsit, partim per alios scribendas curavit, *Indiculus quidam exstat (f. 41), manu ignota (P. Ioannis Dyrsii? P. Sigismundi Ilsung?) scriptus et sic inscriptus: „Abusus circa Missam corrigendi secundum sanctiones antiquas." At nescio, num hic indiculus idem sit atque is, quem Hosio Canisius misit; in codice enim modo memorato indiculus ille partem constituere videtur commentarii de sacris caerimoniis scripti (f. 39[b]—42[b]), qui certe Hosio missus non est. Indiculi capita pono:

„Primum ne Missae ab indoctis et mysteriorum eius ignaris celebrentur.
Secundo ne desint adiutores sacrificantib:
Tertio ne desint astantes in Missa.
Quarto ne astent et ministrent ad altare faeminae, ut fit praesertim in ruralib: ecclesijs.

[a] *Hoc v. et 5 sqq. a Cypr. omissa sunt.* [b] *Cypr. om. vv. sqq.*

„Arguta meretrice potes Davoque Chremeta
Eludente senem comis garrire libellos:"
Horatius, Satirarum l. 1, sat. 10, v. 40. 41.

[1] Die 13. Augusti Tridentum venit; vide supra p. 472.

Quinto ne Laici astent prope altare.

Sexto ne Missae celebrentur in oratorijs priuatis praesertim in summis festiuitatib:

Septimo ne populus ante finem Missae discedat praesertim Dominico die." [1]

Singulis capitibus unum plurave veterum synodorum vel pontificum decreta ascripta sunt.

Inter monumenta tridentina ab Ludovico Beccadelli, archiepiscopo ragusano, qui concilio tunc intererat, collecta repertus est commentarius satis copiosus atque sic inscriptus: „Abusus circa Sacrificium Missae ab Reverendissimo Wormiensi [*lege:* Warmiensi] notati, ac Concilio exhibiti"; qui typis exscripti sunt in „Monumenti di varia Letteratura tratti dai Manoscritti di Monsignor *Lodovico Beccadelli*" T. II (Vol. 3) [In Bologna 1804], 253—258. Quos „abusus" eosdem esse puto (neque enim alteros cum alteris conferre per tempus licuit) atque „Abusus circa Missam a Cardinali Varmiensi notatos in Concilio", qui manu eiusdem temporis transcripti exstant Tridenti in bibliotheca urbana, Cod. 118. Certe dubitari non potest, quin Hosius ad commentarium de abusibus componendum etiam Canisii scriptum adhibuerit.

704.

CANISIUS

P. LEONARDO KESSEL S. J.,

rectori collegii coloniensis.

Augusta Vindelicorum 17. Augusti 1562.

Ex codice colon. „Kess." in a. 1562 f. 15b.

— — Ad Synodum breui accedent 40 Episcopi Gallici. — —

Kessel hanc particulam sua manu exscriptam suo epistularum codici (de quo *Can.* Epp. II, xlix—l) in a. 1562 inseruit et sic inscripsit: „Canisius 17 augusti." Hunc autem vel ipso hoc die vel paulo ante Oeniponte Augustam venisse ex superioribus litteris (supra p. 474) intellegitur.

705.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

CANISIO CETERISQUE SOCIETATIS PRAEPOSITIS PROVINCIALIBUS.

Tridento 30. Augusti 1562.

Ex apographo eiusdem fere temporis; in margine eadem manu notatum est: „Comun per li Prouinciali . Al padre Canisio." Cod. „V. P. 62" f. 8b.

Epistula usus est *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 6, n. 80—82.

Res concilii: PP. Salmeron et Cuvillonius inter theologos minores de sacrificio missae cum laude dixerunt. Lainius Sociorum precationibus adiutus, inter episcopos de sacrificio in ultima cena a Christo oblato copiose docteque disseruit. Honores a concilio ei delati. In ecclesia cathedrali coram frequentissima corona contionatus est. Lainius et Salmeron ad consilia secretiora adhibiti. De laicorum calice in utramque partem disputatur; exitus incertus; aliqui rem ad concilium pertinere negant.

Circa le cose del Concilio, quando arriuo qùi N. Padre haueuano detto tutti li Dottori, et cominciato anche li prelati a dire de sacrificio missae; et si haueuano portato molto bene il padre maestro Salmeron et anche il Padre D. Couillon [1] il che hauemo potuto intendere del buon odore [2], che qùi trouamo . Giouedi passato disse N. Padre fra li Prelati [3], et il suo uoto solo fu ascoltato, quella mattina , per piu de due hore et meza: et quantunque soleuano dire in una congregatione molti , non li lasciorno dir mercordi sera per esser tardo, uolendo sentirlo molto adaggio, et cosi disse la matina del Giouedi, et c' era tanta spettattione et desiderio d' udirlo, che cominciando esso a ragionare nel suo loco [4], li legati per tenerlo più

Quod ad res concilii attinet, quo tempore pater noster huc advenit, iam de sacrificio missae et doctores dixerant omnes et praelati dicere coeperant; et pater magister Salmeron atque etiam pater D. Cuvillonius valde bene se gesserant [1]; id quod ex bono odore [2], cui hic occurrimus, intelleximus. Superiore autem die Iovis pater noster inter praelatos dixit [3]; neque aliud quam ipsius suffragium eo mane auditum est idque per plus quam duas horas et dimidiam, et quamquam multi dicere solebant in singulis congregationibus, vespere diei Mercurii eum dicere non siverunt, quia sera iam dies erat atque ipsi valde sedate eum audire volebant; itaque mane diei Iovis dixit; cuius audiendi tanta erat exspectatio desideriumque, ut, cum loco suo disserere coepisset [4], legati eum, quo propiorem sibi haberent, prope

[1] „Articulos" 13 de sacrificio missae 19. Iulii 1562 propositos theologi minores ab 21. Iulii ad 4. Augusti excusserunt. „Doctrina" autem et canones de eodem sacrificio 6. Augusti patribus traditi sunt, qui 11. Augusti de iis disputare coeperunt (*Le Plat* V, 390—391; VII [2], 324—330. *Massarelli* Acta l. c. II, 58—76). Ac Salmeron primus inter omnes theologos 21. Iulii coram legatis, oratoribus caesareis, 187 praelatis, theologis fere 100, „auditorum nobilium" plus 2000 „per duas horas continuas" „docte et pie", ut *Massarellus* affirmat (l. c. p. 61), „disseruit"; quamquam haec eius prolixitas et legatis, qui theologos minores summum dimidiam horam dicere iusserant (*Le Plat* l. c. V, 395), et summo pontifici displicuit (*Musotti*, Diarium apud *Döllinger*, Beiträge II, 22. *Pallavicinus* l. c. l. 17, c. 13, n. 10. 11); Salmeronis sermonem posuerunt *Massarellus* l. c. II, 60—61 et *Raynaldus* l. c. in a. 1562, n. 90. Cuvillonium, qui 28. Iulii dixit (*Massarellus* l. c. II, 67—68. *Beccadelli* l. c. III, 30) multa miracula narrasse et legatos, qua potissimum ratione haereticorum „argumenta" in disputationem admittere deberent, satis inepte edocere voluisse *Sarpius* affirmat (l. c. l. 6, p. 497—498); quem secutus est *S. Sugenheim*, Baierns Kirchen- und Volks-Zustände im sechszehnten Jahrhundert (Giessen 1842) p. 287—288; sed si quis sermonis summam a *Massarello* conscriptam (l. c. II, 67 ad 68) legerit, eum ab illis turpiter depravatum esse, cum *Fr. Wimmer* asseret („Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte" VII [München 1846], 68 ad 70. 91—96). [2] Cf. 2 Cor. 2, 15.

[3] Lainius in congregatione generali 27. Augusti 1562 habita Christum in ultima cena se vero obtulisse sacrificio ostendit; in qua quaestione „quadruplicem" exstitisse patrum sententiam mireque singulos „fatigatos" esse *Paleottus* refert (Acta l. c. II, 573—577). Sermonis brevem summam posuit *Massarellus* in Actis concilii (apud *Theiner* l. c. II, 95—96, et ex eo apud *Grisar* l. c. II, 212—214. Cf. *Pallavicinum* l. c. l. 18, c. 1, n. 10; c. 2, n. 1—12).

[4] Lainius 21. Augusti 1562 in congregatione generali primum „admissus est"; „cui . . . datus est locus post omnes alios generales religionum mendicantium, e

apresso lo fecero sedere apresso di loro, mà perche molti Vescoui si moueuano delli suoi loghi per capirlo meglio; finalmente l' han fatto portar lì un pergolo, accio fossi da tutti meglio udito. Fù molto grande et molto uniuersale la satisfattione che resto all' auditorio frequentissimo di Prelati della dottrina tanto fundata, et chiara et del spirito etc. che se hauessi anchora stato assai più longo tempo pare non se sariano stracati d' udirlo: si leuorno delle menti di molti le difficulta et confusioni che le uarie opinioni udite generauano. Non manco nessuno delli sei Cardinali[1], ne so d' alcun altro Vescouo di quelli che qùi stanno, che fossi absente: et quantunque la aspettatione fossi grande, à quello che ho inteso l' ha superata col fatto. Jo credo che le orationi della Compagnia l' hanno specialmente aiutato apreso Jddio. Et il medesimo dico della predica, che hoggi[2] ha fatta nel Domo presenti tutti li Cardinali, et grandissimo numero di Vescoui et altre persone, perche si ben l' ha toccati nel uiuo in molti ponti di gran importanza per il bon procedere del Concilio, hà pùr notabilmente sodisfatto perquanto insino adesso de diuerse bande ho potuto intendere; et pare si desidera faccia questo del predicare spesse uolte.

Jn alcune cose d' importantia, delle quali fu consultato il concilio per trattarle però secretamente, fù anche eletto N. Padre frà pochi et etiam il padre Salmerone[3]. Gia si tratta della dottrina, et

---

se sedere iuberent; sed quia multi episcopi, quo melius eum intellegerent, locis suis abscedebant, tandem ei, ut ab omnibus melius audiretur, pulpitum eo portandum curaverunt. Dixit autem cum plurimorum, qui eum audiebant, praelatorum satisfactione valde magna valdeque communi, quod doctrinam protulisset tam solidis rationibus firmatam tamque claram atque tanta cum pietate dixisset etc.; quare, etiamsi multo diutius dixisset, nulla, ut videtur, eius audiendi satietas eos cepisset. Atque ex multorum animis difficultates et confusiones, quas variae opiniones ab ipsis auditae genuerant, sublatae sunt. Neque quisquam ex sex illis cardinalibus[1] aberat, neque quemquam alium ex episcopis, qui hic morantur, abfuisse cognovi. Et quamvis magna hominum exspectatio fuisset, ipsum eam superasse audivi. Atque ego Societatis precationibus eum apud Deum singulariter adiutum esse existimo. Et de contione, quam hodie[2] in ecclesia cathedrali coram cardinalibus omnibus et maximo episcoporum aliorumque hominum numero habuit, idem dico; etsi enim in multis rebus, ex quibus prosper concilii successus magnopere pendet, ad vivum eos tetigit, haud mediocriter tamen, quod quidem usque adhuc ex diversis audiverim, iis satisfecit; et optare videntur, ut munus illud contionandi saepe obeat.

Pater noster pro aliquibus magni momenti rebus, de quibus concilium interrogatum est, ut eae secreto tractarentur, cum paucis electus est; electus est etiam pater Salmeron[3]. Iam de doctrina et canonibus in sexta sessione proponendis agitur,

---

regione tamen eorum, ita ut cum eis de loco competere non videatur": *Massarellus* in Actis Concilii (l. c. II, 87). De qua re plura infra.

[1] Quinque praesides (vide supra p. 455[1]) et Ludovicum Madrutium, episcopum tridentinum, dicit. [2] 30. Augusti; vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[3] Lainium et Salmeronem ad „Indicem" reformandum adhibitos esse infra videbimus; qui fortasse etiam alteri alicui „deputationi" vel congregationi „particulari",

canoni che si hanno à proponere nella sesta sessione, et in questa parte si fà etiam quelche più si può [1]. S' è proposto di nuouo quello che restaua della materia de communione sub utraque specie à instantia della Maestà Cesarea, cio è il quinto et sexto Articulo [2]; et molti prelati uanno alla parte negatiua, molti alla afirmatiua insino adesso; non sò qual conclusion faranno per essere insino à mò la disonantia di suffragij grande . Dio N. S. si degni assistere alli suoi accio si risolua, quello che sara meglio per il suo seruicio : benche alcuni tengono non sia questa materia propria di Concilio , essendo che pende del fatto; poiche si tratta si sia spediente ad alcuna natione etc . Quando ce sara altro auisaro la Reuerentia V. et quella fara participe li nostri di sua Prouincia di quel cheli parera.

---

atque in hac quoque parte, quantum praestari potest, praestatur [1]. Caesarea maiestate instante, quod ex rebus ad communionem sub utraque specie pertinentibus supererat, denuo propositum est, articuli dico quintus et sextus [2]. Et usque adhuc multi praelati negandum, multi affirmandum esse censent, neque, quid tandem constituturi sint, scio, cum usque adhuc suffragia magnopere inter se discrepent. Deus et dominus noster suis adesse dignetur, ut id, quo eius gloria magis amplificabitur, statuatur; quamquam aliqui hoc argumentum non esse concilii proprium asserunt, cum ex facto pendeat; quaeritur enim, num nationi alicui expediat etc. Cum aliquid aliud acciderit, reverentiam vestram certiorem faciam; quae cum nostris, qui de ipsius provincia sunt, quae ipsi visa erunt, communicabit.

Nota: Dies quidem his litteris ascriptus non est; sed eas inter 28. Augusti et 2. Septembris datas esse ex iis, quae de Lainii sermone referuntur, constat. Ac Polancus „hodie" Lainium in ecclesia cathedrali coram omnibus cardinalibus plurimisque episcopis dixisse scribit; cum autem diebus 29. et 31. Augusti et 1. et 2. Septembris et mane et vesperi, diebus 28. et 30. Augusti vesperi tantum congregationes generales habitas esse ex Massarelli et Ficleri Actis (*Theiner* l. c. II, 96—107; *Le Plat* l. c. VII², 334—335) constet, Lainius 30. Septembris, quae dies dominica erat, in ecclesia cathedrali contionatus esse omnino videtur; si enim 28. Augusti, quae S. Augustino ecclesiae doctori sacra erat, dixisset, Polancus non „superiore die Iovis", sed „heri" eum in generali congregatione dixisse scriberet; neque quaestionem de calice concedendo iterum propositam usque ad id tempus a

---

quales nonnumquam ad „conficienda" decreta aliaque negotia curanda institutas esse *Massarellus* (l. c. I, 10. 11) narrat, additi sunt. *Polancus* Tridento 6. Septembris 1562 ad collegii patavini rectorem de Lainio scripsit: „L' hanno etiam adoperato li legati nel far la dottrina che uscira nella 6ª Session" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 10ᵇ). Cf. etiam infra, adnot. subsequentem.

[1] „Doctrina et canones de sacrificio missae reformati iuxta censuras patrum" 5. Septembris iisdem propositi sunt; qui exstant apud *Massarellum* l. c. II, 116—118.

[2] Diebus 22. et 27. Augusti concilii patribus propositi erant hi duo articuli vel potius eorum loco alii duo, quibus quaerebatur, num toti Germaniae, Bohemiae, Hungariae certis cum condicionibus calix concedendus et num eorum locorum episcopis facultas tribuenda esset ecclesiarum „curatis" haec „committendi"; articuli exstant apud *Massarellum* l. c. II, 88. 96; cf. etiam *Le Plat* l. c. V, 455—456. Patres 28. Augusti de iis disputare coeperunt; et, ut *Petrus Gonzalez de Mendoza,* episcopus salmanticensis, notat, „hubo tan grande variedad y differencia en los votos, que apenas se hallaban dos que digesen una misma cosa" (*Döllinger,* Beiträge II, 82). Similiter, moderatius tamen, *Drascovitius* (apud *Sickel,* Trient p. 374).

multis patribus negatam, a multis affirmatam esse scripsisset; ea enim disputatio 28. Augusti post meridiem instaurata erat neque plures quam 12 eo die sententiam dixerant (*Fickler* l. c. p. 334). Nec probabile Lainium, parum firmae valetudinis hominem, cum 27. Augusti plus $2^1/_2$ horas disseruisset, proximo die in aede maxima contionatum esse. In codice harum litterarum exemplum medium inter epistulae 2. et litterarum 3. Septembris datarum apographa eadem manu scripta comparet.

Quod autem librarius, postquam has litteras ad omnes Societatis praepositos provinciales missas esse adnotavit, Canisium nominatim ascripsit, ideo factum esse videtur, quod Polancus 31. Augusti alteram epistulam ei, eique soli, misit; cui merito hae litterae adiunctae sunt; nullius certe alius praepositi provincialis tantum, quantum Canisii, intererat de concilii rebus certiorem fieri.

Notanda sunt etiam extrema huius epistulae verba; quae eam familiarem et domesticam esse ostendunt; ac Polancus non tam historiam concilii scribere, sed Sociis praecipuorum patrum praepositorumque suorum praeclara exempla proponere volebat, quibus et solacio afficerentur et ad labores pro ecclesia alacriter subeundos incitarentur; id quod etiam de sequentibus Polanci epistulis dictum esto.

Tridenti in ecclesia S. Mariae maioris, in qua hae theologorum patrumque congregationes habitae sunt, postea tabula, in qua amplissimus hic pictus est consessus, collocata est, eaque hodie quoque, quod equidem sciam, ibidem exstat; in qua Lainius apparet e pulpito disserens. Similes imagines in aes incisae in librisque insertae sunt; ut in *Iosephi Mendham,* ministri Anglicanorum, „Memoirs of the Council of Trent" (London 1834).

706.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 31. Augusti 1562.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 7[b].

PP. Natalis et Voyt. In Germaniam Socii hispani vel itali mitti possunt.

In registro litterarum a Lainio vel eius nomine a Polanco a. 1562 et 1563 Tridento datarum notatum est: „Augusta Padre Canisio . Se li scrisse all' ultimo d' Agosto 1562. che si riceuette lasua di 22 . de Agosto .etc. et seli mando un plico di lettere per accio lo mandassi al Padre Natal etc . Et che inluogo del padre Tirsio[a 1] *poteua se fossi necessario ritener il padre Valentino in Monachio*[2]*. che s' era scritto à Roma sopra il mandar gente a Alemagna , ma che di tudeschi maturi c' era carestia*[b]*, et che se li spagnoli ò Jtaliani fossino necessarij se ne trouariano piu facilmente et che all' autuno si uederebbe la distri-*

[a] *A libr. correctum ex* Dirsio. [b] *A libr. correctum ex* maturi c' erano pochi.

[1] De P. Ioanne Dyrsio vide supra p. 9[2].

[2] In *Catalogo collegii monacensis paulo post a P. *Theodorico Canisio* rectore scripto comparet: „P. Valentinus confessor templi extraordinarius et lector Directorij, Bohemus" (Cod. „G. C. 67" p. 184). De Polanci „Directorio" v. *Can.* Epp. I, 450[5].

butione che si poteria fare . seli scrissero anche noue del Concilio etc [1]. *et che seli paressi mandar qualcuno*[a] *suggetto pel corso*[2] *di Roma , non indugiase à mandarlo . Seli mando la Quadrimestre di Roma .etc .*

707.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 14. Septembris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta Padre Canisio". Cod. „V. P. 62" f. 14[a].

Epistulae pars ex eodem apographo posita est in Epistolis P. *Nadal* II, 130[3].

Galli proximae concilii sessioni differendae frustra operam dederunt. Lainius patribus satisfacit et viris Indici reformando delectis additus est. Societas Tridenti bene audit. P. Natalis. Placet, ut Chemnitii in Societatem calumnias externus aliquis refellat, Sociis iuvantibus. Reformatio monasterii S. Catharinae, virginum O. Pr. Docti aliquot Socii hispani in Germaniam mitti possunt. Collegia oenipontanum, pragense, vindobonense, monacense. Perperam aliquorum animi commoventur, de novis collegiis in Germania admittendis cogitantium. Nova de concilio Trereros mittenda.

Pax christi etc .

Riceuette N. Padre quelle di V. Reuerentia di .6. del presente[3]: Tuttauia si crede, che al giorno designato nella quinta sessione si fara la .6.[4] perche tutti li prelati hanno detto de sacrificio missae, et anche de Communione sub utraque , et la Dottrina se è gia accomodata sopra il sacrificio , et si tratta di alcuni punti della reformatione[5]: ben è uero che hanno procurato differir la sessione per

---

Pax Christi etc.

Pater noster reverentiae vestrae litteras die 6. huius mensis datas accepit[3]. Atque adhuc censent fore, ut die in quinta sessione designato sexta habeatur[4]; nam praelati omnes et de sacrificio missae et de communione sub utraque dixerunt[5], ac doctrina de sacrificio iam accommodata est, et modo de capitibus aliquot ad reformationem pertinentibus agitur; et verum quidem est, sessioni ob Gallorum adventum differendae operam datam esse; neque tamen id, quod quidem sciamus,

---

[a] qualcuni *libr.*

---

[1] Haec nova vide supra p. 476—478. [2] Cursum artium dicere videtur.

[3] Hae perisse videntur.

[4] Sessio XXII. (VI. sub Pio IV.) habita est die 17. Septembris, a sessione XXI. designato.

[5] Die 10. Septembris patres de iis dicere coeperant (Acta *Massarelli* l. c. II, 122; Diaria *Pholae* et *Ficleri* apud *Le Plat* l. c. VII[2], 196. 336).

la uenuta delli Francessi, mà non s' è ottenuto, che sapiamo [1], siben dicono esser gia partiti, et in uiaggio detti Prelati di Francia , et specialmente il Cardinal di Lorena. Ho auisato per altre come haueua N. Padre detto fra li prelati de tutte le cose proposte con notabile satisfatione lorò [2]; et è da ringratiar molto la diuina bontà del buon odore [3] che qùi c' e della Compagnia nostra . ipsi honor et gloria [4].

Circa il cathalogo delli libri che la Reuerentia V. desidera si faccia alcuna conclusione etiam è diputato N. Padre con altri per dar suo giudicio. Quando qualche cosa sara fatta auisaro la Reuerentia V.

molto desideramo intender álcuna noua del Padre Natal [5]: Qùi credo si mandaranno alcune lettere per lui, come si mandorno altre la settimana passata.

Di quel libro, che scrisse Kemmitio contra Jesuitas [6], pareria ben

---

impetratum est [1], licet praelati illi galli et nominatim cardinalis Lotharingiae iam profecti esse et in itinere versari dicantur. Alteris autem litteris narravi, patrem nostrum inter praelatos de omnibus rebus propositis cum eorum satisfactione haud mediocri dixisse [2]; ac divinae bonitati multas debemus gratias, quod Societatis nostrae hic tam bonus exstat odor [3]; ipsi honor et gloria [4].

Quod reverentia vestra de librorum indice aliquid tandem constitui cupit, etiam pater noster cum aliis ad sententiam de eodem dicendam delectus est. Cum autem aliquid effectum erit, reverentiam vestram certiorem faciam.

De patre Natale novi aliquid intellegere vehementer cupimus [5]; et cum his litteris epistulae aliquot, opinor, ipsi destinatae mittentur, sicut aliae eiusmodi epistulae superiore hebdomade missae sunt.

Quod ad librum illum a Chemnitio contra Iesuitas scriptum [6] attinet, patri

---

[1] Lansacus, primus ex gallis apud concilium oratoribus, hanc dilationem et apud legatos et apud pontificem vehementer, sed frustra, urgebat (*Pallavicinus* l. c. l. 17, c. 14, n. 1—9; l. 18, c. 7, n. 5—11. *Paleottus* l. c. II, 590. *Musottus* l. c. II, 24).

[2] Lainius 6. Septembris 1562 in congregatione generali praeclaram illam orationem habuit, qua calicem nulla iam ratione laicis concedendum esse ostendebat; quam breviter notavit *Massarellus* l. c. II, 114—115 et copiosius ipse, ut videtur, *Lainius*, apud *Grisar* l. c. II, 24—69; cf. *Grisar* l. c. II, 13*—33*; orationis exemplum Franciscus de Vargas, hispanus apud pontificem legatus, Roma 24. Octobris 1562 ad Philippum II. misit (Coleccion de Documentos inéditos para la Historia de España por D. *M. Salvá* y D. *P. Sainz de Baranda* IX [Madrid 1846], 315). Atque alias quoque Lainius ad patres dixit, ut 7. Septembris de doctrina cum canonibus de sacrificio missae reformata (*Massarellus* l. c. II, 119).

[3] Cf. 2 Cor. 2, 15. [4] Rom. 16, 27. 1 Tim. 1, 17.

[5] Natalis visitator Colonia, ubi per tres fere hebdomadas degerat, 5. Augusti Aquisgranum profectus erat, ut inde Treveros, Moguntiam etc. veniret (*Reiffenberg* l. c. I, 96. *Hansen* l. c. p. 429).

[6] Martinus Chemnitius (Chemnitz, Kemnitz) ex marchia brandenburgensi ortus (1522—1586), Melanchthonis discipulus amicusque et unus ex praecipuis Lutheranorum theologis, qui tunc Brunsvici superintendentis Lutheranorum „coadiutorem" agebat, contra „Censuram Coloniensem" (v. *Can.* Epp. II, 721—722) a. 1562 Lipsiae edidit librum „Theologiae Iesuitarum praecipua capita"; qui eodem anno ibidem

à N. Padre quello che scriue la Reuerentia V. che qualcuno di fuora della Compagnia pigliasse questo assumtto [di rifiutarlo][a] dandoli ragione quelli della Compagnia delle calumnie di quest' homo . se V. Reuerentia hauessi tempo, si crede notaria moltobene li punti necessarij, et anche farebbe la risposta; mà per uederlo tanto ben ocupato non seli da questo peso : et quelli d' Jngolstadio, che reputano non si debbia tacer, potriano anche loro notar li punti che paressino al proposito, et cosi altri, se paressi alla Reuerentia V.

S' è scritto à Roma sopra quel negocio della riformatione di quel monasterio [1], accio il Cardinale scriua al General delli Domenicani [2], aspettamo la risposta .

Scrissi alla Reuerentia V. ci auisase come sariano utili, et doue in germania alcuni Dottori Spagnoli atti per leggere Philosophia, et Theologia [3], perche potria essere, che si mandassi qualcuno in Germania, se si uedessi utilità di tal missione loro. Habbiamo auiso che [b] man-

---

nostro probatur, quod reverentia vestra scribit: optandum esse, ut aliquis extra Societatem constitutus illud in se suscipiat [eius refutandi officium][a] idque ita, ut Societatis homines, quantas calumnias homo iste protulerit, ei exponant; quodsi reverentiae vestrae tempus suppeteret, ipsa admodum bene, ut nobis videtur, capita necessaria adnotaret atque etiam responsionem conscriberet; sed quia ipsam tantopere occupatam videmus, hoc ei onus non imponimus; et convenire puto, ut Ingolstadienses, qui tacendum esse non existimant, etiam capita, quae utilia fore visa erunt, adnotent; idem alii facient, si forte reverentiae vestrae visum erit.

De negotio isto monasterii illius reformandi [1] Romam scripsimus, ut cardinalis ad Dominicanorum magistrum generalem scriberet [2]; responsum exspectamus.

Reverentiae vestrae scripsi, ut nos certiores faceret, qua ratione et ubi in Germania utilitatem allaturi essent doctores aliquot hispani ad philosophiam et theologiam tradendas idonei [3]; fortasse enim aliquot eiusmodi homines in Germaniam mittentur, si ex huiusmodi missione utilitatem consecuturam esse cognitum erit.

---

[a] *Hoc supplendum esse et ex iis, quae in hac epistula proxime sequuntur, et ex epistulis, quas proxime ponam, conicio.*

[b] *Fortasse supplendum est* si.

---

germanice a Ioanne Zanger, contionatore brunsvicensi, versus prodiit cum inscriptione „Vom newen Orden der Jesuwider“ etc. (*C. G. H. Lentz*, Dr. Martin Kemnitz [Gotha 1866] p. 117—119. *Janssen* l. c. IV, 412). In quo libro et multa errata historica et multae in Societatis homines calumniae congestae sunt, eaeque rudi et nonnumquam sordido prorsus sermone prolatae; vide infra, monum. 415.

[1] Monasterium S. Catharinae augustanum, quod virginum erat dominicanarum, significari omnino videtur; vide infra, monum. 247.

[2] Otto cardinalis Augustanus Romae degebat; Vincentius Iustinianus, ordinis Praedicatorum magister generalis, concilio tridentino intererat; atque huic, non Ottoni, monasterium illud subiectum fuisse ex Polanci verbis conieceris.

[3] Cf. supra p. 479. *Polancus* Tridento 24. Septembris 1562 Romam ad P. Christophorum Madrid S. J. scripsit: „Para Hispruch . . . seha scripto de un Español Theologo, el qual desea el padre Canisio paraque con dottrina y consejo spiritual pueda aiudar al Rector que es el Padre Dirsio“ (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62“ f. 19[a]).

dano quelli che se ricercauano per Hispruch [1]. Jl Rettor del Collegio di Praga [2] fà instantia, accio li sia mandato il Padre Valentino [3], V. Reuerentia [a] quando uenga il Padre Natal potranno considerar, sessia spediente et cosi lo potran fare.

Di Viena non sapiamo come stanno, et haueriamo charo à intendere il stato [b] delle cose dilà. Pare [c] [?] intendiamo esser alquanto soleuati alcuni, pensando in mutationi, che si habbia di fare di loro, massime nel Collegio nostro di Monachio, con intendere, che si tratta di acettar noui collegij in Germania [4], et saria ben, che la Reuerentia V. l' auisase, che si chietassero aspettando, che quando sara tempo seli fara intendere per l' ubbidientia, et li collegij noui si faran forsa senza che interuenga nesuno diloro, quando si accettaranno, et si mandarà gente perloro.

Jl Padre Antonio [5] Rettor del collegio di Treuere mostra desiderio di saper noue del Concilio perche li son domandate d' alcuni prelati. Qua stiamo tanto occupati massime hauendo un solo scrittore [6], che non si puo sodisfar a tutti. V. Reuerentia le comuniche le noue che li scriuemo .etc. Di Trento 14. di settembre 1562.

Ac certiores iam facti sumus, eos, quos pro Oeniponte petieratis, mitti [1]. Et pragensis collegii rector [2] instat, ut pater Valentinus [3] sibi mittatur; reverentia igitur vestra et pater Natalis, cum venerit, considerabitis, num id expediat, et si expediet, ita facietis.

Vindobona a nostris, quomodo se haberent, certiores facti non sumus, et gratum nobis erit, si, quomodo res se habeant, intellegemus. Audimus autem, aliquorum, maxime in collegio nostro monacensi, aliquantum commoveri animos, aliter de se constitutum iri arbitrantium, cum de novis collegiis in Germania [4] admittendis agi audierint; et expedire videtur, ut reverentia vestra eos moneat, ut sedate exspectent; nam, cum tempus erit, per oboedientiam certiores efficientur; et collegia illa nova fortasse nullius ex ipsis opera interposita instituentur, cum admittentur et homines in ea mittentur.

Pater Antonius [5], collegii treverensis rector, optare se significat, ut nova de concilio ad se perferantur; haec enim ab aliquibus praelatis ex eo quaeruntur. Sed hic adeo occupati sumus, praesertim cum unum tantum habeamus scribam [6], ut omnibus satisfieri non possit. Reverentia igitur vestra nova, quae ad ipsam scribimus, cum eo communicet etc. Tridento 14. Septembris 1562.

---

[a] *Nescio an supplendum sit* et.
[b] *Sequitur* loro, *a libr. oblitteratum.* [c] *Sic ap.; sed malim legere* Pure.

---

[1] Cf. supra p. 479. [2] P. Henricus Blissemius. [3] Voyt.

[4] Dilingae, Herbipoli, Straubingae, Salisburgi, Vratislaviae etc.; cf. supra p. 38. 422. 468; et in Litteris quadrimestribus *collegii monacensis* Monachio 1. Maii 1562 datis refertur, episcopum passaviensem (is erat Urbanus de Trennbach, 29. Novembris 1561 „praeconizatus") per episcopi suffraganei litteras significasse, se Passaviae (Passau) Societatis collegium condere velle (ex exemplo archetypo. Cod. „G. Ep. III" f. 79[a]). [5] Vinck.

[6] *Polancus* Tridento m. Augusto (exeunte, ut videtur) P. Francisco Petrarchae scripsit, Lainio sibique unum tantum praesto esse scribam Ioannem Fernandez (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 4[a]).

708.

CANISIUS
SOCIIS MOGUNTINIS.

Augusta Vindelicorum sub medium m. Septembrem 1562.

Ex codice colon. „Kess." in a. 1562 f. 17[b] (f. 129[b]).
Etiam apud *Hansen* l. c. p. 437.

P. Leonardus Kessel S. J., collegii coloniensis rector, in suo epistularum codice haec sua manu notavit: „D. Henricus Dionisius ex Moguntia 26 Septembris 1562: Superioribus diebus scripserat ad nos Reverendus pater Canisius Episcopum Herbipolensem obtulisse 1200 daleros annuos pro fundando Collegio[1]*, ad Episcopum profecturus est pater commissarius*[2] *propediem"* . .

709.

CANISIUS
STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 19. Septembris 1562.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. goth. „E. H. 2" f. 57—58.
Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 247—248.

Novam Austriacorum „Confessionem" mittit; Austriae nobilitas Lutheranismo infecta. Romanorum regis electio. Optandum, ut in concilio cum fidei doctrina ordinis ecclesiastici reformatio iungatur. Hugonottorum tyrannis. Puer polonus. Timores de concilio. Hosio animum addit. Lainius.

Pax[a] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone .

Exijt noua Confessio Austriacorum, quam boni ob id magis execrantur, quod uicinae nobilitati satis alioquin corruptae fenestram aperiat, planamque uiam sternat ad Lutheranismum aperte profitendum[3].

---

[a] *Hoc v. et 5 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

---

[1] Vide supra p. 422. 454. [2] Hieronymus Natalis.

[3] Anno 1561 prima protestantium austriacorum „Confessio" Ratisbonae excusa erat („Bekenntnis des Glaubens und Lehre, Martini Moseders, Jörgerischen Kirchendieners am Worte des Herrn in Oesterreich. Zu Verantwortung derselben und ihres gleichen Oesterreichischen Kirchen" etc. Anno autem 1562 Christophorus Reuter, sacerdos apostata, qui Rosenbergae ad Campum (Rosenberg am Camp) in Austria infra Anisum „contionatorem castelli" agebat, nobilium dominorum suorum mandatu Ratisbonae edidit libellum „Bekanntnuss vnnd Rechenschafft der Lehre, Glaubens vnnd Predigten Christophori Reuters" etc.; in quo libro etiam exponebat, qua ratione domini sui ex castellorum suorum ecclesiis sacras imagines eiecissent etc. (*Wiedemann* l. c. I, 331—338).

Erumpit tandem serpens, quem in sinu hactenus isti gestarunt, et aegre tamdiu occultare potuerunt. Ab Austria mox ad Bauariam hoc serpet uirus, ut ne quicquam in Religione firmum et tutum satis apud Principes in Germania supersit. Huius imperij ac totius Ecclesiae Christus misereatur. Quicquid autem hoc est nouorum Confessionistarum commentum, hic addendum putaui. Verum de statu Jmperij nihil habeo noui. Expectant omnes euentum Comitiorum Franckfordiensium, quae breui inchoanda creduntur: Et incertum, quo tandem euasura sit Gallica factio, nunc etiam Germanorum armata uiribus[1]. Deum precamur, ut bene uertat hos tantos motus, praesertim ne sacrae Synodo maius adferant detrimentum. Vtinam purgentur interim filij Leui[2], nec solum de fidei doctrina, sed etiam de reformatione morum isthic ea constituantur, quae labanti Ecclesiae suppetias ferant[3]. Sathan quo magis per Caluinistas in Catholicos saeuit, eo clarius nobis praebet specimen, quae sit futura tyrannis Antichristi. Huius quidem proximos antecessores et praecursores Gallia experiri uidetur[4].

Vienna scribitur ad me, nunc dimissum esse Georgium Polonum, uti postulabat eius auunculus, et monuerat amplitudo tua[5].

Ex nundinis[6] nihil aduectum hactenus.

Expectamus Decretum proximae Sessionis de Missae sacrificio: Metuunt quidam, ne opinione citius aut abrumpatur aut absoluatur Synodus. Nunc magnum de illa silentium undique. Oro Christum Dominum, ut in suam gloriam seruet Jllustrissimam Celsitudinem tuam, quae hanc praeclaram spartam ut ornare pergat boni omnes expectant, ac nobiscum a Deo precantur. Quae adiunxi, R. P. Prae-

---

[1] In diem 20. Octobris 1562 principum electorum conventus indictus est Francofurti ad Moenum habendus, ut „rex Romanorum" eligeretur. Atque iam ineunte a. 1562 Gallorum mandatu Ioannes Philippus comes Rhenanus (Wild- und Rhein graf in der Dhaun) aliquos Germaniae principes adierat atque, ut Maximilianum II. ea dignitate excluderent, monuerat (*Bucholtz* l. c. VII, 515—516. *Turba* l. c. III, 201).

[2] Mal. 3, 3.

[3] Canisius, ut ex ipsis his litteris patet, nondum cognoverat, in ipsa sessione XXII., 17. Septembris habita, praeter doctrinam (cf. supra p. 480) „decretum de observandis et evitandis in celebratione missae" et „decretum de reformatione" latum esse, in cuius 11 „capitibus" multa de vita et honestate clericorum, de officiis divinis in ecclesiis cathedralibus et collegialibus habendis, de dispensationibus et appellationibus, de „locis piis", de bonis ecclesiasticis conservandis salubriter statuebantur.

[4] Bellum civile religiosumque in Gallia inter catholicos et Hugonottos, quibus princeps Condaeus praeerat, m. Aprili a. 1562 exortum ab his magna cum crudelitate gerebatur.

[5] Georgium Kuklinowski, Georgii Ticinii nepotem, dicere videtur; vide supra p. 396. 473.

[6] Ex librorum mercatu „autumnali" Francofurti ad Moenum haberi solito; vide supra p. 238[4].

posito[1] nostro tradi uelim. Spero et illum S. Synodo non prorsus inutilem ac ingratum esse. Augustae 19 Septemb. Anno 1562[a].

Seruus in Christo P. Canisius .

Reuerendissimo in Christo Patri ac Domino D. Stanislao Hosio Cardinali et Episcopo Varmiensi, S. S. Tridentinae Synodi Praesidi, Patrono amplissimo. Tridenti.

Inscriptioni manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „Redd. 24 septembris 1562. Resp. 29 septembris."

Die igitur 24. Septembris hae litterae, quibus Canisius reformationem, maxime clericorum, denuo commendabat, Hosio traditae sunt; atque eodem die hic cum ceteris concilii legatis ad S. Carolum Borromaeum, cardinalem et Pii IV. nepotem, litteras misit, quibus idem reformationis negotium summo pontifici vehementer commendabatur et cum ex „Reformationis libello" Ferdinandi I. caesaris nomine Tridentum misso (de quo plura infra), tum ex simili libello ipsis illis diebus ab oratoribus gallis tradito multa concedi et posse et debere significabatur. Quas litteras primum edidit *Grisar* l. c. II, 394—399.

710.

CANISIUS

OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG,

cardinali et episcopo augustano, Romae moranti [?].

Augusta Vindelicorum 19. [?] Septembris 1562.

Ex *Ottonis* epistula archetypa. Cod. goth. „E. H. 2" f. 61. 62.
Etiam apud *Cyprianum* l. c. p. 250 et in *Pogiani* Epistolis III, 148.

Otto cardinalis Augustanus Roma 3. Octobris 1562 (per Iulium Pogianum) Tridentum ad cardinalem Hosium scripsit : „Accepi nunc Canisij litteras ab Amplitudine tua missas."

Litterae augustanae Romam 14 diebus perferri poterant. Cum autem Canisium 19. Septembris 1562 Augusta ad Hosium litteras dedisse constet (v. supra p. 484 ad 486), eum cum his alteras easque Ottoni destinatas Tridentum misisse opinor, ut inde Hosii opera interposita Romam perferrentur. Neque Hosius ipsas illas litteras ad se datas cum Ottone communicasse videtur; has enim apud Hosium semper fuisse ex historia codicis, in quo nunc exstant, conicere licet; vide supra in descriptione codicum, n. 6. Fateor tamen, fieri potuisse, ut harum litterarum apographum Ottoni mitteretur; perinde ac paulo ante litterarum Lindani exemplum Ottoni missum esse, ex eiusdem epistula Roma 19. Septembris 1562 ad Hosium data intellegitur; ubi *Otto:* „Amo", inquit, „et vicarii tui et Lindani ex eorum ad te literarum exemplis fidem et pietatem" (*Pogiani* Epistolae III, 140).

---

[a] *Cypr. om. rr. sqq.*

---

[1] Lainio.

711.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 21. Septembris 1562.

Ex cod. „V. P. 62" f. 17[b].

Collegia varia. P. Natalis. P. Victoria. Collegia, quae pestilentia afflictantur, Deo commendantur. Dimissi.

In Registro epistularum a. 1562 et 1563 Tridento a Lainio et Polanco datarum haec sunt: „Padre Canisio . Se li scrisse alli 21. di settembre 1562 . rispondendo alle sue di .6. et 12 del presente[1]*, et che quelli di Praga et Viena aspetino la uenuta del Padre Natal, et anche il padre Dottor Lanoy faccia il medesimo*[2]*. che s' era scrito à Roma facessino far oratione per li collegij d' Alemagna doue c' era la peste*[3]*.... Circa quelli doi che haueua licentiato della Compagnia che fossi in buon hora*[4]*. chel Padre Vitoria aspetassi la uenuta del Padre Natal, et in questo mezo potria fermarsi*[a] *in Viena, Praga ò Tirnauia .etc. . . . Noue della 6.ª sessione etc."*

Epistulam hanc Lainii mandatu a Polanco datam esse, res ipsae, quae scribuntur, ostendunt.

712.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 26. Septembris 1562.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.), Cod. goth. „E. H. 2" f. 59—60.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 248—249. Particulam (ex Cypriano) posuit *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III, 156[h].

Novum mittit librum Illyrici et Galli, omnibus pro libidine imperare volentium. Lutherani dissident inter se et timent. Canisius catholicis in Gallia bellum adversus

---

[a] *A libr. correctum ex* star.

---

[1] Utraque epistula perisse videtur.

[2] Lanoium eo tempore Oeniponte fuisse, ex regesto litterarum Tridento 18. Septembris 1562 a *Polanco* ad eum datarum (cod. „V. P. 62" f. 17[a]) intellegitur.

[3] Pestilentia Vindobonam, Tyrnaviam, Pragam, Monachium inciderat (*Sickel*, Trient p. 370. *Goetz*, Beiträge etc. p. 252. *Polanci* litterae Tridento exeunte m. Octobri ad Natalem datae [Cod. „V. P. 62" f. 26[b]]).

[4] Qui Socii cur dimissi sint, ignoro.

Hugonottos succedere gaudet. Episcopi galli. Puer polonus. Hosium ad strenue laborandum incitat. Fides germanica protestantium vitio iam omni laude destituta. Ecclesia reformanda.

Pax[a] Christj nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Mitto scriptum Illyrici[b] et Galli Ratisponae coaxantium, qui ab haereticis haeretici non male censentur, et quibus nunc rixa noua est cum aulicis Lutheranis[1]. Nam hos uident impatientes iugi, quod ipsi uellent omnibus et maximis et minimis imponere, ut pro libidine sua, sicuti coeperant, nulli non imperare, ac plus quam Apostolis licuit, etiam mundo leges dare possint. Jn hoc breui scripto pulchrum est obseruare, quibus armis, Catholicis uidelicet, suam sententiam isti tueantur, suaeque sectae homines impugnent, nimirum ut agnoscamus regnum hoc quod in se diuisum[2] est, breui corruiturum. Mittam alia et gratiora fortasse, cum ex mercatu[3] fuerint aduecta.

Lutherani de Gallico tumultu parce nunc garriunt, quod audito successu Catholicarum partium terreantur[4], ac [quantumuis][c] suis etiam copijs et praesidijs impietati suppetias ferre uellent[5], metuere uideantur [*sic*]. Auferat Dominus hoc scandalum de medio Jsrahelis[6], et humiliet superbum Goliath, qui cum suis blasphemare non cessat castra Dei uiuentis[7].

Quod si penes Regem[8] stabit victoria, magnum inde robur accedet Catholicis in Germania, ut iudicant sapientes. Aduentus Gallorum Episcoporum, ut speramus, nouam Synodo pariet authoritatem.

Scripsi nuper de Polono puero[9], a nostris Viennae dimisso, iamque ni fallor, Pragae uersante apud D. Cromerum, ut Rector noster Viennensis[10] ad me scripsit.

Reuerenter me commendo Celsitudini tuae, cuius animum et zelum in his negotiorum undis perpetuum ac firmum esse percupio. Hoc unum addam de nostra Germania, tantum in ea Sectarum studia effecisse, ut neque Religionis, quae cum Ecclesia Romana communis esse debebat, neque honestatis, quae seditiosis patrocinari uetat,

---

[a] *Hoc verbum et 5 sequentia a Cypr. omissa sunt.* [b] Illrici *archet.*

[c] *Hoc vel aliquid simile (*cum, quamuis, licet*) supplendum esse res ipsa ostendit.*

---

[1] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Luc. 11, 17. Matth. 12, 25. [3] Ex librorum mercatu francofurtensi.

[4] Gaspar de Coligny classis praefectus aliique proceres perduelles a senatu parisiensi 1. Septembris 1562 proscripti; paucis diebus post Rotomagus (Rouen) per Antonium Navarrae regem, qui iam cum catholicis erat, ex Hugonottorum potestate erepta.

[5] Maxime Christophorus Wurttembergae dux et Philippus Hassiae landgravius (*Goetz,* Beiträge etc. p. 251; *Fuensanta,* Documentos inéditos XCVIII, 361).

[6] Cf. Deut. 13, 5. Soph. 3, 11 etc. [7] Cf. 1 Reg. 17, 4—54.

[8] Carolum IX. [9] Georgio Kuklinowski, ut videtur; vide supra p. 485.

[10] P. Paulus Hoffaeus.

rationem ullam habere uideatur. Sed uisum est Deo Lutheranorum stultitiam exteris, qui coeci plane non sunt, uel hac uia patefacere. Neque domi, neque foris laudem ullam meretur fides Germanica, quae olim laudatissima fuit. Verum diligentibus Deum in bonum omnia[1]. Nostrum est interim orare ac reformare. Augustae 26. Septemb. M. D. LXIJ[a].

Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendissimo et Jllustrissimo Domino .D. Stanislao Hosio Cardinali et Episcopo Varmiensi S. Concilij Praesidi, [Pa]trono amplissimo. Tridenti.

Inscriptioni manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „redd. 1 octobris 1562; resp. 6 octobris."

Una cum his litteris, ut ex primis earum verbis intellegitur, Canisius Tridentum ad Hosium misit „scriptum Illyrici et Galli". Ipso certe hoc anno 1562 Flacius Illyricus, qui, Iena pulsus, Ratisbonae consederat, una cum Nicolao Gallo, Lutheranorum ratisbonensium superintendente, Ratisbonae contra Victorinum Strigel, theologiae protestantium professorem ienensem, qui, cum adversus Lutheri de iustificatione doctrinam „synergismum" defendisset, aulicorum vimariensium iussu „declarationem" quandam versus Lutheri dogma inclinantem scripsisset, edidit „Censuram de V. Strigilii apostatae declaratione s. potius errorum occultatione". Ac nescio an eodem anno 1562 adversus Ioannem Fridericum „medium", Saxoniae ducem, eiusque consiliarios, qui a. 1561 ad ministrorum lutheranorum tyrannidem exstinguendam res ecclesiasticas „consistorio ducali" mediam partem ex „politicis" hominibus constituto decernendas tradiderant, in lucem prodierit eorundem auctorum libellus ille, cui nec locus nec annus ascripti sunt: „Sendschreiben, Von den Mandaten, Satzungen vnd Ordnungen, dadurch das wort Gottes gefangen, dem heiligen Geist sein ampt gespert, vnd endtlich gar genommen wird. M. Flac. Illyr. Nico. Gallus" (*Preger* l. c. II, 158. 238—245. 561—562).

713.

CANISIUS
STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 3. Octobris 1562.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit, quodque exstat Londini in museo britannico, cod. „Lat. 21, 524" f. 98.

Litterarum exemplum ipsi scripturae assimilatum („Facsimile") exstat in libro „Sammlung historisch-berühmter *Autographen*, oder Facsimile's von Handschriften ausgezeichneter Personen alter und neuer Zeit". Erste Serie (Stuttgart 1846) nr. 255. Typis primum ex archetypo exscriptae sunt in „*Pastoralblatt* für die Diöcese Ermland", 20. Jahrg. (Braunsberg 1888) p. 119.

Vehementer commendat, ut „Index" mitigetur. Novorum librorum catalogum francofurtensem mittit. Hosii opera Parisiis excusa. Lutherani et Calvinistae atrociter

[a] *Quae sequuntur, a Cypr. omissa sunt.*

[1] Rom. 8, 28.

inter se rixantur. Fabricius contra concilium Tridentinum impudenter scripsit. Ex Gallia pauci libri novi allati sunt. Rumores de militibus germanis in Galliam transituris. Magdeburgensium „Centuriam" VI. et Hosio et Foscarario mittit, alios libros postea missurus. Ecclesia reformanda.

Pax Christi nobiscum Illustrissime Domine Patrone.

Ad Henricum nostrum[1] literas Antuerpiam misi[a] et alias ad D. Cromerum[2]. De successu proximae sessionis[3] non possumus in Domino non letari, etsi quid sit in ea decretum, huc allatum non est. Ac de Catalogi quidem Romani[4] optata mitigatione ut scrupulus in legendo piis quibusdam eximatur, longa est expectatio . Bonam sane nauabunt operam, qui Censuram illam in Synodo tollerabiliorem reddent, ut communi hominum nostrorum more loquar. Inter nouos libros, quorum Catalogum mitto[5], extant opera Celsitudinis Tuae Parisijs luculenter edita et in unum uolumen quod neque modum excedit, redacta[6]. Mitterem illud, nisi Venetijs commodius adferri posse putarem. Pergunt inter se rixari Beza et Heshusius, hoc est, Caluinistae et Lutheristae. Verum Heshusius[b] Paulum Eberum in pugnam quoque pertrahit, et simul Wittenbergenses accusat, ueluti tacite faueant non solum Philippi magistri manibus, uerum etiam Zwinglij et Caluini blasphemijs[7]. Atrox hoc bellum est Sectariorum, quod

[a] *5 vv. sqq. in marg. addita sunt.* [b] Hedhusius *archet.*

[1] Henricum Sibertum Dunghen canonicum dicit; vide supra p. 471—472.

[2] Et Dunghenio et Cromero Hosius scripsisse omnino videtur.

[3] Sessionis XXII. (VI. sub Pio IV.), 17. Septembris 1562 habitae.

[4] „Indicem" librorum prohibitorum a Paulo IV. editum significat.

[5] Canisius librorum, qui Francofurti ad Moenum in mercatu „autumnali" venales erant, „catalogum" misit, a Georgio Willer, bibliopola augustano, sibi Francofurto vel missum vel allatum; cf. *Can.* Epp. II, 744[5], et supra p. 238[5].

[6] Hosii opera Parisiis a. 1562 Aegidius Gorbinus, Guilielmus Desbois, Sebastianus Nivellius, Guilielmus Cavellat in 2° ediderunt ita, ut ea esset „una eademque editio, in qua primum tantum folium quater mutatum est": ita *editores* Epistolarum Hosii II, 1006—1007.

[7] Tilemannus Heshusius (de quo supra p. 318[3]) a. 1560 „Responsionem ad praeiudicium Philippi Melanchthonis de controversia coenae Domini" et a. 1561 „Bekänntniss vom Nachtmahl Jesu Christi . . wider den Rotten Geist, D. Albert Hardenberg" ediderat. Quem, praeter alios, Paulus Eber (1511—1569), protestantium vitembergensium „superintendens" et theologiae in ea universitate professor in praefatione commentario Melanchthonis in priorem ad Corinthios epistulam praeposita reprehendit, quod inhumanius adversus Melanchthonem scriberet. Atque a. 1561 Genevae in lucem emissus est liber „*Κρεωφαγία* siue Cyclops. *Ὄνος συλλογιζόμενος*, siue Sophista: Dialogi duo de vera communicatione corporis et sanguinis Domini, aduersus Tileman. Heshusii somnia. His accessit abstersio aliarum calumniarum, quibus adspersus est Io. Caluinus ab eodem Heshusio: Perspicua explicatio controuersiae de Coena Domini per Theodorum Bezam, Vezelium." Ac cum Melanchthon paulo ante mortem „iudicio" Augusto Saxoniae principi electori tradito synergismum defendisset et theologi vitembergenses a. 1561 simile iudicium conscripsissent, Heshusius, qui iam a. 1560 Bremae contra Melanchthonem et Eberum ac „Crypto-

aegre componetur. Eo tranquillius agent Catholici, futuri ueluti spectatores huius tragediae, in qua pars ea uincit quae Catholicis armis rectius uti nouit. Non dicam de Fabricio, qui ut os ponat in coelum[1] utque[a] musca elephantem conficiat[2], sacram Synodum (ni fallor) primus tam impudenter oppugnauit[3]. Miror ego tamdiu tacere aduersarios, suamque petulantiam comprimere, cum aduersus Tridentinos Patres nihil edere uideantur. Sed neque aduersus Amplit. tuam quicquam exijsse uidemus. Gallia Martis studijs occupata librorum exiguum dedit prouentum, et mercatum reddidit minus frequentem. Incertus rumor de transitu equestris exercitus in Galliam[4]. Multi putant non progredi milites, nescio quo metu et quibus impedimentis detentos. Cum Archiepiscopis Moguntino et Treuerensi[5] bene esse non potest, quamdiu uicinos agros talibus hospitibus oppletos uident. Mitto paulatim e libris nouis aliquot, ratus non posse simul isthic multa perlegi, et sarcinae[b] mediocres ueredario minus negotij exhibent. Si quid erit tamen in librorum adiuncto Catalogo quod ilico mittendum uideatur, nullum in mittendo recusabo laborem. Nunc sat putaui, exhibere nouam et sextam Centuriam exulum, qui praefationem suis querelis opplent[6]. Diligentes illi quidem in historijs omnium temporum deprauandis et ad suum institutum detorquendis. Admonent interim de multis, quae Catholicos merito confirment aduersus omnem

[a] *Fortasse hic supplendum est* ex; *v. infra, adn. 2 huius pag.*

[b] sarcinas *archet.; id quod sic corrigendum esse ex eo patet, quod paulo infra* exhibent *in arch. correctum est ex* exhibere, *idque, ut videtur, ab ipso C.*

calvinistas" e suggestu acriter declamaverat, a. 1562 Magdeburgi, ubi exsul morabatur, librum „Vom vermeinten freien Willen" adversus synergistas edidit (*Salig* l. c. III, 660—661. 807. *H. Heppe*, Geschichte des deutschen Protestantismus in den Jahren 1555—1581 I [Marburg 1852], 471. *Döllinger*, Die Reformation III, 451—455).

[1] Ps. 72, 9.

[2] Ut musca (Fabricius) elephantem (concilium) occidat perdatque; vel ut Fabricius ex musca elephantem se efficiat; atque hoc mihi quidem magis probatur; nam *Erasmus Rotterodamus*, cuius dictiones Canisius saepius usurpat (cf. *Can.* Epp. I, 235[2]. 352[2]. 354[1] etc.), inter „Adagia" a se collecta habet: „Elephantum ex musca facis" (Adagiorum Chiliades quatuor [Parisiis 1558] col. 309), idque ex *Luciano* (. . . „μὴ καὶ δόξω κατὰ τὴν παροιμίαν ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖν": Muscae encomium n. 12).

[3] Ioannes Schmidt sive Fabricius (1527—1566), „Montanus", ex Bergheim, Alsatiae oppido, ortus et a. 1557 Curiae Rhaetorum (Chur) Zwinglianorum minister constitutus, a. 1562 germanicam edidit orationem, qua docebatur, concilium tridentinum sine scelere a christianis hominibus frequentari non posse (*Reusch*, Index I, 326[2]. *E. v. Kausler* u. *Th. Schott*, Briefwechsel zwischen Christoph, Herzog von Württemberg, und Petrus Paulus Vergerius [Tübingen 1875] p. 327).

[4] *Ioannes Uldaricus Zasius* iam 5. Septembris Günnzburgo ad Ferdinandum I. caesarem scripserat, modo a protestantibus quibusdam Germaniae principibus ad protestantes exteros adiuvandos bellum parari (*Goetz*, Beiträge etc. p. 251—252).

[5] Daniele Brendel et Ioanne von der Leyen.

[6] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

Sathanismum. Alterum exemplum huius operis donari uelim Reuerendissimo D. Mutinensi, ut prioribus eius partibus hoc quod deest accedat[1]. Dominus Iesus bene uertat instantem Regis Romanorum electionem[2], et sacram tueatur Synodum ad Ecclesiae suae reformationem. Augustae 3 Octob. 1562. Seruus in Christo P. Canisius.

Inscriptio quidem harum litterarum perisse videtur; sed eas ad Hosium datas esse, res ipsae, quae in iis, maxime de libris, dicuntur, clare ostendunt.

Canisius una cum hac epistula, ut ex ipsa patet, Hosio et Foscarario duo misit exempla libri: „Sexta Centuria Ecclesiasticae Historiae, continens descriptionem amplissimarum *[sic]* rerum in Regno Christi, quae Sexto post eius natiuitatem seculo acciderunt: . . . eodem ordine, diligentia et fide, quo superiores Centuriae, ex uetustis et probatis historicis, patribus, et alijs scriptoribus, in exilio per autores contexta . . . Basileae, per Ioannem Oporinum . 1562" (2°; p. 1 [incl. fol. tit.] —14 et col. 15—872, ac praeterea in fine 27 ff. non sign.). Quod autem Canisius „exules" libri „praefationem suis querelis opplere" scribit, in epistula dedicatoria, „Anno Domini 1562" a Mathia Flacio Illyrico, Ioanne Wigando, Matthaeo Iudice ad Barnimum Seniorem, Ioannem Fridericum, Bouslaum, Ernestum Ludevicum, Barnimum, Casimirum, „duces Stetinensium, Pomeraniae" etc. datis editores queruntur: „Fidelissimi quique doctores uerbi coelestis, et reliqui sanae doctrinae addicti, in odijs, in periculis, in exilijs uersantur, tetris conuicijs conspuuntur, territantur, fugantur, pelluntur: idque fit ab ijs quoque, a quibus minime fieri decebat [protestantibus]. Pullulant quoque subinde in agro Domini zizania, hypocritae, Neutrales, risores ueritatis, falsi fratres, aurae populari seruientes, confessionem ueritatis, reprehensiones errorum et aliorum scelerum excusantes *[sic]*, palliantes, et foro temporique sese attemperantes, uirulentis linguis serios, graues, fidos Christi et Ecclesiae seruos proscindentes, et potentiorum erga ipsos uiolentiam exasperantes. . . . Potissima pars orbis, quae Ecclesiae Christi nomine censetur, perseuerat in illis densis nubibus ceremoniarum, in uenerationibus defunctarum creaturarum, in sacramentorum Christi prophanationibus, imo ueluti diluuio quodam altissimo atque ualidissimo istis malis oppressa iacet. . . . Falsi Doctores [protestantes] . . . in aulas irrepunt, et potentum ac Magistratuum animos occupant hypocrisi, delationibus et obtrectationibus sincerorum doctorum, et collusione quadam cum politicis. . . . Sunt Molligradi, Magistri leuipedes, ut uulgo appellantur: reuera autem uigiles caeci, canes muti, pestes animarum, pseudoprophetae, lupi rapaces" etc. Iidem paulo infra „ambitiosi, persuasione eruditionis, ac dignitate et fauore hominum inflati" vocantur. „Magistratus" quoque protestantes vituperantur, qui „amnestijs" „controuersias de fide componere volunt" etc. (p. 3. 7. 9—10).

714.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 5. Octobris 1562.

Ex cod. „V. P. 62" f. 21b.
Exstat etiam (ex eodem codice) in „Epistolis P. *Nadal*" II, 132[2].

[1] Aegidius Foscarario O. Pr., episcopus mutinensis (Modena), ex patribus „Indici" recognoscendo delectis erat (*Massarelli*, Acta l. c. I, 686).
[2] Vide supra p. 409[4].

Quid Sociis Monachii, pestilentia urbem urente, agendum sit.

In Registro epistularum supra (p. 487) memorato haec paulo postquam epistulae ipsae scriptae erant, manu scribae notata sunt: „Alemagna, Prouincial, et Padre Natal et dottor Theodorico canisio . Seli scrisse alli cinque di ottobre .1562. et a Theodorico fù detto che restando alcuni in Monico[1]*, la multitudine, et quelli di miglior conplessione si poteuano mandar fuora et con loro il Rettore*[2]*, mà che si habbiano aconferire col Padre Natale."*

Duobus quidem Canisiis et Natali singulatim scriptum esse videtur; neque tamen dubium est, quin, quae de monacensibus Sociis Theodorico Canisio scripta esse notatum est, aliqua ratione etiam cum Petro Canisio communicata sint.

715.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 12. Octobris 1562.

Ex cod. „V. P. 62" f. 22[a].
Ex eodem codice positum est in „Epistolis P. *Nadal*" II, 118[3].

In Registro proxime memorato notatum est: „Alli 12. d' ottobre 1562 . . . Alemagna D. Canisio, seli risposse detto giorno alle sue di .3. de ottobre."

Et hae Polanci litterae et Canisii epistula 3. Octobris 1562 data perisse videntur.

716.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 17. Octobris 1562.

Ex cod. „V. P. 62" f. 22[b].

Novi Socii ex Italia Oenipontem et Ingolstadium destinantur. Litterae indicae aliique libri mittuntur. Pecunia mutua danda.

In Registro memorato manu Ioannis Fernandez (cf. supra p. 483[c]*) notatum est de die 17. Octobris 1562: „Si scrisse . . . al Padre Dottore Canisio dandoli raguaglio di tutti quelli che andauano alla superior*

---

[1] Monachium pestilentia urebatur; cf. supra p. 487[3].
[2] P. Theodoricus Canisius.

Germania etc. . . . Al prouincial Canisio si manda il libro de Bolfango et lettere stampate dell' Jndia con certi altri libri comprati in Venetia de Trapesuntio[a] *[?] per Monachio et si da commissione dedar denari se hanno de bisogno quali pagara il prouinciale della Jnferior Germania ò noi . et . fu detto chel Padre Thomaso studiase Theologia, spes et leonardo logica*".

Quod ad „librum Wolfgangi" cum his litteris Canisio missum attinet, ex aliis epistulis conicere licet, codicem significari, in quo P. Wolfgangus Georgii S. J. (vide supra p. 405), quae in scholis romanis audierat, sibi aduotaverat. De Sociorum autem litteris indicis italice Venetiis a. 1562 a Michaële Tramezzino excusis vide supra p. 230[1]. Ac Georgius Trapezuntius († 1486), graecus homo et Aristotelis amator, Aristotelis libros et complura graecorum patrum scripta latine verterat et, praeter alia, librum „De re dialectica" conscripserat, qui initio saeculi XVI. etiam in universitate coloniensi adhibitus esse videtur (vide *Can.* Epp. I, 663). Nescio tamen, an pro „Trapesuntio" corrigendum sit „Tramesino", a quo typographo veneto praeter litteras indicas Socii alios libros Venetiis acceperint.

Pecuniam autem, si opus esset, Canisius mutuam dare iussus est compluribus Sociis ex Italia ad P. Everardum Mercurianum, Germaniae inferioris praepositum provincialem, missis, inter quos erant PP. Ioannes Berkelius et Eleutherius Pontanus collegiis tornacensi et cameracensi rectores destinati et P. Paez Antverpiam ire iussus (*Polancus* Mercuriano 17. Oct. 1562. Cod. „V. P. 62" f. 22[b]).

De Sociis tandem ad ipsum Canisium in Germaniam superiorem missis in eodem *Registro (f. 22[b]) notatum est: „Alli 17. d' ottobre 1562 . si mandorno a Hispruch per restar lì sette fratelli, cio è Georgio Paraxilo, Ziglero, Ludouico Francese, Giouan Fiamengo, Francesco della Marca, Barthomeo *[sic]* Siciliano, Oratio. À Jngolstadio Leonardo et Padre spes . P. Thomasso Jnglese." Ac Magister Georgius Paraxylus (Peraxellus, Praxellus, etiam „Georgius Flander"), Boscoduco ortus et a. 1557, ut videtur, Societatem ingressus (*Sommervogel*, Les Jésuites etc. p. IX. Cod. „G. C. 67." p. 190. 250), ante a. 1566 ex Societate dimissus est (*Hansen* l. c. p. 515[4]). „Ioannes Flander" autem nescio an „Iohannes Hattenius [Hottenius?] Flander, dioecesis Trajectensis" sit, quem m. Decembri a. 1559 Societatem ingressum, a. 1560 eius vota nuncupasse, aliquamdiu infimas scholas rexisse, modo Monachii scholae „humanitatis" praeesse in * *Catalogo* collegii monacensis initio a. 1565 scripto refertur (Cod. „G. C. 67." f. 376[b]). Franciscus de Marchia sive „Italus", ut ex collegiorum ingolstadiensis et dilingani * *Catalogis* ineuntibus a. 1565 et 1567 scriptis intellegitur, sub a. 1541 „Rochae contractae in agro Piceno" (Rocca Contrada sive Arcevia, in Marchia, Italiae centralis regione) natus, unde „Franciscus a Rocca" postea vocabatur, m. Februario a. 1561 Laureti in Societatem admissus, eodem anno vota simplicia fecit, a. 1562 in Germaniam missus Oeniponte fere per annum arti oratoriae et litteris graecis studuit et per alterum annum aegrotis ministravit (Cod. „G. C. 67" f. 374[a]. 403[b]); cuius in sequentibus huius operis voluminibus saepius mentio fiet. Atque in eodem illo * *Catalogo* ingolstadiensi refertur, „Bartholomaeum Vallonum" „Siculum", Cameratae natum, a. 1558 et Societati nomen dedisse et „uota communia" fecisse, a. 1562 in Germaniam missum per 2 annos Oeniponte arti oratoriae litterisque graecis, deinde, usque ad initium a. 1565, Ingolstadii litteris latinis graecisque et logicae studuisse; quare hunc cum „Bartholomaeo Siculo" sive Bartholomaeo d' Angelo, autumno a. 1561 in collegium moguntinum misso (vide supra p. 217) confundi non oportet; qui Moguntiae m. Aprili 1563 vita cessit (Epistolae P. *Nadal* II, 134[3]). Ac Christophorus Ziegler sub a. 1563 Oeniponte

---

[a] *Sic; sed fortasse corrigendum:* Tramezino; *vide quae de hoc sub ipsum hoc regestum dicuntur.*

„lector 3.ae classis", „Bibliothecarius", „Catechista germanicus" constitutus est. Bartholomaeus Siculus, Ludovicus Gallus, Ioannes Flander (sicut etiam Franciscus de Marchia, ut modo ostensum est) ibidem „Studiosos" agere iussi sunt (ex *Catalogis collegii oenipontani, a P. *Ioanne Dyrsio* rectore paulo post — tempus adnotatum non est — scriptis. Cod. „G. C. 67." p. 250. 254. 261). Atque in ingolstadiensi collegio exeunte a. 1562 „Patres" Thomas Anglus et „Michael Spes" „theologiae auditores", „M. Leonardus boschius lector .4." classis erant (ex collegii *Catalogo a P. *Nicolao Lanoio* rectore scripto. Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 21b). Thomam Anglum ex Societate dimissum „modo Franciscanum esse" in **Catalogo* quodam dimissorum a. 1567 conscripto notatum est (Cod. „G. C. 67." p. 230). Michael Spes (Spezius) in **Catalogo* collegii vindobonensis m. Septembri a. 1564 conscripto inter eius collegii Socios comparet atque „hispanus", „gratus in conuersando, facetus, hilaris, aptus ad concionandum, et legendum in humanioribus, in quibus uidetur instructus", vocatur (Cod. „G. C. 67." p. 347). Inde autem a. 1565, cum Italorum sodalitatem, cui a caritate nomen erat, instituisset, in Italiam abiit (*Socher* l. c. p. 127), ubi iam a. 1555 cum aliquot sociis syracusanas Societatis scholas incohaverat (*Polancus,* Chronicon V, 221). Leonardus Bosch „Ingolstadiensis" et „ad studendum propensissimus" vocatur in collegii dilingani (ubi tunc degebat) **Catalogo* 1. Ianuarii 1565 scripto, ibidemque refertur, eum Ingolstadii a. 1558 Societatem ingressum, Laureti 15. Augusti 1559 vota nuncupasse (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 375b); plura de eo postea dicentur. Atque et hunc, et alios ex iis, quos modo dixi, in Germaniam ex lauretano collegio venisse *Polanci* *litterae 17. Octobris 1562 Oenipontem missae ostendunt; ubi etiam refertur, Horatium ad domestica officia praestanda mitti (ex epistulae regesto, eodem fere tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 22b).

717.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

CANISIO ALIISQUE SOCIETATIS PRAEPOSITIS.

Tridento 22. Octobris 1562.

Ex apographo eodem fere tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 24b.
Epistula usus est *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 6, n. 85. 86.

Doctrinam de sacramento ordinis Lainius praelatorum delectorum iussu confecit. Decretum, ut doctrina brevior efficeretur. Multis episcopis demonstrare conatis, episcopos etiam iurisdictionis potestatem ab ipso Deo, nullo interposito, accipere, Lainius id falso asseri ostendit. Quam orationem is scribet quidem, excudendam autem non curabit. De matrimonio agendi parvum superest tempus. „Index" maturatur. Adventus episcoporum gallorum. Multi episcopi a Sociis consilium petunt.

Ya otra vez he scripto como los Theologos auian acabado de dezir de sacramento ordinis [1], ya tambien los perlados han acabado [2],

---

Alias iam scripsi ad finem perveuisse theologorum de sacramento ordinis [1] orationes; nunc vero etiam praelati omnes dixerunt [2]; de doctrinae tamen delineatione

---

[1] Has Polanci litteras non novi.

[2] Theologi minores de 7 „articulis" ad sacramentum ordinis spectantibus (exstant apud *Massarellum,* Acta l. c. II, 133, et apud *Raynaldum* l. c. in a. 1562, n. 89 ac *Le Plat* l. c. V, 508) a 23. Septembris ad 2. Octobris, patres de doctrina

aunque todauia se tratta dela Dottrina para laqual fueron señalados algunos perlados que la hiziesen, y entre ellos N. Padre [1] alqual los demas deputados dieron el assunto de hazer la iunto con los canones, y asi la hizo, y casi sin mudar nada dela substantia plugo alos deputados, y la presentaron alos legados, y sobre ella [2] han dicho sus pareceres todos los perlados. No querian al principio doctrina, sino los canones solos, despues se tomo como un medio de hazer la muy sumaria y breue, y asi se hizo [3]; y aunque per orden expresa delos legados se auia uedado que no se tratasse, si los obispos eran superiores alos presbyteros iure diuino, todauia muchos delos perlados han hecho gran fuerza en este punto, que no se auia de tocar, queriendo prouar que los obispos tenian su potestad, no solamente ordinis, pero tambien iurisdictionis a Deo immediate; cosa que ni es uerdadera, quanto a la iurisdiction, y que parece dispone los animos delos perlados inferiores à no tener la union y subiection al summo Pontifice que la Hierarchia ecclesiastica requiere, y esta cosa a an-

---

agere pergunt; cui conficiendae praelati aliquot designati sunt, atque inter hos pater noster [1]; cui reliqui delecti doctrinae una cum canonibus conficiendae officium dederunt, atque ita eam confecit; quam patres delecti de re quidem ipsa nihil aut deminuentes aut mutantes probaverunt et legatis obtulerunt; de qua [2] praelati omnes sententias dixerunt. Atque initio quidem solos canones illos, doctrinam nullam confici volebant; postea autem hanc mediam quasi viam ingressi sunt, ut doctrina valde summaria et brevis efficeretur; atque ita factum est [3]; et quamquam legatorum perspicuo mandato interdictum erat, ne, utrum episcopi presbyteris superiores essent iure divino necne, dissereretur, multi tamen ex praelatis in eo capite, quod tangendum non fuerat, vehementer instituerunt, demonstrare volentes, episcopos non ordinis tantum, sed etiam iurisdictionis potestatem a Deo immediate habere; id quod de iurisdictione verum non est, et quod praelatorum inferiorum animos ad unionem et erga summum pontificem subiectionem, quas hierarchia ecclesiastica exigit, neglegendas disponere videtur; atque haec res

---

et canonibus ad idem sacramentum pertinentibus a 13. ad 20. Octobris dixerunt (*Massarellus* l. c. II, 135—153; *Musotti* et *Ficleri* Diaria apud *Döllinger*, Beiträge II, 27 et *Le Plat* l. c. VII², 340—341). Inter theologos P. Cuvillonius 23., P. Polancus 30. Septembris dixerant (*Ficleri* Diarium l. c. VII², 339; *Massarelli* Acta l. c. II, 147).

[1] Concilium 3. Octobris 1562, ut patribus aliquot hoc officium daretur, statuerat, horumque delectum legatis permiserat; qui eodem die praeter Lainium delegerunt Mutium Calinum et Gasparem del Fosso O. Minim., archiepiscopos iadrensem (Zara) et rheginum (Reggio), atque episcopos Ioannem Soares O. S. Aug. conimbricensem (Coimbra), Andream Cuesta legionensem (Leon), Bernardum del Bene (Delbene, D'Elbene) nemausensem (Nîmes), Ioannem Kolosváry csanadiensem (Csanád) et cum his Ioannem Baptistam Migliavacca, ordinis Servorum B. M. V. supremum moderatorem (*Massarellus*, Acta l. c. II, 151. *Paleottus*, Acta l. c. II, 592). Loco autem Delbenii *Pallavicinus* (l. c. l. 18, c. 14, n. 4) Ioannem Mariam Sala, episcopum vivariensem (Viviers), posuit.

[2] Doctrina haec cum canonibus exstat in Massarelli Actis apud *Theiner* l. c. II, 151—153.

[3] „Reformata" haec doctrina, quae exeunte m. Octobri patribus tradita est excutienda, exstat apud *Massarellum* l. c. II, 155—156.

dado tan adelante, que parecia ya muy demasiado callando algunos que tenian opinion uerdadera per la orden que dieron los legados, y los que tenian la contraria hablando liberamente sin mirar ala dicha orden: y pareciendo que la cosa era de mucha importantia N. Padre General determino de hablar largo d' esta materia; y dieron le audientia toda la mañana del Martes [1], y trato muy de proposito y de fundamento este punto, y fue de tal manera, que huuo una muy notable mutacion delos animos, tanto que le dixo un obispo español que era como la calamita que tiraua asi etc. [2] satisfizo muy notabilmente y a sido muy pedido su uoto de principales entre los legados y obispos, y uno delos legados dezia que se auia de stampar porque fuese mejor entendido de todos . Creo bien que l' escriuira [a] N. Padre para mostrarle a alguno delos que le piden, aunque no fara estampar, que no es nada amigo d' esto [3]. Es tan tarde para trattar dela materia

---

usque adeo progressa est, ut iam valde supervacaneum esse videretur, aliquos, qui veram sententiam tenebant, propter legatorum mandatum silere, cum contrariam opinionem tenentes mandati illius nulla habita ratione libere loquerentur; quae res cum magni momenti esse videretur, pater noster praepositus generalis copiose de hoc argumento loqui constituit; cui toto tempore matutino diei Martis [1] aures praebuerunt; atque is valde apposite et subtiliter hoc doctrinae caput tractavit, atque ita, ut animorum mutatio valde magna consequeretur eaque tanta, ut episcopus quidam hispanus ei diceret, ipsum velut magnetem esse res ad se attrahentem etc.[2]. Valde magna igitur cum satisfactione dixit, ac suffragium eius a praecipuis quibusdam et legatis et episcopis vehementer expetitum est; quod unus ex legatis dicebat typis exscribi oportere, quo melius ab omnibus intellegeretur. Puto autem scripturum quidem illud esse patrem nostrum, ut aliquibus ex iis, qui eum rogant, demonstret; neque tamen typis idem exscribendum curabit; hac enim re minime delectatur [3].

---

[a] le scriuira *ap.*

---

[1] 20. Octobris.

[2] Ipse etiam *Sarpius* Lainium per plus quam duas horas „perquam apposite, magna cum vehementia et authoritate“ dixisse, neque ullam ex orationibus in concilio habitis plus aut laudis aut reprehensionis, pro diversis audientium affectibus, habuisse affirmat (l. 7., l. c. p. 553—556). Ac *Carolus Visconti* (Vicecomes), episcopus vintimiliensis, refert, Lainium „molto accomodatamente“ dixisse, „diffendendo gagliardamente l'autorità della sede apostolica“ (*Grisar* l. c. I, 44*[1]). Similiter *Paleottus* Lainii sermonem „valde eruditum, distinctum, et rei accommodatum“ vocat simulque notat, eum fuisse „virum summae probitatis ac religionis, et cui fideles omnes multum pro magnis, quos in catholica ecclesia fructus fecit, omnino debeant“ (l. c. II, 596).

[3] Sub. 9. Novembris huius suffragii exemplum quoddam a Lainio ad Vicecomitem et ab hoc Romam ad S. Carolum Borromaeum missum esse ex *Vicecomitis* litteris Tridento 9. Novembris 1562 ad eundem Borromaeum datis (apud *Grisar* l. c. p. 46, adnot.) cognoscitur. Quod exemplum (ab oratione, quam pro lainiano sermone vendit *Sarpius* l. c., valde diversum) *Pallavicinus* cum in archivo vaticano invenisset, italice posuit in Historiae tridentinae l. 18, c. 15, n. 2—17, merito adnotans, Lainium, temporis avarum, scripto restrinxisse, quod dicto largius fuderat. Exstat praeterea commentarius copiosissimus a Lainio Tridenti legatorum, ut videtur, iussu de eodem argumento in eandemque sententiam conscriptus vel potius

de matrimonio, que temo no se podra concluyr para esta primera session [1], massime que andan dandose priesa en el Jndice delos libros, en el qual ay harto en que entender: podra ser que enla 7ª session no se tratte todo lo que se propuso enla sexta, y ayudara por uentura el esperar los perlados franceses que denueuo sedize como cosa cierta que uienen hasta quinze. Alla losabran bien, son tanbien entre los deputados para el Jndice dicho, N. Padre y el Padre maestro salmeron, en manera que aqui en casa no ay mucho ocio, porque sin lo que por ordinario ay en que entender, muchos perlados toman de buena gana el parecer delo que han de dezir en sus uotos en la congregacion, y creo que son los tales, delos que tienen buen parecer. De todo sea Dios loado y se sirua mucho de esta synodo para ayuda del bien uniuersal de su yglesia [a]. De Trento 22. d' otubre 1562.

Tempus autem, quo de matrimonii rebus agatur, tam breve iam est, ut timeam, ne usque ad proximam sessionem argumentum hoc absolvi nequeat [1], praesertim cum, quae ad Indicem librorum pertinent, diligenter maturentur; qua in re multum laboris consumendum est; fieri igitur poterit, ut in 7. sessione non omnia, quae in sexta proposita erant, tractentur; ac fortasse expediet praelatos gallos exspectare, quos ad diem 15. adventuros esse denuo pro certo dicunt. Neque istic vos ignorare opinor, inter viros Indici illi recognoscendo delectos esse etiam patrem nostrum et patrem magistrum Salmeronem; unde fit, ut domi nostrae haud multum sit otii; nam praeter solitas occupationes multi praelati libenter a nobis, quales in congregationibus sententias proferre debeant, edocentur; atque hos ex iis esse censeo, qui bonas sententias tenent. Pro his igitur rebus omnibus Deo sint laudes, qui hanc synodum ad ecclesiae suae salutem communem amplificandam copiose dirigat. Tridento 22. Octobris 1562.

Nota: In Registro librarius his litteris primum quidem in margine adnotavit: „Alemagna Padre D. Canisio", postea autem haec verba lineis transmissis delevit eorumque loco posuit: „Comun." Quod vocabulum ostendit, litteras saltem ad complures Societatis praepositos (provinciales vel rectores) missas esse, qui eas, quantum ipsis visum esset, cum Sociis communicarent. Quoniam autem inter praepositos illos vix unus erat, cuius tantum interesset res concilii intellegere, quantum Canisii, et quoniam hic paulo ante a Lainio iussus erat in posterum, cum qua nova de concilio a Polanco acciperet, rectori treverensi ea mittere cum praelatis quibusdam communicanda, atque huic *Polancus* Lainii nomine Tridento 20. Novembris 1562 *scripsit: „Delle cose del concilio quando c', e, qualch' una degna d' esser scritta si suole scriuere al padre Dottor Canisio" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 52ª): dubium non est, quin vel hae litterae vel similes (latinae, italicae) Canisio missae sint.

---

[a] de suy glesia *ap.*

---

dictatus, quem typis vulgavit *Grisar* l. c. I, 1—370; de quo cf. supra p. 448 [1] et infra, epistulam Polanci 29. Decembris 1562 ad Canisium datam.

[1] In sessione XXII. (VI. sub Pio IV.), 17. Septembris habita, constitutum erat, ut proxima sessio 12. Novembris haberetur in eaque de sacramentis ordinis et matrimonii etc. decerneretur.

718.

CANISIUS
FERDINANDO I.
imperatori.

Augusta Vindelicorum 23. Octobris 1562.

Ex litteris libelloque archetypis, ab *Andrea Stör*, iuvene litterarum studioso, quo Canisius tunc utebatur scriptore, scriptis (2°; litterae 2, libellus 16 pp. habent; sequitur p. vacua; in p. postrema inscr. et sig.); litteras Canisius sua manu subscripsit („Seruus" etc.). Et litterae et libellus aqua valde corrupta sunt: singularum paginarum particulae aliae putruerunt exciderantque, aliae adeo vel albae vel nigrae factae sunt, ut iam difficulter vel etiam nulla ratione legi possint. Exstant Hannoverae (Hannover) in archivo regni borussici, „Erskinesche Sammlung .I. Reichs-Sachen No. 20." f. 6ᵃ—15ᵇ.

Cum litteris tum libello primus ex historicis usus est et ex libello aliqua ad verbum proposuit *K. Saftien*, Die Verhandlungen Kaiser Ferdinand I. mit Papst Pius IV. über den Laienkelch und die Einführung desselben in Östreich (Göttingen 1890) p. 14—15. 18—20.

[Litterae:] Ad quaestiones de calice laicorum propositas Staphylus praeclare respondebit. Canisius praemonet, ut negotium illud maximi fiat, quippe quod ad Christi corpus pertineat, et ex quo perperam tractato et ecclesia et imperium gravissima detrimenta captura sint. Omnia potius ferenda, quam ut ecclesiae iura violentur.

[Libellus:] 1. Calix laicis concedi potest; quem utrum expediat necne concedere, id quidem statuere pontificis esto. 2. Caesar eum pro aliquibus subditis petere potest: non pro plurimis illis haereticis, qui divino iure eum sibi deberi iactitant; hi enim, nisi resipiscant, divino iure sacramentis omnino arcendi; neque pro hominibus probe catholicis; quibus calicis usus parum gratus, immo nocivus foret; sed pro catholicis in fide infirmis, quos ita in ecclesia retentum iri spes, quamquam exigua, est. 3. Concessioni condiciones, quibus et errores repellantur et catholici ab haereticis secernantur, adiungendae sunt, eaeque illarum similes, quae Basileae Tridentique propositae sunt; quae tamen ad minorem numerum reduci possunt; hoc certe palam planeque profiteantur oportet, se fidem tenere ecclesiae romanae; idque vel eo exigendum, quod haec Germanis nunc valde est exosa. Populus de primatu ac de eucharistia edocendus.

[Pa]x [Christi] nobiscum Jnuictiss. Caesar [clementissime] Domine

Cum Caes. Maiestatis uestrae mandata intellexissemus, curae fuit Doctorj Staphylo et mihi, ut scripta quae nobis ad iudicandum de causa Communionis proponebantur, serio expenderemus, multis quidem in eo studio consumptis diebus[1], ut Caes. Mai. uestrae iussis , et

---

[1] Negotio sacri calicis laicis concedendi a concilio tridentino 17. Septembris 1562 ad summum pontificem remisso, Ferdinandus I., a quo multi subditi eundem calicem vehementer petebant, compluribus viris doctis (Canisio et Societatis theologis Vindobonae Pragaeque degentibus et Staphylo et Georgio Gienger consiliario caesareo) quaestiones quasdam proposuit, quarum summa haec fere erat: Num concessioni calicis amplius esset insistendum; et utrum a concilio is denuo esset petendus an a pontifice; et quomodo id faciendum esset. Duo enim potissimum Ferdinandus metuebat: 1. ne condiciones duriores cum ea concessione iungerentur; 2. ne ipse, ut ad Victoriam scripsit, calicem a pontifice petendo „Concilio ac vniuerso christiano orbi aliquid praeiudicij . . adferret". Tridento enim 22. Septembris

officio nostro, quantum per Dei gratiam consequi potuimus, satisfaceremus. Ac Staphylus quidem pro sua prudentia et eruditione (uti non dubito) multa de re tanta praeclare conscripta mittet. Ego uero, quamuis exile iudicium et consilium hic possim adferre, tamen committendum non putaui, quin animj mei sententiam simplici et aperto quoque scripto testarer. Caeterum inprimis hoc unum praefabor, ac quam possum accuratissime rogabo per Christum Dominum, Christique sanctissimum corpus et sanguinem, ut Caesarea Mai. uestra in hunc summum dignitatis locum euecta [1] et Catholici Caesaris singularem hactenus gloriam consequuta, praesentem causam quae iudicanda est, magni ut par est, faciat, eamque tum religiose, tum prudenter, uti solet, pertractandam sumat. Non enim prophanum aut humanum, sed diuinum est prorsus hoc negotium, et grauissimum sane, quod Christum ipsum Deum et hominem proprie tangit, quod Christi sanctissimum corpus et sanguinem plane respicit, quod ad Christi corpus naturale simul et mysticum [2] omnino pertinet, quod praeterea si incommode praeposterequc tractetur ac infaeliciter accidat, profecto ut sapientes ominantur, Sacro Romano Jmperio dedecus, ingentem uero Ecclesijs Germaniae [m]inita[tur ruinam], ac infinitarum propemodum ani[marum perni]cie[m p]o[st s]e trahet, neque solum praesentem religio[nis statum plus sati]s afflictum perturbabit grauius, uerumet[iam] [diuturnos] [?], horrendos, et uix unquam forte sopiendos [in] [imperij] [?] [multis] [?] [pro]uincijs motus concitabit. Quapropter si unquam [ante, nunc] certe in primis aduigilandum caenseo, ut non absque [ti]more et tremore [3], communem Christi Ecclesiaeque causam tractemus, nihilque nisi considerate ac mature in re tanti momenti instituamus. Jta fiet Christo Duce, ut Caes. Mai. uestrae honos apud Catholicos omnes integer constet, utque probatae fidei et auitae Religionis suae testimonium publicum et perpetuum relinquat posteris, ac demum ut Christianissimi Principis, uereque Catholici Caesaris, et fortissimi Aduocati Ecclesiae laudem et gloriam immortalem

---

1562 caesarei oratores scripserant: Quod ea res ad pontificem remissa esset, id ex ipsius voluntate „ea potissimum de causa factum esse, ut hoc veluti praeiudicio eius Sanctitatis supra concilium autoritas et superioritas stabiliretur" (*Sickel,* Trient p. 386. *Saftien* l. c. p. 7—14). Atque huiusmodi „scripta" caesar et Canisio et Staphylo misit, ex quibus, quaenam eo in negotio vel iam acta essent vel agenda esse viderentur, intellegerent. Plura sub ipsum hunc Canisii libellum a me dicentur.

[1] Quanti *Canisius* „sacrum romanum imperium germanicae nationis" fecerit, haec *verba ostendunt, Augustae 8. Novembris 1562 ex cathedralis ecclesiae suggestu ab eo prolata: „Vae illis qui se opponunt huic Romano Jmperio, et non honorant in illo Dej ordinationem [1 Rom. 13, 2] qui hoc instituit et ordinauit super omnem aliam potestatem, et ad finem usque mundi conseruabit" (ex huius sermonis commentario ab *A. Stör* scripto et a Canisio recognito. Cod. „Can. X. U." f. 117[a]).

[2] Ad verum Christi corpus, quod in sacra eucharistia est, et ad ecclesiam, quae „corpus" Christi a Paulo apostolo vocatur Col. 1, 18. 24; cf. Eph. 5, 23.

[3] Tob. 13, 6. Ps. 54, 6. Eph. 6, 5 etc.

promereatur. Omnia certe nobis deserenda ac perpetranda prius uidentur, quam ut Ecclesiae sanctae iura, et Religionis Catholicae instituta uiolemus ipsi, aut si prohibere possumus, uiolari ab alijs, patiamur. Delirat hic mundus in extrema senecta, et magno impetu praeceps quodammodo ruit in omnem tum rebellionem tum impietatem. Multa interim dissimulare cogimur ac perpeti ob temporum iniquitatem: sed ad aras usque, ut olim recte dictum accepimus[1]. Ego uero Christum Opt. Max. rogare pergam, ut Caesareae Maiestatis uestrae conatus et studia in suam uertat gloriam, et ad[a] Ecclesiae prosperet utilitatem. Augustae Vindelicorum 23 Octob. Anno post Christum natum 1562. Seruus in Christo Pet. Canisius.

D[e us]u sacri [calicis p]ro Germania Laicis [p]etendo.

Vt breuiter et o[rdinate tract]emus de proposita nobis consultatione, quae summi est sane [m]o[menti], et exacta peruestigatione hoc praesertim tempore indiget, nos rem totam in quinque capita contrahemus. Primum erit, An petendus sit usus sacri calicis in communione Augustissimi ac diuinissimi sacramenti Eucharistiae? Secundum Pro quibus personis huius calicis usus conuenienter petatur? Tertium, An sub conditionibus quibusdam usum calicis congruat petere? Quartum Quae nam illae conditiones in hunc finem proponendae et quibus uerbis exprimendae sint? Quintum et Postremum: Num in foro interiore tantum, an simul et in interiore et exteriore sacri calicis usus petendus sit. Circa haec igitur capita explicanda uersabimur, ut totius consultationis partes rectius distribui ac exactius iudicari possint, Christo Domino inprimis auxiliante.

I. An sit petendus usus sacri calicis in sacra communione?

Respondeo, Etsi prima haec quaestio principalis uelut fundamenti locum tenet, cui sequentes aliae quaestiones superstruuntur, tamen non adeo necessaria et quodammodo intempestiua uideri potest in proposita consultatione. Quippe non in dubium hic modo uocatur, quod a sacra synodo recens postulatum nec repudiatum esse constat, quodque Patres Concilij, cum diu tractassent, tandem ad sedem Apostolicam referendum iudicauerunt, quod insuper maiorum aetate a Concilij Basiliensis Patribus concessum Bohemis fuit[2]. Juris enim

[a] *Sequitur* Christi, *a St. oblitteratum.*

[1] *Aulus Gellius,* Noctes Atticae l. 1, c. 3: „Pericles ille Atheniensis ... quum amicus eum rogaret, ut pro re causaque eius falsum deieraret, his ad eum verbis usus est: *Δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν*“ (alii: „*μέχρι θεῶν*“; ubi „usque ad aras“ in veteri Theodori Gazae versione est).

[2] Synodus basileensis 15. Ianuarii 1437 „Compactata iglaviensia“ probavit, quibus communio sub utraque specie Bohemis Moravisque concedebatur, idque decreto 23. Decembris 1437 (sessione XXX.) edito accuratius explicavit. Cf. *Can.* Epp. I, 553[1].

positiui res est, si per se consideretur, sub utraque specie communionem his aut illis concedere. Caeterum si hoc nullam omnino difficultat[em] habere[t, de eo ri]xa[rentur] non tantopere Docti, et in Synodo [Patres] [?] de illo [iudic]asse[nt ,] ac integrum causae iudicium ad Pont. [Max.] [?] [non] det[ulissent. Si] certam uero utilitatem haec communio adf[erret,] [commodius] [?] profecto cum Bohemis actum fuisset. Non [quaeritur] [?] [sane,] [?] [qu]id possit Ecclesia uel Pontifex, sed quid expe[diat facere, in] hac quaestione considerandum uenit. Jd uero ex rerum humanarum ac praesertim Germanicarum cognitione, pendet uel maxime, quarum certe Pontifex ignarus non est . Eoque magis in hoc negotio Pontifici fidere possumus, ut qui Germanicam nationem ac Romanum Jmperium non solum probe callet, sed amat etiam ac singulari beneuolentia prosequi solet [1].

II. Pro quibus personis petendus uideatur usus sacri calicis?

Respondeo, Non hic agi nisi de Germanis, Vngaris Boemis et alijs subditis Caesareae Maiestatis . Jn quibus omnibus tria personarum genera distinctim [a] considerari possunt. Nam alij sunt Schismaticj, haeretici et errantes in fide: alij in Catholica fide constantes; alij demum Catholicj quidem, sed infirmi et ex priuata quadam deuotione usum calicis expetentes. Jam qui sunt primi generis, indigni sunt omnino pro quibus petatur qualiscumque Communio, ut quae illis non ad salutem, sed ad iudicium [2] et condemnationem certo certius contingeret. Atque id generatim uerum est de omnibus infidelibus, nec minus in specie locum habet in his , qui per schisma uel errorem aliquem cum Catholica fide pugnantem se a Christo Christique corpore mystico quod est Ecclesia [3] separauerunt. Tales enim quamdiu non resipiscunt, et in fide sanati non Ecclesiae matri reconciliantur, a sacramentis et sacris omnibus arceri diuino iure debent [4]. quia non sunt in domo Dei [5], in qua sola cum fructu editur et offertur Agnus ille Paschalis [6], uerus et uitalis panis filiorum [7], non proijciendus canibus [8].

[a] *A St. correctum ex* distincta.

[1] Pium IV. ab ipso pontificatus initio Ferdinando I. Germaniaeque perbenevolum fuisse in comperto est.

[2] 1 Cor. 11, 29. 34. [3] Cf. supra p. 500 [2].

[4] Cf. Matth. 7, 6. Hebr. 13, 10 etc. [5] 1 Tim. 3, 15.

[6] *S. Hieronymus* ad S. Damasum papam de ecclesia romana catholica: „Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est“: Ep. 15 (alias 57), n. 2 (*Migne,* PP. LL. XXII [Parisiis 1845], 355). [7] Matth. 15, 26. Marc. 7, 27.

[8] Ex. 22, 31. Cf. Matth. 7, 6; 15, 26. Marc. 7, 27. Praeterea Canisii animo obversata esse videntur, quae die „Corpori Christi“ sacro in notissima illa „Sequentia“, quae incipit: „Lauda, Sion, Salvatorem“, a Sancto Thoma Aquinate composita, canuntur: „Ecce panis Angelorum, factus cibus viatorum: vere panis filiorum, non mittendus canibus.“

Hic diuinum [certe] [? sane?] [p]raeceptu[m,] quod etiam Pontificem obligat, debet impleri: N[olit]e sanct[um d]are canibus[1]. Jam uero negari non potest [,] bonam Germano[rum] partem, qui pro calice tot annis summa contention[e dimi]cant ac [pu]gnant, mala et pestifera quasi radice niti, ut [temere][a] [?] [rati]onem necessitatis adferant, credantque parum aut nihil [referre][b] [?] [q]uid Ecclesia et Pontifex hac in parte permittat , se uero iure diuino Christique praecepto[c] cogi ad bibendum calicem, nec se posse aliter facere salua conscientia vnde nec ferunt Catholicos etiam pastores suos bene monentes, et prae se contemnunt alios secus communicantes, quos aut ignorantiae crassae aut uiolati testamenti Christi audent insimulare . Hic profecto non simplex neque dissimulandus est error, quo in fidem ipsam impingitur, quo Ecclesiae sua tollitur authoritas, et obedientia debita : quo Christiana omnis laeditur charitas, quo demum tanto damnabilius Eucharistia sumitur, quo peruicacius pro Sacramenti formis externis litigatur, et unitatis symbolum[2] uertitur in tessaram noui schismatis et apertae diuisionis, quam Christus in suo corpore[d] nullo pacto feret[e]. Quapropter cum eiusmodi per sacram Synodum legittime condemnati[3], ab haereseos nota excusari non possint, ac proinde in usu Sacramentorum cauendi sint maxime, non potest sane nec debet Pontifex quantumuis rogent, talibus concessione ulla patrocinari, fauere aut consentire . Non enim solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, digni morte[4] censebuntur.

Nunc ad secundum personarum genus accedamus, quae nomen Catholicum promerentur, et super petram fundati[5], ab unitate et obedientia sanctae matris Ecclesiae non discedunt, imo et cum tentatione prouentum faciunt[6] in his tantis de fide dissensionibus : quia norunt illud : Oportet haereses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant[7]. His ueterem communicandi modum immutare, et usum calicis nunc petere, haud necessarium quidem uidetur . Nam ueri Catholicj satis habent sub una specie totum Christum

---

[a] *Vel* [perperam] *vel* [falsam] *vel aliquid simile.*
[b] *Vel* [interesse] *vel* [curandum] *vel aliquid huiusmodi.*
[c] *Saft. haud recte:* iure divino Christique cogi.
[d] *Sequitur* ferre, *a St. oblitteratum.*
[e] feret *a St. correctum est ex* aut uult aut potest.

---

[1] Matth. 7, 6.
[2] Cf. 1 Cor. 10, 17. „O Sacramentum pietatis! o signum unitatis! o vinculum charitatis!": *S. Augustinus,* In Io. Tract. XXVI, n. 13. Cf. etiam *eiusdem* in Io. Tract. XXVII, n. 6 (*Migne,* PP. LL. XXXV [Parisiis 1864], 1613. 1618).
[3] In concilii tridentini sessione XXI. De comm. cap. 1—3; can. 1—3 (et iam antea in concilii constantiensis sess. XIII.).
[4] Rom. 1, 32. [5] Matth. 7, 25; 16, 18. Luc. 6, 48.
[6] 1 Cor. 10, 13. [7] 1 Cor. 11, 19.

et sacramenti huius integrum fructum percipere [1], et cum Catholicorum millibus merito placet illis non [so]lum in [fid]e [,] sed [etia]m in [a] externo ritu consensio. [Add]e [quo]d neque [popu]lo [plac]et mutatus modus communicandi, qui [fort]assis [plures e n]ostris Catholicis perturbabit quam iuuab[it ad]uersario[s.] Primum enim si citra discrimen Catholicis omnibus [eiusmodi] [b] [?] [communicand]i disparitas libera concedatur, ut in una domo sc[ilicet] [Dei] [?] [, in] uno eodemque templo et altari hic accipiat sub una, e[t ille su]b utraque specie s. Eucharistiam, non potest sane in Ecclesijs, praesertim quae hactenus unicam tantum speciem Laicis porrexerunt, non potest inquam non magna induci deformitas, et distrahentur multorum animi potius quam unientur. Quis dubitet obsecro, quin res noua et inusitata multos perturbabit infirmos, eosque de maiorum pietate et praecedentis Ecclesiae synceritate dubios reddet? nec paucos ad sumendum calicem, uel sola prouocabit curiositas. Item ad aemulationem et contentionem [2] aperietur fenestra, ut alij alios iudicent [3] et mordeant inuicem [4] ob ritus uarietatem. Denique tum sacerdotibus tum plebaeis et crassis in tanta hominum turba praebebitur occasio, circa usum calicis frequentius delinquendi ob [c] uarias prophanationes et pericula, quae illic etiam non negligentibus accidunt. Ac breuiter, ea recurrent incommoda, propter quae sapientissimis Patribus et optimis Maioribus uisum est usum calicis prorsus intermittere, solamque panis speciem toto fere Christiano orbe tot seculis retinere.

Superest genus tertium, illorum uidelicet, qui Catholicj potius quam haereticj uidentur, infirmi tamen ac uacillantes in fide [5], qui cum sola animi deuotione permoti uideantur ad usum petendum calicis, ita tamen urgent uehementer, ut nisi hoc illis donetur quod impatienter optant, a fide et obedientia Ecclesiae debita in uniuersum defecturj esse uideantur. Horum infirmitati potest haud dubie Pontifex aliquid indulgere: pro his tanto magis calicis usus petendus est, quo certius constare potest hoc salutare medium ac remedium illis opem allaturum esse, ut in Ecclesia Catholica, si non prorsus exciderunt, contineantur, et ad ueram cum S. Rom. Ecclesia unionem Christi iuuante gratia [reducan]tur. Atque utinam hac in parte maiora extarent indicia [q]uae [no]bi[s] spem cer[tam] facerent istiusmodi siue dubios siue [infir]mos [mel]ius hab[ituros cali]ce tandem impetrato. Varia enim hor[um infir]morum [est] [disposi]tio [d] [?]: quidam

[a] im *St.* [b] *Vel* haec. [c] *A scriba correctum ex* et. [d] *Vel* [condi]tio.

[1] Concilium tridentinum (l. c. can. 3 et cap. 3) pronuntiaverat: „Totum et integrum Christum, omnium gratiarum fontem et auctorem, sub una panis specie sumi", ac „quod ad fructum attinet, nulla gratia, necessaria ad salutem, eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt."

[2] Rom. 13, 13. 2 Cor. 12, 20. [3] Cf. Rom. 14, 3—13. Iac. 4, 11—13.
[4] Gal. 5, 15. [5] Rom. 14, 1.

et permulti sane sic laborant[, ut priuatum] [suum][a] [?] [pi]etatis affectum communi Ecclesiae iudicio [subijciant][b] [?] [: alij deuot]ionem simulant, sed quae falsa pietatis specie[1] uid[etur] [circumtegi,] [?] et cum graui errore coniuncta passim inuenitur . A [fide] et unitate Ecclesiae, quae uerum et perfectum Christi spiritum habet, isti segregant se se, et priuato deuotionis affectu afflati uideri uolunt, uelut soli ipsi sint religiosi . Sed recte Ioannes admonet : Charissimi nolite omni spirituj credere[2].

III An sub conditionibus quibusdam petendus a Pontifice usus calicis?

Faciet haud dubie pro sua pia prudentia et prudenti pietate Pont. Max.[3] quod in concedendo calicis usu consultius fore iudicabit: illi nos leges dare nec uolumus nec debemus . Decet autem cordatum et sapientem Caesarem in tempore deliberare, an et quomodo sacri calicis usum a Pontifice suis subditis uelit expetere . Cum autem de eo sit modo constitutum, calicis usum peti posse[c], sequitur ut de conditionibus in genere primum, tum in specie subijciamus . Ac pro indubitato illud habendum putamus, Pont. Max. haud sine conditionibus annexis largiturum hoc Germanis beneficium . Jdem in Synodo Tridentina plurimi existimauerunt[4]: hoc[d] in simili casu fecit Concilium Basiliense, communionem sub utraque specie Bohemis[e] concedens sub certis et expressis conditionibus[5]. Ac similes id genus haud grauatim debent ferre Germani, qui magna ex parte (proh dolor) longius quam pridem Bohemi, ab unitate et obedientia S. matris Ecclesiae seipsos segregauerunt[6], iamque pluribus et grauioribus [erroribus][f] circa omnia fere[g] Religionis capita et sacramenta passim implicati tenentur. Praeterea in sacramenti huius maximi irreuerentiam tenderet, si absque conditionibus usus calicis impetraretur in illis Prouincijs, quae nihil integri satis habent [in fide, qu]ae uarios et impios profitentur errores, et in hac t[anta sectaru]m et opinionum uarietate neque quid [credant] [?] [ne]que quid [faciant], statuere possunt . Jn summis enim uersa[ntur] tenebris [, et] corruptelis plena sunt omnia, Catholicae autem [uerita]tis luc[e magis] magisque indies destituuntur. Jtaque dici non potest, [quam sit] [foede] [?] obscurata doctrina et rara fides, praesertim de hoc [uenerando][h] [?] [prors]usque sanctis-

[a] *Vel* [suae]. [b] *Vel* [submittant].
[c] peti posse *a St. correctum est ex* esse petendum.
[d] *Sequitur* enim, *a St. oblitteratum.* [e] *A St. correctum ex* bohimis.
[f] *Hoc v. a St. vel a C. addendum fuisse res ipsa ostendit.*
[g] *V. in marg. additum.* [h] *Vel* [augusto].

[1] 2 Tim. 3, 5. [2] 1 Io. 4, 1. [3] Pius IV. [4] Vide infra p. 508—509.
[5] Has Canisius ipse paulo infra recenset; vide infra p. 508.
[6] Iudae 19.

simo Sacramento quod haud temere dixeris [petram] scandali[1], lapidem offensionis[2], et signum cui contradicitur[3]. At [eo minus] ueritas dissimulanda, ne communes nutriamus errores, quos expressae conditiones si proponantur, potenter cöarguent ac docebunt homines qui noua concessione uolent utj, ut nouae falsaeque doctrinae fermentum[4] agnoscant caueantque. Jd nisi fiat, placrique ad iudicium et damnationem sibi calicem bibent[5], eruntque posteriora peiora prioribus[6]. Verum si commode [*sic*] quaedam conditiones accedant, Catholicj ab alijs rectius discernentur, taedebit Sectarios una cum Catholicis sacram adire synaxim, non erit quod Ecclesiae uel desertores uel hostes se suamque communionem Ecclesiae authoritate falso defendant: multi praeterea suas corrigent opiniones, si quas dictis conditionibus contrarias perperam imbiberunt: admonebitur uulgus de rebus salutaribus ac scitu hoc tempore necessarijs. Demum habebunt et infirmi sua illic medicamenta, quibus opus est nunc, si antehac unquam, in Germania. Fatemur interim non omnibus huiusmodi conditiones necessarias esse, quae possent etiam in uniuersum omitti, ubi nullam de fide dubitationem homines adferunt, neque suspitionem erroris de se ullam praebent. Vnde fieri uidemus in Nationibus uere Catholicis, ut nullae id genus conditiones sacrae Communionis tempore proponantur.

IIII. Sub quibus conditionibus petendus usus sacri calicis, et quibus illae uerbis exprimendae.

Respondeo Tales proponendae Conditiones uidentur, quae infirmos et dubios adhuc Catholicos ita iuuent, ut corpus et sanguinem Dominj non ad iudicium sibi manducent et bibant[7]. Et has conditiones a Concilio Tridentino mutuari possumus, in quo [res t]ota quinque ar[ti]culis absoluitur[8], Aut pro illis ipsis forte s[at] er[it, ut] quidam [putant], hoc unum proponere et exigere, ut co[mmunic]aturus [profit]eatur se filium sanctae Christianae Ecclesiae o[be]dien[tem esse] seque [idem] cum Ecclesia credere uelle, Verum inter hos [duos modos plurimum s]ane interest. Jllic explicite: hic uero implicite [fidem Ecclesiae ampl]ectuntur. Jllic diserte obuiam itur erroribus qui mo[do plur]im[u]m in Germania uigent, et populum ad Communionem sacram indignum reddunt. Hic uero quaedam est dissimulatio et ind[ul]gentia, ne attingi hulcera, et irritabiles homines exasperari magis quam placari uideantur, si tam expresse de morbis praesentibus admoneantur. Jllic clara fidei et obedientiae Apostolicae [*sic*] professio exigitur, ut inter Catholicos et Haereticos siue Schismaticos communicantes certius

---

[1] Is. 8, 14. Rom. 9, 33. 1 Petr. 2, 8.
[2] Is. 8, 14. Rom. 9, 32. 33. 1 Petr. 2, 8. [3] Luc. 2, 34.
[4] Cf. Matth. 13, 33; 16, 6—12. Luc. 12, 1 etc. [5] 1 Cor. 11, 29.
[6] 2 Petr. 2, 20. Luc. 11, 26. [7] 1 Cor. 11, 29.
[8] Hos Canisius paulo infra recenset; vide infra p. 508—509.

distingui possit . Hic ueluti promiscue commisceri uidentur oues et hoedi[1], Catholici cum Sectarijs, modo in foro interiore coram Sacerdote utrinque[a] [?] testentur, se filios esse sanctae et Christianae Ecclesiae, seque idem cum illa credere uelle, quemadmodum haud dubie et Anabaptistae et Caluinistae, diuerso licet sensu, clam palam fatebuntur . Demum illic Docti et indocti de fidei doctrina magis necessaria summatim admoneri possunt, ut rectius praeparati, Christo et Ecclesiae legittime uniantur . Hic autem doctis et indoctis relinquitur effugium, si uelint tergiuersari, ac speciosus adest praetextus, quo multi lupinos tegant animos[2], et uel inuitis Confessarijs ad tremenda illa prorumpant mysteria, et huc [*sic*] Ecclesiae seu Pontificis authoritate licenter abutentur [*sic*], uelut iam ipsis competat ius in usum calicis, quia sanctam et Christianam Ecclesiam suam esse matrem profitentur . Jtaque tales hic requiri conditiones putamus, quae non solum in interiore, sed etiam exteriore foro, non[b] modo implicite, sed etiam explicite, nec tantum coram sacerdote, sed etiam coram Ecclesia publice adhibeantur . Hac ratione Catholicj doctrinam fidei suae certiorem habebunt, et cum opus erit, de fide sua rogati melius respondebunt, seque apud exteras nationes faeda suspitione commodius liberabunt, ne Germani scilicet cum nouo ritu nouam et haereticam R[elig]ionem amplexi uideantur . Nunc uero [cum ex]pressa [quibusdam in][c] [?] Conditionibus fidei professio accesserit, satis o[ste]ndent, s[e] in doctrinae, unitate[d] [?] et obedientia Ecclesiae pers[euerare], et citra [o]mnem errorem calicis usum adhibere . Accedit [quod nemo ad] sacram communionem cum fructu potest accedere, [nisi tum a s]e[i]pso tum ab Ecclesia primum probetur[3]. Ac in foro quidem interiore cum sacramentalis Confessio peragitur, profiteri semper oportet, ac diserte quidem, in quibus diserte quis dubitat, sicut et implicite profiteri debet, si de quibus implicite dubitat . Nec id satis erit, nisi externa etiam accedat probatio ac professio, ubi communicaturus aut dubitat adhuc aut omnino errat in his, quae sunt Catholicae fidei ac Religionis . Quis autem nesciat id genus homines in Germania plurimos et infinitos reperirj? Nec potest quisquam, si sapit, hoc grauatim ferre, ut eas audiat sibi praescribi conditiones, quae nihil fere contineant aliud, nisi ut ore confiteamur ad salutem, quod corde credimus et cum tota Ecclesia credere debemus ad iustitiam[4]. Proinde non solum in fide firmis, uerumetiam infirmis ac uacillantibus proderit Conditiones quasdam explicate proponi, ut extet publica fidei protestatio, nunc magis, quam antehac

[a] *Sic; sed fortasse corrigendum* utcunque. [b] *V. supra versum scriptum.*
[c] *Vel* [quoque illis in] *vel* [quoque certis cum] *vel aliquid simile.*
[d] *Sic; sed legendum esse videtur vel* doctrina, unitate, *vel* doctrinae unitate.

[1] Cf. Matth. 25, 32. 33. [2] Cf. Matth. 7, 15.
[3] 1 Cor. 11, 28. Cf. Matth. 7, 6. [4] Rom. 10, 10.

unquam in hoc sacramento uindicando necessaria . Atque ita uisum est Concilij Basiliensis Patribus communionem sub utraque specie non aliter Bohemis concedere, quam sex adiectis conditionibus, quas illi ante Communionem publice profiterentur[1]. Prima conditio illa fuit, quod crederent Bohemi Communionem sub utraque specie non esse praeceptam . Secunda, quod credant et doceant Laicos non peccare, qui sub una specie communicant . Tertia, quod credant et doceant, non plus sumj sub duabus speciebus, quam sub una . Quarta, quod sub una specie sumatur totus Christus, id est, tam corpus eius quam sanguis . Quinta quod aduersarij in Ecclesijs suis laico petenti alteram speciem non denegent [*sic*] . Sexta, quod cura adhibeatur per utramque potestatem, ne Sacramento calicis irreuerentia exhibeatur . Hic uides quam grauiter et expresse tum [ca]uerint P[atres], ne calicis usus Bohemis concessus ullum Catholic[ae fidei] praeiud[iciu]m adferret, nihilque dissimulandum putarunt [*sic*], quo[d ad] falsam [Bohemor]um persuasionem refellendam spectaret . S[ic enim] [perpetuo] [?] [a] Patribus obseruatum est, cum haereses ac impias o[piniones extir]pare uellent, ut non permissionibus ac dissimulationibus, [uerum ser]ijs potius constitutionibus uterentur, easque conditiones proferr[ent,] quae Catholicam sententiam aduersus Sectarios magis ac magis illustrarent, ac quoad eius fieri posset, ipsas etiam errorum radices[a] euellerent[b] funditus ac profligarent.

Eadem haud dubie causa fuit Patribus in Concilio Tridentino, cur et ipsi nouae concessioni, si qua futura esset, de usu calicis nouas etiam conditiones adijciendas putarunt, nimirum ut uelut periti medici solent, suos etiam aegrotis morbos indicarent, et opportuna illis remedia licet nonnullis amara, simul proponerent[c]. Quas conditiones non abs re fuerit hoc loco repetere, ut hinc etiam ueritas quam tuemur, clarius illucescat[2]. Jgitur sic habent propositae in Synodo Conditiones. Prima, Vt sub utraque specie communicare uolentes, in reliquis omnibus tam quoad[3] Sacramentum hoc, quam caetera sacramenta . Jtem in quacumque materia quoad fidem, doctrinam ritumque, conueniant corde et oris confessione[4] cum

[a] *Sequitur* prorsus, *a St. oblitteratum.* [b] euelleret *St.*
[c] *A St. correctum ex* indicarent.

[1] Praecipuae ex his condicionibus in concilii basileensis decreto „super modo communionis" (sess. XXX) et in „Compactatis pragensibus" continentur (*J. Hardouin* S. J., Acta Conciliorum VIII [Parisiis 1714], 1244. *Monumenta* Conciliorum generalium seculi decimi quinti: Conc. Bas. Scriptt. I [Vindobonae 1857], 496).

[2] Condiciones has, Herculis Gonzagae cardinalis Mantuani et primi praesidis concilii nomine a Massarello concilii secretario 22. Augusti 1562 in congregatione generali e scripto recitatas, posuerunt idem *Massarellus* in Actis (apud *Theiner* l. c. II, 88—89) et *Paleottus* in Actis, ed. *Mendham* [cf. supra p. 463[4]] p. 221—222; eaedem typis exscriptae sunt a *Le Plat* l. c. V, 455, aliis.

[3] *Massarellus (Theiner):* tam quod ad. [4] Rom. 10, 10.

ijs omnibus, quae a Sancta Rom. Ecclesia sunt recepta : nec non decreta omnia huius Sanctae[a] Synodi tam promulgata[1] quam promulganda religiose admittant et obseruent. Secunda. Vt Pastores dictarum[b] Nationum et Concionatores credant et doceant, consuetudinem ab Ecclesia probatam, et diu obseruatam, uidelicet communicandi sub altera tantum specie, non esse alienam a diuino iure, imo laudabilem, et tanquam legem obseruandam, nisi ab Ecclesia aliter statuatur . Quodque aliter pertinaciter sentientes, haereticj sunt[2] censendj . Nec alijs[3] dent hanc communionem sub utraque specie, nisi qui crediderint hanc ueritatem, et eam confessi fuerint. Tertia. Quod Sanctissimo D. N. Papae ut legittimo uniuersalis Ecclesiae Episcopo et pastori debeant[4] fidelj animo et syncer[o], ut reuerentes f[ilij], omnem[5] reuerentiam exhibere. Quar[ta.] Quod [A]r[chi]episcopis[,] Episcopis, et alijs Praelatis suis similiter debit[am o]bedientia[m et] reuerentiam prestent. Quinta, Vt hic us[us] ca[li]cis [ijs tant]um permittatur, qui contriti et confessi fuerint, [iu]xta [Ca]tholicae Ecclesiae consuetudinem . Jtem ut ordinarij quam [diligenti]ssime omnibus cautionibus prouideant, ne in administratione sanguinis aliquod sacrilegium uel[6] prophanatio admittatur . Super [qu]ibus omnibus praedictis[7], eorum conscientia oneratur.

Multa hic sane prudenter sunt posita, nec est quicquam in his conditionibus, quod uere Christianas aures ac mentes offendere, quodque non salutare et quodammodo necessarium existimari possit . Caeterum non est propositi nostri, dictas conditiones ita tueri mordicus, ut omnes eisdem plane uerbis retinendas, et cum ipsa concessione coniungendas, publiceque postea proponendas iudicemus . Propositae quidem in Synodo fuerunt, sed non aeque ab omnibus receptae et approbatae Patribus . Vtiliter tamen monent, et uiam nobis quasi sternunt ad rectius inueniendas certiusque constituendas Conditiones, de quibus nunc queritur [*sic*], ac in specie porro magis tractandum est, ut praecipuam huius capitis partem absoluamus.

Ergo si rite consultum uolumus non auribus, sed animis potius Germanicis, prima sit conditio, ut calicis usum accepturj profiteantur, quod in Ecclesiae sanctae Catholicae Romanae fide simul et unione corpus et sanguinem uerum Dominj uelint accipere . Secunda, Quod eadem credant ac profiteantur, quae de sacramentis et alijs fidei

---

[a] Sancta *St.* [b] *In archet. sequitur* Ecclesiarum, *a St. ipso oblitteratum.*

---

[1] Canisius decreta illa dicere videtur, quae in publicis concilii sessionibus iam facta sint; proprie enim pleneque decreta tridentina a. 1563 et 1564 a summo pontifice confirmata et promulgari coepta sunt. [2] *Massarellus (Theiner):* sint.

[3] *Mendham* perperam omisit: aliis. [4] *Mendham* perperam: debeat.

[5] Canisius hic omisit verba: „obedientiam et", quae et *Massarellus* et *Paleottus* habent; eadem sunt apud *Le Plat.*

[6] *Massarellus* et *Paleottus:* aut. [7] *Le Plat omisit:* praedictis.

sanae partibus Catholica et Romana credit ac tenet Ecclesia, cuius etiam Pastoribus ac summo inprimis Pontificj obedientiam ac reuerentiam in omnibus debitam uelint exhibere . Tertia, Quod profiteantur tam sub una quam sub utraque specie Christum totum, nimirum corpus eius et sanguinem sanctissimum recte[a] sumi, ac uerum Sacramenti huius fructum accipi.

Quod si haec quo[que] longiora aut minus grata uidebuntur, in quibus [ta]men [co]nditiones n[on] solum utiles Germanicae Nationj, sed etiam necessar[iae] propemo[du]m continentur, licebit has etiam, si placet, contrahere, ut breu[iter] ita dic[amus :] Primum credat quisque et fateatur, se filium in omnib[us] obedie[ntem esse u]elle Sanctae Catholicae[b] Romanae Ecclesiae : Deinde quo[d[c] cum eadem] Ecclesia consentiat in his quae tum ad sacramentum hoc [uenerabile], tum ad reliquam totius Christianae fidei doctrinam spectant[d]. Quibus hoc etiam adiungendum plane censemus, ut Archiepiscopi, Episcopi, et qualescumque Ecclesiarum Praepositi, populum specialiter admonendum curent[e] ante communionem de fide fideique doctrina communicaturis necessaria : utque praeterea diligenter obseruent et caueant, ne quicquam prophanationis ac periculj accidat in bibendo calice, Ad quam rem alijs quoque cautionibus ac praesentibus remedijs opus fore uidetur. [S]ic enim arbitramur reliquas conditiones, quae superius adduc[tae] fuerunt, in hoc uno posse concludi, si[f] Romanae Ecclesiae fidem expresse profiteantur . Scimus interim, quid nobis hoc loco possit opponi de odio et inuidia Ecclesiae Romanae apud Germanicum uulgus conflata : nec ignoramus placrosque usum calicis aut aegre admissuros, aut contemptim etiam uti uerendum est, repudiaturos esse, cum Romanae Ecclesiae nomen[g] audient, quod haereticj quidem contemptissimum uulgo reddiderunt . Jgitur nullum aut exiguum concessionis huius fructum sperabunt, si de Ecclesia et Pontifice Romano in conditionibus mentio fiat . Verumenimuero in omni difficili causa quae conficiunda suscipitur, ac praesertim in grauissimo negotio sacrosanctae fidei et Religionis nostrae, spe magis bonorum erigendus, quam metu malorum concutiendus est animus : neque tam humani casus et incerti euentus extimescendi sunt, quam in summa summj Dei prouidentia clementiaque omnis ponenda fiducia, ut ex diuina gratia potius quam humana industria prudentiaque nostra pendere uideamur . Experimur haud dubie nunc ea tempora, de quibus Paulus praedixit : fore illa periculosa[1], in quibus homines

[a] *V. supra versum scriptum.* [b] obedientem praestare velle catholicae *Saft.*
[c] quoque *Saft.*
[d] *Quae sequuntur, usque ad* opus fore uidetur *incl., a St. in marg. addita sunt.*
[e] *Sequitur* de, *a St. oblitteratum.* [f] *Sequitur* expresse, *a St. oblitteratum.*
[g] *Sequitur* ne, *a St. oblitteratum.*

[1] 2 Tim. 3, 1.

a fide discessuri sint, ut spiritibus erroris attendant[1], et sanam doctrinam non sustineant, sed ad sua desideria coaceruent sibi magistros prurientes auribus, et a ueritate quidem auditum auertant[2]. Ergone uel deserenda uel prodenda ueritas Catholica, ut urgentibus [*sic*] confessionem nostram aduersarijs, turpiter dissimulare uelimus, quod salubriter confiteri possumus ac debemus? Spectemus in re tanti momenti, quid peritus medicus iudicet, non quid moros[us et] insanus aegrotus petat, ut qui morbi sui ratione ueraque [cu]ratione non intellecta, non raro salutaria respuit[, a]c nocitur[a i]ubet apponi. Abhorret populus (quod negari non [potest]) a nom[in]e, fide, unione et obedientia sanctae Romanae E[cclesiae,] [quam] [?] [etiam] [?] contumeliosis uerbis infamant atque subsannant; pauci [uero Germa]ni, ut par erat, reuerenter illam agnoscunt, ac publice [auden]t profiteri . Hic iam tempus exigit, si Catholicum retinere nome[n] uolumus, et iubet quoque charitas, quam errantibus debemus fratribus, ut aduersus manifestum et perniciosum errorem quod uere catholicum est fuitque semper, id expresse profiteamur, ac reipsa testemur, nos illius capitis et Ecclesiae non pudere ac pigere, quae mater et magistra est omnium Ecclesiarum[3]. Ad[a] quam Romanam Ecclesiam, ut antiquissimj Jrenaei uerbis utamur, propter potentiorem [*sic*] principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, et omnes qui sunt undique fideles christiani[4] [*sic*] . Tollamus uero (si superis placet,) ac praetereamus petram illam et hierarchiam et caput Ecclesiae : fieri non poterit, quin sicuti D. Cyprianus loquitur, gubernatore sublato Sathanas, qui Petri fidem frustra tentat et oppugnat[5], atrocius atque uiolentius circa Ecclesiae naufragia grassetur[6]. Tota enim Ecclesiae salus, si

---

[a] *A St. correctum ex* Ecclesiarum, et ad .

---

[1] 1 Tim. 4, 1. [2] 2 Tim. 4, 3. 4.

[3] *S. Cyprianus* romanam ecclesiam „ecclesiae catholicae matricem“ vocat Ep. 48 (alias 45), ad Cornelium data, c. 3 (Opera [rec. *Guil. Hartel*, Vindobonae 1871] II, 607. *Migne*, PP. LL. III, 733). In „Professione fidei tridentina“, a *Pio IV*. 18. Novembris 1564 ex concilii tridentini decretis (sess. XXIV, cap. 13 de ref.; sess. XXV, cap. 2 de ref.) praescripta haec sunt: „Sanctam catholicam et apostolicam Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistram agnosco.“

[4] „Ad hanc enim ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab Apostolis, traditio“ : *S. Irenaeus*, Contra haereses l. 3. c. 3, n. 2 (Opera, ed. *Ad. Stieren*, I [Lipsiae 1853], 428—430. *Migne*, PP. GG. VII, 849). De loco hoc Irenaei multi copiose disseruerunt; ut *Guil. Wilmers* S. J., De Christi Ecclesia libri sex (Ratisbonae 1897) p. 218—226.

[5] Cf. Luc. 22, 31. 32. Matth. 16, 18.

[6] *S. Cyprianus* episcopus carthaginensis S. Cornelio papae de se ipso scribit: „Quando episcopus . . . a quibusdam desperatis et perditis et extra ecclesiam constitutis inpugnari uidetur, apparet quis inpugnet, non scilicet Christus qui sacer-

D. Hieronymo credimus, in summi Sacerdotis dignitate consistit[1]. Neque aliunde nata schismata, et haereses obortae sunt, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, et ad tempus iudex[a] uice Christi cogitatur : ut apud Cyprianum legimus[2]. Quapropter iustam ego causam non uideo, cur expressam Romanae Ecclesiae Summique Pontificis mentionem in conditionibus praeterire, et nescio ob quem timorem humanum dissimulare uelimus . Certe non hac arte sanabuntur, sed peius habebunt etiam aegroti nostrj, quos in fide uacillantes, uidemus, et qui[b] si non contemptum, at certe quidem indignum neglectum Ecclesiae Romanae praeseferre consueuerunt . Ex his plurimi sunt intelligentes uirj, ac pollentes iuditio, quos ad explicitam [quoque] professione[m s]uae fidei, et obedientiae quam Ecclesiae Romanae debent, [c]onstat obligari . Sunt alij simplices, idiotae, et hu[ius]m[odi] rerum forte non satis capaces; atque satis erit illis proculdubio implicitam [fi]dem adferre, cum uerba in conditionibus expli[cata] p[rop]onen[tur.] Hic uero dandam esse operam putamus, ut qu[acunque] [?] [rat]i[one][c] [?] [mi]tigetur, ac paulatim animis eximatur inuidia, quam H[aeretici, u]t solent, Ecclesiae Romanae apud populum concitauerunt[, c]onfictis etiam criminibus, ut omnem authoritatem Ecclesiasticam, si possint, abrogent, ob cleri uitia et personarum abusus . Quo magis laborandum putamus fidis pastoribus atque concionatoribus, ut populum sibi concreditum, et aduersus Sacerdotes plus satis inflammatum, humaniter instruant, suauiter exhortentur, pie orent ac obsecrent, nihil demum intermittentes ad reducendas o u e s e r r a n t e s[3], quas nisi Romanae Ecclesiae restituant, certe u n u m o u i l e e t u n u s p a s t o r[4] esse nunquam potest . Neque abs re fuerit, librum aut conciones aliquot in hunc usum conscribere, ut ad manum habeant imperiti concionatores ac parochi, quo se aliosque iuuent in hac materia de sacra

[a] *Sequuntur verba* in Ecclesia, *a St. oblitterata.*
[b] *Vocabulum supra versum scriptum.*
[c] *Vel* ut quantum fieri potest.

dotes aut constituit aut protegit, sed ille qui Christo aduersarius et ecclesiae eius inimicus ad hoc ecclesiae praepositum sua infestatione persequitur, ut gubernatore sublato atrocius adque uiolentius circa ecclesiae naufragia grassetur": Epist. 59 (alias 55), c. 6 (Opera [rec. *Hartel*] II, 673—674. *Migne,* PP. LL. III, 830—831).

[1] „Ecclesiae salus in summi Sacerdotis dignitate pendet" : *S. Hieronymus,* Dialogus contra Luciferianos n. 9 (*Migne,* PP. LL. XXIII, 165). Qui tamen hoc loco „summi Sacerdotis" nomine quemlibet episcopum significare videtur, non summum pontificem.

[2] „Neque enim aliunde haereses obortae sunt aut nata sunt schismata quam quando sacerdoti Dei non obtemperatur nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos et ad tempus iudex uice Christi cogitatur" : *Cyprianus* ad Cornelium l. c. c. 5 (Opera [rec. *Hartel*] II, 671—672. *Migne,* PP. LL. III, 828—829).

[3] 1 Petr. 2, 25. [4] Io. 10, 16.

Communione et de primatu Romanae Ecclesiae . Nunc fere confirmantur uulgi errores, cum impietas passim impune grassatur, et ea quae uulgo placent pro concione dicuntur, multique Catholicam ueritatem libere non audent profiteri . Vnde nihil aliud commodi reportatur, nisi quod caecus caecum ita ducit, ut ambo in foueam cadant[1], iamque uix catholicum ab haeretico liceat discernere.

Quae ad quintum et postremum Caput pertinent, nullam explicationem requirunt, cum de foro interiore et exteriore in hac materia considerando satis superque dictum uideatur in quarto cap., quod eiusdem est propemodum argumenti.

Haec demum habui quae ad praesentem consultationem adferrem, explicata simpliciter mea sententia, quantum ego quidem per Dei gratiam in re [tan]ta [potu]i iudicare . Hoc unum superest ut moneam, ac per Christi corpus et sanguinem rogem diligenter omnes, quotqu[ot] in hoc negotio transigendo suam operam [inter]ponent, [ut et]iam atque etiam cogitent secum, plus in rec[essu] hui[us] es[se neg]otij, quam prima statim fronte appareat, [ac magni] esse [p]ericuli, si forte praeter opinionem plus incommodi q[uam com]m[odi], plus perturbationis quam tranquillitatis ex calice concesso consequatur . Faxit Clementiss. Deus, ut consilia quae tanta de re capiuntur, ad aeternam ipsius gloriam[a], ad sacramenti h[uiu]s reuerentiam, ad Communicantium utilitatem, et ad Ecclesiae totius aedificationem[2] prospere dirigantur. Amen.

Jnuictissimo Imperatori, Domino FERDINANDO, Patrono clementissimo.

Inscriptioni manu eiusdem temporis (Seldii vicecancellarii? Singkhmoseri secretarii?) adnotatum est: „Petrus Canisius mittit consilium suum [de ca]usa Sacrj Calicis a Summ. pont: impetrandj. 29 Octob. Anno 62."

Hunc Canisii commentarium cum iis conferri oportet, quae Canisius 15. Iunii 1562 Tridenti in congregatione theologorum „minorum" de eodem argumento dixisse traditur; quae vide infra, monum. 367—370.

Canisius — id quod ex sequentibus epistulis monumentisque patebit — huius commentarii exemplum Tridentum ad Lainium praepositum generalem misit; qui 2. Novembris 1562 per Polancum rescripsit, commentarium bene habere neque, quantum ad conclusionem pertineret, ita valde a litteris discrepare, quas collegiorum vindobonensis et pragensis nomine eadem de re conscriptas P. Victoria, Lainio consulto, Tridento ad caesarem misisset; simul tamen Lainius optare se significavit, ut sermo quoque 6. Septembris 1562 Tridenti a se habitus, quo calicem nulla ratione laicis dandum esse ostendebat, caesari traderetur; quamquam postea, cum Canisius eum tradi non oportere censuisset, eius sententiae acquievit.

De litteris autem illis a Victoria datis P. *Paulus Hoffaeus* S. J., rector collegii vindobonensis, in *Relatione m. Martio 1563 scripta, quam supra p. 368 dixi:

[a] *In archet. correctum ex* ipsius aeternam.

[1] Matth. 15, 14. Luc. 6, 39. [2] 1 Cor. 14, 12.

„Mandauit", inquit, „Caesar Pragae R. P. Victoriae vt consultis Theologis Societatis qui essent Pragae et Viennae perscriberet ad se ex communj omnium consilio an iudicaret expedire vt Communionis vsus sub vtraque amplius quam ante vrgeretur, et a quo calix esset postulandus a Concilione an a Pontifice. Quare R. P. Victoria collecta sententia Pragensium Viennam properauit, vbi neminem inuenit qui talem petitionem iudicaret esse prosequendam: quare de communj consilio profectus est celeribus equis R. P. Victoria Tridentum, vt a R. P. Nostro Generali consilij aliquid caperet quid Caesarj respondendum esset" (Cod. „Austr. Fund. III." f. 180^b). Quod „Responsum Theologorum ad quaesita per decreta S. C. Maiestatis" 26. Septembris et 2. Octobris 1562 data, quae 5. Octobris „fuerunt primo exhibita", *Victoriae* manu scriptum, atque eiusdem litterae autographae et Tridento 31. Octobris 1562 lingua castiliana ad caesarem datae, quibuscum eidem responsum mittebat, nunc Hannoverae exstant in archivo regni borussici, Ersk. I., 32 f. 1^a—2^b. 7^a—20^b. Ac copiosissimi huius responsi summam brevem, haud tamen sine partium studio conscriptam, ponit *Saftien* l. c. p. 15—18. Ego haec tantum ex archetypo excerpo: „Absolute loquendo calix non expedit"; attamen „quibusdam magnis Principibus calicis vsus vel vltro dari, vel certe concedi, si id optarent", posset (videntur omnino non horum principum subditi, sed solae personae significari, maxime autem Maximilianus II., cuius Victoria valde erat studiosus; cf. supra p. 269. 270[6]); neque enim ulla ex ea re mala „oriri posse videntur". Quodsi mala, quae ex calice non concesso timentur, „nulla ratione" vel impediri vel „tolli", bona, quae ex eodem concesso secutura dicuntur, „certo" sperari poterant, calix et peti „potuit" et certis cum condicionibus concedi iis, qui iam antea saepius eum sumpserunt, facultate reliquis singulatim eum permittendi episcopis tributa; attamen „grauiores conditiones requiri videntur" eaeque vel per concilium vel per pontificem designandae (quae singulatim recensentur). Cum autem caesar, quibus de causis calix concedendus esse videretur, iam adeo „diligenter" et concilio et pontifici exposuerit, multae rationes (quae singulatim ponuntur) prohibent, ne „rem vlterius vrgeat"; qui tamen, quae „de modo concessionis" erunt, etiamnunc „proponere" poterit, neque quicquam obstat, quominus a pontifice calicem petat; penes quem suprema docendi regendique est potestas; immo fortasse caesari iam ne licet quidem cum concilio negotium illud tractare, „ne Caput, quod Concilium ipsum agnoscit supremum in Ecclesia Christi, hoc ipso videretur non agnoscere".

De responso Giengeri et de parte responsi cuiusdam, quod Saftien quidem Staphyli esse censet, scripsit idem *Saftien* l. c. p. 20—25.

Praeterea Hannoverae l. c. Ersk. I, 20 f. 18^a—19^b aliud exstat responsum, cui nec nomen auctoris nec locus nec tempus ascripta sunt, quodque sic incipit: „Principio [igi]tur vt [vsus c]a[licis lai]cis" etc. Atque *Saftien* quidem hoc quoque responsum a Canisio datum esse censet (l. c. p. 18[1]); ego vero id affirmare non ausim; nam 1. ignota illa manus, qua responsum scriptum est, et a manu Andreae Stör, quo Canisius a. 1562 usque ad exeuntem m. Novembrem uti solebat scriptore, et a reliquis manibus, quas sub id tempus a Canisio ad scribendum nonnumquam adhibitas esse ego quidem comperi, differt. 2. Dicendi quoque genus minus emendatum elegansque esse videtur, quam illud, quo Canisius utebatur; ut cum dicitur: „Quidam docti . . . Regibus . . . consulunt, vt permissionem Calicis Layco in hoc concilio vrgeant." „Timendum est, . . . quod multis . . occasio dabitur." „Credentes quod . . . capiant" etc. 3. Responsi auctor magis quam Canisius a calice laicorum abhorret, omnes fere catholicorum principum subditos, qui eum petant, haereticos esse censens et sic tandem concludens: Plura incommoda ex calice concesso, quam ex non concesso esse timenda. Equidem igitur non Canisium, sed Conradum Brunum, canonicum augustanum, haec scripsisse puto; in eodem enim fasciculo, in quo hoc nunc exstat responsum, folium comparet (f. 21), quod vacuum est, nisi quod manu vel secretarii vel cancellarii caesarei in eo notatum est „D. Brunus. Rationes quod concessio calicis non sit petenda. 8. Jun. Anno 63"; quod folium ad responsum illud pertinere dixerim.

719.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex praesidibus concilii tridentini, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 24. Octobris 1562.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit (2°; 1½ pp.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. goth. „E. H. 2" f. 68. 69.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 254—255. Partem (ex Cypriano) posuit *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III, 153[c].

Ad Hosii epistulam Alberto Borussiae duci missam aliquis morduciter rescripsit; cui respondendum esse Canisius non censet. Radzivillii scriptum adversus Lipomanum. Canisius Hosii operibus et illam et alias eius epistulas et alia eiusdem scripta adiungi cupit. Pro pecunia gratias agit. Novos libros mittit. Timet, ne quidam calicis concessionem Romae perperam urgeant. Romanam reformationem atque Indicis, breviarii, catechismi editionem commendat. Rumores de concilio. P. Natalis, Germaniae amator, Augustae fuit.

Pax[a] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Octiduum est, quod simul et semel accepi literas D. Cromero transmittendas, quas nunc opinor, Franckfordiae[1] acceperit. Vidi scriptam Germanice apologiam, qua uersipellis aliquis ficte blandiens et atrociter mordens respondit epistolae Celsitudinis tuae ad Principem Lutheranum datae[2]. Mihi non uidetur opus responsione aut Latina, qualem Jngolstadij meditatur homo in Catholica fide uacillans et suspectus[3], aut etiam Germanica, ne citra fructum et infra dignitatem suam respondeat Amplitudo tua peruicacibus istis, quos etiam cum tantis uiris libet et iuuat contendere, quique uinci possunt, placari non possunt ullis disputationibus. At spero scriptum hoc in publicum non exijsse, nec exiturum esse : quod eius fere generis esse uidetur, quo Princeps Vilnensis eiusdem farinae homo respondit optimo Episcopo Veronensi foeli. memoriae cum is in Polonia Legatum Ponti-

---

[a] *Hoc v. et 5 sqq. a Cypr. omittuntur.*

---

[1] Francofurti ad Moenum, quo Ferdinandum I. caesarem comitatus esse videtur; cf. supra p. 258[2]; caesar 22. Octobris eo advenit (*Sickel,* Trient p. 398).

[2] Canisius epistulam significat Tridento sub 12. Decembris 1561 ad Albertum Brandenburgensem, Borussiae ducem, datam, qua Hosius eum, ut ad concilium legatos mitteret, hortabatur (*Pogiani* Epistolae III, 152). Quae epistula a *Stanislao Rescio* edita est in Hosii Operibus II (Coloniae 1584), 183—187. *Le Plat* autem (l. c. V, 398—424) ex codice quodam Ioannis Baptistae Ficleri (de quo vide supra p. 468) copiosissimam quandam evulgavit ad Hosii litteras responsionem latinam, „Regiomontii 26. Iulii 1562" datam, eamque specie quidem blandam, re autem acerbam et iniustam; quae nescio an primum germanice scripta sit; certe ab ipso Alberto duce, cuius nomen prae se fert, composita non est.

[3] Rudolphus Clencke? Vide infra, Polanci epistulam 8. Decembris 1562 ad Canisium datam.

ficis ageret[1]. Epistola vero Latina quae ansam dedit huic apologiae, digna mihi uidetur, quae aliquando cum epistolis alijs eiusdem authoris selectis edatur, ac reliquis Dominj Warmiensis operibus nunc simul excusis adiungatur. Accedat his liber de oppresso uerbo[2], et si potest aliquando et illud opus absolui, Confessio Catholica Confessioni Augustanae opposita[3].

Nummos aureos praeter meritum accepi, et ago sane gratias praeclarae huic, quae tamen mihi noua non est, liberalitati. Mitto nunc aliquid e nouis libris, si tamen otium occupatissimo dabitur ad istas nugas respiciendi.

Jn Galliam et electionem noui Rectoris[4] conuersi omnium animi. Ecclesiae causam utrobique saluam Christus esse concedat. Non dormient aduersarij, sed suis etiam sacrilegijs et erroribus forte uolent patrocinari, quoad eius fieri potest. Calicis negotium urgent Romae, ut uereor, qui conditiones praescribendas aut reijcient, aut a uulgo nunquam impetrabunt[5]. Hic de synodo breui concludenda spargitur. Romanam reformationem promoueri et reipsa comprobarj desideramus[6].

Adfuit his diebus D. Natalis noster Augustae[7], quem isthic forte non multo post conspicietis. Amat certe nostram Germaniam et de illa iuuanda non segniter cogitat. Optamus Patres quod reliquum est, sine turbis et cum profectu Ecclesiae per Dei gratiam transigere. Erunt uti speramus, solliciti etiam de Catalogo librorum suspectorum, de Breuiario et Catechismo tandem edendo, ut Catholicae doctrinae puritas et Ecclesiastici ordinis grauitas rectius conseruentur. Dominus hoc institutum prosperet in gloriam suam, et Celsitudinem tuam diu nobis conseruet ad Ecclesiae utilitatem. Augustae 24 Octob. Anno Dominj M.DLXIJ[a]. Seruus in Christo P. Canisius.

[a] *Cypr. om. vv. sqq.*

[1] Aloysius Lipomanus († 1559) episcopus veronensis, a. 1555 a Paulo IV. nuntius in Poloniam missus, Nicolaum Radziwill „Nigrum", palatinum vilnensem et protestantium praecipuum in Polonia patronum, litteris 21. Februarii 1556 datis graviter monuit; ad quas hic respondit epistula per Gasparum Lacki composita, in qua ecclesia romana vehementer impetebatur. Utramque autem epistulam Petrus Paulus Vergerius una cum adnotationibus suis libello „Duae epistulae" etc. inscripto eodem anno 1556 Regiomonte evulgavit; quae epistulae etiam polonice editae sunt (*Hosii* Epistolae II, 668—671. 748). [2] Cf. supra p. 239. 408[5].

[3] Cf. *Can.* Epp. II, 914. [4] Regis Romanorum; vide supra p. 485. 492.

[5] Concilium in sessione XXII., 17. Septembris 1562 habita, integrum calicis concedendi negotium ad summum pontificem rettulerat; a quo et Ferdinandus I. caesar (cf. supra p. 499[1]) et Albertus V. Bavariae dux (*Knöpfler* l. c. p. 106—107) calicem petere cogitabant.

[6] Pius IV. inde ab exeunte m. Septembri fere cotidie congregationes habebat, in quibus de reformatione consilia conferebantur; ac 9. Octobris 1562 constitutionem de reformatione „conclavis" promulgavit (*Sickel* l. c. p. 390. *Raynaldus* l. c. in a. 1562, n. 188). [7] Cf. infra, monum. 282.

Reuerendissimo in Christo Patri, et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio Cardinalj et Episcopo Warmiensi, S. Sanctae Tridentinae Synodi Praesidi, Patrono amplissimo. Tridenti.

Inscriptioni manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „redd. 28 octobris 1562. resp. 2 Nouembris 1562."

Quod Canisius se optare his litteris significavit: ut Hosii libris in unum corpus collectis „selectae" eius epistulae adiungerentur, id paulo postquam Hosius vita cesserat, per Stanislaum Rescium, qui eius secretarius fuerat eiusque testamentum exsecutus est, copiose effectum est; is enim, cum a. 1584 Coloniae novam operum omnium Hosii editionem in lucem emitteret, ei 277 epistulas hosianas (inter quas paucae ad Hosium datae apparent) inseruit.

720.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 25. Octobris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Augusta Padre Canisio." Cod. „V. P. 62" f. 26ᵃ.

Particula epistulae ex eodem codice posita est in „Epistolis P. *Nadal*" II, 119[1].

Iuvenes in collegia romanum et germanicum mittuntur. Insignes aliquot Socii Roma in Germaniam superiorem missi sunt. Canisius Socios aliquot in Belgium euntes viatico iuvare iubetur. Quae Germaniae superioris loca P. Natali „visitatori" praetereunda, quae adeunda sint. Lainius de ambitione apud caesarem falso accusatus purgabitur.

Riceuete N. Padre quelle di V. Reuerentia di 14 et .16. del presente[1] et quelli 3. di Praga[2], si mandaranno à Roma hoggi piacendo a Jddio et con loro quel putto chiamato Chiliano per desiderar lui piupresto seruir à Jddio che ad altro patrone[3].

Traditae sunt patri nostro reverentiae vestrae litterae diebus 14. et 16. huius mensis datae[1], et 3 illi Pragenses[2] Romam hodie, Deo propitio, mittentur, ac cum iis puer ille, Chilianus nomine; hic enim Deo potius quam alii patrono famulari cupit[3].

---

[1] Hae perisse videntur.

[2] Magister Guilielmus, Melchior, Georgius (**Polancus* P. Christophoro Madrid, Tridento 26. Octobris 1562. Cod. „V. P. 62" f. 26ᵃ); qui Societatis scholastici fuisse videntur; cf. supra p. 480.

[3] In antiquissimo illo collegii germanici **Catalogo* notatum est, 30. Novembris 1562 admissum esse „Kilianum Freymillerum Hallensem Sueuum" (ex Schwäbisch-Hall, urbe tunc imperiali [et lutherana], nunc wurttembergensi, ortum). Cod. roman. „All. coll. Germ." p. 17. De quo adulescente v. Card. *Steinhuber* l. c. I, 76.

Al Rettor di Vienna et praga[1] si scriuira por uia di Augusta conla copia di questa, quale portaranno maestro Gio: Rauasten et maestro Georgio Schorichio et la copia portaranno il Padre Francisco Cipion et maestro Simone, li quali uanno a Louanio[2], et se haueranno bisogno de uiatico, comelo credo, sera necessario prestarglielo in Augusta accio lopaghi il Padre Euerardo[3] prouinciale della Jnferior Germania. Jl Dottor Torres[4] restara in Hispruch: hanno speso questi ultimi in circa 40 ducadi in danari, per il bisogno, che hanno hauuto de caualli, Torres et scorichio, et ancora Rauasten per la indispositione, che hanno hauuta. Li doi che uanno a Louanio sono stati gagliardi. Si scriue al Padre maestro Natale che lasci star per adesso la uisita di Vienna et Praga[5], et uadi ad Jngolstadio et Salizburg[6], et in Hispruch et di la sene uenghi à Trento trattando quello che si potrà in absentia per utilita delli collegij, che nonsi uisitano. Scriuira N. Padre alli Rettori di detti collegij come V. Reuerentia lodice.

Si fara anche qualche diligentia per dar sodisfatione alla Maestà Caesarea et mostrar la falsa relatione di quelli che hanno scritto, notando l' ambitione, quale per gratia de Jddio non hebbe mai loco in N. Padre[7].

Ad rectores vindobonensem et pragensem[1] epistulas dabimus easque Augustam mittemus una cum apographo harum litterarum; quas magister Io. Ravenstein et magister Georgius Schorichius secum afferent; apographum autem pater Franciscus Scipio et magister Simon secum afferent[2], qui Lovanium eunt; et si viaticum eis necessarium erit — fore autem existimo —, Augustae mutuum dari oportebit, a patre Everardo[3], Germaniae inferioris praeposito provinciali, restituendum. Doctor autem Torres[4] Oeniponte manebit. Atque pecunia a postremis illis expensa fere 40 ducatorum est; nam et Torres et Schorichius atque etiam Ravenstein, quia in infirmitatem inciderant, equis uti coacti sunt. Duo vero illi, qui Lovanium eunt, fortes fuerunt. Scribimus etiam patri magistro Natali, ut in praesens Vindobonensium et Pragensium visitatione supersedens[5] Ingolstadium, Salisburgum[6], Oenipontem eat atque inde Tridentum veniat, ita ut in collegiorum, quae non invisuntur, utilitatem absens, quae poterit, tractet. Et pater noster ad collegiorum illorum rectores litteras, quales reverentia vestra dixit, dabit.

Aliquam etiam operam dabimus, ut maiestati caesareae satisfaciamus demonstrantes, falsa ad ipsam relata esse litteris aliquorum patrem nostrum ambitionis incusantium; quae quidem per Dei gratiam numquam in eo fuit[7].

---

[1] Ii erant PP. Paulus Hoffaeus et Henricus Blissemius.

[2] De his quattuor vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[3] Mercuriano.

[4] P. Hieronymus Torrensis; de quo plura sub ipsas has litteras dicentur.

[5] Supersedere iussus est, quod pestilentia in iis urbibus nondum cessasset (*Polancus* Natali, Tridento sub 25. Octobris 1562. Cod. „V. P. 62" f. 26[b]).

[6] Salisburgi Ioannes Iacobus Khuen de Belasy archiepiscopus collegium condere volebat; vide supra p. 467. 483[4].

[7] Tridento ad Ferdinandum I. scriptum erat, Lainium ambitione motum, ut ipsi non inter theologos minores „consultativum" quod dicunt suffragium, sed inter

Qui si manda una Quadrimestre di Roma quale hauemo ritenuta qùi un tempo. Non occorre dir altro, senon che nelle orationi et sacrificij della R. V. et del padre Guiliermo[1] molto ci raccomendiamo. di Trento li 25. d' Ottobre 1562.

Litteras mittimus quadrimestres Roma datas, quas hic aliquamdiu retinuimus. Neque aliud est, quod dicam, nisi nos R. V. et Patris Guilielmi[1] orationibus et sacrificiis magnopere nos commendare. Tridento 25. Octobris 1562.

Nota: Has litteras — id quod ex ipsis intellegitur — Tridento Augustam ad Canisium pertulerunt Ioannes Rabenstein et Georgius Schorichius (Schorich), S. J., Roma in provinciam Germaniae superioris missi. Ac Rabenstein nobilis Franco (cf. Card. *Steinhuber* l. c. I, 77. *Can.* Epp. II, 305[3]) in collegii dilingani * *Catalogo* 1. Ianuarii 1565 conscripto (ibi tunc degebat) „admodum accommodus ad concionandum, ad docendum philosophica, et praecipue ad expediundas res externas, et ad conuersandum cum hominibus" vocatur; ibidem affirmatur, eum a. 1559 Romae Societatem ingressum esse, eodem anno eius vota nuncupasse, 1562 ibidem magistrum artium creatum esse, postea Dilingae „Baccalaureum theologiae" nominatum esse et physicen tradidisse, iam autem ibidem contubernii S. Hieronymi „subregentem" agere; atque ex * *Catalogo* eiusdem collegii 31. Decembris 1566 composito intellegitur, eum ex Marktbibart, Franconiae pago, ortum esse (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 374[b]. 402[a]). Postea bissingensem regionem (Bissingen) haud procul Dilinga sitam ad fidem catholicam reduxit atque Halae (Hall) in Tiroli et „Reginarum" Ferdinandi I. caesaris filiarum contionator et primus collegii rector fuit (*Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars tertia [Romae 1649], l. 5, n. 97. *Agricola* l. c. I. Dec. 3, n. 214. 217. *Kröss* l. c. p. 183. *Ludw. Rapp*, Königin Magdalena [Innsbruck 1858] p. 73). Georgius autem Schorichius (Scorichius, Schorrichius), frater P. Petri Schorichii (de quo *Can.* Epp. I, 276. 277. 341 etc.; II, 27. 30 etc.), a. 1552 vel 1553 in Italia Societatem ingressus, a. 1553 in Siciliam missus erat (Adnott. 1 et 4 ad *Polanci* Chronicon II, 581; III, 215). Atque in * *Catalogo* collegii monacensis 1. Ianuarii 1565 scripto refertur, eum Cremsa (Krems, Austriae inferioris oppidum) ortum, „Panormi praefuisse nouitijs", „ibidem ac Messanae diu curauisse pauperes", Romae magistrum artium creatum esse ac 3 annos collegii germanici „subregentem" fuisse, „missum esse a summo Pont. ad uisitandos Parrochos 24. pagorum seu castellorum, missum esse a duce Bauariae [Alberto V.] ad docendum populum inferioris Bauariae", iam Monachii contionatoris munus administrare, „habere donum singulare concionandi et conuersandi" (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 376[a]). Atque hic „strenuus operarius", ut a *Polanco* (Chronicon II, 581) vocatur, cum in Bavaria inferiore multos sacris „missionibus" excoluisset (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 111—113. *Knöpfler* l. c. p. 159), inde ab a. 1570 marchionatum badeno-badenensem (Baden-Baden) a protestantismo ad ecclesiam reduxit ibidemque a. 1573 vita cessit „morte", ait *Agricola* (l. c. Dec. 4, n. 19), „ut vehemens ac pervulgata erat suspicio, e toxico porrecto violenta" (*Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars quarta [Romae 1652], l. 1, n. 84. *Math. Tanner* S. J., Die Gesellschafft Jesu biss zur vergiessung ihres Blutes etc. [Prag 1683] p. 21—22. „Die Religionsschicksale im Amte Bühl" etc. in „Freiburger Katholisches *Kirchenblatt*", Jahrg. 1872 [Freiburg i. Br. 1872], p. 412). Ac de P. Hieronymo Torres sive Torrensi († 1611), qui cum Rabensteinio et Schorichio

---

patres „decisivum" tribueretur, effecisse, atque etiam in patrum congregationibus reliquorum ordinum moderatoribus „generalibus" antecedere voluisse; vide, quae sub Polanci epistulam 10. Novembris 1562 ad Canisium datam adnotabuntur, et infra, monum. 367. [1] Elderen.

Roma Oenipontem usque venerat, in * *Catalogo* collegii dilingani 1. Ianuarii 1565 scripto — Torrensis tunc ibi morabatur — notatum est: Eum a. 1550 in collegio gandiensi (Gandia) Societati nomen dedisse, „deinde exacto mense emisisse uota 22. Ianuarij" [1551], in Societatis collegio romano per 10 paene annos philosophiam, deinde in collegio oenipontano fere per annum litteras graecas et theologiam tradidisse, Romae theologiae doctorem creatum esse, modo Dilingae theologiam tradere (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 374[b]). Atque is Montblanch, Catalauniae oppido, ortus, a. 1553 Gandia Romam missus (*Polancus,* Chronicon III, 380—381), postea per 8 annos in universitate ingolstadiensi theologiam docuit (*Mederer* l. c. I, 302. 303. 330; II, 26—27) et, praeter alia scripta, Dilingae a. 1567 Confessioni Augustanae „Confessionem Augustinianam" opposuit, ex sententiis fere librorum S. Augustini contextam, in qua non solum catholicam doctrinam ex Augustino demonstrabat, sed etiam multos Augustini locos vel male intellectos vel temere depravatos recte interpretabatur; qui liber, Parisiis quoque et Coloniae et Vindobonae excusus, exemplo fuit, ut ab aliis catholicis ex Hieronymi, Ambrosii etc. scriptis similes „Confessiones" colligerentur (*Sommervogel,* Bibl. VIII, 126—129. *Hurter* l. c. I, 152—153).

Atque ita Canisius, quod saepe impenseque petierat, tandem impetravit: Ut Roma praeclari aliquot homines provinciae sibi subiectae submitterentur.

Polancus autem, timens (ut videtur), ne epistula sua per Rabensteinium et Schorichium infirmitate aliqua afflictos haud ita cito ad Canisium perferretur, alterum eiusdem exemplum P. Francisco Scipioni (Bordon) et magistro Simoni, Lovanium per Augustam euntibus, tradidit. Ac Scipio (de quo *Can.* Epp. II, 437. 438[1] etc.) a. 1563 Antverpiae, a. 1564 Parisiis confessarius fuisse traditur (*Sommervogel,* Bibl. VII, p. iii). Simon autem ille idem est ac „Simon Prutenus Polonus", qui in collegii romani catalogo m. Maii a. 1561 scripto inter „Physicos tertij anni, qui etiam audiunt Metaphysicam", apparet (*Sommervogel,* Les Jésuites etc. f. B 3[a]). De quo *Polancus* Lainii iussu Tridento 3. Novembris 1562 ad Societatis superiorem aliquem in Germania inferiore versantem (P. Everardum Mercurianum, praepositum provincialem?) * scribit: „Mastro Simon Prusiano sarebbe etiam atto per leggere, mà per esser della natione che è, pare sarebbe conueniente si spedisse delli suoi studij per andar à lauorare uerso la prusia . et anche fu diseguato per scholar de Louanio, per tirar altri" (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „V. P. 62" f. 32[a]).

721.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 2. Novembris 1562.

Ex regesto vel potius apographo aliquantulum contracto, oratione primum obliqua, deinde directa. Cod. „V. P. 62" f. 31.

P. Natalis visitator. Canisii et Victoriae ad imperatorem responsiones de calice laicorum Lainio probatae. Cuius de eodem suffragium Canisius Victoriae mittere iubetur, ut caesari monstrari possit. Legatorum concilii de Lainio testimonium in aulis caesaris et Bavariae ducis etc. adversus calumnias adhibendum, quod etiam Societatis approbatio quaedam sit. P. Victoria, Tridentum advectus, a regendi officio abhorret; cui num in Germania manendum sit, Natalis definiet. P. Haupt iuvandus, Carolo archiduci contionator de Societate dandus est. Concilium in iis, quae ad originem iurisdictionis episcoporum spectant, haeret. Doctrina de sacramento ordinis a quibusdam decurtata. In decretis saltem nihil erit falsi. Collationes molestae.

Augusta Padre Canisio . Seli scrisse alli 2. di Nouembre 1562. che mandasi il plico al Padre Natal doue fossi etc . et che intorno alla uisita s' era rimesso N. Padre al Padre Natale etc.[1] *che la risposta fatta all' Jmperatore sta bene*[2], *et che di quà il Padre Vittoria l' ha mandata altra in nome delli collegij Praga et Vienna, non disimile tropo*[a] *quanto alla conclusione*[3] *et che forse li mostrarebbe il parer di nostro Padre sopra la comunione sub utraque*[b], *ilquale ben scritto mandassi al padre Vittoria*[4] *se altra cosa non paressi, dil che sara bene auisar N. Padre et che seli mandarebbe il testimonio delli 4 legati del concilio sopra le cose, che sono opposte à N. Padre accio si uedano le calunie*[5] *accio serua per la corte di sua Maestà et del Duca di Bauiera et doue piu accadera, et sara insieme come una aprobatione della compagnia nostra nel concilio non disputata, ma presuposta.*

et che intorno de intrata et casa in Augusta tratti col Padre Natale[6] *etc . che 'l Padre Vittoria*[c] *uenne à Trento per conto di conferir la risposta che doueua dare all' Jmperatore sopra il calice . et che intorno al suo negocio ha detto poco*[7], *mà che se intende chiaro che per non poter lui*

Augustam ad patrem Canisium. Die 2. Novembris 1562 ei scriptum est: Ut fasciculum illum patri Natali in locum, quo moraretur, mitteret etc. [1]. *Et quae ad visitationem spectarent, a patre nostro patris Natalis arbitrio permissa esse etc. Responsionem imperatori factam bene habere* [2], *et hinc patrem Victoriam collegiorum pragensis et vindobonensis nomine alteram eamque ab illa, quantum ad conclusionem pertineret, haud ita valde discrepantem ei misisse* [3], *et fortasse eundem sententiam a patre nostro de communione sub utraque latam ei monstraturum esse; et ut hanc ipse bene scriptam patri Victoriae mitteret* [4], *nisi aliud ipsi visum esset, atque de hoc patrem nostrum certiorem fieri convenire; et fore, ut testimonium de rebus, quae patri nostro obiciuntur, a 4 concilii legatis, ut calumniae apparerent, scriptum ei mitteretur* [5], *in maiestatis suae et Bavariae ducis aulis et ubi praeterea necesse foret adhibendum; eamque simul approbationem quandam Societatis nostrae fore, in concilio non disputando impetratam, sed pro impetrata assumptam.*

Et ut de Sociorum augustanorum reditu domoque cum patre Natale ageret etc. [6]. *Patrem Victoriam Tridentum venisse, ut, quae de calice imperatori respondere deberet, nobiscum conferret; et de munere quidem suo eum pauca dixisse* [7]; *attamen nos haec*

---

[a] *Hoc v. a libr. postea additum est.*
[b] *Sequuntur vv.* se non paressi altro, *ab ipso libr. oblitterata.*
[c] *Sequitur* era, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] Cf. supra p. 518.
[2] Responsum de calice laicorum 23. Octobris 1562 a Canisio ad caesarem missum; quod vide supra p. 499—513.
[3] De hac responsione vide supra p. 514.
[4] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.
[5] In publicis his litteris 1. Novembris 1562 datis legati pronuntiaverunt, Lainium „ut praepositum generalem approbatae religionis" ad suffragium „diffinitivum" et pontificis iussu et ex antiqua consuetudine a se admissum esse ac postremum inter „generales" locum habere voluisse; plura vide infra p. 531—532.
[6] De hac re vide infra, monum. 280—283. 285. [7] Cf. supra p. 444. 460.

(come dice) trouar modo di sodisfar etc . ne far cosa cheli paia buona[1] *non ha animo d' attendere a gouerno alcuno, benche mostra che haueria charo de seruirla*[a] *[?] nella cogina etc . et che parteua per Hispruch per aspetar la uenuta del Padre Natale, ò uero ordine etc . et che la uolonta sua della stata in Alemagna . ò non detto Padre si rimette al Padre Natal, et che per adesso sanza licencia dell' Jmperatore et senza darli conto della comissione che li dette sopra questa concessione del calice, non parse in modo alcuno douessi mancar di tornar la oltra che non è essaminata la cosa se per lauenire sia conueniente che resti là.*

[Sequuntur aliqua de viaticis quibusdam.]

che aiutassi à Pietro coloniense[2] *et desi auiso a N. Padre di come si diporta .etc.*

Chel predicatore per l' Arciduca Carolo, pare non seli debbia negare, ne tropo diferire[3]. *in loco del Padre Zeydel crede il Padre Vittoria*

clare intellexisse: Quod neque, qua ratione ei posset satisfacere etc., inveniret (ut ipse dicit), neque quicquam, quod ipsi[1] *placeret, praestare posset, ei animum non esse ulli regendi muneri operam navandi; significare eum tamen, se, si videretur, libenter ipsi ministraturum esse in culina etc. Et eum Oenipontem proficisci, ut patris Natalis exspectaret adventum vel mandatum aliquod etc. Et patris Natalis arbitrio patrem illum permittere, ut ipse in Germania vel maneret vel non maneret, neque ullo modo visum esse in praesens fieri debere, ut eo non rediret, cum neque licentiam ab imperatore impetrasset, neque rationem ei reddidisset eorum, quae de concessione illa calicis praestare ab eo iussus esset; accedere, quod, num in posterum eum ibi manere conveniret, nondum quaesitum cognitumque esset.*

[Sequuntur etc., ut supra.]

Ut Petrum Coloniensem[2] *adiuvaret et ad patrem nostrum referret, quomodo is se gereret etc.*

Quod ad contionatorem Carolo archiduci dandum attineret, rem nec recusandam nec nimis differendam videri[3]. *Et, ut patri quidem Victoriae videretur, fore,*

[a] *Sic libr.; sed legendum videtur* de seruirlo *(cf. infra, adn. 1), nisi forte librarius ex obliqua oratione in directam delapsus sit (de seruirla = de seruir la V. R.).*

[1] Canisio praeposito suo provinciali: vide infra p. 536. et monum. 382. 383.

[2] „P. Petrum Coloniensem" (Haupt; vide supra p. 446) in collegio ingolstadiensi „commensalium praefectum et scholae" fuisse ex eius collegii *Catalogo ab ipso *P. Lanoio* rectore sub id tempus scripto cognoscitur; qui exstat in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 21[b]. *Polancus* 3. Novembris 1562 P. Kesselio scripsit, eum „ob valetudinem" Oeniponte Ingolstadium missum, theologiam ibi audire (*Hansen* l. c. p. 441). Cf. Epistolas P. *Nadal* II, 139.

[3] Ferdinandus I. caesar a. 1562 Carolo (1540—1590) filio natu minimo (qui postea Styriam, Carinthiam, Carniolam rexit et catholicae religioni ibi instaurandae serio studuit ac Societati Graecii [Graz] collegium universitatemque condidit) „uerbi diuini preconem instituere animum induxerat" et Victoriae, ut aliquem de Societate ad id officium administrandum mitteret, mandaverat; missus est P. Ioannes Seidel (Zeydel), collegii tyrnaviensis rector (de quo supra p. 6. 58[1]. 269[2]), in eiusque locum suffectus P. Hurtadus Perez (de quo supra p. 28. 332—333): ita P. *Thomas Sdelaritius* S. J. in collegii tyrnaviensis *Litteris quadrimestribus Tyrnavia 28. Decembris 1562 datis, quarum exemplum exstat in cod. „G. Ep. III" f. 34. 35.

sara mandato in Tirnauia il Padre Hurtado . che dessi ricapito alle lettere alligate etc.

Del resto nelle cose del concilio haeret nobis aqua in quel ponto della iurisdictione delli Vescoui se sia de christo immediate, come la potesta del ordine, ò uero mediante il summo Pontifice . non c' è anchora risolutione et la doctrina che staua (come pare) assai bene certi submissi et agionti alli deputati l' hanno tanto circoncissa che s' è ridota à pouertà come uederanno [1], et è da far concerti che essercitano la patientia, pur se nostri peccati non permetteranno che la uerita sia tanto chiarita, come si desidera, almeno nelli decreti non ci sara cosa che non sia uera . ci raccomandiamo etc.

---

ut in locum patris Zeydel pater Hurtadus Tyrnariam mitteretur. Ut litteras adiunctas iis, quibus destinatae essent, tradendas curaret etc.

Ceterum, quod ad concilii res attinet, haeret nobis aqua in eo, quod quaeritur, utrum iurisdictio episcopis a Christo, nullo interposito, sicut potestas ordinis, an per summum pontificem detur. Necdum res constituta est, et doctrinam, quae (ut videtur) satis bene erat, quidam submissi et patribus ad id delectis adiuncti adeo circumciderunt, ut ad inopiam redacta sit, prout videbitis [1], et collationes faciendae sunt, quibus patientia exerceatur. Si tamen peccata nostra veritatem tantum, quantum desideramus, illustrari non permittent, saltem nihil, quod verum non sit, in decretis erit. Commendamus nos etc.

Nota: *Polancus* Tridento 1. Novembris 1562 ad P. Natalem, postquam caesarem „el parecer delos collegios de Vienna y Praga sobre el pedir la communion sub utraque specie“ petisse rettulit, sic *scribere pergit: „El uoto de N. Padre sobre la mesma materia, se embio scritto apriesa y de muchas manos por despachar . pensaua N. Padre que el Padre Vittoria le podria mostrar (quando ubiese alguna buena occasion) asu Magestad, y asi copiandole el criado del Padre Canisio sele podra dar al Padre Vittoria si alla nose sintiese que otra cosa conuiene mas“ (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62“ f. 28b; atque epistula integra exstat in „Epistolis P. *Nadal*“ II, 119—121). Haec si cum his litteris ad Canisium a Polanco datis contuleris, quibus Canisius Lainii sententiam de „communione sub utraque“ bene scriptam Victoriae mittere iubetur, qui eam fortasse caesari monstraturus sit: iam dubitare vix poteris, quin Canisio una cum his litteris missa sit sententia illa sive „Consultatio“, qua Lainius calicem sacrum nulla ratione laicis con-

---

[1] Vide supra p. 496. Adiuncti sunt Ioannes Baptista Castagno (postea Urbanus VII. papa) et Leonardus Marini O. Pr., archiepiscopi rossanensis (Rossano) et lansanensis (Lanciano), ac Iacobus Nacchianti O. Pr. et Aegidius Foscararius O. Pr., episcopi clodiensis (Fossa Clodia, italice Chioggia) et mutinensis, ut una cum collegis doctrinam et canones de sacramento ordinis „ex patrum sententia emendatos restituerent“. Neque tamen unquam inter hos convenisse *Paleottus* affirmat, utrum potestas iurisdictionis, quam episcopi habent, „a deo [nullo interposito] an a papa proficisceretur“. Canon VII., qui ad eam rem spectabat, in formam quandam redactus est, ad quam probandam episcopos italos inducere a legatis iussi sunt Castagno et Laynez; at hi haud multum effecerunt (*Paleottus*, Acta l. c. II, 596—597). Cum hispanis autem episcopis de VII. canone maxime P. Petrus de Soto O. Pr. agebat (Epistulae legatorum Tridento 29. Octobris et 2. Novembris 1562 Romam ad S. Carolum Borromaeum datae, apud *Grisar* l. c. II, 415—422. *Musotti* Diarium l. c. II, 28—29). Cf. *Pallavicinum* l. c. l. 18, c. 16, n. 2—6.

cedendum esse 6. Septembris 1562 in congregatione generali demonstrabat, quamque postea ipse, ut videtur, scribendam et aliis mittendam curavit; de qua vide supra p. 481[2]. Exemplum autem Canisio missum nescio an sit illud ipsum, quod nunc Monachii exstat in bibliotheca regia, cod. lat. 11097; de quo vide *Grisar* l. c. II, 41*.

722.

CANISIUS

P. LEONARDO KESSEL S. J.,

rectori collegii coloniensis.

Augusta Vindelicorum 7. Novembris 1562.

Ex apographo eodem fere tempore ab ipso *Kesselio* scripto et sic inscripto: „pater Canisius Coloniensibus 7 Nouembris 1562." Cod. colon. „Kess." f. 156[b] (in a. 1562 f. 24[b]).

Particulam posuit *Hansen* l. c. p. 442[1], alteram (germanice) *editor*, „Katechismen" p. 77.

P. Natalis Augustae est. Et hic et Lainius laudaverunt collegium coloniense; cui Sancti ecclesiae coloniensis patroni favent. P. Goudanus. Primi Scoti (Haius et Crittonius) Societati nomen dantes. Socios iter facientes commendat. P. Natalis quaedam adiunget catechismo Canisii. Qui Martyrologium suum, a Surio emendatum, latine edi probat, et colonienses Socios, ut contra Chemnitium et Artopoeum scribant, incitat. Patris Natalis monita in effectum deducere cupit.

Pax Christi nobiscum Charissime Frater.

Erat nobiscum R. p. Natalis, sed prope diem discessurus Oenepontum, cum charitatis tuae et m. rethij literas accepimus . fuerunt hae nobis pergratae ob ea quae nunciarunt de successu Collegij uestri, quod etiam iam antea R. p. praepositus generalis et dictus pater Commissarius nobis commendarunt[1] . vere mirabilis Deus non solum in sanctis[2] sed etiam in seruis suis, et si multis modis illi oppugnentur et ad tempus negligi videantur, fortes habetis propugnatores in Ecclesia Sancta Coloniensi et patronos eximios, quibus res vestras curae esse res ipsa testatur[3]. Misimus Tridentum ea quae scripsit pater gaudanus[4], sed cum iam abijssent schoti illi velut

[1] Lainius ex Gallia Tridentum proficiscens exeunte m. Iunio 1562 Coloniam venerat (*Hansen* l. c. p. 426). De Natale vide supra p. 481[5].

[2] Ps. 67, 36.

[3] Sanctos dicit, quorum sacrae reliquiae Coloniae sunt: SS. Tres Reges Magos, S. Ursulam eiusque socias virgines et martyres, S. Gereonem martyrem cum sociis, S. Severinum episcopum coloniensem etc.; cf. *Can.* Epp. I, 194. 265. 424 etc.

[4] P. Nicolaus Goudanus (Florissen) S. J. (de quo *Can.* Epp. I, 140[1]. 260[3]. 261[1] etc.) a Pio IV. in Scotiam ire iussus, ut et Mariam Stuartam reginam a protestantibus vehementer afflictam et regni proceres consolaretur atque ad fidem defendendam incitaret, a. m. Iunio ad Septembrem a. 1562 ibi multis cum vitae periculis pontificis legatione functus erat (*A. Bellesheim,* Geschichte der katholischen Kirche in Schottland II [Mainz 1883], 38—42).

primitiae, quas ex regno illo[1] bonus legatus obtulit domino[2].

De rebus nostris hi narrabunt fratres qui lovanium recta mittuntur[3], et opus non habent commendatione nostra, nisi quod rogamus, vt illis nihil deesse sinatis ex ijs quae ad reliquum obeundum iter spectant.

De Catechismo[4] actum est cum R. p. Commissario qui pollicetur operam suam in quibusdam adiungendis[5], cum primum tantum impetrarit otij, vt breui fore confidit . Hortabar eum vt mature conficiat ac elaboratum opus hoc tandem exire sinat . Id quod ego sane haud minus optarim, quam Cholinus aut quiuis alius . Intercesserunt hactenus varia impedimenta, quae aliquando hanc mihi dubitationem iniecerunt, forte non visum esse Domino, vt liber sicut ego vellem recognitus euulgetur . at domini voluntatem[6] in primis hic opto perfici.

Placet latine verti Martirologium[7], sed quod pater Surius[8] vobis-

---

[1] Mag. Edmundus Haius (Hay) et Guilielmus Crittonius (Creighton, Crichton), e Scotiae nobilitate, significantur; de quibus *Goudanus* Lainio scripsit: „Alter me in Scotiam duxit, alter reduxit, qui ambo nunc iverunt in Urbem, ut se societati adiungant, et iam illos Tridenti R. V. adfuisse confido (*G. Schneemann* S. J., P. Goudanus am Hofe Maria Stuarts, in „Stimmen aus Maria-Laach" XIX [Freiburg i. Br. 1880], 105). Uterque postea in Scotiam rediit et multa pro fide passus est. Crittonius († sub 1615) scoticae missionis, quam dicunt, Societatis Iesu fere fundamenta iecit et Londini quoque in Turri illa („Tower") pro Christo vincula sustinuit. Haius († 1591) postea Scotorum collegiis Mussiponte et Parisiis ac Societatis provinciae gallicae praefuit et unus ex Claudii Aquavivae praepositi generalis „assistentibus" fuit (*Sommervogel*, Bibl. II, 1650; IV, 161. *Bellesheim* l. c. II, 182—183. 195. *J. Morris* S. J., The troubles of our Catholic forefathers related by themselves II [London 1875], 17. 367. *Will. Forbes-Leith* S. J., Narratives of Scottish Catholics under Mary Stuart and James VI. [Edinburgh 1885] p. 115. 181—183. 197. 206. 222. 226). Atque ex *Lainii* et *Polanci* *litteris Tridento 13. et 16. Novembris 1562 ad collegia Italiae et ad Goudanum datis cognoscitur, cum illis Romam ivisse „magistrum Georgium" iuvenem scotum et litterarum studiosum, huncque in collegium germanicum admitti a Lainio iussum esse (ex apographis. Cod. „V. P. 62" f. 38[a]. 40[b]); in **Catalogo* autem collegii illius „Georgius Gayus Scotus", 6. Decembris 1562 admissus, apparet (Cod. rom. „All. coll. Germ." p. 17). Quem. card. *Steinhuber* eundem esse scribit ac Georgium Hay, qui postea Societatem Iesu intravit (l. c. I, 69). [2] Ex. 35, 21. Num. 18, 12 etc.

[3] P. Franciscus Scipio et M. Simon Prutenus; vide supra p. 518. 520.

[4] Maternus Cholinus, typographus coloniensis, a Ferdinando I. caesare et Canisii „Summam" recognitam et eiusdem „Parvum Catechismum Catholicorum" latine edere iussus erat; vide supra p. 384[5] et infra, monum. 389.

[5] De hac catechismi amplificatione a Natale promissa vide infra, monum. 403.

[6] Act. 21, 14.

[7] Martyrologium germanicum initio a. 1562 Dilingae, Canisio auctore, ab Adamo Walasser editum; vide supra p. 394.

[8] Laurentius Surius, Carthusianus coloniensis, Canisio ab adulescentia amicitia iunctus, qui postea vitas Sanctorum sex magnis voluminibus (Coloniae 1570—1575 et saepius) comprehendit (cf. *Can.* Epp. I, 36), num, quod Canisius ab eo petebat, praestiterit, mihi non constat; neque unquam Canisii martyrologium latine editum esse opinor.

cum haud inconsulto[a] corriget priusquam edatur. Nec abs re fuerit si quaedam pro vestra mutetis prudentia.

Expectamus responsionem ad Calumnias Kemnitij et Artopei[1]. Hic Colonienses Theologos decet se viros praestare et pro domo dei[2] et Honore Sanctorum, non plane mutos esse. aderit[b] christus bene conantibus. Multorum in vos oculi animique conuersi. Conterendus Sathan sub pedibus[3], et profligandus Goliath cum philisteis[c] vt desinant maledicere[4]. Dominum rogo vt gratiam nobis tribuat ea que p. Commissarius prudenter et pie[d] monuit, studiose meditandi. et quae vocatione nostra digna sunt[5] perpetuo exequendi, ad quam rem vestris iuuari sacrificijs et precibus vehementer optamus. Augustae 7 Nouembris 1562.

Seruus in Christo p. Canisius.

723.

CANISIUS
STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 7. Novembris 1562.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit (2^0: $1\frac{1}{2}$ pp.: in p. 4 inscr. et sig.). Cod. goth. „E. H. 2" f. 72. 73.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 257—258. Particulas (ex Cypriano) posuit *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III, 155[g]. 156[i]. 172[a]. 174[f].

Hosii epistulae ad Cromerum. Canisius Hosio pro pecunia missa gratias agit. Hosii „Confessio" amplificabitur. Canisius episcopos iurisdictionem a pontifice maximo habere cum Lainio sentit. „Index" mitigandus. Contra Fabricium Tridenti scribendum. Imagines in ecclesiae derisionem pictas mittit. Archiepiscopos electores ad concilium adituros esse sperat. Maximilianus II. Romanorum rex eligendus. Pestilentia. Bellum hugonotticum. Cardinalem Roma venturum dicunt cum calicis concedendi potestate. Ex qua concessione ecclesia detrimentum capiet.

Pax[e] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Etsi nihil adhuc ad me misit D. Cromerus, tamen illum Franckfordiae uersari, et Celsitudinis tuae literas semel atque iterum per me missas accepisse non possum addubitare[6]. Pudet me toties obrui

---

[a] *Sic;* inconsulte? [b] adderit *Kess.* [c] Philistris *Hans.*
[d] piae *Kess.* [e] *Hoc v. et 5 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

---

[1] De libro contra theologicae facultatis coloniensis „Censuram" a Chemnitio scripto vide supra p. 481 et infra, monum. 415. Adversus eandem a. 1562 in lucem prodiit: „Ad Theologastrorum Coloniensium Censuram Henrici Artopoei Responsio"; de qua vide infra, monum. 400. 401.

[2] 1 Tim. 3. 15. Hebr. 10, 21 etc. [3] Rom. 16, 20.

[4] Cf. 1 Reg. 17, 4—53. [5] Cf. Eph. 4, 1. [6] Cf. supra p. 515.

liberalitate summi Patroni, qui suos in me aureos profundere non desinit, cum ego iam ante nihil non debeam, tantoque in me amore dignum prestare officium nullum possim. Gaudeo Confessionem magis ac magis augeri, et libenter uidero nouum exemplar Antuerpiense[1], in quo fortassis non deerunt lectu digna plaeraque, quae haec Synodus potuit suppeditare, praesertim in Eucharistico negotio.

Jn Synodo uidemus Ecclesiam recte conferri mulieri magnis cum angoribus parturienti[2]. Exhibuit negotium usus calicis, nunc de iure diuino iterum disceptatur. Mihi non displicet P. nostri Laynez sententia, etsi Hispanis ingrata sit, Episcoporum institutionem et authoritatem iuris quidem esse diuini, sed mediante Pontifice[3]. Foelicem in Sessione partum dictae mulieris, quemadmodum mitigationem aliquam Catalogi[4], expectamus.

Offendit quosdam non indoctos Oratio Fabricij[5], quam ego sane uellem a Theologo quodam nec indocto nec indiserto refelli. Arbitror autem isthic complures huic pares esse negotio, quod mihi non omnino negligendum uidetur.

Mitto foedas et execrandas imagines ex Ratisponensi officina prodeuntes, in quibus extremum Ecclesiae contemptum declarant aduersarij, non homines sed Christum ipsum blasphemantes[6]. Rithmi belle respondent Pictoris insaniae ac impietati. Superbia eorum ascendit semper[7], quam confundat Dominus[8], ut desinant maledicere filij maledictionis[9].

Nihil adhuc satis constat de conuentu Franckfordiensi, in quo tamen Archiepiscopi[10], ut speramus, impetrabunt, ut sit ipsis liberum et utcunque tutum Synodum accedere. Fortunet Dominus electionem Regis, quem Catholicus Rex Philippus Aquisgrani magnifice excepturus dicitur[11],

---

[1] Haec „Confessionis fidei" hosianae editio emendata a. 1563 Antverpiae apud Ioannem Stelsium in 8° in lucem proditura erat (*Hosii* Epistolae II, 1005—1008).

[2] Cf. Mich. 4, 9. 10. Io. 16, 21. Apoc. 12, 2.

[3] Non de potestate ordinis, quae episcopis ab ipso Deo, nullo interposito, tribuitur, sed de potestate iurisdictionis agitur, neque, qui hanc asserunt esse iuris ecclesiastici sive humani, negant, eam ordinis supernaturalis esse, ad ea, quae ordinem naturae excedunt, porrigi, statum episcopalem ab ipso Christo institutum esse, ipsum Christum constituisse, ut ecclesia per episcopos regeretur; sed hoc tantum negant: eam iuris divini esse, si modus, quo singularis aliqua iurisdictio episcopalis huic vel illi personae tribuitur vel cum hac illave coniungitur sede, consideretur; summum enim pontificem huic homini iurisdictionem hanc episcopalem tribuere dicunt. Cf. *Guil. Wilmers* S. J., De Christi Ecclesia (Ratisbonae 1897) p. 355—356. In concilio tridentino haec quaestio definita non est.

[4] Indicis librorum prohibitorum. [5] Vide supra p. 491[3].

[6] Multas huiusmodi imagines notavit *Janssen* l. c. VI, 37—50.

[7] Ps. 73, 23. [8] Cf. Iob 40, 7. Ps. 118, 78.

[9] 2 Petr. 2, 14.

[10] Archiepiscopi electores moguntinus, treverensis, coloniensis; cf. supra p. 383.

[11] Philippus II., Hispaniae rex et Maximiliani II. patruelis. Aquisgrani (Aachen) Romanorum reges coronari solebant; sed Maximilianus coronatus est Francofurti.

missis illi obuiam Jllustrissimo Cardinale Granduellano, et nobilissima Dux[issa] Parmense [1]. Grassatur adhuc miserandum in modum pestis Nuremberg[ae] et alibi passim . De aduentu Jllustrissimi Cardinalis Lotharingi certius al[iquid] expectamus . Vtinam in Gallia foelicius ageretur cum Catholicis, quos Christus aduersus Caluinianos, Anglos et Germanos tueatur . Audi[mus] Cardinalem ex Vrbe uenturum in Germaniam et Bohemiam [2], penes q[uem] sit facultas usum calicis quibusdam concedendi, sed paucos inueniet[, ut] uereor, qui conditiones adiungendas recipiant. Nunc magis et magis intelligunt sapientes, hac concessione nonnihil unitatem Ecclesiae dissolui, et in parte Catholicorum non minus metuendum esse periculum, quam sperandum commodum apud nouatores. Dominus in suam gloriam omnia [3], qui amplitudinem tuam in hac ornanda Synodo sua gratia semper illustret prouehatque. Augustae 7. Nouemb. Anno 1562 [a]. Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendissimo in Christo Patri et Jllustrissimo Domino D. Stanislao Hosio Cardinalj et Episcopo Varmiensj, S. Synodi Tridentinae Praesidi, Patrono amplissimo. Tridenti.

Inscriptioni manu eiusdem temporis (Hosii?) ascriptum est: „Resp. 28 Nouembris 1562 Tridenti."

724.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

CANISIO ALIISQUE SOCIETATIS PRAEPOSITIS.

Tridento 9. Novembris 1562.

Ex apographo eodem fere tempore Tridenti scripto. Cod. „V. P. 62" f. 24[b].

Etiamnunc de iurisdictione episcoporum agunt. Polancus timet, ne doctrina de sacramento ordinis a quibusdam nimis decurtetur. Pontificis iussu decretum de residentia episcoporum propositum est; de quo alii aliter sentiunt. Difficultates. Episcopi galli exspectantur, itali multi veniunt. Proximam sessionem differri necesse est.

Ya somos à 9. de Nouiembre y todauia se martilla el punto dicho [4], y la doctrina andan por reducir la à tanta breuedad, y tanto

Licet haec iam sit dies 9. Novembris, caput, quod dixi, cudere pergunt [4], ac doctrinam ad tantam brevitatem reducere student adeoque locorum sacrae Scrip-

[a] *Cypr. om. vv. sqq.*

[1] De Margarita Parmensi, quae Philippi II. nomine Belgium administrabat, et Antonio Perrenot, cardinale Granvellano, archiepiscopo mechliniensi, Philippi II. consiliario, vide supra p. 161 [2].

[2] Ioannem Moronum venturum esse Paumgartner Tridento 16. Novembris 1562 Alberto V. scripsit (*Knöpfler* l. c. p. 106).

[3] De hoc „epiphonemate" vide *Can.* Epp. II, 115 [4].

[4] Res ad iurisdictionem episcoporum spectantes; vide supra p. 523.

la despojan de los neruios de las scripturas, y otras probationes, ciertos[1] [que] se han añadido a los deputados que temo saldra muy desnuda[2]. Hase embiado al Concilio, y leydo en la Congregacion de los Perlados un Decreto dela residentia de los Perlados etc . de parte de su santitad[3] para uer si se contentarian algunos d' estos Reuerendisimos SS. obispos, y no se que hasta a ora les satisfaga, aunque à otros parece demasiado de riguroso entre ellos. No faltan trauajos en este Concilio finalmente mas es de rogar à Dios N. S. que todos cooperen enbien[4], y de esperar que asi sera. Esta semana se espera aqui el Cardenal de Lorena con otros obispos franceses, nose sabe quantos de cierto: y de Jtalia han uenido y uienen tambien otros en manera que el aiuntamento es muy solenne: queda losea tambien el fructo . ya sera[a] necessario que sedifiera la session, aunque no esta determinado si sera tanta la dilacion que se pueda trattar de matrimonio antes della, oyendo alos Franceses lo que querian dezir, ò si sera mas breue, dexando para la 8. session lo del matrimonio . Presto lo entenderemos[5], y auisare dello y delo demas que occurriere.

---

turae aliorumque argumentorum nervis exspoliant quidam [1], qui patribus delectis adiuncti sunt, ut timeam, ne valde nuda evasura sit [2]. Sanctitatis suae iussu concilio missum et in praelatorum congregatione lectum est decretum quoddam de residentia praelatorum etc. [3], ut cognosceretur, num aliqui ex reverendissimis hisce dominis episcopis acquiescerent, neque usque adhuc eos cognovi eo contentos esse, quamvis aliis inter eos nimis severum esse videatur. Non desunt denique difficultates in hoc concilio; sed Deus et dominus noster, ut omnes cooperentur in bonum[4], rogandus, et ita fore sperandum est. Hac autem hebdomade cardinalem Lotharingiae cum aliis episcopis gallis huc sperant adventurum esse; quot autem venturi sint, certo non cognoverunt. Atque ex Italia quoque alii et venerunt et veniunt; ita ut numerus magnopere augeatur; restat, ut fructus quoque amplificetur. Iam igitur necesse erit sessionem differri, quamquam nondum constitutum est, utrum dilatio tanta futura sit, ut de matrimonio ante sessionem agere possint, Gallis facultatem dicendi, quantum volent, tribuentes auditumque praebentes, an brevior sit futura, matrimonii rebus in 8. sessionem reiectis. Id quod brevi intellegemus [5], atque et de hac re et de ceteris, si quae occurrerint, vos certiores faciemus.

---

[a] fructo; y asera *libr.*

---

[1] Horum nomina vide supra p. 523[1].

[2] Doctrinam de sacramento ordinis reformatam cum canonibus reformatis patres 3. Novembris 1562 coeperant excutere (*Massarelli* Acta l. c. II, 155—156).

[3] Decretum hoc, a legatis concilii compositum et a Pio IV. probatum (*Musottus* l. c. II, 30), quod exstat in *Massarelli* Actis (l. c. II, 161—163), in congregatione generali 6. Novembris habita lectum est (*Pholae* Diarium, apud *Martène* l. c. VIII, 1292—1293. *Mendozae* Acta apud *Döllinger* l. c. II, 96).

[4] Rom. 8, 28.

[5] In sessione XXII. (VI. sub Pio IV.) decretum erat, ut proxima sessio 12. Novembris haberetur. Quae ut ad 15 dies prorogaretur, ipso, quo Polancus scribit, die 9. Novembris in congregatione generali statutum est (*Massarelli* Acta l. c. II, 167. *Musotti* Diarium l. c. II, 30).

Hae litterae ad quem datae sint, in codice quidem, quo usus sum, notatum non est; sed cum similium litterarum ab eodem Polanco 22. Octobris 1562 de rebus concilii scriptarum (vide supra p. 495—498) exemplo, quod in codice illo exemplum hoc proxime antecedit in eademque prorsus pagina ab eodem librario positum est, in margine ascriptum sit „Comun“, librarium hanc adnotationem ad has quoque litteras rettulisse easque ad complures saltem Societatis praepositos (provinciales vel rectores) datas esse censeo. Atque cum in eodem codice (f. 35[b]) notatum sit, 10. Novembris 1562 ad Canisium, praeter alia, relata esse nova ad concilium pertinentia („noue del Concilio“), eo die praeter epistulam Canisio singulariter destinatam litterae missae esse videntur „communes“, in quibus eadem fere atque in litteris modo propositis erant; fere, inquam; hae enim, cum hispanicae sint earumque auctor in ipso exordio de „capite, quod dixi“ loquatur, proxime et primo quasi loco hispano alicui Socio missae vel potius epistulae ad ipsum singulariter datae adiunctae esse mihi quidem videntur.

725.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 10. Novembris 1562.

Ex epistulae summa brevi, eodem fere tempore scripta. Cod. „V. P. 62“ f. 35[b]. Maior eiusdem summae pars exstat in „Epistolis P. *Nadal*“ II, 130[3].

Rector oenipontanus. Payva de Andrada Fabricium et Chemnitium, Canisio adiuvante, refutabit. Litterae a legatis ad caesarem de Lainii contra calicem laicorum oratione datae. Eorundem diploma, quo Lainium Tridenti pontificis iussu et ex antiqua consuetudine ad dicendum inter patres admissum esse eundemque postremum inter „generales“ locum petisse, cum Societatis approbatione et laude, testantur. Libri a Natale empti. Schorichius.

In „Registro“ Lainii proxime post summas breves epistularum a Polanco Lainii nomine Oenipontem ad Socios quosdam Tridento 10. Novembris 1562 missarum eadem manu notatum est: „Augusta Canisio. Eodem die, che si deue aiutare il Rettor di Hispruch[1] non trattando di mutarlo per adesso. Chel Payua[2] respondera al Fabrizio et al Kennizio, et che mandi quel che hauera notato[3], et una copia de Kennizio se ha due[4]. Se li manda la lettera delli legati et la pa-

[1] P. Ioannem Dyrsium. „Seli scrisse alli 18. di settembre 1562 animandoli alla cura di Rettor, et offerendoli aiuto“ etc. (ex registro *litterarum a *Polanco* Lainii nomine scriptarum. Cod. „V. P. 62“ f. 17[a]).

[2] Didacus Payva de Andrada († 1575 vel 1578), conimbricensis, a Sebastiano Lusitaniae rege ad concilium missus, inter theologos tridentinos doctrina et eloquentia eminebat, „sacrarum literarum et juris pontificii doctrina insignis vir“ a *Paleotto* (l. c. II, 615) nuncupatus. Cf. *Hurter* l. c. II, 20—21.

[3] Cf. supra p. 481[6]. 482. 491[3]. 527.

[4] Unum illius libri exemplum Canisius iam multo ante Lainio miserat. „Jam librum accepit Pater N. Praepositus a Patre Prouinciali transmissum, quem haere-

tente etc.[1] *Che mandi qua li libri che compro il Padre Natale*[2] *presto, et che si faccia sacerdote maestro Giorgio Schorichio et noue del Concilio.*

Ex brevi hac summa cognoscitur, una cum his litteris Canisio praeter illa „nova de concilio“ (de quibus vide supra p. 528—530) missam esse „epistulam legatorum“ concilii et diploma sive litteras publicas, quas et ipsas a legatis datas esse *Polanci* epistula eodem die ad Natalem data (summa in „V. P. 62“ f. 35[b]) ostendit („Seli danno nuoue . . . della lettera et patente delli legati“). Atque paulo ante (7. Novembris 1562, ut videtur) *Polancus* Tridento in Lusitaniam ad P. Ludovicum Consalvum (González) S. J. *scripserat: „Hemos auido auiso que se ha murmurado mucho en la corte del Emperador sobre el dicho de N. Padre de non concedenda comunione sub utraque specie, y de aqui han scripto algunos alla, y tambien à estos Reynos (aloque entendemos) que seha ingerido N. Padre adezir entre los Perlados, y a preferirse alos otros Generales enel asiento, y lugar de dezir“ etc. (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „V. P. 62“ f. 34[b]). Paulo autem ante (1. Novembris 1562) *Polancus* Natali scripserat: „Por occasion delos rumores que se scriuen de Praga etc. se ha procurado que estos senores Jllustrissimos legados scriuan asu Magestad una letra de quan honorificamente sehuuo N. Padre en hablar de su Magestad etc. y deporsi sehaze una patente por los mesmos legados. enlaqual dan testimonio de como N. Padre dixo entre los perlados por orden que ellos tuuieron“ etc. (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „V. P. 62“ f. 29[b]; integra epistula exstat in „Epistolis P. *Nadal*“ II, 122—127). Missum est igitur (vide etiam supra p. 521) Canisio diploma illud, quod a Gonzaga, Seripando, Hosio, Simoneta legatis — Altaemps exeunte Octobri abierat (*Pallavicino* l. c. l. 18, c. 16, n. 1) — Tridento 1. Novembris 1562 datum postea typis exscripserunt *Sacchinus* (Hist. S. J. II, l. 6, n. 79; emendationes in eum vide in Epistolis P. *Nadal* II, 125[2]) et *Lagomarsinius* (Pogiani Epistolae III, 82) atque (italice versum) *Boero* (Lainez p. 254—256). In quo legati testantur, „quod“ Lainius, „nullis praelatis contradicentibus, sed potius exoptantibus et“ Pio IV. „id ipsum jubente, juxta consuetudinem jampridem in ecclesia Dei receptam (qua generales relligionum cum suffragio diffinitivo ad concilia admitti solent) et ipse ut praepositus generalis approbatae relligionis a nobis est admissus. Cum autem hujus societatis religiosum institutum praesbyterorum et non monachorum sit[3], et de jure praesbyteris et monachis sua in conciliis loca assignari soleant, a nostro ceremoniarum magistro, dubitatio exorta est, quo in loco pater praepositus praefatus esset constituendus. . . Licet autem praepositus dictae societatis, praesbyterorum et non monachorum esse suum institutum, affirmaret et constare vellet, quod ad dicendi et sedendi locum attinet, modestia et pacis studio postremum inter generales se velle declaravit. Nos vero, cum ex aliis conciliis exemplum non haberemus, quippe cum post ultimum lateranense haec relligio praesbyterorum, quae jam latissime per christianorum et gentium provincias (Deo, quod coepit, opus promovente) cum maximo animarum fructu patet, instituta in ecclesia Dei, et approbata per sedem apostolicam fuerit, nihil de loco legitimo statuentes, extraordinarium locum eidem praeposito, et a monasticarum re-

ticus ille contra Societatem conscripsit“: *Polancus* *P. Henrico Blissemio S. J., Tridento 14. Septembris 1562 (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62“ f. 14[b]). [1] Vide, quae sub ipsum hoc regestum dicuntur.

[2] Augustae eos emerat Natalis (Epistolae P. *Nadal* II, 130. 134). Qui paulo ante etiam Antverpiae libros tum catholicos tum „haereticos“, ut „possent deseruire Patribus Tridenti“, emerat (l. c. II, 96. 134).

[3] Veteres ordines religiosi, ut Eremitae S. Augustini, Carmelitae etc., non ex ipso instituto, sicut Theatini, Barnabitae, Iesuitae etc., ordines clericorum sunt. Cf. *Franc. Suarez* S. J., De varietate religionum l. 2, c. 8, n. 19 (Opera XVI [Parisiis 1866], 555).

ligionum generalibus sejuncto[a], ut sine praesbyterorum praejudicio suam sententiam post alios generales diceret, assignari jussimus." Cf. etiam infra, monum. 367. Atque haec de diplomate illo; quae autem una cum eo ad Canisium missae sunt legatorum litterae Ferdinando I. caesari destinatae, quibus Lainium de oratione 6. Septembris 1562 contra calicem laicorum habita purgabant, nescio num hodie exstent. Lainius quid in ea oratione de caesare dixerit, cum ex Massarelli et Paleotti Actis (l. c. II, 114—115. 583), tum ex oratione ab ipso, ut videtur, Lainio scripta (apud *Grisar* l. c. II, 65—69) intellegitur. Ac Georgium quidem Drascovitium, episcopum quinqueecclesiensem et unum ex caesaris oratoribus tridentinis, ob eam orationem Lainio nonnihil succensuisse, ex litteris Tridento 18. Septembris 1562 ab eo una cum Sigismundo a Thun ad caesarem datis patet; vide infra, monum. 373. At iam 1. Novembris 1562 *Polancus* Tridento ad Natalem scripsit: „Oy han comido N. Padre y el Padre Salmeron y el Padre Vittoria (que es el interprete) conel Quinque Ecclesiense embaxador del Emperador, creo abran hecho las paces" (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „V. P. 62" f. 29[b]. Etiam in Epistolis P. *Nadal* II, 126).

De utrisque his litteris *Polancus* in epistula Lainii nomine Tridento 24. Novembris 1562 ad P. Hieronymum Natalem, Societatis visitatorem, data, ubi de rebus a Natale Augustae et Ingolstadii gestis agit, haec scribit: „La orden que sedio al padre Canisio de como auia detratar con el Emperador embiando la patente etc. al padre Lamberto esta bien" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 57[b]). P. Lambertus Auer, collegii moguntini rector. et paulo ante Francofurti ad Moenum de rebus quibusdam Societatis cum Ferdinando I. caesare egerat, et postea iterum eodem venit (*Hansen* l. c. p. 444. 447).

726.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 10. Novembris 1562.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit (2°: 1½ pp.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. goth. „E. H. 2" f. 74—75.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 258—259. Partem (ex Cypriano) posuit *Lagomarsinius* l. c. III, 197[a].

Canisius Hosii mandatu Comitem de Luna, oratorem ad concilium a Philippo II. destinatum huiusque mandata Augustae exspectantem, permovit, ut episcopos hispanos hortaretur, tractabiliores se in concilio praeberent neve praesidibus tantopere obsisterent. Daemon hanc discordiam seminat. Luna Hosium colit. Hosii „Confessio". Romanorum regis electio. Hosium magno in difficultatibus animo esse oportet.

Pax[b] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Expediui causam apud Jllustrissimum Dominum a Luna[1], redditis illi literis et explicata periculi magnitudine, nisi Antistitum

[a] *Ita quidem Lagomarsinius, quem in his litteris proponendis sequor, quique se eas ex archetypo „summa fide, retentis etiam librarii aliquot mendis" exscripsisse affirmat. Sacch. posuit:* seiunctum; *atque ita corrigendum esse omnino videtur.*

[b] *Hoc v. et 5 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

[1] Claudium Fernandez de Quiñones, comitem de Luna, qui usque ad id fere tempus Hispaniae regis orator apud caesarem fuerat, Philippus II. paulo ante suum

Hispanorum animi (etsi non de omnibus loquor) se praebeant in Synodo tractabiliores[1]. Vere Sathan inter fratres haec discordiae semina spargit, quae potenti uirtute Christus supprimat, si rationibus et consilijs humanis opprimi non possunt. Vt ad Dominum a Luna reuertar, haud sine animi molestia hoc loco sui et Catholici Regis ille mandata expectat, quibus acceptis isthuc se ilico properaturum recipit. Scribit autem modo ad Archiepiscopum Granatensem, uti suasit Amplitudo tua, et hortatur suos Episcopos ad studia tranquilliora, utque moderate agant in hac temporum iniquitate . Dixi de Jllustrissimis Legatis etiam, quorum causam illi difficiliorem reddunt, qui promouere poterant et debebant maxime . Alia per suum Procuratorem[2] aut Secretarium[3] isthic expediet. Jussit et salutari Celsitudinem tuam, quam in pretio habere et colere mihi uidetur. Hanc causam uero ne alij resciscant, bona fide curabo. Precandus est sane Christus, ut in Synodo Patribus unitatem spiritus[4] largiatur et Sathanae compescat studia, qui praeclarum hoc institutum uellet abrumpi turpiter, et in schisma demum conuerti.

Antuerpiam reliqua sunt a me missa[5]. Archiepiscopus Coloniensis mortuus dicitur[6]. Electionem Regis[7] maturari putant ob pestis metum, qui Franckfordiae pullulat. Ferat Pietas tua quaeso crucem

---

apud concilium tridentinum oratorem nominaverat, simulque Ferdinandus I. caesar tridentinis oratoribus suis adiunxerat. Lunam iam exeunte Octobri Augustae fuisse, eius litterae eo tempore ad Philippum II. datae ostendunt (*Fuensanta*, Documentos inéditos XCVIII, 357. 359. 370—376. *Turba* l. c. III, 209). Canisius Lunam, si non ante, a. 1559 Augustae, cum comitia imperii haberentur, cognoverat eique peccata confitenti aures praebuerat (*Can.* Epp. II, 378).

[1] Philippus II. Madrito 30. Novembris 1562 Lunae scripsit: Pii IV. nomine sibi significatum esse, praelatis aliquibus hispanis cum aliquo ex oratoribus gallis (qui occulte haeresim fovere putabatur) et cum similibus hominibus necessitudinem et tractatus quosdam esse, eosdemque et palam et privatim animum voluntatemque erga pontificem eiusque ministros parum bene affectam prae se tulisse (*Fuensanta* l. c. p. 380). Ac *Paleottus* testatur, Petrum Guerrero, archiepiscopum granatensem, suo collegarumque nomine legatis affirmasse: Omnino definiri oportere, „episcopos jure divino institutos et presbyteris superiores“ esse; „alioquin cogitare se nulla ratione sessioni celebrandae adsistere, nec ejus decreta ab hoc diversa approbare“ (l. c. II, 596—597). De qua agendi ratione *Hercules Pagnanus*, qui Philippi II. procuratorem tunc in concilio agebat, Tridento 22. Novembris 1562 ad Consalvum Perez, Philippi secretarium, scribens haud inepte (quamquam fortasse severius) iudicabat: „I prelati nostri vorebbero . . . solo esser et Papa et Re ogn' uno di loro nel suo vescovato“ (*Salvá*, Documentos inéditos [cf. supra p. 481²] IX, 319). Quibus Philippus II. paulo post per Lunam serio mandavit, ut pontifici eiusque ministris satisfacere studerent (*Döllinger*, Beiträge etc. I, 482).

[2] Herculem Pagnanum? Vide adn. 1 huius pag.

[3] Martinum de Gaztelu? De quo apud *Fuensanta* l. c. XCVIII, 375. 380.

[4] Eph. 4, 3.

[5] Haec ad „Confessionem“ ab Hosio scriptam Antverpiae denuo emendatiusque edendam pertinuisse videntur; vide supra p. 527.

[6] Ioannes Gebhardus de Mansfeld archiepiscopus 2. Novembris 1562 vita cesserat.

[7] Regis Romanorum.

hanc pacienter, et hominum siue ingratitudinem, siue [ue]hementiam non tanti faciat, ut in summis etiam difficultatibus paruo esse animo uelit, quin potius sapientiam ac fortitudinem innatam animi sui magis magisque Christo confortante declaret, et exemplo suo alios iubeat bene sperare in Christum Dominum nostrum . Sed n[imi]um ego mihi in admonendo permitto. Pro Celsitud. tua et foeliciore Synodi progressu Deum precari non desistemus, qui nos in suam tueatur gloriam. Augustae pridie D. Martini. Anno redempti generis humani M.D.LXIJ [a].

Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendissimo in Christo Patri et Jllustrissimo Domino D. Stanislao Hosio Cardinalj et Episcopo Varmensi [*sic*] S. Tridentinae Synodi Praesidi, Patrono ampliss. Tridenti.

Inscriptioni manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „Redd. 20 Nouembris 1562."

Has Canisii litteras *Sanctus Carolus Borromaeus* cardinalis, Pii IV. nepos, significavit, cum Roma 9. Decembris 1562 Tridentum ad Hosium scriberet: „Remitto ad Reuerendissimam et Jllustrissimam D. Vestram literas, quas ad eam dedit D. Comes a Luna, et Petrus Canisius, lectas prius Sanctissimo Domino nostro; qui sane libenter intellexit quae ab illis dicuntur" (ex archetypo, quod est in cod. goth. „E. H. 2" f. 82—83. Etiam apud *Cyprianum* l. c. p. 264 et in *Pogiani* Epistolis III, 171 [g]). Haud recte igitur *Lagomarsinius* Borromaeum has Canisii litteras usque ad initium a. 1563, si non diutius, secum retinuisse putavit (l. c. III, 197 [d]).

727.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 17. Novembris 1562.

Ex apographo eodem fere tempore scripto; in margine eadem manu notatum est: „Augusta Padre Canisio." Cod. „V. P. 62" f. 45 [a].

Litterae quaedam quadrimestres. Licet Socii iter agentes nec delicatius vivere nec molesti esse debeant collegiis, tamen, si qui eorum infirmi sunt, sublevandi, omnes cum caritate et humanitate excipiendi sunt; atque ita Tridenti factum est. P. Natali collegia „visitare" licet, dummodo ex pestilentia periculum ei non instet. P. Victoria. Iuvenes scoti amanter habiti. Placet, Socios Monachio ob pestilentiam alio mitti et provinciam Germaniae superioris dividi. Iuvenis mitti potest in collegium germanicum. Cuius rector poenam meretur, quod de pecunia quadam augustana cum professae domus romanae procuratore litigat. Socii romani idem collegium magna pecunia adiuverunt. Lainius fore sperat, ut episcopos iurisdictionem a Deo per pontificem habere a concilio definiatur.

---

[a] *Cypr. om. vv. sqq.*

Jhesus.

Pax christi etc. Molto Reuerendo Padre in christo.

Riceuete nostro Padre quelle della R. V. di 7. del presente [1]. Le Quadrimestre di Roma dopoi le hauera riceuute, et gia quasi sara tempo di uenir gl' altre dopo la renouatione degli studij [2].

Circa li nostri che si mandano per uiaggio se ala R. V. li occorre dare alcuni auisi li dia che saranno grati, et potra anche trattar di questo col Padre Natal . È cosa assai fuora di quello che si desidera, che siano molesti alli collegij et Rettori loro . et si è per colpa delli passagieri, bisognarebbe aduertire della tal colpa accio si emendassero. S' è per poca charità o patientia delli Rettori ò altri bisogneria anchora, che dilatassero più li cuori con la fraterna charita, et non pigliasino afflittione doue non è necessaria.

La delicatezza conuerrebbe leuarla, et pur alli bisognosi per esser malsani non si deue subtraere lo aiuto che la charità ò humanita ricerca . Quà in Trento ben hauemo sentito, che cosa sia hauer fratelli pasagieri, mà ci è stato grato de accomodar con denari et quel che habbiamo potuto li bisogni loro.

Circa la uisitatione delli collegij di Vienna, Tirnauia, et Praga . il Padre Natal si mostra inclinato à farla prima de uenir à Trento, et cosi nostro Padre glielo permette se non seranno li istessi collegij infetti et sel medico nonli dira che c' è pericolo: non sapiamo la resolutione che pigliara.

Jhesus. Pax Christi etc. Valde reverende in Christo pater.

Pater noster reverentiae vestrae litteras accepit die 7. huius mensis datas [1]. Quadrimestres autem litteras romanas R. V. postea, opinor, accepit; et iam paene tempus est, studiis renovatis [2], ut proximae afferantur.

Si quae R. V. occurrunt, de quibus nostros, qui peregrinatum mittuntur, moneat, id faciat; ii gratis ea animis excipient; atque etiam cum patre Natale R. V. de ea re agere poterit. A desiderio autem nostro valde alienum est, illos collegiis eorumque rectoribus molestos esse. Quod si iter agentium vitio fit, opus est, opinor, eos de vitio illo moneri, ut emendentur. Sin autem parva rectorum aliorumve vel caritate vel patientia fit, necesse etiam videtur esse hi corda magis dilatent fraterna caritate neque dolorem, unde necesse non est, capiant.

Convenit quidem, ut delicatiores usus, sicubi exstent, tollantur; si qui autem ob infirmam valetudinem aliquibus rebus egebunt, subsidio, quod vel caritas vel humanitas exigent, fraudandi non sunt. Hic Tridenti sane quid esset fratres habere iter agentes, experti sumus; gratum tamen nobis fuit, nummis aliisque rebus, quae nobis praesto erant, eorum indigentias sublevare.

Quod ad collegiorum vindobonensis, tyrnaviensis, pragensis visitationem attinet, pater Natalis se ad eam, antequam Tridentum veniat, habendam inclinare significat; quare pater noster eam illi permittit, dummodo neque ipsa illa collegia pestilentia infecta sint neque medicus periculum instare ei dicat; quid constituturus sit, ignoramus.

---

[1] Hae litterae perisse videntur.

[2] Haec sub initium m. Novembris in Italia fieri solebat (*Pachtler,* Ratio studiorum I, 200—201).

Jl Padre Vittoria è stato qui et [ha] dato qualche informatione di quelli collegij, et dise, benche inbreue per che seli è detto informassi il padre maestro Natal, circa la Reuerentia V. gia io le auisai di quello che esso ne diceua.

Li Scoti[1] riceuuti qùi amoreuolmente si sono con raccomandationi mandati à Roma.

La translatione delli nostri de Monachio pare à N. Padre molto conueniente[2]; et la partitione delle prouincie similmente[3] ma nel modo haueua pensato de altra sorte che scriue la Reuerentia V. et il padre Natal. Si trattara di questo inpresentia con detto Padre et si potra far tanto meglio se lui prima hauera uisitata tutta la prouincia[a].

Andrea[4] si potrà mandar al collegio germanico. Martino Spagnol si mando altroue.

Quello che scrisse il padre Perusco[5], merita una buona peni-

---

Pater Victoria hic fuit atque et de collegiis illis et de se aliqua ad nos rettulit, breviter tamen; nam dictum est ei, ut ad patrem magistrum Natalem de iisdem referret; ac reverentiam vestram, quid de ipsa dixisset, certiorem iam feci.

Scoti illi[1] amanter hic excepti et cum litteris commendaticiis Romam missi sunt.

Pater noster valde convenire censet, ut nostri Monachio transferantur[2]; similiter, ut provinciae dividantur[3]; aliter autem dividendas eas esse censuerat, atque reverentia vestra et pater Natalis scribunt. De qua re cum patre illo coram agetur; id quod eo melius fieri poterit, si ipse primum totam provinciam visitaverit.

Andreas[4] in collegium germanicum mitti poterit. Martinus autem Hispanus alio missus est.

Quod pater Peruscus[5] scripsit, iustam meretur poenam; quam ut ei irrogent,

---

[a] *In ap. sequitur sententia* Andreas mitti poterit in collegium germanicum, *ab ipso libr. postea oblitterata.*

---

[1] Guilielmus Creighton, Edmundus et Georgius Hay: vide supra p. 524—525.

[2] Pestilentia Monachii ipsum monasterium, in quo Socii habitabant, urebat; vide quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[3] Ut Societatis „provincia Germaniae superioris" (quam Canisius praepositus provincialis administrabat) dividatur; plura vide infra, monum. 419. 421. 424.

[4] Andreas Stör, adulescens litterarum studiosus, quo Canisius a. 1561—1562 Augustae et scriptore utebatur et coquo; vide *Can.* Epp. II, 865—866, et supra p. 234. 235. P. *Theodoricus Canisius* S. J. Biburgo 11. Decembris 1562 P. Leonardo Kessel S. J. scripsit: „Henricus [Leodiensis, S. J.], qui cum M. Reinero [Fabricio, leodiensi, S. J.] Monachium venerat, Augustae Patris Provincialis coquum agit" (ex apographo epistulae, ab ipso *Kesselio* scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1563 f. 1[b]—2[a]: cf. *Catalogum collegii monacensis, sub m. Augustum a. 1562 ab ipso *Polanco* Monachii scriptum, Cod. „G. C. 67" p. 189).

[5] Ioannes Baptista Peruschi († 1598), romanus, ex congregatione Oratorii, in qua Sancti Philippi Nerii et discipulus et confessarius fuerat, ad Societatem Iesu transgressus, eo tempore collegii germanici, quod de pecunia magnopere laborabat (vide supra p. 356), rector erat. Qui postea etiam Societatis collegio florentino, eiusdem domibus professis neapolitanae, romanae, mediolanensi, provinciae mediolanensi, „Seminario Romano" praefuit et a Sancto Carolo Borromaeo magni habitus est (Card. *Steinhuber* l. c. I, 82—83. *Sommervogel,* Bibl. VI. 582—583).

tentia, et cosi si ordinara gliela diano perche pare mostra che ci sia fra la casa nostra[1] et suo collegio qualche controuersia circa quelli denari del figliolo del consule Augustano[2], li quali riceuete il Padre Petrarcha nonli essendo scritto per quale effetto fossino, et pensando essere il uiatico che si doueua mandar in circa quel tempo a Roma per li nostri chesi mandauano in germania, mà come se intese de chi erano li denari non ci fù ne poteuano essere dificultà infarli buoni al collegio Germanico, al quale tiene nostra casa di Roma più di 800. scudi parecchi anni sono pagando etiam noi molto interese tantum abest, che seli uoglia torre il suo, et la Reuerentia V. mandi secondo che soleua li denari di quel consule et non pigli nuoua uia[3].

Delle cose del Concilio c' è poco da scriuere perche tuttauia si tratta quella questione della iurisdittione delli Vescoui, se sia iure diuino data loro da christo immediatamente, òuero mediante il summo Pontifice la qual question è de più importanza che alcuni si pensano per la consequentia grande che tiene all' una parte et l' altra . spero pur' si risoluera nel secondo modo che noi teniamo per uero[4].

Per il padre Theodorico canisio si scriuono qùi due uersi, et forsa per qualche altro, la Reuerentia V. fara mandar le lettere lorò,

---

mandabitur; praetendere enim videtur, inter domum nostram[1] et collegium suum controversiae aliquid esse de pecunia illa filii consulis augustani[2]; quam pater Petrarcha accepit; cui, cuius rei causa missa esset, scriptum non erat, et ipse hoc esse existimabat viaticum, quod nostris, qui in Germaniam mittebantur, sub id tempus Romam mittendum erat; at ubi, cuius pecunia illa esset, intellectum est, nihil vel obstitit vel obstare potuit, quominus accepta referretur collegio germanico, quod domui nostrae romanae plus 800 scutata ex compluribus annis debet; ac multum etiam fenoris nos solvimus; tantum abest, ut, quae ipsius sunt, ab eo auferre velimus; et reverentia vestra consulis istius pecuniam, ut solebat, mittere pergat neve alia via utatur[3].

De rebus concilii quae scribam, pauca sunt; nam etiamnunc disputare pergunt, utrum episcopis iurisdictio iure divino data sit a Christo, nullo interposito, an per summum pontificem; atque gravior, quam aliqui existimant, haec quaestio est propter res magni momenti, quae in alterutram partem ex ea consequuntur. Spero tamen eam altera hac ratione solutum iri, quam nos veram esse censemus[4].

Patri Theodorico Canisio, et fortasse etiam aliquot aliis, pauca scribimus; quibus reverentia vestra epistulas mittendas curabit. Atque ipsius et patris Gui-

---

[1] Domum „professam" romanam, in qua P. Franciscus Petrarcha procuratorem sive bonorum curatorem agebat; vide supra p. 213—214. 389 etc.

[2] Filius ille Hieronymi Velseri in collegio germanico „convictor" erat; vide supra p. 419. 425.

[3] „Est modus in rebus . y no han deser tan procurádores delo temporal que no tengan cuenta con la edificacion": ita de hac re *Polancus* Lainii nomine Romam ad P. Madridium Tridento 19. Novembris 1562 *scripsit (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 49[a]).

[4] Concilium tandem, quoniam pontifex id maxime spectabat, ne Germanis etiam longius a sede apostolica recedendi causa praeberetur, eam quaestionem quasi praeteriit eaque definienda supersedit.

nelle orationi et sacrificij suoi et del Padre Guilliermo[1] N. Padre et gl' altri molto ci raccomandiamo. Di Trento li 17. di Nouembre .1562.

lielmi[1] orationibus et sacrificiis pater noster et reliqui magnopere nos commendamus. Tridento 17. Novembris 1562.

Nota: Una cum his litteris ad Canisium missae sunt duae epistulae a Polanco Lainii nomine eodem die ad PP. Henricum Blissemium et Theodoricum Canisium, rectores collegiorum pragensis et monacensis, datae. Atque Theodorico *Polancus* haec, praeter alia, scripsit: „Essendo tanto uicina la . . peste, che ha stinti in buona parte li monachi che stanno nel medesimo monasterio N. Padre giudica conueniente il disegno di rimouere dila li giouani et gl' altri che ha ordinato il padre maestro Natal. . . . Del predicar della Reuerentia V. questo aduento quantunque non dispiacono le ragioni che alega perdiferirlo insino à tanto che si troui piu essercitato pur N. Padre lo rimette al giudicio del Padre Prouincial alquale dara sue ragioni la Reuerentia V. se non sara uno di quelli che si hanno à leuar di Monachio" (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „V. P. 62" f. 45[a]).

728.

CANISIUS
P. LEONARDO KESSEL S. J.,
rectori collegii coloniensis.

Augusta Vindelicorum 24. Novembris 1562.

Ex apographo eiusdem fere temporis, quod ipse *Kessel* scripsit et sic inscripsit: „pater Canisius Coloniensibus 24 nouembris." Cod. colon. „Kess." f. 144 (in a. 1562 f. 32).

Epistula usus est *Hansen* l. c. p. 442[1].

Natalis Oeniponte est. Sociis coloniensibus „Censura" iterum evulganda est ad Chemnitium et Artopoeum refutandos. Novus archiepiscopus. Varii Socii. Pestilentia Germaniam superiorem urit. Socii monacenses in monasterium Biburg translati. In concilio, cum de calice laicorum et de iurisdictione episcoporum disputaretur, Socii multum laboraverunt. Rumores de pontifice. Socii de calice a caesare consulti. Legatorum pro Lainio testimonium. Canisius sacras preces petit.

— — Jussit R. pater Commissarius[2], qui nunc est Oeniponti, abiturus inde Viennam duce Christo, vt vos admonerem de locupletanda censura, eaque rite absoluenda, vt aduersarijs[3] non tam nostris, quam Ecclesiae sanctae respondeatur. Quamquam sat esse putat, si horas successiuas ad hoc parandum opus conferatis, ne quid offendat valetudinem labor immoderatus . ante Mercatum tamen franckfordiensem[4] vellet exire librum contra Kemnitium, ne quid praeiudicij causae bonae fiat silentio longiore, quod neque probant Catholici.

[1] Elderen. [2] Natalis.

[3] Chemnitio et Artopoeo. De hoc „Censurae Coloniensis" denuo edendae consilio vide supra p. 526.

[4] Hic librorum mercatus Francofurti ad Moenum sub m. Martium a. 1563 habendus erat (*Kapp* l. c. I, 467).

De Nouo Archiepiscopo[1] cupimus audire, et praesertim vt faueat Collegio, quod Christus prosperet ad suam gloriam.

Oremus pro m. Laurentio physices professore, qui breui ex hac migrauit vita viennae[2]. M. pet. Coloniensis[3] subinde in morbum relabitur. Transtulimus eum Ingolstadium Oeniponto . sed vbique habet male, cupimus eum vestris precibus commendari.

Pergit seuire pestis Prage Ternauiae, Monachij, Viennae, vt in scholis nostris profiteri non possint. Sint preces vestrae consolationis loco fratribus, qui velut in medio flammae[4] versantur et illesi hactenus (canisio illo excepto)[5] mirabiliter a Domino conseruantur[6].

E Monachio transmigrarunt nostri in monasterium procul dissitum relictis p. Martino p. Dominico[7] et tribus alijs Monachij[8]. Horum omnium salutem in vtroque homine Christus tueatur per sacrificia vestra, et preces totius prouinciae vestrae, quas valde quidem desideramus.

Venere Tridentum Epis. gallici cum Cardinali Lotaringo post diuturnam expectationem. De ordinis Sacramento breui definietur[9]. Illud in magna contentione fuit sint ne Episcopi diuino jure instituti mediante pontifice[10]. Multum hic laborarunt nostri patres[11], sicut et

---

[1] Fridericus a Weda (Wied), metropolitanae ecclesiae coloniensis decanus, 19. Novembris 1562 archiepiscopus coloniensis electus est.

[2] De M. Laurentio Andrea S. J., philosophiae professore in collegio vindobonensi, vide *Can.* Epp. II, 504[5]. 526.

[3] Haupt; vide supra p. 522[2]. [4] Dan. 3, 24. 88.

[5] Fr. Theodoricus Canisius S. J., Beati Petri Canisii nepos (de quo vide *Can.* Epp. II, 636[1]), graecae linguae magister in collegio tyrnaviensi, ibidem m. Augusto vel Septembri a. 1562 pestilentia sublatus est (* Catalogus collegii tyrnaviensis, sub ineuntem vel medium a. 1562 a P. *Ioanne Seidel* rectore scriptus, in cod. „G. Ep. III." p. 41. *Litterae* quadrimestres eiusdem collegii, Tyrnavia 28. Decembris 1562 datae, ibidem p. 34. *Catalogus* mortuorum S. J. in provincia Austriae usque ad med. Sept. 1567, in cod. „G. C. 67" p. 384).

[6] Cf. Dan. 3, 1—96.

[7] PP. Martino Stevordiano (Gewarts) et Dominico Mengino (Catalogus monacensis a *Polanco* scriptus, de quo supra p. 536[4]).

[8] PP. Natalis et Petri Canisii „diligentia effectum esse", ut propter pestilentiam Monachium urentem inde „bona pars Collegij, praesertim iuniores" transmigrarent, P. *Theodoricus Canisius,* collegii rector, a. 1563 ad Lainium rettulit (*Can.* Epp. II, 874). *Idem* 11. Decembris 1562 „ex monasterio Pipurgensi non procul a Ratisbona" (Biburg; vide *Can.* Epp. I, 723[8]; II, 11. 434[1]. 874) Coloniam ad P. Leonardum Kessel scripsit: „Assignatum nobis est a Consiliariis ducalibus monasterium quoddam perantiquum et vastum fratribus monachis, qui sub D. Benedicti regula ante paucos annos Christo ibi militarunt, jam plane vacuum" (ex apographo ab ipso *Kesselio* scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1563 f. 1[b]—2[a]).

[9] Proxima quidem sessio 26. Novembris habenda erat; at in congregatione 25. Novembris habita denuo prorogata (*Massarelli* Acta l. c. II, 179. *Ficleri* Diarium l. c. VII[b], 345), tandem 15. Iulii 1563 habita est.

[10] Vide supra p. 448. 496. 523. 527.

[11] Maxime Lainius et Salmeron.

antea, cum de Calice laicis concedendo disputaretur. Faxit Deus vt optatus sequatur exitus.

Pontifex ita se comparasse dicitur vt in nullius gratiam velit liberam relinquere sub vtraque specie communionem[1]. Qua de re coacti sumus ad Cesarem nostram quoque sententiam perscribere. Dominus bene vertat principum consilia, qui nonnunquam melioribus egerent consiliarijs. Est apud nos testimonium a legatis Concilij conscriptum in defensionem R. p. nostri[2], de quo nescio qui AEmuli indigna sparserant. hoc ipsum poterit R. p. prouinciali[3] a vobis transmitti . p. Scipionem isthuc cum socio Simeone peruenisse incolumem spero[4]. Scoti fuerunt Tridenti[5], p. gaudanum et coeteros isthic saluos esse putamus. Orate pro messe nostra Augustana, quae Domino fructum reddit[6], et pro nobis vt in hac messe vtiliter operemur. Salutatum cupio D. Dionisium D. Franciscum[7] etc. Christi gratia nobiscum perpetuo. Sanctos Ecclesiae vestrae patronos pro nobis implorate. Auguste 24 Nouemb. 1562.

Seruus in Christo
P. Canisius.

729.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 24. Novembris 1562.

Ex apographo, eodem fere tempore scripto; in margine eadem manu adnotatum est: „Alemagna. Al padre Canisio et Padre Lanoy." Cod. „V. P. 62" f. 57ᵃ. Epistula usus est, ut videtur, *Sacchinus*, Can. p. 334.

De „visitatione" Ingolstadii et Augustae a P. Natale facta. De libris grammaticis, rhetoricis, logicis in Germaniae superioris collegiis usurpandis. Quando homines ab haereticis baptizatos iterum (cum condicione) baptizare liceat. Canisio licere quidem sacram Scripturam planius (ut ipse dicat) a protestantibus quam a catholicis germanice versam et Calvini commentarios biblicos legere neque tamen id ita necessarium videri. De „regula socii" Societatis sacerdotibus praescripta interpretanda. Licere quidem reditum sibi parare pecuniam vendendo, non tamen eam mutuam dando. De Socio quodam, concilii sessione proxima, cardinale Lotharingiae.

---

[1] Rumorem hunc falsum fuisse, cum alia (vide supra p. 528), tum maxime calicis concessiones a. 1564 a Pio IV. factae suadere videntur.

[2] Lainii; vide supra p. 531—532.

[3] Everardo Mercuriano.

[4] De P. Francisco Scipione et M. Simone Pruteno. S. J., v. supra p. 518. 520.

[5] Vide supra p. 524—525. 536. [6] Matth. 21, 40. 41.

[7] PP. Henricum Dionysium et Franciscum Costerum, S. J.

Jesus. Molto Reuerendo in Christo Padre
Pax Christi.

Quella del padre Doctor Lanoy per commissione de V. R. de 14 del presente[1] riceuete nostro padre, et la risposta che si farà perla presente potra seruire etiam peril detto padre Lanoy.

Ci consoliamo in domino che la uisitation del padre maestro Natal sia stata fruttuosa jn Jngolstadio et Augusta come si scriue : et cosi speramo lo sera in Hispruch et nell' altri luoghi de sua Prouincia laqual intendiamo si risolue pur deuisitare prima di uenir a Trento . D. N. S. lo guidi, et molto si serua dell' opera sua.

Circa il dar ordine di far qualche grammatica rhetorica et logica accomodata per l' uso di nostre schuole e cosa che ricerca consideratione et tempo et si trattarà col padre maestro Natal quando serà uenuto in quà . In questo mezzo col medesimo si potra trattar di la de quali grammatici etc . fraquelli che si trouano fatti debbiano usar li nostri in Alemagna et il suo parer si potrà mandare a nostro padre quando insieme l' haueran conferito.

Del rebaptizare quelli che sonno battezzati dagli heretici sub conditione per dubitarsi della integrità della intentione[a] etc. a nostro padre non li pare douersi fare se non constasse chiaramente del deffetto[b] nelle cose substantiali[2].

Jesus. Valde reverende in Christo pater. Pax Christi.

Litterae a patre doctore Lanoio R. V. iussu die 14. huius mensis scriptae[1] patri nostro traditae sunt, et quae hac epistula rescribemus, etiam patri illi Lanoio usui esse poterunt.

In domino gaudemus, quod patris magistri Natalis visitatio et Ingolstadii et Augustae, ut scribitis, utilitatem nostris attulit; quam, ut speramus, etiam Oeniponte afferet et ceteris locis provinciae istius; quam quidem eum visitare, antequam Tridentum veniret, in animum induxisse audimus. Deus et dominus noster dux ei sit eiusque opera copiose utatur.

Quod petitis, ut libros aliquos ad rem grammaticam, artem oratoriam, logicen pertinentes, qui scholarum nostrarum usui accommodati sint, conscribi iubeamus, ea res et considerationem et tempus exigit et cum patre Natale, cum huc venerit, tractabitur. Interea autem cum eodem istic expendere poteritis, quibusnam libris grammaticis etc. inter eos, qui scripti iam exstant, nostri in Germania uti debeant, atque ipsius auctoritatem, cum inter vos contuleritis, ad patrem nostrum mittere poteritis.

Quod ad homines ab haereticis baptizatos, eo quod de integritate intentionis, quam dicimus, etc. dubitetur, cum condicione iterum baptizandos attinet, patri nostro id faciendum esse non videtur, nisi quid ex iis, quae ad baptismum prorsus necessaria sunt, deesse plane constet[2].

---

[a] *Sic libr. ipse correxit ex* della forma, *quod prius scripserat.*

[b] *A libr. ipso correctum ex* chiaramente detto effetto.

---

[1] Hae litterae perisse videntur.

[2] Dolendum sane est, nos iam, quam quaestionem qua de causa quibus cum explicationibus Canisius Lainio proposuerit, plane definire non posse; ex qua de-

Alla R. V. sarà licito leggere la Biblia tradotta dagl' heretici in Thedesco piu chiaramente che da catholici[1] : et similmente li commentarij di detta Biblia fatti in Geneua[2], se non sentessi di tal lettione danno nella propria conscientia . et si può ordinare la detta lettione per la impugnatione[3] se ben ci sia intento di hauer piu chiara

Reverentiae vestrae licebit sacra biblia ab haereticis planius quam a catholicis in germanicum sermonem versa legere[1]; idem de commentariis in biblia illa Genevae editis dico[2], nisi ipsa ex ea lectione religionis detrimentum se capere experietur; quae lectio ad illos impugnandos[3] dirigi poterit, licet hoc spectetur, ut

finitione responsionis huius interpretatio magnam partem pendet. Ceterum quod ad rectam intentionem attinet, de illius quidem temporis Lutheranis vix dubitandi locus erat (de incredulis nostri temporis hominibus aliter res habet); quamquam tunc quoque, si de ea parte ritus externi, quae ad baptismum prorsus necessaria est, loquimur, quaevis dubitatio prudens sufficiebat, ut baptismus cum condicione repetendus esset. Atque etiam *Georgius Gobat* S. J., theologus haud obscurus, satis clare significavit, suo tempore — scripsit a. 1669 — vel eos, qui a Zwinglianis et Calvinianis baptizati essent (ut de Lutheranis taceam), haud facile a catholicis iterum baptizari (Experientiae Theologicae sive Experimentalis Theologia [Monachii 1669] tract. 2, cas. 13, s. 2, n. 388—390). Atque, ut idem Gobat notat, duo praeclari Societatis Iesu theologi, qui initio saeculi XVII. in superiore Germania et docuerunt et scripserunt, *Paulus Laymann* et *Adam Tanner*, ubi de haereticis ad ecclesiam catholicam redeuntibus agunt, hoc solum quaerunt, num sacrae illae caerimoniae, quae ex ecclesiae instituto ipsum baptismum quasi circumdant et exornant, in iis repetendae sint (Theologiae Moralis Liber quintus. Auctore *Paulo Laymann* [Monachii 1626], tract. 2, c. 8, n. 10. *Adami Tanneri* Theologiae Scholasticae Tomus Quartus [Ingolstadii 1627], disp. 4, qu. 2, dub. 4, n. 117).

[1] Nescio, utrum Canisius, cum se sacra biblia planiore verborum tenore sive sermonis genere a protestantibus quam a catholicis (Ioanne Eccio, Ioanne Dietenberger O. Pr. etc.) germanice versa legere velle scriberet, biblia germanica significaverit, quae Lutherus primum (integra) Vitembergae a. 1534, deinde iuvantibus Melanchthone, Bugenhagio, Iusto Iona, aliis hominibus doctis recognita ibidem a. 1541 ediderat, an biblia germanica „combinata", quae Tiguri (Zürich) inde ab a. 1525 ita edita sunt, ut lutherana versio ad regionis sermonem accommodaretur et libri prophetici et deuterocanonici atque (inde ab a. 1531) didactici ab aliis, ut Leone Iudae, versi in iis apparerent.

[2] Genevae „reformatoris" illius Ioannis Calvini commentarii in magnam veteris Testamenti partem et in plerosque novi Testamenti libros tum latini tum gallici ex Bladii et Roberti Stephani officinis in lucem prodibant; velut „Harmonia ex tribus Euangelistis composita, Matthaeo, Marco, et Luca: adiuncto seorsum Iohanne, quod pauca cum aliis communia habeat . cvm Iohannis Calvini commentariis. Editio secunda. Oliua Roberti Stephani. M.D.LX" (Ioannis Calvini Opera, edd. *G. Baum*, *Ed. Cunitz*, *Ed. Reuss* XLV [Brunsvigae 1891], IV). Ex quo libro atque etiam ex Calvini in Genesim commentario Canisius postea in libro „De Maria Virgine incomparabili" complures locos, eosque partim ad verbum, recitavit, modo, ut Calvinum refutaret, modo ut eum adversus lutheranum illum Ioannem Brentium testem produceret (l. 4, c. 1. 19; l. 5, c. 1. 7. 9. 11; in editione Ingolstadii anno 1577 facta p. 360. 467. 468. 541. 586. 587. 596. 608).

[3] Lainius litteris Roma 24. Martii 1560 datis auctoritate, ut videtur, Michaelis cardinalis Gislerii (Sancti Pii V.) O. Pr., supremi inquisitoris, cum Canisio facultatem communicaverat libros haereticos legendi „ad impugnandum" (*Can.* Epp. II. 614).

la uersione, o qualche interpretatione perche questo istesso puó seruire contra gl' heretici, come anche le frasi[a] che s' imparano ancorche à me realmente pare poco necessario hauendo tante cose buone di catholici legger libri heretici, ne uederli essendo uasi et organo dell' inimico.

Quella regola d' hauer compagno li nostri quando uanno a confessar donne[b], ilqual possa ueder ma non udir il confessore se guardi doue si puo guardare[1] et doue non si puo buonamente[2] cessarà l' obligo de guardarla.

Le ordinationi lasciate per il padre maestro Nadale in Augusta procuri la r. u. che si mettano in prattica, et se trouaranno dopo difficultà in quelle si potrà dar auiso a nostro padre.

Circa quelli casi communi in Germania de comprar qualch' intrata con li danari, come sarebbe cinque ò sei per cento secondo l' uso del paese, non si deueno reputar usurarij se si salua realmente la

---

planior versio vel interpretatio aliqua habeatur; nam hoc ipsum adversus haereticos adhiberi potest, atque etiam verba, quae addiscuntur etc.; mihi tamen revera, cum tam multa a catholicis bene scripta suppetant, haud valde necessarium esse videtur, ut haeretici libri legantur vel inspiciantur, quippe quae inimici nostri vasa et instrumenta sunt.

Regula illa, qua nostris praecipitur, ut, cum ad mulierum confessiones excipiendas eunt, socium secum habeant, qui confessarium videre quidem, sed non audire possit, servetur, ubi servari poterit [1], et ubi cum bona gratia [?] [2] servari non poterit, eius servandae officium desinet.

Iussa a patre magistro Natale Augustae relicta R. V. exsequenda curet; in quibus si qua difficultas postea occurrerit, pater noster moneri poterit.

Quod in Germania communiter fieri scribitis, ut reditus aliquis nummis ematur, ut quini senive centenis ex more regionis, haec in fenerationum numero habenda non sunt, si revera venditionis et emptionis ratio servatur, ita ut pecunia in pote-

---

[a] *VV. sqq., usque ad* dell' inimico *incl., a libr. in marg. addita sunt.*
[b] *A libr. correctum ex* donde.

[1] In antiquis illis *„Regulis sacerdotum"* (a. 1560, ut videntur, in Germaniam superiorem missis; vide supra p. 28 [1]) haec erant: „Ad audiendum confessiones Monialium, et aliarum foeminarum (etiam si illae morbo aliquo laborarent) absque superioris facultate accedat nemo. Qua impetrata socium sibi ab eodem superiore constitutum assumat, qui quidem, quamdiu cum foeminis sacerdos loquetur, eo in loco erit, ubi videre eos, sed non audire possit. Ad viros autem aegrotantes qui adeunt, comitem vel ex illorum domo, ad quos accedunt, vel ex nostra habeant" (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 74[b]). *Natalis* autem visitator ipso m. Novembri a. 1562 in collegio ingolstadiensi constituerat: „Seruetur regula quae est in officio confessariorum, vt qui est socius confessarij, videat confessarium audientem confessiones. Quod si prouincialis aut Rector habeat in ea aliquam difficultatem consulat Patrem generalem" (Statuta a Natale, eodem fere tempore in collegio ingolstadiensi scripta. Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 22[b]).

[2] Cum gratia? Bono modo? Placide? Vel aliter („Buonamente, bonamente = vere, vero, verum, tranquille, placide": *L. della Noce* et *Frid. Torre,* Vocabulario Italiano-Latino 1 [Torino 1884], 100).

raggione della uendita et compra; transferendosi li danari nel dominio di colui che paga l' intrata[a] et la intrata con le conditioni che dicono li dottori nel dominio di colui che da danari . Se in effecto fusse mutuo et non real uendita di quella intrata sarebbe usura[1].

Joannes Orner scriue la lettera qui inclusa[2], desiderando andar a Roma. N. P. si rimette alla R. V. et la resolutione che fara glie lafaccia intendere al medesimo accio ch' intenda che s' ,e, riceuuta sua lettera

Tuttauia stiamo insul punto di questa iurisditione nel concilio et di questa parte del natale non sara poco sesi fará la Sessione sopra la materia de ordine et della residentia et d' alcuni articuli della reformatione. Hieri cominciò il Cardinal de Lorena ad intrar nella congregatione facendo sua oratione etc .[3] seruasi molto de tanti prelati qui raunati Christo N. Signor. Nelle orationi di V. R. et deli altri de Augusta Nostro Padre Generale et li altri che qui stiamo tutti molto ci raccomandiamo. di Trento 24 di Nouembre 1562.

---

statem illius, qui reditum solvit, et reditus cum condicionibus, de quibus doctores scribunt, in eius, qui pecuniam dat, potestatem transferantur. Sin autem forte reapse mutuum dabitur neque reditus ille vere vendetur, feneratio haec erit[1].

Ioannes Orner epistulam his litteris inclusam scripsit[2], Romam veniendi desiderio motus. Quam rem pater noster R. V. arbitrio permittit; quae quod constituerit, eidem significabit, ut epistulam suam nobis traditam esse intellegat.

In concilio etiamnunc de iis, quae ad iurisdictionem illam pertinent, agere pergimus, et multum erit, si ante Nativitatis festum sessio habebitur, in qua de ordinis sacramento et de residentia ac de capitibus aliquot ad reformationem spectantibus agatur. Heri cardinalis Lotharingiae congregationi interesse coepit, orationem habens etc.[3] Utinam tam multorum praelatorum hic in unum collectorum opera Christus dominus noster copiose utatur. R. V. ceterorumque Sociorum augustanorum sacris precibus pater noster praepositus generalis et reliqui, qui hic sumus, omnes vehementer nos commendamus. Tridento 24. Novembris 1562.

---

[a] *VV. sqq., usque ad* da danari *incl., a libr. in marg. addita sunt.*

---

[1] Qua ratione illius aetatis theologi, quamquam redituum emptionem („Rentenkauf") licitam habebant, fenus ex mutuo dato percipere nefas esse pro illorum temporum condicione censuerint, vide discussum apud cl. *Aug. Lehmkuhl* S. J., Theologia moralis I (ed. 9, Friburgi Brisgoviae 1898), n. 1099—1108. Iam medio saeculo XV. Augustae in redituum emptionibus 5 pro 100 dabantur (Chronica augustana *Burchardi Zink* 1368—1468, in „Die Chroniken der deutschen Städte vom 14. bis in's 16. Jahrhundert V [Leipzig 1866], 134. 135). Ceterum vide infra, quae sub Polanci litteras 29. Decembris 1562 ad Canisium datas dicentur.

[2] „Joannes Orthnerus praeceptor classis humanitatis germanus." „Joannes orthnerus 2[e] classis lector . . cupit studere cursui Romae": * Catalogi collegii S. J. monacensis a. 1562 a P. *Theodorico Canisio* rectore et a *Polanco* scripti. Cod. „G. C. 67" p. 184. 189.

[3] Carolus Guisius, cardinalis Lotharingiae, 13. Novembris 1562 cum 13 fere episcopis gallis Tridentum advenerat (*Ficleri* et *Pholae* Diaria apud *Le Plat* l. c. VII[b], 202. 343—344. *Milledonnii* Diarium l. c. p. 121). De oratione ab eo 23. Novembris, quo die concilium sollemniter intravit, habita scripserunt *Massarellus* et *Paleottus* in Actis l. c. II, 175—176. 599; integram orationem posuit *Le Plat* l. c. V, 551—554.

730.

CANISIUS

OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG,

cardinali et episcopo augustano atque imperii principi.

Augusta Vindelicorum sub initium m. Decembris 1562.

Ex *Goetz*, Beiträge p. 253[2]; qui Ottonis epistulam, de qua infra, autographam vidit Monachii in archivo regni bavarici, „Hochst. Augsburg n. 90, f. 233".

Epistulae mentionem aliquam idem *Goetz* fecit etiam in „Maximilians II. Wahl zum römischen Könige 1562" (Würzburg 1891) p. 196[1]; ubi tamen (ut ipse postea notavit) lapsus est, cum epistulam infra memorandam ab Alberto V. ad cardinalem Ottonem datam esse affirmavit.

Maximilianum II., Romanorum regem, catholicum et constantem se praebuisse.

Otto Truchsess, cardinalis et episcopus augustanus atque germanicae nationis apud sedem apostolicam „protector", Roma 19. Decembris 1562 Alberto V. Bavariae duci scripsit: Et Romam et totam Italiam Maximiliani Romanorum regis modo electi[1] *laudibus resonare, „und furnemblich hat mir und anderen der fromb Canisius geschriben, wie Ir Mt. sich in capitulatione so dapfer und catholice gehalten, das S. Mt. nichs hab wellen begeben, und das si welle in bestendigkait der cath. religion bleiben und in die fuestapfen seiner vorfaren tretten, welchs praeclarissimum testimonium tam sancti viri Canisii aller welt gutherzige gemietter erquickt."* [2]

Maximilianus II. vere a. 1562, cum de dignitate regis Romanorum ei providenda consilia conferrentur, coram Ferdinando I. patre, fratribus, consilio secretiore sollemniter affirmaverat, se in catholica religione mansurum, romanae ecclesiae semper oboediturum, maiorum vestigia et in vita et in morte secuturum esse. Quare Mathias Cythardus O. Pr. ecclesiasticos imperii electores monuit, ne de eius religione timerent (*Janssen* l. c. IV, 215. *Mor. Ritter*, Deutsche Geschichte im Zeitalter der Gegenreformation etc. I [Stuttgart 1889], 254—255). Ac cum Francofurti ad Moenum 24. Novembris 1562 Romanorum rex electus esset, ibidem 30. Novembris in „capitulatione" solita, quantumvis electores protestantes intercessissent, hoc primo loco spoponderat: „Dass wir . . . die Christenheit und den Stuhl zu Rom, auch Päbstliche Heiligkeit und die Christliche Kirchen, als derselben Advocat, in gutem Befehl Schutz und Schirm haben . . . sollen und wollen" (*Joh. Christ. Lünig*, Des Teutschen Reichs-Archivs Partis Generalis Continuatio [Leipzig 1713] Erste Fortsetz. p. 94. *Friedr. Walter*, Die Wahl Maximilians II. [Heidelberg 1892] p. 65). Atque cum ibidem eodem die 30. Novembris coronaretur, solitum praestiterat iusiurandum; in quo, praeter alia, haec sunt: „Sanctissimo romano pontifici et ecclesiae romanae . . . condignum et canonicum honorem volo exhibere" (*I. Fr. Boehmer*, Regesta Imperii inde ab anno MCCXLVI usque ad annum MCCCXIII [Stuttgart 1844] p. vi*). Quam

---

[1] Ottonem haud multo ante, ne Maximilianus eligeretur vel a pontifice confirmaretur, impedire conatum esse ferunt (*Sickel*, Trient p. 403. 409).

[2] I. e.: Atque imprimis et mihi et aliis pius ille Canisius scripsit, maiestatem suam in capitulatione valde fortiter et catholice se gessisse; neque enim quicquam maiestatem suam indulsisse, eamque in catholica religione constanter permanere ac maiorum vestigiis insistere statuisse; quo praeclarissimo tam sancti viri Canisii testimonio bonorum, qui ubique sunt, animi recreantur.

non plene autem Maximilianus postea et Canisii et cardinalis Ottonis exspectationi satisfecerit, satis notum est.

Notatu autem dignum est, qua reverentia loquatur Otto de Canisio. Neque dubitari potest, quin Otto Canisii testimonium ad ipsum etiam detulerit Pium IV. pontificem; de quo Roma 30. Decembris 1562 Ferdinando I. caesari *Prosper ab Arcu*, eius orator, scripsit: „Ha . . . mostrato d' haver presa allegressa grandissima per essere stata avisata chel Serenissimo re de Romani nella sua coronatione si mostro in ogni cosa deditissimo et affetionatissimo alla chiesa R.[1] et alla dignita et reputatione sua" (*Sickel*, Trient p. 415).

731.

P. IOANNES DE POLANCO.

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis.

CANISIO.

Tridento 1. Decembris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Augusta al Padre Canisio." Cod. „V. P. 62" f. 69[a].

Epistulae pars ex eodem apographo posita est in „Epistolis P. *Nadal*" II, 133". Eandem partem sub initium saeculi XVII., ut videtur, latine versam ex cod. monac. „Resp." (vide *Can.* Epp. II, LIII—LIV) posuit *Hansen* l. c. p. 508[4].

Epistulae. Piccolomineus episcopus. P. Seidelius, Caroli archiducis contionator. Divisio provinciae Germaniae superioris. P. Natalis praecepta de iis, quae pestilentiae tempore observanda sint; recte is et Sociorum vitae servandae et aliorum animis iuvandis consuluit. Socii homines ab haeresi, abiuratione iuridica non praestita, absolvere possunt. Canisio curandum, ut Socii romani stipem a caesare mitti solitam suo tempore accipiant. Concilium paulo celerius procedit.

Hieri riceuemmo quella di u. r. de 21 del passato[2] per uia del Vescouo di Monte alcino[3] piu tardi mi pare di quel che sogliamo riceuerle, et anche il suo seruitore uolse il porto alquanto grosso . lamentandosi di quelchesi faceua spendere asuo Patron[a] . *che non mandi le lettere per Mont'alcinj . Jtem . Che si li fece risposta sopraquelche scrisse il padre Lanoy*[4 b]. — —

Heri R. V. epistulam die 21. mensis superioris datam[2] per episcopum montalcinensem[3] accepimus eamque, ut mihi videtur, solito tardius; atque etiam eius famulus vecturae pretium nonnihil magnum petiit, conquerens, nos sumptui esse patrono[a]. *Scriptum est ei, ne per Montalcinensem epistulas mitteret. Item nos ad ipsum de iis, quae pater Lanoius scripsisset, rescripsisse*[b 4].

---

[a] *Quae sequuntur usque ad* Lanoy *incl., in ipso ap. antiquo obliqua hac oratione ut „regestum" posita sunt.*

[b] *Hic in ap. libr. satis amplum spatium intermisit, quod postea expleturus esset; explevit autem solum duabus lineis commissis, et his verbis:* qui il resto non si scrisse per la breuita del tempo.

---

[1] I. e.: Romana. [2] Haec iam non videtur exstare.

[3] Is erat Franciscus Maria Piccolomineus (Piccolomini).

[4] De his litteris Canisii nomine a Lanoio scriptis vide supra p. 541.

Quanto al Doctor Zeidel[a] . pare s' era risoluto che seli desse un compagno buono alquale hauesse rispetto, et anche saria conueniente che per lettere hauesse communicatione col Rettor de Vienna uicino[1]. La R. V. proueda in questo ouero lo raccomandi al padre maestro Natale il quale quando hauerà uisto la prouincia et cose particolari di quella potrà far meglior juditio[b] circa la diuisione di quella et le persone che deueno hauer qualche cura in essa.

Hauemo uisto l' ordine che lasciò il padre maestro Natale circa il gouernarsi nel tempo della peste[c], et si dice [. come la R. V. scriue,][d] che chi sarà ricercato neghi l' opera sua in confessioni, o altro, le parole sue sonno queste ad confessiones audiendas nullus mittatur qui timeat . Rector non eat, siue timeat, siue non . (il che pare l' habbia ordinato per quello ch' importa guardar la uita del Rettor per il ben delli altri) Si quis tamen mittatur, sit[e] bene munitus, cum it, et redit : et tunc cum redierit, separetur etc . Di modo che se ben ricerca cautela non prohibisce l' aiutar li prossimj : maxime se li curati loro (a chi questo tocca propriamente) non facessino il debito suo . La charestia etiam che habbiamo de soggetti[f] [?] in germania obliga a conseruarli il meglio che si può per il seruitio[g] [?] diuino, et ben commune . Perche se ben l' anima del

Quod ad doctorem Zeidel attinet, constitutum esse videtur, ut bonus socius, quem ipse revereretur et observaret, ei adiungeretur; atque etiam convenire videtur, ut per epistulas cum vicino illo rectore vindobonensi consuetudinem habeat[1]. R. V. igitur vel illi rei provideat vel eam patri magistro Natali commendet; qui cum totam provinciam singulasque eius res viderit, melius iudicare poterit, quomodo provinciae divisio facienda sit, et qui aliquam ei operam navare debeant.

Praecepta a patre magistro Natale vobis relicta vidimus, quibus is nostros, quam cautionem tempore pestilentiae adhibere deberent, instituit; in quibus edici [reverentia vestra scribit][d], ut, si quis vel ad peccatorum confessiones excipiendas vel ad alia praestanda vocatus sit, operam recuset; eius autem verba haec sunt: „Ad confessiones audiendas nullus mittatur, qui timeat. Rector non eat, sive timeat, sive non“ (id quod eo praecepisse videtur, quod salutis reliquorum multum interest, ut rectoris vita servetur). „Si quis tamen mittatur, sit[e] bene munitus, cum it, et redit: et tunc cum redierit, separetur“ etc. Licet igitur cautionem adhiberi velit, non interdicit, ne alii adiuventur, maxime si forte ii, qui animarum curam apud eos habent (quorum hoc officium est proprium) non faciant, quod debent. Atque etiam quia in Germania tam paucos homines habemus, eos, quam optime fieri poterit, ad divinam gloriam et publicam salutem amplificandam conservare debemus. Nam licet

[a] *In ap. sequuntur 2 lineae, prior longa, altera brevis.* [b] judiditio *ap.*
[c] *Quae sequuntur, usque ad* altro *incl., in versione ab Hans. proposita omissa sunt.*
[d] *Haec vel similia in ap. hoc, quod festinantius scriptum esse ex adnott. a, b (p. 546) adn. e (huius pag.) etc. patet, supplenda esse, ea ipsa, quae proxime sequuntur, ostendunt.*
[e] *Ita Hans.; cod. „V. P. 62“:* Se qui sta men ditato Sit*; quae absurda sunt.*
[f] *Vel* suggetti, *ut legitur in Epp. Nad.* [g] *Vel* seruicio, *ut est in Epp. N.*

[1] P. Ioannes Seidel S. J., homo eloquentior quam prudentior (*Socher* l. c. p. 102—103) Carolo archiduci (Neostadii [Wiener-Neustadt] degenti?) contionator destinatus erat; cf. supra p. 522—523.

prossimo, si deue preferir ala propria uita, non per la consolatione d' una, s' ha di esponere alla morte un buon operario, il quale uiuendo potra[a] [?] aiutar molt' anime, et di questo ha d' hauer cura il superiore benche quanto a se stesso ogn' uno sia paratissimo a morire per li prossimi suoi[1].

Vederemo sesi potrà moderare nell' Alemagna quella abiuratione[b] iuridica[2], perlaqual bastano due testimonij secreti . Et quando non si potessino condurre aquesto li penitenti, non uedo perche non possiamo usare della facultà che prima teneuamo de Papa Iulio[3], o de altri pontifici laquale non haueua questa restrittione del abiurar : perche non sappiamo che sia reuocata tal gratia.

Di Roma scriuono ch' haueriano charo non mancasse al suo tempo quella prouisione de 400. ducadi que l' Imperator manda ogni anno

alterius animam propriae vitae praeponere debeamus, non tamen, ut una anima solacio afficiatur, mortis periculo exponendus est bonus operarius, qui, si vivet, multas animas iuvare poterit; atque hoc superiori curandum est, licet unusquisque, quantum ad ipsum pertinet, ad mortem pro aliis obeundam paratissimus sit[1].

Videbimus, num abiuratio illa iuridica[2], ad quam duo testes secreti sufficiunt, in Germania mitigari possit. Et cum forte, qui peccata confitentur, ad id induci non poterunt, non video, cur facultate uti non possimus antea a Iulio papa[3] vel ab aliis pontificibus accepta, quae ad abiurationem illam contracta non erat; neque enim gratiam illam revocatam esse cognovimus.

Roma scribunt, gratum sibi fore, si 400 ducati illi, quos imperator singulis annis, ut Bohemis Romae degentibus provideatur, eo mittit, suo tempore non desint;

[a] *Vel* potria, *ut est in Epp. N.* [b] *A libr. correctum ex* adiuratione.

[1] *Lainius* Tridento 14. Novembris 1562 Natali *scripserat: „Hemos uisto loque [V. R.] scriue del modo de gouernarse en la peste, y ha parecido bien, y asi se podra obseruar" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 40[a]). Hanc institutionem, quam Natalis proxime destinasse videtur collegio monacensi (cf. supra p. 538. 539), frustra equidem quaesivi. In codice autem quodam saeculo XVI. scripto, qui olim collegii monacensis fuisse videtur, (sign. „XV. A") exstat „Ordo qui seruarj potest tempore pestis (quam deus auertat) in Collegio Viennensi, et alijs collegijs accomodarj" (f. 227[a]—229[b]), isque, ut ex extrema eius parte liquet, in collegio vindobonensi conscriptus. In quo „ordine", quem a Natale visitatore vel a. 1563 vel sub a. 1566 compositum esse satis probabile est, haec, praeter alia, sunt: „Cum primum erit rumor verus pestis, designabuntur duo sacerdotes ad audiendas confessiones infirmorum, et hj non erunt praeceptores nec concionatores nec Rector, deligentur etiam ij quj formidolosj non sunt in hac re . . . Alius nullus mittatur . . . Hi ibunt munitj iuxta praecepta medicj ad audiendas confessiones . . . Aduertet etiam Prouincialis sj (quod dominus auertat) vehementer seuiret pestis, quod prodesset quidem, et curandum diligenter esset, vt aliquod monasterium vel castrum, vel villa obtineretur quo collegium fere vniuersum migraret relicto concionatore, auditoribus confessionum infirmorum, aliquo superiore, tribus vel quatuor coadiutoribus temporalibus. Toto tempore quo pestis erit non omittatur concio in Ecclesia, nec missarum celebratio priuata vel solemnis etiam cantata, nec confessionum auditiones." Cf. etiam *Sacchinum,* Hist. S. J. II, l. 6, n. 103.

[2] In hominibus per Socios ex facultate a Pio IV. concessa ab haeresi absolvendis; vide supra p. 70. [3] A Iulio III.; vide *Can.* Epp. I, 315. 342. 346.

per li Bohemi de Roma cio ,e, al natale[1]. V. R. per charità n' habbia cura : et se li ueranno in mano procuri chesi mettano in Roma li 400. daleri in oro perche se questo non s' aggionge expressamente si suole perdere qualche cosa per cento.

Delle cose del concilio non c' ,e, altro che dire senon quello che per il passato : s' usa pur unpoco di piu fretta: et non hanno cominciato ancora adire li Francesi . Nelle orationi et sacrificij della R. V. N. Padre et gl' altri tutti molto ci raccomendiamo et cosi in quelle delli altri che in Augusta ti trouano. De trento primo di Decembre 1562.

---

tempus dico Nativitatis domini[1]. Cuius rei R. V., quaeso, curam gerat; et si in ipsius manus venerint, efficiat, ut 400 taleri illi in auro Romam mittantur; id enim nisi perspicuis verbis additur, aliquid ex centenis perdere solemus.

De praesentibus concilii rebus aliud quod dicam non est, nisi quod de superioribus dixi; paulo tamen plus celeritatis adhibetur; neque adhuc dixerunt Galli. R. V. atque etiam ceterorum, qui Augustae sunt, orationibus sacrificiisque et pater noster et reliqui omnes valde nos commendamus. Tridento Kalendis Decembribus 1562.

732.

CANISIUS

FERDINANDO I.

imperatori.

Augusta Vindelicorum inter ineuntem m. Decembr. 1562 et ineuntem m. Ian. 1563.

Ex *Lanoii* epistula autographa. Cod. „G. Ep. IV" f. 127[a].

Caesarem rogat, ut collegio romano usitatam stipem tribuat.

De 400 ducatis quotannis sub Nativitatem domini a Ferdinando I. collegio Societatis romano dari solitis, qui ut etiam exeunte a. 1562 darentur, Canisius a Lainio, litteris 1. Decembris 1562 per Polancum datis, iussus erat curare (supra p. 548—549), P. Nicolaus Lanoius S. J. Augusta 14. Ianuarii 1563 Romam ad P. Christophorum Madrid S. J. scripsit: „Quanto alli 400. ducadi del Jmperatore si va negotiando per riscoterli dalle manni di questi vfficiali, et hauendone scritto Jl P. Prouinciale al Jmperatore, riceuete auanthieri le lettere di sua Maiesta, laquale promette di commandar che si diano."

Nescio num hae litterae a Canisio ad caesarem datae eaedem sint atque illae, de quibus Polancus 14. Decembris 1562 Canisio scribens agit. Atque etiam in epistula 29. Decembris 1562 ad Canisium data Polancus, ubi de eadem pecunia agit, similium Canisii litterarum mentionem facere videtur.

---

[1] Vide supra p. 1[4]. 16. 299. 355 etc.

733.

CANISIUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 5. [?] Decembris 1562.

Ex *Pogiani* Epistolis III, 197.

Otto Truchsess cardinalis Augustanus Roma 2. Ianuarii 1563 Tridentum ad Hosium scripsit: „Remitto tibi Staphyli literas, quas reddidit Borromaeus cardinalis: Canisii etiam, cum primum eas reddiderit, remittam."

Canisius 5. Decembris 1562 scripsit ad Lainium; cui litterae illae Tridenti per Hosium traditae sunt; vide infra p. 560—561; quare dubium non est, quin Hosio quoque Canisius eodem fere die scripserit. Ac Lainio Canisius litteris illis iucunda quaedam de Maximiliani II. in catholica religione constantia scripsit; vide infra p. 562; itaque Canisius, cum 26. Decembris 1562 Hosio scripserit: „Nuper iucunda misi; nunc succedunt maledica" etc., 5. Decembris eidem de Maximiliano eadem ac Lainio scripsisse videtur. De Staphyli autem litteris ab Ottone memoratis vide infra p. 570.

734.

CANISIUS

P. LAMBERTO AUER S. J.,

rectori collegii moguntini.

Augusta Vindelicorum, initio m. Decembris 1562.

Ex apographo litterarum Aueri, eodem fere tempore Coloniae a *Kesselio* scripto. Cod. colon. „Kess." f. 146 (in a. 1562 f. 34).

Etiam apud *Hansen* l. c. p. 446.

De Chemnitio per Payvam et per Socios colonienses refutando.

P. Lambertus Auer S. J., collegii moguntini rector, Moguntia 12. Decembris 1562 ad P. Leonardum Kessel S. J., coloniensis collegii rectorem, de doctore Didaco Payva de Andrada, qui Chemnitium refutare sibi proposuerat (vide supra p. 530), haec scripsit: „Pater Canisius scribit esse Tridenti Theologum insignem, qui Kemnitio respondere cupit, petitque si quid de hominis vita, doctrina, vel scriptis huiusmodi [nouerimus], dicit etiam p. Natalem optare et suadere[a] *[?] vt Colonienses respondeant, si quid nostis rogo scribite vt quam primum illis communicetur."*

---

[a] *Sic equidem conicio esse legendum; Hans.:* studere

735.

CANISIUS
P. HENRICO DIONYSIO S. J.,

metropolitanae ecclesiae coloniensis contionatori.

Augusta Vindelicorum inter 5. et 19. Decembris 1562.

Ex apographo eodem fere tempore Coloniae a P. *Leonardo Kessel* S. J. scripto. Cod. colon. „Kess." f. 144^b—146^a (in a. 1562 f. 32^b—34^a).

Epistulae summam valde brevem posuit *Hansen* l. c. p. 448[1].

Spes collegii ab episcopo osnaburgensi condendi; cui Canisius scribet. Res concilii: cardinalis lotharingi oratio; reformatio; quaestionis de iurisdictione episcoporum gravitas; Sociorum apud patres auctoritas; magna ex concilio speranda; concilium per Socios iuvandum; Hosii virtus. Gaudet Canisius, Sociis favere Noviomagenses et apud hos Dionysium contionari. Canisii soror. Canisii liber precationum germanicarum cum catechismo iterum exeuditur; catechismus latinus „dormit", donec a Natale recognitus sit. Canisius Sociorum coloniensium scholas laudat eosque, ut contra Chemnitium etc. scribant, incitat. Novus archiepiscopus. P. Natalis optime visitatorem egit. Augustae sacramenta frequentantur. Monacensium Sociorum migratio. Canisius preces petit, Coloniam eiusque Sanctos laudat.

Reuerende pater.

priores non accepi, quarum in posterioribus meministi . gratulor autem Christo et vobis de incolumi reditu tuo, et fore confido, vt breui osnaburgensis Episcopus[a] reipsa declaret te[b] non frustra de Collegio cum illo transegisse[1]. scribam ad illum per occasionem, cum noui aliquid ex Synodo fuerit allatum. Venit modo Tridentum Cardinalis Lotaringus, cum alijs multis Episcopis, et Theologis gallicanis. Et habuit idem Cardinalis orationem grauem de calamitate regni, vt permouerit animos auditorum[2]. De reformatione magna quidem agitur contentione, prorogarunt sessionem in 17 diem Decembris[3], interea disputatur de residentia et iurisdictione Episcoporum, sit ne iuris diuini immediate an mediate. Haec quaestio plus habet in recessu quam facile credas, et in ea nostri quoque laboriose versantur, quorum magna est interim apud patres authoritas . Nunc 200 fere sunt patres, quibus suffragandi ius competit . fieri non potest, quin diuina bonitas aliquid magni boni adferat Ecclesiae suae, cum in eius no-

[a] Archiepiscopus *Kess.*
[b] *Ita corrigendum esse* se, *quod Kess. posuit, res ipsa ostendit.*

[1] P. Henricus Dionysius a m. Maio ad Septembrem apud Ericum II. ducem brunsvico-calembergensem et Henricum iuniorem, ducem brunsvico-guelpherbytanum, atque apud Ioannem de Hoya, episcopum principem osnaburgensem (1553—1574), qui Osnaburgi (Osnabrück) collegium Societatis condere volebat, m. Septembri Moguntiae fuerat (*Hansen* l. c. p. 423. 429[4]. 430. 436. 437[3]).

[2] Vide supra p. 544[3].

[3] Ita prorogata est 2. Decembris; vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

mine[1] tot tantique viri conuenerunt, quot et quales hac etate nostra nunquam conuenisse certum est . Juuemus et nos ac promoueamus pro virili hoc sanctum et necessarium Ecclesiae institutum, quod vtinam ornarent Archiepiscopi Electores praesentia sua . Illustrissimus Cardinalis Varmiensis[a] [2] preclare suum obit munus in hac Synodo.

Quod scribis de nostris Nouiomagensibus, libenter legimus, ob mutatas opiniones illorum qui innocentibus indigne obtrectabant[3].

Recte facis in patria contionando, vt confirmes in fide dubios piosque prouehas in sana religione[4]. ad sororem[5] scribere non valde ardet animus, nescio quo pacto alienus a rebus patrijs . Tu vices meas facile supplebis, nec illi valde indigent mea exhortatione . Mittam ad Sororem fortasse libellum qui nunc sub prelo est, et fortasse vobis non displicebit[6].

Correxi enim et auxi libellum precationum Germanicarum et Catechismum etiam germanice scriptum, vt de germanis bene mereri possim in hac prouincia indignus Concionator germaniae datus. Cathecismus vero Latinus dormit, sic iudicante p. Commissario[7], vt non exeat recognitus nisi et ipse diligenter relegerit, et inter relegendum annotarit quae in postrema aeditione addenda videantur . Ego diuino quodam consilio me prohiberi puto, quo minus hoc recognoscendi institutum pro animi mei succedat sententia . Si Colino[8] non satisfacit

[a] Vermiensis *K.*

[1] Cf. Matth. 18, 20. [2] Stanislaus Hosius, unus ex concilii praesidibus.

[3] Dionysius Noviomago ortus erat; cf. *Can.* Epp. I, 252[1]. 256. P. *Leon. Kessel* Colonia 5. Februarii 1563 Lainio scripsit: „Noviomagenses videntur solito magis erga Societatem affici. Unus eorum misit nobis 50 carolinos pro elemosina. Decanus vero Noviomagensis [Ioannes Iacobus ab Asten], s. theologie doctor, adeo Societatem amat, ut quiescere non posse videatur, nisi in ea divino servitio se mancipet." Et Colonia 3. Martii 1563: „Neomagii quidam elegerunt esse Marthae nostri collegii et quicquid emendicare seu colligere . . poterunt, . . . totum huc mittent." Complures etiam iuvenes noviomagi Societati nomen dederunt (*Hansen* l. c. p. 444 ad 445. 459. 462. *Reiffenberg* l. c. p. 94).

[4] Nescio num Dionysius Noviomagi paulo ante fuerit vel eo ire voluerit; Kessel quidem Colonia 13. Octobris 1562 Lainio scripsit, decanum noviomagensem in impedimentis quibusdam sui in Societatem ingressus removendis a Dionysio adiutum iri (*Hansen* l. c. p. 439). Atque Colonia 1. Decembris 1562 Socius aliquis coloniensis eidem scripsit: „D. Henricus Dionisius nunc agressus est tractationem de ecclesia mane in summo templo" coloniensi (l. c. p. 445).

[5] Wendelinam, quae Godefrido van Triest (Trijest), consuli noviomagensi, nupserat, significari puto; de qua vide *Can.* Epp. I, 68—74 etc. Eodem tempore Noviomagi degisse videtur Aegidia, B. Petri Canisii soror ex patre, alteris nuptiis ante a. 1560 Theodorico de Riswijk (Ryswijk) iuncta (*L. Ph. van den Bergh,* Het Geslacht Kanis p. 10).

[6] Libellus hic a. 1563 Dilingae in lucem prodiit, inscriptus: Catechismvs. . . . Auch rechte vnd Catholische form zu betten . . . durch D. P. Canisium" etc. Libellum *editor* descripsit in „Katechismen" etc. p. 128—133.

[7] Natale; vide supra p. 525, et infra, monum. 403.

[8] Materno Cholino, typographo coloniensi; vide supra p. 384[5].

haec ratio,; non video quid adferam aliud purgationis loco, liberius in re aliena, quam propria iudico, Deumque precor vt in suam gloriam vertat meos conatus.

Curabitur vt literas in patriam det Frater noster Penninus[a] [1] [?] quemadmodum admonuisti. Gaudemus sanos transijsse fratres quos Roma misit[2]. Catalogum lectionum[3] P. Natali transmittendum curauimus . fortunet Deus praeclara haec studia vestra, quae Catholicae doctrinae lucem ac robur adferre videntur . Vnde non possunt non offendi veritatis aduersarij, qui vobis et nobis offensi et infesti esse pergunt.

Vellemus autem cito scriptum absolui, quod facultas vestra Kemnicij et Artopei virulentis scriptis statuit opponere, quodque p. Commissarius huc breui mittendum putauit. Ante Mercatum proximum hoc quicquid est operis excudi sit opere precium[4].

Rectius nunc habet noster pet. Coloniensis[5]. Sed satis propensus ad hoc morbi sui genus, qui ad concionandi functionem aspirat.

Audimus ex Decano factum Archiepis. Coloniensem[6], precor Deum, vt huius Ecclesiae Sanctae sit idoneus pastor neque minus nostro faueat instituto. Nunc abit pater Natalis ex Oeniponto Viennam Hiemali sane tempore[7]. Dignus est ille cuius salutem domino enixe commendemus, et qui de Collegijs nostris sancte ac prudenter statuit, vt meliorem optare visitatorem non debuerimus.

Versamur Augustae, vt nostis, in medio luporum[8], et auget Christus suum gregem magis ac magis . Sed ita vt fructus adferatur in patientia[9]. pulchrum est videre sacre confessionis et communionis vsum apud eos frequentem in ijs, qui nihil tale antea meditabantur, Nunc crebrae conciones mihi habendae sunt hoc sacro tempore, vos rogo vt Canisij nunquam obliuisci velitis. Frater meus cum bona parte Collegij sui Monachiensis vt pestis vitaret contagium alio se recepit[10], scripturus ad vos breui, vt illum commonefeci, Dominus per sanctum aduentum suum nos consoletur gubernet et confirmet in bonis spiritualibus, quibus instructi vere ipsi placere et proximo vtiliter inseruire possimus.

Saluto p. Le. D. Franciscum[11] P. Rethium et Collegium vniuersum quod mihi non potest non esse charum in hac sancta et amabili

---

[a] *Obscurius scriptum.* Renninus?

---

[1] Hunc non novi. [2] Vide supra p. 525.
[3] Gymnasii „trium coronarum" coloniensis (*Hansen* l. c. p. 446. 455).
[4] De hac re vide supra p. 526. 538. [5] P. Petrus Haupt.
[6] Fridericum de Weda; vide supra p. 539[1].
[7] Natalis, mutato consilio, anno proximo Vindobonam venit.
[8] Matth. 10, 16. [9] Luc. 8, 15.
[10] P. Theodoricus Canisius in monasterium Biburg migravit; vide supra p. 539[3].
[11] PP. Leonardum Kessel et Franciscum Costerum.

Colonia, quae multis modis me sibi deuinctum tenet et cuius patronis[1] scio multum tribuendum esse. Faelicem Christi pueruli Natiuitatem vobis et nobis cupio contingere. Tantum orate pro me Deum Charissimi Fratres. Auguste —[a] Decembris 1562.

Seruus in Christo p. Canisius.

P. Leonardus Kessel, collegii coloniensis rector, huius epistulae apographo sua ipsius manu scripto pariter sua manu inscripsit: „p. Canisius ad Colonienses fratres Calendis Decembris." Ex ipsa autem epistula patet, eam proxime datam esse ad Socium aliquem collegii coloniensis, qui patria erat noviomagus, qui de theologica facultate universitatis coloniensis erat, qui cum episcopo osnaburgensi de Societatis collegio instituendo egerat; quae omnia in Henricum Dionysium et, nisi valde fallor, in hunc solum conveniunt; atque etiam *Hansen* l. c. ad Dionysium epistulam datam esse affirmat. Quod autem Kessel et in ipso apographo et in eius inscriptione „Calendis Decembris" eam datam esse scribit, calamo, ut mihi quidem omnino videtur, lapsus est similiter ac paulo supra, cum „Archiepiscopus", „se", „Vermiensis" pro „Episcopus", „te", „Varmiensis" scripsit. Nam Canisius concilii sessionem proximam in 17. Decembris prorogatam esse scribit; id quod 2. Decembris factum esse constat; die enim 25. Novembris hoc tantum decretum erat in congregatione generali, ut sessio, quae 26. Novembris haberi debuerat, differretur ita, ut intra 8 dies, quo die habenda esset, statueretur (*Massarelli* Acta l. c. II, 179. 186—187. Epistulae *Lansacii* oratoris galli Tridento 26. Nov. et 2. Dec. 1562 datae, *Le Plat* l. c. V, 569. 581). Ac cum ex iis, quae inscriptionibus epistularum Canisii ad Hosium datarum adnotata sunt (supra p. 384. 394. 409. 489. 517 etc.), eas fere quaternis diebus Augusta Tridentum perferri consuevisse pateat, Canisius de sessione in 17. Decembris prorogata vix ante 5. vel 6. Decembris certior factus est. Ex altera autem parte extrema epistulae pars ostendit, eam sacro Adventus tempore (29. Novembris ad 24. Decembris) datam esse, et cum concilium in congregatione generali 16. Decembris habita decreverit, ut sessio, quae postridie haberi deberet, „prorogaretur ad diem infra 15 dierum spatium a s. synodo declarandum" (*Massarelli* Acta l. c. II, 207. *Musotti* Diarium l. c. II, 31) neque huius decreti Canisius in his litteris mentionem faciat, eum inter 5. et 19. Decembris scripsisse censeo; ac fortasse Kessel mentis quadam evagatione „Calendis Decembris" posuit pro „Idibus Decembris" (13. Decembris).

736.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 8. Decembris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu notatum: „Padre Canisio". Cod. „V. P. 62" f. 91[b]—92[a].

Socii monacenses. Ingolstadii Socii in disputando modestiae fines excesserunt. Curandum, ut Clenckius et Staphylus, auctoritatem pontificiam minuere conantes, a

[a] *Kess. perperam, ut omnino videtur:* Auguste Calendis; *vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicuntur.*

[1] SS. Regibus Magis, Gereoni cum sociis, Ursulae cum sociis, Severino etc.

Bavariae duce et a caesare coërceantur. Lanoius, prout Canisius petit, Ingolstadii retinetur. Collegiorum Bavariae dotandorum negotium opportuno tempore expediendum est. Doctor Payra, contra Chemnitium et Artopoeum bene pulchreque scribens, accepit, quae Canisius et Pisa notaverunt. Andreas Stör. Novus Romanorum rex. Zoanetti professoris ingolstadiensis causa Romae commendata est. Canisii contiones Deo commendantur. Lainius Fuggeram salutat. Proxima concilii sessio. Cardinalis Augustanus urgendus, ut collegium dilinganum Sociis tradat. Laeta ex Gallia nuntiantur.

Pax christi etc.

Riceuete N. Padre quella di V. Reuerentia di 28. del passato[1]. *Repetit, quae de P. Natalis profectione vindobonensi scripserat*[2]. Desideriamo hauer nuoua delli nostri de Monachio come si truouano, et li usciti a quel monasterio[3] et conle prime speramo hauerla, non si manca de raccomendar li quotidianamente a Jddio N. S.

S' è uisto quanto scriue la Reuerentia V. della disputa, et quanto habbino passato il segno li disputanti si dela modestia, si etiam della uerita, quelli che oppugnauano l' authorità Pontificia . Bisognera che li nostri siano auisati de retenere sempre la modestia religiosa, che a nostra compagnia si conuiene, mà quanto al cleyngjo[4] et anche al

---

Pax Christi etc. Pater noster reverentiae vestrae litteras die 28. mensis superioris datas[1] accepit. *Repetit [etc., ut supra]*[2].

Certiores effici cupimus, quomodo se habeant nostri monacenses, et qui Monachio ad monasterium illud discesserunt[3]; id quod ex proximis litteris nos intellecturos esse speramus, neque Deo et domino nostro eos cotidie commendare omittimus.

Vidimus, quae reverentia vestra de disputatione illa scribit, et cognovimus, quantum disputantes cum modestiae modum excesserint tum etiam veritatis; atque hoc de illis affirmo, qui auctoritatem pontificiam oppugnabant. Atque oportebit quidem, nostri moneautur, ut modestiam religiosam, quae Societati nostrae convenit, semper retineant; Clenckium[4] autem atque etiam Staphylum, si ea via, quam re-

---

[1] Hae perisse videntur. [2] Vide supra p. 535. 536.

[3] Collegii monacensis pars propter pestilentiam Biburgum abierat; vide supra p. 538. 539.

[4] Rudolphus Clencke sive Klenk (1528—1578), Bremae (ex parentibus protestantibus?) ortus, in universitatibus vitembergensi, ienensi, rostochiensi, cracoviensi etc. litteris operam dederat, itinera maxima fecerat, Gebhardi Truchsessii a Waldburg, nepotis Ottonis cardinalis Augustani, aliorumque nobilium praeceptorem egerat, Lovanii Alberti V. Bavariae ducis impensis theologiae operam dederat, Ingolstadii 8. Iunii 1562 theologiae „baccalaureus" creatus erat, cum ea contigerunt, quae P. *Nicolaus Lanoius* S. J., collegii ingolstadiensis rector, in eiusdem collegii *Litteris quadrimestribus de Clenckio „proximis mensibus" ibi „contigisse" refert: „Cum deprehensus esset falsa ac fraudulosa in suis lectionibus proponere ac defendere, et a nostris Theologis ipsius praeceptoribus ob hoc admonitus ac redargutus esset, tantum abest vt acquiesceret, vt etiam peruicacius in suis falsis opinionibus persisteret et multa maledicta aduersus priuilegia societatis congereret; . . . et vt malum astu et impulsu Doemonis facile serpit propagaturque ista priuilegiorum oppugnatio calumniose ad episcopos duos huius prouinciae bauaricae durante illo discidio perlata est, hac spe, vt ipsi nostrae Societatj tanquam iurisdictionis episcopalis euacuatricj sese totos opponerent, et de finibus suis velutj hostem propul-

staphilo se si uede che caminano per la strada che V. Reuerentia scriue, saria bene procurar', che si prouedessi, trattandolo col Illustrissimo Duca, se non bastassi trattarlo con li conseglieri suoi, et se anche conuenessi sopra cio far alcuna diligencia coll' Jmperatore V. Reuerentia lo consideri almeno quanto al Staphilo; accio non habbiano li mali authorita di far male . et se si potessi il Clengio prohibire che non legesse, imo che[a] [?] fossi castigato come promessero li consiglieri, sarebbe un opera molto utile al ben della Vniuersità come pare.

Di non rimuouere il Padre D. Lanoy in questi tempi d' Jngolstadio[1]. per il stato chesiuede alpresente nelle cose dilà à N. Padre li pare bene, et cosi seli scriue una parola alpadre maestro Natal.

---

verentia vestra dicit. incedentes videbitis, expediet efficere, ut remedium adhibeatur, cum illustrissimo duce rem tractando, si cum eius consiliariis eam tractare satis non fuerit, et expendat reverentia vestra, num apud imperatorem quoque ea de re aliquid operae conveniat interponi, saltem quod ad Staphylum attinet, ne malis male agendi sit auctoritas; et si Clenckius a docendo prohibebitur, immo etiam si punietur, sicut consiliarii promiserunt, eiusmodi factum ad universitatis salutem multum collaturum esse videtur.

Quod R. V. scribit, patrem D. Lanoium his temporibus Ingolstadio, quae nunc ibi rerum condicio cernitur[1], non amovendum esse, id patri nostro probatur, atque ita patri magistro Natali paucis scribimus.

[a] *Sic libr.; sed malim legere* se.

sarent" (ex exemplo eiusdem temporis. Cod. „G. Ep. III" f. 84[b]). Dolendum certe est, Canisii epistulam, qua hae litterae complebantur, perisse. Hoc sane conicere licet, Clenckium adiutum esse a Friderico Staphylo, qui, ex protestantismo conversus atque ab ipso summo pontifice theologiae doctor creatus, et universitatis ingolstadiensis „superintendens" erat, et Ferdinandi I. caesaris atque Alberti V. ducis consiliarium agebat; ac Ferdinandus his temporibus Staphylum de rebus religionis et nominatim de „reformationibus" a concilio tridentino petendis saepe consulebat (v. supra p. 320[2]. 499[1] et infra, monum. 357). Ac *Io. Georg. Schelhornius* „Consilium de reformanda ecclesia ad Ferdinandum I. imperatorem" a. 1562, ut ipse existimat, scriptum et inter Staphyli scripta a se repertum typis exscripsit, in quo summus pontifex et cardinales minus reverenter tractantur, episcoporum auctoritas quam maxime extollitur, sacerdotum uxores habentium admissio commendatur etc. (Amoenitates historiae ecclesiasticae II [Francofurti et Lipsiae 1738], 501—546). Idem Staphylus a. 1562 sub nomine „Sylvestri Czecanovii" „De corruptis moribus utriusque partis, Pontificiorum videlicet et Evangelicorum" Dialogum vulgaverat (*N. Paulus* in „Der Katholik" 75. Jahrg. I [Mainz 1895], 574—575). Ceterum ingolstadiensis haec controversia brevi post composita est, ac Clenckius, ut de Staphylo nihil dicam, postea et theologiam tradendo, et libros scribendo, et seminaria ecclesiastica regendo, et contionando ecclesiae operam utilem praestitit (*Mederer* l. c. I, 278. 319; II, 45—51. *Prantl* l. c. I, 307; II, 492. *Andr. Schmid,* Geschichte des Georgianums in München [Regensburg 1894] p. 40—41. *J. G. Suttner,* Geschichte des bischöflichen Seminars in Eichstätt [Eichstätt 1859] p. 27—28).

[1] *Polancus* *Natali 8. Decembris 1562: „Al Padre D. Canisio pare che . . . non doueria leuarsi di quello collegio il D. Lanoy, et à N. Padre li pare anche bene, che V. Reuerentia lolasci stare facendo senza lui la uisita" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 92[a]).

Nonsi potendo per adesso concludere li negocij della dotatione de collegij[1] . bisognera aduertire a stringere questo negocio, quando ci sara la commodità; et si puo credere, che perquel che conuiene alorò stato se risolueranno un di de stabilire quest' opere.

Quel D. Portoguesse[2] ha riceuuto li scritti della Reuerentia V. et del D. Pisa[3] . et ha cominciato a scriuere quella risposta sua . Et secondo che ci puo ueder per il prohemio che el ha mostrato, si puo sperar che lo fara bene, et ha assai buon stilo, et li daremo fretta benche è meglio sia la cosa ben fatta . si ben tardassi un po . piu . chesi perla fretta si facessi negligentemente quell' opera. Ha ben hauuto l' Artopeio, et il Monhemio con la censura delli nostri[4]. Non è anchora comparso Andrea[5]. La nuoua della elettione del Re de Romani[6], parechi di sono è uenuta quà, uoglia Jddio N. S. dargli gratia de essere buon protettore della Religion catholica . Al D. Zanetto[7] rispondera N. Padre quando habbia di Roma risposta sopra il negocio raccomandato da esso lo qual hauemo sollicitato di quà.

Cum in praesens collegiorum dotandorum negotia expediri nequeant [1], diligenter videndum erit, ut, cum commoditas erit, negotium illud urgeatur; atque credere licet, eos aliquando reipublicae suae iuvandae gratia in animum inducturos esse instituta ista stabilire.

Lusitanus ille doctor [2] et reverentiae vestrae et D. Pisae [3] scripta accepit et responsionem illam conscribere coepit, ac quantum ex prooemio, quod nobis monstravit, cognosci potest, sperare licet, eum rem bene facturum esse, et dicendi genere utitur valde bono; atque eum ad maturandum incitabimus, quamquam praestat, rem bene fieri, licet paulo tardius procedat, quam librum illum propter festinationem neglegenter componi. Atque ipse quidem et Artopoeum et Monhemium cum Censura nostrorum accepit [4]. Nondum autem comparuit Andreas [5]. De Romanorum rege [6] electo abhinc complures dies huc allatus est nuntius; utinam Deus et dominus noster gratiam ei tribuat, qua bonus religionis catholicae protector sit. D. Zoanetto [7] pater noster respondebit, cum Roma ei responsum erit de negotio ab illo commendato, quod, ut ibi expediendum curarent, hinc scripsimus.

---

[1] Natalis et Canisius inter 8. et 14. Novembris 1562 Landsbergae cum Alberti V. ducis consiliariis de collegiis bavaricis dotandis et amplificandis egerant; vide infra, monum. 298—300.

[2] Didacus Payva de Andrada; vide supra p. 530. *Polancus* Natali, Tridento 1. Decembris 1562: „Emos le dado lo que anoto el D. Pisa y el principio del D. Canisio y lo que el hiziere nos lo ha de mostrar“ (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62“ f. 69ᵇ—70ᵃ).

[3] P. Alphonsi Pisae S. J., theologiae professoris in universitate ingolstadiensi; cf. supra p. 482. [4] De his libris vide supra p. 481[6]. 526[1].

[5] Stör; vide supra p. 536. [6] Maximilianum II. dicit.

[7] Francisco Zoanetto, nobili bononiensi et iuris professori in universitate ingolstadiensi (de quo *Can.* Epp. I, 377; II, 9[5]). *Polancus* Tridento 23. Novembris 1562 Romam ad Sanctum Franciscum Borgiam *scripsit: „V. R. haga auisar à nuestro padre si hablo al Cardenal de Carpi alguno de casa encomendandole el Dottor Zoanetto lettor de Jngolstadio . . . Es aquel que embio los dos libros suyos, uno para Carpi y otro para el Alexandrino“ (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62“ f. 54ᵃ).

Nonsi mancara di raccomandar a Jddio la Reuerentia V. accio Dio N. S. si serua in questo aduento della sua predicatione . Desideramo etiam consolacione alla Signora Fugera[1] et augmento della diuina gratia. La Reuerentia V. laresalutara in[a] nome di N. Padre ufficiosamente.

Fù prorogata la sessione ultimamente insino al 17. di questo mese[2] et hoggi forsa dira N. Padre il suo uoto : non mi pare tropo probabile che auanti il natale possa farsi detta Sessione, sesi ha di trattar della Residentia[b] et altri capi[c] della riforma como si dice[d] et pur non si e cominciata[e] [?].

Se in Roma ci sera[f] gente dapoter pigliar lo assunto del collegio di Tilinga pareua alpadre Nadal si stringessi quel negocio col Cardinal[3] . et per questo effetto saria bene che la Reuerentia V. scriuendo a Roma al padre Francesco di Borgia comissario in Jtalia et Sicilia[g] di nostra compagnia li raccomandassi[h] il concluder questo negocio col Cardinale . Se pur non haueranno comodità di maestri si potra diferir[i] tutta uia unpoco.

Non omittemus reverentiam vestram Deo commendare, ut Deus et dominus noster hoc sacro Adventus tempore ipsius in contionando opera utatur. Atque etiam dominae Fuggerae[1] solacium et divinae gratiae amplificationem precamur. Quam reverentia vestra patris nostri nomine officiose resalutabit.

Sessio novissime usque ad diem 17. huius mensis prorogata est[2], et hodie fortasse pater noster sententiam dicet; neque valde probabile mihi videtur, ante Nativitatem domini sessionem illam haberi posse, siquidem, ut dicunt, de residentia et de aliis capitibus ad reformationem spectantibus agendum erit; quae ne coepta quidem sunt tractari.

Si Romae homines, qui collegii dilingani curam suscipere possint, praesto erunt. negotium illud — ita patri Natali videbatur — apud cardinalem[3] urgendum erit: cui rei efficiendae convenire videtur, ut reverentia vestra Romam ad patrem Franciscum de Borgia, Societatis nostrae per Italiam et Siciliam commissarium, scribens ei commendet, ut negotium illud cum cardinale expediat absolvatque. Attamen si magistros, quos commode mittant, non habebunt, res paululum differri poterit.

---

[a] *A libr. correctum ex* y.

[b] della Riforma *libr.; id quod perperam scriptum esse vv. sqq. ostendunt. Die 10. Dec. 1562 „decretum reformatum de residentia" patribus propositum est excutiendum (Massarellus, Acta l. c. II, 198—199).*

[c] *2 vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.*

[d] *6 vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.*

[e] *Sic libr.; sed legendum videtur* cominciato; *nam de reformatione tractanda vel decernenda, non de ea exsequenda agebatur.*

[f] *Libr. perperam:* si cera. [g] *4 vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.*

[h] *Sic ut corrigatur* raccomandandoli, *quod libr. posuit, tota oratio exigit.*

[i] di ferir *libr.*

---

[1] Aut Sibyllam Fuggeram significari puto aut Ursulam; a qua Lainium et Polancum exeunte m. Iulio 1562 per Augustam transeuntes liberaliter donatos esse constat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 6, n. 74). [2] Vide supra p. 554.

[3] Apud Ottonem card. Augustanum Romae morantem: cf. infra, monum. 422.

Habbiamo della compagnia nostra di Francia buone nuoue come anche generalmente del successo della Religione inquel Regno. Et forsa il padre Natal mandara alla Reuerentia V. quello che sopra cio seli scriue[1]. L' inclusa che qùi ua per Treuere mandi la R. V. à ricapito . Nelle cui orationi et degl' altri, che in Augusta stano delli nostri N. Padre General con tutti nuoi molto ci raccomandiamo. Di Trento .8 di Decembre 1562.

De gallica Societate nostra atque etiam de universo religionis in regno illo successu laeta accepimus; et fortasse pater Natalis, quae iis de rebus ei scribuntur, reverentiae vestrae mittet[1]. Litteras Treveros destinatas, quae hisce includuntur, reverentia vestra ad eos, ad quos datae sunt, perferendas curet. Cuius et reliquorum nostrorum Augustae degentium orationibus et pater noster praepositus generalis et nos omnes valde nos commendamus. Tridento 8. Decembris 1562.

737.

P. LEONARDUS KESSEL S. J.,

collegii coloniensis rector,

(vel P. Ioannes Rethius S. J. eius nomine)

CANISIO.

Colonia 13. Decembris 1562.

Ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. colon. „Kess." in a. 1562 f. 29.

P. Mercurianus. Lovanii, Cameraci, Antverpiae collegiorum fundamenta iaciuntur. Collegia tornacense et coloniense fauste procedunt. Canisii Martyrologium et catechismus.

— — Admonebimus P. Prouincialem[2], ut remittat nummos ad Canisium[3]. Prouincialis Louanij agit, ibique collegium Societatis more constituitur.

D. Eleutherius[4] missus est cum socio ad Reuerendissimum Episcopum Cameracensem[5], ut collegium, et omnia uenturis fratribus necessaria praeparet, qui modo Louanij expectant ex ordinatione Reuerendissimi.

Tornacense Collegium, ubi modo D. Berkelius[6] Rectorem agit, suum bonum odorem longe lateque spargit, quod haeretici admodum egre ferunt.

De Antuerpiensi Collegio nihil adhuc intelleximus, nisi quod Doctor ille Hispanus[7] eo sit profectus.

[1] Has litteras in „Epistolis P. *Nadal*", vol. II. excusum iri existimo.
[2] Everardum Mercurianum. [3] P. Theodoricum Canisium?
[4] P. Eleutherius Pontanus (Dupont?), insulensis (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 7, n. 55). [5] Maximilianum a Bergis. [6] P. Ioannes Berckelius.
[7] P. Iacobus Paez hispanus Roma Antverpiam ad collegium praeparandum missus erat (*Sacchinus* l. c.).

Nos uero indies crescimus numero, faxit Dominus ut et merito. Ex martyrologio V. R. quaedam nunc sunt translata per Pastorem Hustensem[1], ubi ad aeditionem uentum fuerit, Maternum[2] iuuabimus. Expectamus tuum catechismum. — —

In codice quidem, quem supra dixi, P. Ioannes Rethius harum litterarum vel potius huius litterarum partis apographum scripsit, inscribens ei, „Ad P. Canisium .13. Decemb. a. 62". At, quae codicis illius ratio est, facile fieri poterat, ut Kesselii, non suam, epistulam Rethius in eum transcriberet; qui de Kesselii litteris 20. Decembris 1562 ad Mercurianum datis idem praestitisse videtur (*Hansen* l. c. p. 447). Sin autem Rethius ipse epistulam composuit, Kesselii mandatu et nomine id fecit.

738.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 14. Decembris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Padre Canisio." Cod. „V. P. 62" f. 100b—101b.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 155. 156.

Canisii scriptor Romanis commendatus. Hosius. Collegium vindobonense per Natalem solacio afficiendum. Romae et in Etruria Societatis domus hominibus repletae sunt. Fortasse Socii aliquot germani bohemique Romae litteris studentes brevi Germaniae maturescent. Lainius novum Romanorum regem religionis verum patronum esse cupit. Quem protestantium petitiones reiecisse sedique apostolicae tutelam spopondisse ex caesaris litteris libenter cognovit. Canisium Augustae eum adire oportet; quem Societas multis orationibus adiuvit. Alberti V. orator, controversiae cum Helvetiis causa sublata, Tridenti manebit. Collegii ingolstadiensis fratres scholastici etc. Ioannis Hesselii scriptum de communione sub utraque. Apologia pro catholicis in Gallia scripta. Payva Tridenti contra Chemnitium diligenter scribit, Sociis iuvantibus. Quaestiones de fenerationibus. Litterae inter Ferdinandum I., Seldium, Canisium scriptae. Caesaris consiliarii de communione sub utraque dissentiunt. Res concilii: Difficultates de residentia; sermones copiosiores; Lainius de ordine dicens, cardinalibus Hosio et Lotharingo etc. valde satisfecit; idem patrum coetui cuidam adlectus est.

Molto Reuerendo in christo padre, pax christi. Riceuemmo quella de V. R. de 26. del passato laqual portò Andrea[3] et altra de 5 del

---

Valde reverende in Christo pater, pax Christi. Accepimus R. V. litteras die 26. superioris mensis datas, quas Andreas[3] secum attulit, et alteras die 5. huius

---

[1] Hunc non novi. [2] Cholinum; cf. supra p. 525—526.

[3] Andreas Stör; qui, cum Augustae Canisii scriptorem coquumque egisset, iam Romam in collegium germanicum tendebat; v. supra p. 536. 557. *Polancus* Lainii nomine Tridento 17. Decembris 1562 Romam ad P. Ursmarum Goissonium S. J. *scripsit: „Andrea gia scrittore del padre Dottor Canisio" de collegio illo „hauer antiqua promessa da nostro padre" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 107b).

presente[1] per mano del Jllustrissimo Cardinal Warmiense: Et circa Andrea lui parti auanti hieri insieme con due fratelli nostri, et oltra la lettera commendatitia che portorno si scriuerà ancora perla posta raccomandando Andrea alli nostri.

Del padre maestro Natale perche la R. V. sera informata per sue lettere tanto presto o forsa piu che[a] noi, non li[b] dirò altro senon che desideramo possa andar a Vienna[2] et consolar el buon padre Rector[3] con tutto il suo collegio et aiutarlo con qualche buon ordine in domino.

Della andata de Gioan Orner a Roma[4] tanto manco àcaderà trattar per adesso quanto ci scriueno perle ultime che non si mandi piu gente per adesso in là. Perche ogni cosa[c] [?] teneuano piena in Roma et nelli collegij uecinj di Toscana . Et pur senza quelli che teneuano altri noue non erano arriuati, quali erano o sono in uiaggio per là . Ne may nostro collegio[5] hebbe tanto numero insino adesso.

Duo quidam Socii germani Romae in litterarum studiis nondum ita profecerunt, ut modo remitti possint; quorum alter proximo m. Septembri vel Octobri mittetur. Delli altri Thedeschi et Bohemi se uederà se anche per quel tempo qualch' uno serà maturo . Vero ,e, che non haueranno perfettamente compito li corsi suoi di Theologia. Forsa si mandarà qui alla R. V. una lista deloro, con li anni della età sua et delli studij : accio ueda quello disegno che si puo far di loro.

---

mensis datas[1], quas illustrissimus cardinalis Varmiensis nobis tradidit. Et quod ad Andream attinet, ipse nudius tertius una cum duobus fratribus nostris hinc discessit; et praeter litteras commendatitias, quas secum abstulerunt, etiam per tabellarium publicum litteras mittemus, quibus Andream nostris commendabimus.

De patre magistro Natale, quia R. V. per ipsius litteras vel tam brevi vel etiam brevius quam nos certior efficietur, aliud R. V. non dicam nisi nos optare, ut Vindobonam ire[2] atque optimum patrem rectorem[3] cum toto eius collegio consolari bonaque aliqua institutione in domino iuvare ei liceat.

De Ioannis Orner profectione romana[4] eo minus in praesens agendum esse videtur, quod illi novissimis litteris nos monuerunt, ne plures in praesens eo mitteremus. Nam omnia et Romae et in vicinis Etruriae collegiis plena habebant. Ac praeter eos, quos iam habebant, novem alii nondum advenerant, qui illuc iter vel faciebant vel faciunt. Neque umquam usque adhuc collegium nostrum[5] tantum hominum numerum habuit.

Duo [etc., ut supra]. Ac videbimus, num etiam aliqui ex reliquis Germanis Bohemisque tempore illo maturi sint futuri; quamquam non continget, ut theologiae cursus plene tunc absolverint. Et fortasse cum his litteris indiculus eorum, ex quo etiam, quot annos nati sint, quot litterarum studiis impenderint, cognoscatur, R. V. mittetur, ut ipsa, quid de iisdem constitui possit, videat.

---

[a] *Sequitur* non, *a libr. ipso oblitteratum.* [b] *A libr. correctum ex* ui.
[c] *Sic;* casa*?*

---

[1] Utraque epistula perisse videtur.
[2] Natalem visitatorem pestilentia, quae Vindobonam urebat, eo itinere prohibebat; vide supra p. 535. 539.
[3] Paulum Hoffaeum. [4] Cf. supra p. 544. [5] Collegium romanum.

Al nuouo Re de Romani dia gratia Dio N. Signore de diportarsi come conuiene a un uero propugnatore et protectore della religion catholica qual deue lui essere . Et c' ha dato consolatione quel capitolo che scriue la R. V. di cio che la Maestà dell' Jmperatore scriue al Conte de Luna[1] della constantia con que il detto Re ha rifiutate le inhoneste petitionj delli sectarij, et la publica protestatione che ha fatto di conseruare et defendere come li suoi maggiori le raggioni della santa Chiesa catholica et della sede apostolica . Fermandosi la Maestà sua in Augusta pare a nostro padre Generale che non possa ne debbia la RV. mancar de uisitarlo, et con quei megliori modi che potra faccilo beneuolo alla persona sua et ministerio. Et con uerita seli potrà dir, che dopoi che si tratta della elettione sua la compagnia nostra l' ha aiutato con molte messe et orationi in una parte et altra[2].

Jl Doctor Couillon restara in Trento come anche l' imbasciator dell' Jllustrissimo Duca de Bauiera[3] leuata la occasione che

---

Novo Romanorum regi Deus et dominus noster gratiam tribuat, qua ita se gerat, ut vero catholicae religionis propugnatori et protectori, qualis ipse debet esse, convenit. Et solacio affecti sumus capite illo litterarum R. V., quo ipsa caesaream maiestatem comiti de Luna scripsisse refert[1]: Regem illum inhonestas sectariorum petitiones constanter reiecisse et palam professum esse, se maiorum more sanctae ecclesiae catholicae et sedis apostolicae iura conservaturum et defensurum esse. Ac si maiestas sua Augustae morabitur, pater noster praepositus generalis censet, R. V. facere nec posse nec debere, quin eum adeat et, quam optimis fieri poterit rationibus, et personae et ministerio suo eum benevolum reddat. Ac vere ei dici poterit, Societatem nostram, ex quo tempore de eo eligendo agi coeptum sit, multis missae sacrificiis et orationibus utrobique eum adiuvasse[2].

Doctor Cuvillonius Tridenti manebit; idem de illustrissimi Bavariae[3] ducis

---

[1] Dubium non est, quin Luna, qui tunc Augustae morabatur, Ferdinandi I. caesaris epistulam Francofurto postridie electionis sive 25. Novembris 1562 ad ipsum datam cum Canisio communicaverit; in qua *Ferdinandus* de Maximiliano II.: „No ha prometido", inquit, „cosa alguna contra nuestra católica religion, como los Electores seglares desviados de ella lo quisieran y procuraran diligentemente; mas antes, muy clara y alegremente prometió y juró y se obligó por escrito de mantener al Papa y á la Sede Apostólica como nuestros predecesores lo prometieron" (*Fuensanta,* Documentos inéditos XCVIII, 379). Cf. *Bucholtz* l. c. VII, 517.

[2] I. e. et in Germania et extra eam, vel: et in Germania et in Italia. Cf. supra p. 269, et *Can.* Epp. II, 740. *Polancus* Roma 10. Maii 1561 Vindobonam ad P. Victoriam de Maximiliano II. *scripsit: „Quel Principe che V. R. raccomanda tanto nelle orationi s' è raccomandato et raccomandara continuamente perche grandemente si desidera che con opere et uerita mostre esser falso quello che alcuni pensano et dicono etc." (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1559" f. 332ᵃ—333ᵃ).

[3] Albertus quidem dux, cum 5. Iulii 1562 Augustino Paumgartnero oratori facultatem post proximam sessionem domum redeundi tribueret, eidem scripserat, ut Cuvillonius ut „theologus ad referendum" Tridenti maneret hospitiumque, quod Paumgartner nactus erat, retineretur, et ut Paumgartner legatis affirmaret, se ad concilium rediturum esse, dummodo constitueretur, ut bavarus orator ante helvetium

c' era de contrasto con li Sguizzari reuocando loro il suo ambasciatore[1].

Jl padre Dottor Lanoy mostra buon animo desustentarli quel numero di scholari sperando che il Duca ayutara con qualche soccorso. *Fr. Rabensteinium una cum Georgio Schorichio ad sacros ordines promoveri*[2], *P. Lanoium in praesens Ingolstadii manere convenit. Deus nostros Biburgi, Monachii (ubi pestilentiae vim minui dicunt), Pragae conservet!*

Riceuemmo quel scritto del Dottor Gioanne de Louanio sopra il non concedere la communione sub utraque specie[3]. Non so se e, questa la apologia che V. R. dice si e scritta in Francia in fauor de catholici il che non pare perche questa si fece in Louaino, forsa mandò la R. V. al padre Natal la detta Apologia come anche certe lettere del padre Lanoy el del Rettor de Vienna quali ancora non sono uenute alle mani nostre . Delli scritti contra el Chemnitio posso mandare alla R. V. solamente il prohemio di quel Doctor Portughese[4] che ci mando li giorni passati : accio si ueda il stilo . Lui attende

---

oratore dico; quod enim controversiae cum Helvetiis habendae causam praebuerat, iam sublatum est; nam oratorem[1] ipsi avocaverunt.

Pater doctor Lanoius bonum sibi animum esse significat ad numerum illum scholasticorum ibi sustentandum, sperans fore, ut subsidio aliquo a duce adiuvetur. *Fr. Rabensteinium [etc., ut supra]*[2].

Accepimus illa, quae doctor Ioannes Lovaniensis de communione sub utraque specie non concedenda conscripsit[3]. Nescio autem, num haec sit apologia illa, quam R. V. in Gallia in catholicorum gratiam scriptam esse dicit; id quod ita esse non videtur; haec enim Lovanii facta est. Fortasse autem R. V. ad patrem Natalem apologiam illam atque etiam epistulas quasdam patris Lanoii et rectoris vindobonensis misit, quae in manus nostras nondum venerunt. Ex iis autem, quae contra Chemnitium scribuntur, R. V. solum doctoris illius lusitani[4] prooemium mittere possum; quod is superioribus diebus nobis misit, ut, quo dicendi genere uteretur,

---

iret. Quod cum legati constituere dubitarent, Paumgartner, 25. Septembris Tridentum iterum advectus, sub 24. Novembris iterum inde discessit neque unquam, quod equidem sciam, eo rediit. A die autem 13. ad 18. Decembris duo oratores ab Alberto Romam missi Tridenti erant (*Knöpfler* l. c. p. 103—107. *Ficleri* Diarium l. c. p. 339. 345). Qui fortasse legatis spem praebuerunt fore, ut Paumgartner denuo Tridentum reverteretur.

[1] Melchiorem Lussi; qui num reapse avocatus sit, nescio; certe a. 1563 conclusioni concilii interfuit. Cf. *Pallavicinum* l. c. l. 16, c. 2, n. 3; l. 18, c. 13, n. 5; l. 24, c. 8, n. 15. [2] Cf. supra p. 518—520.

[3] Ioannes Hesselius (1522—1566), theologiae in universitate lovaniensi professor, a. 1563 cum Michaele Baio, cui favebat, et Cornelio Iansenio theologus ad concilium missus est; atque is multos libros cum ad sacram Scripturam exponendam tum ad protestantes refutandos in lucem emisit (*Hurter* l. c. I, 12); inter quos exstat „Declaratio, qvod svmptio Evcharistiae svb vnica panis specie, neqve Christi praecepto aut institutioni aduersetur, neque minus fructuosa sit, quam communio sub utraque panis et uini specie“, Coloniae, apud Maternum Cholinum, 1566; in cuius libri epistula dedicatoria auctor ipse se „Ioannem Hessels a Louanio“ bis vocat.

[4] Payvae de Andrada.

ogni di aquesta risposta et ha scritto gia molti fogli : ma perche tratta li Dogmi deproposito non potrà tanto presto finir l' opera quanto si desidera . Pensa bene hauer espedito tutto il libro perla pasqua[1] et come hauerà spedita una materia celamandarà acasa per riuederla et darli li ricordi che pareranno alproposito[2].

Circa li casi usurarij non sapendo quel ordine che ha lasciato il padre Natale non potria nostro patre dir altro senon quello che in presentia disse di là[3] et quello che si ,e, risposto alle lettere del padre Lanoy[4]. Ben dice in genere che haueria charo che il padre Guillelmo[5] et li altri confessori nostri potessino con buona conscientia sentir le confessionj et consolare li penitenti de augusta et d' altre bande de alemagna . quando[a] scriuera imparticolare si farà anche risposta[b] particolare.

È stato buono l' officio che ha fatto la RV. scriuendo all' Jmperator et al Vicecancelliero[6] suo cui lettere perla RV.[7] si sonno uiste et non dispiace a nostro padre che[c] sentano confusioni[d] et dispareri fra li consiglieri in questo negocio della communione sub utraque perche tanto piu difficile sarà il risoluersi a far mutatione alcuna contraria alla antiqua usanza della chiesa in Germania.

videremus. Atque is cotidie responsioni huic operam navat et multa iam folia conscripsit; cum autem fidei doctrinas ex instituto tractet, librum adeo brevi, ut optamus, absolvere non poterit; attamen se integrum librum ante Pascha[1] absoluturum esse putat; et ubi argumentum aliquod absolverit, domum nostram mittet, ut idem recognoscamus et de iis, quae convenire visa erunt, ipsum moneamus[2].

Quae R. V. de fenerationibus quaerit, pater noster, cum praecepta illa a patre Natale relicta non noverit, aliud dicere posse non videtur, quam quod istic coram dixit[3], et quod ad patris Lanoii litteras rescriptum est[4]. In universum tamen dicit, gratum sibi fore, si et pater Guilielmus[5] et ceteri confessarii nostri sine religione et sollicitudine peccatorum confessiones excipere et eos, qui vel Augusta vel ex aliis Germaniae regionibus ad confitendum accesserint, consolari possint. Cum autem singula scripseritis, singulatim etiam respondebimus.

R. V. bonum praestitit officium, cum imperatori et eius vicecancellario[6] scriberet; quorum litteras ad R. V. datas[7] legimus, neque patri nostro displicet, quod in isto communionis sub utraque negotio confusiones et dissensiones inter consiliarios experiantur[8]; nam tanto difficilius mutationem aliquam iis, quae ecclesia antiquitus in Germania servare consuevit, contrariam facere in animum inducent.

[a] *Supplendum esse puto:* si. [b] riposta *ap.*
[c] *Nescio an hic supplendum sit* si. [d] confessioni *ap.*

[1] Id 11. Aprilis 1563 futurum erat.

[2] Anno tandem 1564 praeclarus ille doctissimi viri liber et Venetiis et Coloniae in lucem prodiit, sic inscriptus: „Orthodoxarum explicationum libri 10".

[3] Cf. supra p. 558[1]. [4] Vide supra p. 541. 543—544.

[5] Elderen.

[6] Georgio Sigismundo Seld, imperii vicecancellario. Hae epistulae perisse videntur. [7] Ne hae quidem exstare videntur.

[8] Vel: appareant. Cf. supra, adnot. c.

Delle cose del concilio, oltra quello chesi scriue de aparte solamente mi occorre dire che si ua nella congregatione deprelati tractando de residentia episcoporum[1] et non manca assai difficultà fraloro intorno aquesto decreto et perche dicono molti diffusamente tengo per certo non potranno espedirsi atempo defar la[a] Sessione perli 17 di questo mese come [la] haueuano intimata . Resta raccomandarci molto nelle orationi et sacrificij della Reuerentia V. et delli padri Valentino[2], et Guiglielmo con gl' altri fratelli nostri d' Augusta . Di Trento 14 di Decembre 1562.

De rebus concilii praeter ea, quae seorsim scribuntur, haec tantum mihi occurrunt dicenda: In congregatione praelatorum de residentia episcoporum agere pergunt[1]; de quo decreto apud eos non desunt multae difficultates; et quia multi copiose et abundanter loquuntur, pro certo habeo, eos tam mature rem expedire non posse, ut sessionem die 17. huius mensis, ad quem eam indixerant, habere possint. Superest, ut reverentiae vestrae et patrum Valentini[2] et Guilielmi ac reliquorum fratrum nostrorum augustanorum orationibus et sacrificiis valde nos commendemus. Tridento 14. Decembris 1562.

Nota: Cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, quaedam „de concilio seorsim scripta" missa sunt. Cum autem in Polanci registro (Cod. „V. P. 62" f. 95[a]) epistulae Tridento 10. Decembris 1562 datae, quam Natali ab eo destinatam esse res ipsae et maxime prima atque extrema eius verba ostendunt (idem ex Polanci litteris Tridento 14. Decembris 1562 ad rectorem oenipontanum datis, l. c. f. 100[b], patet), manu librarii in margine adnotatum sit: „Augusta al Padre Canisio", priorem eius partem — huic verba haec proxime ascripta sunt — vel saltem similem relationem Canisio quoque vel cum his litteris vel paulo ante missam esse conicio. Scribit autem *Polancus:* „Ya tutti li prelati hanno finito dedir li suoi pareri circa l' ordine sacro: Et hieri dopo desinar fu data la congregatione tutta a nostro padre Generale: Et trouandosi li Cardinali et frequentissimo[b] auditorio de prelati disse il suo uoto con admirabile satisfattione: et secondo refereuano alcuni et specialmente il Cardinal Varmiense, quamuis alias semper preclare dixit, nunquam tam egregie . uoglia il Signor Jddio che per il fine chesi pretende serua la satisfactione quale etiam[c] mostraua singulare il Cardinal di Lorena. Questa mattina l' hanno chiamato fra puochi deputati per accommodar[d] (come credo) li canoni et cio chesi ha de publicare nella prossima sessione." Hoc autem Lainii votum, 9. Decembris 1562 in congregatione generali prolatum, breviter notaverunt: *Massarellus* in concilii Actis, l. c. II, 197—198; *Paleottus* in Actis concilii, apud *Raynaldum* l. c. in a. 1562, n. 124; *Nicolaus Psalmaeus* (Pseaume), O. Praem., episcopus virdunensis (Verdun), cum cardinale Lotharingo, quem ut patronum colebat, paulo ante Tridentum advectus, in Diario, apud *Döllinger*, Berichte etc. II, 224—225; cf. etiam *Pallavicinum* l. c. l. 19, c. 6, n. 6. Ac cum in diarii psalmaeani summa, quam post *Car. Lud. Hugo*[3] posuit *Le Plat*, haec dicantur: „A meridie Jacobus Laynez . . . dixit, sed non admodum satisfecit" (*Le Plat* l. c. VII[b], 97), in integro diario, quod Döllinger edidit,

---

[a] *Sequitur* coner *vel* comer, *a libr. oblitteratum.*
[b] *Sequitur* l', *a libr. oblitteratum.* [c] *Sequitur* si, *a libr. oblitteratum.*
[d] *2 vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

---

[1] Die 10. Decembris decretum reformatum de residentia excutere coeperant (*Massarelli* Acta l. c. II, 198—199. *Ficleri* Diarium l. c. VII[b], 347).
[2] Voyt. [3] Sacrae Antiquitatis Monumenta (Stivagii 1725) p. 349.

eorum loco haec sunt (l. c. p. 224): „A meridie Jacobus Laynez ... dixit, sed pauca." Quod autem Polancus Lainium 10. Decembris 1562 cum paucis delectis ad canones accommodandos evocatum esse scripsit, nescio an aliqua ratione eo spectent, quae *Paleottus* in Actis concilii (l. c. II, 611) notavit: Legatos, ubi cardinalis Lotharingus duos canones in locum septimi illius (cf. supra p. 529[3]) substituendos obtulisset, 5 episcopos cum Lainio et aliquot concilii officialibus arcessisse et, quid de canonibus illis sentirent, dicere iussisse. Cf. *Grisar* l. c. I, 75*—77*.

739.

P. HURTADUS PEREZ S. J.,

collegii tyrnaviensis rector,

CANISIO.

Tyrnavia circiter medium m. Decembrem 1562.

Ex litterarum *Zdelaritii* exemplo archetypo. Cod. „G. Ep. III" f. 34b—35a.

Socios tyrnavienses rogatos esse, ut Maximilianum Fuggerum in arce vicina degentem doctrina christiana imbuerent. Num aliquis ex iis ibi morari debeat. Bibliothecam arcis lustratam esse.

P. Thomas Zdelaritius (Sdelaritius) S. J. in collegii tyrnaviensis litteris quadrimestribus, Tyrnavia 28. Decembris 1562 datis, de Maximiliano, doctissimi illius Ioannis Iacobi Fuggeri, patricii augustani, et Ursulae de Harrach filio, scribit: „His diebus arcis Fuggerorum, quae duo milia passuum hinc abest, praefectus in hanc fere sententiam Capituli Strigoniensis Vicario[1] literas dedit: ut is nobiscum (sibi unquam nullam cum nostris intercessisse consuetudinem aiebat) ageret, quo quispiam e nostris Maximilianum Jacobi Fuggeri filium, egregiae spei adolescentem in Christiana doctrina institueret[2]. Jllud etiam addebat habere in animo adolescentem confiteri uelle [sic], nec alijs quam nostris . Se deinde in mandatis habere ne haeresi illum corrumpi pateretur, neue alia quam patrum antiqua et catholica doctrina imbui curaret . Res nobis, tametsi propter paucitatem abesse neminem placeret, minime negligenda uisa est . Jtaque quatriduo post quam Vicario redditae sunt litterae, Rector ex arce sibi misso curru prefectum adijt. Exceptus et tractatus ibi est humanissime, tum per omnia loca totius arcis ab ipso adolescente Fuggero deductus . Sed negotium cuius maxime causa eo contenderat componi minime potuit . Jlli assidue e nostris aliquem expetebant, Rector illis vnum, qui singulis quibusque septimanis eo proficisceretur offerebat: Nam ut ibi continuus esset permittere se non posse. Hoc illis haud iniquum quidem nec inhumane dictum, sed metu morbidae Ciuitatis[3] non expedire uidebatur . Literas tum ad Reuerendum P. Prouintialem ea de re dedimus, ut eo quod is censuerit

---

[1] Nicolaum Telegdium, qui (capituli metropolitani mandatu?) parochiam tyrnaviensem administrabat (*Socher* l. c. p. 102), significari puto.

[2] Fuggeri prope Neosolium (Beszterczebanya, Neusohl) metalla habebant.

[3] Tyrnaviam pestilentia urebat (vide supra p. 487[3]. 539).

stemus vtrique . Libros rogatu preceptoris Fuggeri bis quam diligentissime recognouit . ita nonnullis Germano et Bohemico sermone ablatis, repurgata uideri potest castri Biblioteca."

Quid Canisius rescripserit, nescio. Maximilianus Fugger (natus a. 1540) postea „commendam" sterzingensem (Sterzing, in Tiroli) ordinis teutonici nactus (*Joh. Casp. Venator* O. Teut., Historischer Bericht von dem Marianisch-Teutschen Ritter-Orden [Nürnberg 1680] p. 410), a. 1571 in pugna illa navali prope Lepantum adversus Turcas facta surdaster factus, a. 1588 Passaviae vita cessisse traditur (*Pinacotheca Fuggerorum* [Ulmae 1754] n. XXVI). Quem a. 1579 fratres, ut ad Societatis collegium Augustae condendum operam pecuniamque conferrent, induxisse in **Relatione* de eiusdem collegii origine sub a. 1630 ibidem scripta Romamque missa asseritur.

740.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 18. Decembris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Padre Canisio". Cod. „V. P. 62" f. 110.

Epistula usus est *Kröss* l. c. p. 155.

Scripta quaedam imperatori tradita non esse. Canisii suasu Lainium statuisse, ne suum de communione sub utraque scriptum caesari traderetur. Natalem a Lainio non impetrasse, ut, antequam pestilentia cessasset, collegia visitaret. Victoriam in superintendentis munere mansurum esse, donec — id quod Canisius desideret — Germaniae superioris provincia a Natale dividatur. Rectores collegiorum vindobonensis, tyrnaviensis, pragensis iam non ad Canisium, sed ad ipsum Lainium dubia referre iuberi. Effectum iri, ut ex haereticorum absolvendorum facultate „abiuratio" tollatur. De caesaris stipe annua collegio romano Canisii et Victoriae opera providenda. De Clenckio et Staphylo; hunc Hosio scripsisse. Cardinali Augustano, antequam Societas collegii dilingani curam suscipiat, curandum esse, ut capitulum consentiat. Regulas Indicis nondum esse approbatas. Sinistra quaedam de cardinale Lotharingo haud facile credi oportere. De praelatorum dissensionibus componendis agi.

Pax christi etc.

Riceuette N. Padre quella di V. Reuerentia di .12. del presente [1] et s' intesse come non hebbe ricapito quel spaccio mandato all' Jmperator [2], et considerando, d' una parte, che si crede non sia alienato

---

Pax Christi etc. Pater noster reverentiae vestrae epistulam die 12. huius mensis datam [1] accepit; ex qua scripta illa ad imperatorem missa [2] in eius manus non pervenisse intelleximus. Et pater noster ex una parte maiestatis suae animum

---

[1] Haec epistula perisse videtur.

[2] Epistulam illam litterasque publicas, Lainii purgandi gratia a legatis concilii datas, dicere videtur, quae Tridento ad Canisium atque ab hoc ad P. Lambertum Auer S. J., collegii moguntini rectorem, missae erant, ut is Francofurti ad Moenum

l' animo di sua Maesta, et dell' altro le ragioni che la .RV. tocca, à N. Padre parece meglio che non se li mandi quel suo scripto de communione sub utraque[1] si che la RV. lo ritenga apreso di se[a] et fara pur s' accadera l' occasione l' ufficio che potra per l' intento che li scripti si mandauano.

Gia per lettere scritte da Hispruch credo hauera inteso la Reuerentia V. come il Padre maestro Natal è uenuto a Trento con animo di hauer absoluta licencia di N. Padre General seglila concedeua per andare a uisitar li collegij d' Alemagna, mà intendendo N. Padre che diceuano li medici esser pericolo nonsolo probabile, mà ragioneuole et certo[b] [?], nonli ha uoluto dar licencia d' andar peradesso inlà, ma si mandara cessando la peste il che speramo sara presto col aiuto diuino .

in questo mezzo si rimanda il Padre Vittoria inla[2] accio dia aiuto alli collegij di Vienna et Tirnauia especialmente et anche inquanto potra aquello di Praga perseuerando nell' ufficio che prima teneua de Superintendente, per insino à tanto che uada di là il padre maestro Natale, et si dia l' ordine, che V. Reuerentia desidera et à tutti noi pare conueniente dediuidere laprouincia in due parti, prouedendo de superiori a tutte due . Et si ben ci sia qualche pericolo

---

a nobis alienatum non videri considerans, ex altera autem rationes a R.V. breviter significatas expendens, praestare censet, istud suum de communione sub utraque scriptum[1] ei non mitti. Quare R. V. istud quidem secum retinebit, opportunitate tamen oblata officium, quod poterit, praestabit, quo, quae scripta illa mittendo efficere volebamus, efficiantur.

Iam, puto, reverentia vestra ex litteris Oeniponte datis intellexit, patrem magistrum Natalem Tridentum venisse eo consilio, ut plene prorsusque sibi liceret, siquidem pater noster praepositus generalis id sibi concederet, ad Germaniae collegia visitanda proficisci. Cum autem pater noster medicos dicere intellexisset, periculum non solum probabile, sed, si res prudenter aestimaretur, certum ei instare, in praesens illuc eundi licentiam ei non dedit; mittetur vero, cum pestilentia cessaverit; id quod Deo iuvante brevi futurum esse speramus.

Interea pater Victoria illuc remittitur[2], ut collegia vindobonense et tyrnaviense singulariter atque etiam pragense, quantum poterit, adiuvet, in superintendentis officio, quod iam antea habebat, perseverans, donec pater magister Natalis illuc eat ac, quod et reverentia vestra desiderat et nos omnes convenire existimamus, constituatur: Ut provincia in duas partes dividatur, utrique superiores providendo. Et licet medici iudicio personae patris Victoriae aliquid instet periculi, haud ita

---

[a] *VV. sqq., usque ad* mandauano *incl., a libr. in marg. ascripta sunt.*

[b] *Sic ap.; sed fortasse legendum:* mà ragioneuolmente certo.

Ferdinando I. caesari eas traderet; v. supra p. 530—532. *Polancus* Lainii nomine Tridento 20. Decembris 1562 Auero *scripsit: „Riceuette nostro padre quelle de VR. de 12 e 27 del passato et si uede che non haueua riceuuto certe nostre que li drizzassimo in Francfordia" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 113[a]).

[1] De hoc v. supra p. 521. 523—524. [2] Cf. supra p. 521—522. 536.

della persona del Padre Vittoria secondo il medico, nonsara tanto per esserli piu familiare quel aere, et si ben fossi equale era più ragioneuole che questo Padre che si trouaua superintendente di quelli collegij andassi ad aiutarli in questo bisogno che mandar altro dinuouo . si procura etiam di dar animo con lettere al Rettor di Vienna[1], et per maggior consolatione di quello et degli altri di Tirnauia et Praga[2] et anche per scaricar la Reuerentia V. che sta assai occupata nel predicare et gl' altri pij negocij che tratta in aiuto del ben comune si scriue alli Rettori delli 3. collegij detti che nelle cose dubie che hanno consultare faciano ricorso inmediatamente a N. Padre Generale poiche sta uicino et inloco che puo riceuere sue lettere facilmente et anche farli risposta trouando ci qùi quelli che ci trouiamo . Si che la Reuerentia V. hauera tanto manco peso per questo tempo insino à tanto come ho detto che 'l Padre maestro Nadal andando di la et[a] ben informandosi del tutto dia l' ordine che per l' hauenir deue tenersi . D' altre cose che non tocchino algouerno si scriue alli detti Rettori, che potranno scriuerle alla .Reuerentia V. et quando per sua mano[b] i. e. per Augusta si scriuera à N. Padre Generale ci mandara le lettere secondo il suo solito.

Gia fu scripto[3], che non si potendo alcuni tirar alla abiuratione, si poteua senza quella dar la absolutione per le antique facoltà della Compagnia non reuocate mai che si sapia per sua santità et pur di

magnum id erit, cum aër ille ei familiarior sit, atque etiam si idem periculum esset, rationi magis consentaneum erat, ut is pater, qui collegiorum illorum superintendens iam erat, ad ea in necessitate illa adiuvanda proficisceretur, quam ut novus mitteretur. Operam etiam damus, ut rectori vindobonensi[1] per litteras animum addamus, ac quo maiore solacio et huius et rectorum tyrnaviensis et pragensis[2] animi afficiantur, atque etiam ut reverentia vestra, contionando ceteraque negotia pia salutis publicae gratia tractando valde occupata, sublevetur, trium illorum collegiorum rectoribus scribitur, ut in dubitationibus, in quibus consilia petere debent, ad ipsum patrem nostrum praepositum generalem recurrant, quippe qui tam prope et eo loco est, quo et eorum epistulas facile accipere et, quandoquidem nos hic degimus, iis respondere possit. Itaque reverentia vestra hoc tempore eo minus habebit oneris, idque, sicut dixi, donec pater magister Natalis illuc profectus et omnia scrutatus constituerit, quae in posterum servanda sint. Rectoribus autem illis scribitur, iis de aliis rebus, quae ad Socios regendos non pertineant, ad reverentiam vestram scribere licere, et cum per ipsius manus sive per Augustam ad patrem nostrum praepositum generalem scriptum erit, R. V. epistulas, sicut consuevit, nobis mittet.

Scriptum iam est[3], vos, si quos ad abiurationem inducere non possetis, sine ea absolutionem iis tribuere posse ex antiquis Societatis facultatibus, numquam, quod quidem sciamus, a sanctitate sua revocatis. Roma tamen nos certiores fecerunt,

[a] *Sequitur* trouandosi, *a libr. oblitteratum.*
[b] *4 vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.*

[1] P. Paulo Hoffaeo. [2] PP. Henrici Blissemii et Hurtadi Peretii.
[3] Cf. supra p. 548.

Roma hauemo auiso che si procurera leuar quella restrittione della abiuratione etiam nella noua gratia.

Aspettaremo intendere se l' ufficio che quel consiliario uoleua far ci giouara per proueder al Collegio di Roma de quelli 400 ducadi[1]. quando non bastassi, si raccomanda al Padre Vittoria procuri la rinouatione del mandato del Jmperatore[a] se potra et s' altro miglior mezzo sapra V. Reuerentia lopotra usare. Nell' andare in Vienna lui pensa trouar al Piglier[2] percui mano credo ha proceduto altre uolte, et non c' è minor ragion adesso che prima d' hauer questo subsidio disua Maestà si se considerano quelli che in Roma si aleuano persuo seruitio como si puo ueder in parte per la lista che quì si manda, quali ci smenticamo nel ultimo spaccio[3].

Se uedera quel che conuiene fare nella causa del Clengio et del Staphilo[4], il quale ha preuenuto inscriuere al Cardinal Warmiense, mà questo potra essere occasione che il detto Cardinal destramente faccia l' officio conlui.

Quanto al Collegio di Tilinga nonsi correra infretta al accettarlo, et prima si trattera diligentemente di quello che conuiene et pare à N. Padre che potrà la .RV. scriuere al Cardinal[5] che lui spedisca le difficulta che ci saranno col capitolo[6] prima chesi tratti depigliar quel

---

se ex nova quoque gratia condicionem illam, quae de abiuratione est, auferendam curaturos esse.

Litteras exspectabimus, ex quibus intellegamus, num officium, quod consiliarius ille praestare volebat, ad 400 ducatos illos[1] collegio romano providendos nobis utile futurum sit. Commendamus autem patri Victoriae, ut, si illud satis non fuerit, imperatoris mandatum renovandum curet, si poterit; ac si quam meliorem viam rationemque reverentia vestra noverit, eam adhibebit. Atque ipse sperat, se, Vindobonam iter faciendo, Pichlerum[2] inventurum esse, cuius opera eum alias prospere usum esse existimo, neque subsidii huius a maiestate sua accipiendi ratio minor nunc quam antea apparet, si quis eos, qui Romae ad operam ei praebendam instituuntur, consideraverit; id quod partim ex indiculo cognoscitur, qui cum his litteris mittitur; cum enim superiores mitteremus, eius obliti sumus[3].

Videbimus quid in causa Clenckii et Staphyli[4] fieri conveniat; atque hic ad cardinalem Varmiensem scribendo nos praevenit; ex qua tamen re cardinalis ille dextere eum monendi iuvandique occasionem capere poterit.

Collegium dilinganum admittere haud ita valde festinabimus; et primum de iis, de quibus agi conveniet, diligenter agemus; et patri nostro videtur, ut R. V. cardinali[5] scribat, difficultates, quae cum capitulo[6] erunt, ipse prius expediat, quam

---

[a] *2 vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

---

[1] Vide supra p. 548—549.

[2] Leonardum Püchler (Pichler), caesaris consiliarium; cf. *Can.* Epp. II, 571. 643.

[3] Cf. supra p. 561. [4] Vide supra p. 555—556.

[5] Ottoni Truchsess, Romae degenti.

[6] Otto „capitulatione" 4. Novembris 1557 cum cathedralis ecclesiae augustanae capitulo facta promiserat, se sine huius consensu bona episcopatus aliis non daturum, novum aes alienum non contracturum etc. (*Braun*, Bischöfe III, 496—501).

assunto la Compagnia nostra gia che è necessario il consenso del capitolo sela cosa ha à esser perpetua[a].

Duo Socii cum Andrea Romam iverunt; alius Oeniponte, duo alii Romae manent.

Le Regule circa l' indice delli libri prohibiti[1], non diano tropo pensiero alla RV. per che insino adesso non c' è cosa certa et bisognera, che passi perla congregatione di tutti li prelati, alli quali nonsono anchora proposte.

Si sono intese li auisi che da la .RV. circa il[b] nouo Re de Romani, et anche circa il Cardinal di Lorena, di quelle del Re ci rallegramo in Domino . Gl' altre del Cardenal si ben anche quà li hauemo sentite, non facilmente si deuono credere[2], il tempo lodira.

Non ce altro del concilio deche dar auiso senon chesi ua procedendo nelle congregationi de Prelati sopra la Residentia lorò et anche alcuni mezzi si trattano peraccordare li dispareri di molti prelati, et insieme aiutare il ben commune . Dio N. S. si serua deltutto et guardi la Reuerentia V. nelle cui orationi, et sacrificij molto N. Padre contutti gl' altri ci raccomandiamo di Trento li 18. di Decembre .1562.

---

de cura ista a Societate nostra suscipienda agatur; nam si res perpetua esse debet, capitulum consentiat necesse est.

Duo [etc., ut supra].

De regulis ad indicem librorum prohibitorum pertinentibus[1] R. V. ne nimis laboret; neque enim adhuc quicquam certi est, et rem in congregatione omnium praelatorum probari oportebit; quibus regulae illae nondum propositae sunt.

Quae R. V. de novo Romanorum rege atque etiam de cardinale Lotharingiae scripsit, intelleximus; atque iis quidem, quae ad regem spectant, in domino delectamur; quae autem ad cardinalem, quamquam hic quoque eadem audivimus, facile credi non debent[2]; tempus nos docebit.

De concilio quod referam aliud non est, nisi praelatos in congregationibus, in quibus de residentia sua agunt, procedere; atque etiam rationes aliquae, quibus multorum praelatorum dissensiones componantur simulque res publica adiuvetur, tractantur. Deus autem et dominus noster omnia in suam gloriam adhibeat et reverentiam vestram custodiat, cuius orationibus sacrificiisque et pater noster et reliqui omnes valde nos commendamus. Tridento 18. Decembris 1562.

---

[a] *A libr. correctum ex* perfetta.

[b] *Sequitur* Re, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] Initio a. 1564 Romae a Pio IV. evulgatus est „Index Librorum prohibitorum cum Regulis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos". Quibus regulis praecepta quaedam generalia in Indice Pauli IV. posita in aliam formam redacta ac fere etiam mitigata sunt.

[2] Eum, si in reformationis negotio eius voluntati non satisfieret, cum episcopis gallis discedere et in Gallia „nationale" concilium habere velle (*Sickel,* Trient p. 422)? Quidam Lotharingum de pontificis auctoritate parum aeque sentire putabant; cf. *Pallavicinum* l. c. l. 19, c. 6, n. 5. 6.

741.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

CANISIO.

Tridento 22. Decembris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio." Cod. „V. P. 62" f. 116[a].

PP. Victoria et Natalis. Canisius parte sollicitudinis liberatur. Epistulas Treverim etc. perferendas curare iubetur. Socii tyrnavienses materiam a Fuggeris petentes ei commendantur.

Pax christi etc.

Saranno 3. di che fu scritto alla RV. in risposta delle ultime sue, auisandola come si rimandaua il Padre Vittoria in Vienna insino atanto che passata lapeste et freddi ui possa andare il Padre Natale; et dar orden nelle cose di quei collegij . Qùi si manda la instruttione cheli è stata data[1] : in modoche la .RV. peradesso hauera manco sollicitudine, et altempochesi diuidera la prouincia siuedera quel tanto che conuiene.

Qùi si manda unplico de lettere per Treuere il quale per errore fumandato quà . V. Reuerentia si contentara ultradi quello de mandar etiam quelle che per Colonia et Moguntia qùi saranno alligate, et contanto mi raccomando molto nelle orationi et sacrificij della RV. como lofà anche N. Padre et gl' altri che qùi ci trouiamo . Di Trento 22 di Decembre 1562.

Qùi ua una lettera che scriue il Padre Hurtado[2], laqual specialmente si manda alla R. V. per quel punto che tocca al legname,

---

Pax Christi etc. Ante 3, puto, dies, reverende pater, ad novissimas litteras tuas rescripsimus, certiorem te facientes, patrem Victoriam Vindobonam remitti, donec et pestilentia et frigora cessassent atque ita pater Natalis illuc ire et collegiorum illorum res disponere et constituere posset. Et praecepta illis data mitto[1]; R. V. igitur in praesens aliqua sollicitudinis parte libera erit, et cum provincia dividetur, videbitur, quid conveniat.

Fasciculum epistularum Treverensibus destinatarum, qui per errorem huc missus est, mittimus. Praeter quem reverentia vestra etiam epistulas Coloniam et Moguntiam datas, quae his litteris adiungentur, iis, quibus destinatae sunt, mittere non gravabitur. Atque ita R. V. orationibus et sacrificiis valde me commendo, id quod etiam pater noster et reliqui ex nostris, qui hic sunt, faciunt. Tridento 22. Decembris 1562.

Epistulam adiungo a patre Hurtado datam[2]; quae ad R. V. maxime propter

---

[1] Polancus maxime, ut opinor, ea, quae rectoribus vindobonensi, pragensi, tyrnaviensi de dubitationibus, si quae occurrerent, ad Lainium referendis scripta erant, significat; vide supra p. 569 et infra, monum. 424.

[2] Collegium tyrnaviense, cui P. Hurtadus Perez praeerat, in Hungaria situm erat; ubi Fuggeri metalla aliasque possessiones habebant; cf. supra p. 566—567.

che uorriano hauer dalli Signori Fucari . N. Padre loraccomanda alla R. V.

---

caput illud mittitur, quod de materia est, quam a dominis Fuggeris accipere cupiunt; id quod pater noster R. V. commendat.

742.

CANISIUS
STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 26. Decembris 1562.

Ex apographo recenti eoque collato cum ipso archetypo (2°; $1^1/_2$ pp.; in p. 4. inscr. et sig.), quod Canisii manu subscriptum exstat in cod. goth. „E. H. 2“ f. 90. 91.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. p. 266—267. Partes (ex Cypriano) posuit *Lagomarsinius,* Pogiani Epistolae III, 50[c]. 155[g]. 190[g].

Aliqua a protestantibus maledice scripta mittit. „Constitutionum Apostolicarum“ editio. Maximilianus II., Albertus V. etc. Augustam advecti; Maximiliani coronatio hungarica. Ilsungus. Zasius. Luna. Cromer. Iter caesaris. Omnes nova exspectant decreta concilii. Cui Deus animorum concordiam tribuat. Refutatio Fabricii. Maximilianus II., a clero augustano in templum cathedrale solenniter inductus, plane catholicum se praebet.

[a] Nuper iucunda misi[1]; nunc succedunt maledica et insuauia, quibus aduersarij nostram exercent patientiam atque charitatem[2]. Libenter audiui Clementem Romanum in lucem breui prodituruin[3]. Venit nunc Rex Romanorum una cum sua coniuge[4]: adest et Bauariae Princeps simulque mater[5], uxor[6] et liberj[7]. Confirmet Dominus noui Regis

---

[a] *Nescio utrum verba* Pax Christi *etc., quibus C. epistulas ad H. exordiri solet (vide supra p. 515. 526. 532 etc.), in ipsa hac epistula desint, an tantum in ap. meo et apud Cypr. omissa sint.*

---

[1] Vide supra p. 550. [2] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[3] Apocryphas illas *Διαταγὰς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων* sive „Constitutiones apostolicas“ significari puto, quas ab apostolis per S. Clementem Romanum evulgatas esse tunc putabant. Quarum cum tantum partes aliquae usque ad id tempus typis exscriptae essent, Franciscus Turrianus sive Torrensis, qui Tridenti theologus pontificius tunc erat (postea Societatem Iesu ingressus est), eas graecas cum Clementis nomine a. 1563 Venetiis ex tribus codicibus manu scriptis magna diligentia sollertiaque edidit; quae eodem anno ibidem a Carolo Bovio, episcopo hostunensi, latine versae in lucem prodierunt (*Sommervogel,* Bibl. VIII, 115. *Fr. X. Funk,* Die Apostolischen Konstitutionen [Rottenburg a. N. 1891] p. 3. 25).

[4] Maximilianus II. Francofurto per Palatinatum et Wurttembergam profectus cum uxore Maria, Caroli V. caesaris filia, 24. Decembris Augustam venerat (*Häberlin* l. c. V, 130. *M. Koch,* Quellen zur Geschichte des Kaisers Maximilian II. [Leipzig 1857] p. 6—8). [5] Iacoba Badensis; vide supra p. 109[1].

[6] Anna, Ferdinandi I. caesaris filia.

[7] De Alberti V. liberis vide *Can.* Epp. II, 251[3].

animum in officio catholicae Religionis. Quamdiu sit Augustae adfuturus ignoro: nisi pestis impedimentum adferret[a], coronam acciperet tertiam in Hungaria, ut retulit mihi D. Ilsungus Caesaris consiliarius[1]. Manebit hic D. Zazius quoque[2]. Si quid noui succedat, isthuc lubens perscribam. Expectat adhuc Comes a Luna responsum sui Regis[3]. De Gallijs meliora speramus. Nondum audiui de Cromero, sitne et ipse uenturus Augustam. Caesar ex Friburgo et Constantia Oenipontum petet mense, ut putant, Ianuario[4]. Pacem hoc anno nouo Germanj sibj pollicerj uidentur, sed non est pax impijs dicit dominus[5]. Quaerunt omnes quid agant in Concilio Patres, et sessionis decreta post tantam moram expectant. Verum sat cito, si sat bene[6]. Coniungat Dominus animos Patrum, ut ea quae sunt fidei ac reformationis consentienter definiant, et cum Ecclesiae fructu publicent. Expectamus Theologi scripta, qui aduersus Fabricij orationem Synodi authoritatem defendat[7]. Nunc quia saepius mihi concionandum uenit, abrumpam epistolam, hoc unum precatus a Christo, ut per sanctam natiuitatem suam Patribus omnibus et inprimis amplitudinj tuae, pacem ab angelis nunciatam[8] impertiat, nouumque et perinde foelicem annum s. Ecclesiae donet. Augustae 26 Decembris 1562.

Seruus in Christo P. Canisius.

Regis et Reginae magnificum ingressum, quem Bauariae Princeps illustriorem reddidit, Catholici laetis animis exceperunt. Clerus Augustanus non sine solenni pompa processit obuiam, et in suum templum primarium eundem Regem et Reginam induxit. Itum est porro ad summum altare, et decantatae gratiae Deo publice, uel[lent] nollent audire aduersarij Te Deum laudamus. Nam falsum rumorem sparserant sectarij, suarum esse partium Regem Maximilianum, quem gau-

---

[a] *Ita Canisii scriptor correxit ex* accederet.

---

[1] Georgius Ilsung, patricius augustanus, a Ferdinando I. Suebiae partibus illis, quae Austriae principibus suberant, praefectus („Landvogt"). De quo *Paul von Stetten* iun., Geschichte der adelichen Geschlechter in . . Augsburg (Augsburg 1762) p. 111, et *Agricola* l. c. I, Dec. 3, n. 87.

[2] Ioannes Udalricus Zasius, caesaris consiliarius; vide supra p. 469[2].

[3] Philippi II.; vide supra p. 532—533.

[4] Ferdinandus I., Francofurto ad Moenum post 5. Decembris 1562 profectus, Friburgum Brisgoviae 22. vel 23. Decembris, Constantiam (Constanz) sub 14. Ianuarii 1563, Oenipontem sub initium m. Februarii venit (*Stälin* l. c. p. 395).

[5] Is. 48, 22; 57, 21.

[6] *S. Hieronymus* Pammachio: „Scitum est illud quoque Catonis: Sat cito, si sat bene": Epist. 66 (alias 26), n. 9 (*Migne* PP. LL. XXII, 644). Quod proverbium exstat etiam apud *Erasmum,* Adagiorum Chiliades quatuor (Oliva Rob. Stephani 1558) col. 352.

[7] Id Petrus Fontidonius et Gaspar Cardillus de Villapanda, uterque segobiensis et theologus concilii, praestiterunt; de qua re plura in huius operis volumine quarto proponentur. [8] Cf. Luc. 2, 14.

demus nihil in his remittere, quae ad Catholicae professionis specimen uulgo exhibendum spectant. Confirmet in illo Rex Regum[1] Christus, ut hoc nomine et honore Caesario se dignum praebeat continenter.

Reuerendissimo in Christo Patri et Illustrissimo Domino D. Stanislao Hosio, Cardinali et Episcopo Warmiensi, sacri Concilij Praesidi, patrono amplissimo. Tridenti.

Litterarum inscriptioni manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „Redd. 4 Januarij 1563. Resp. 6 Januarij."

Canisius Hosio una cum his litteris, ut ex ipsis cognoscitur, „maledica" quaedam misit scripta. Cum autem *Otto cardinalis Augustanus* Roma 9. Ianuarii 1563 Hosio scripserit „Me quoque Vergerii . . nefariae in te declamationes valde delectant" (*Pogiani* Epistolae III, 200), equidem conicio, Canisium praeter alia misisse *Vergerii* libellum: „Di vna Epistola Latina Del Cardinal Osio scritta all' Illustrissimo Signor Duca di Brunsuico, nella causa del Concilio. A' Fratelli d' Italia" (8°; 24 ff. non sign.). In quo Vergerius in Hosium eo maxime invectus est, quod hic in epistula illa (de qua vide supra p. 395[3]) protestantium inter se dissidia patefecerat (*Hubert* l. c. p. 194—197. 316. *Weller* l. c. p. 99). *Vergerius* a. 1562 etiam complures alios eiusmodi libellos vulgaverat, ut „Al magnifico Signor Niccolo Gvizzardo D. Del Decreto fatto in Trento d' intorno alla communione" (Tubinga 1. Septembris 1562), „All Illvstrissimo Card. di Trento il vecchio . Di molte assurdità del concilio" (1562, ut videtur), „Al Reverendissimo Mons. Mons. Delfino Vescovo di Lesina . Nuncio della sedia Romana per Germania. Di molti particolari del Saluo condotto dato dal concilio di Trento" (Tubinga 1. Novembris 1562) etc. (*Hubert* l. c. p. 316 ad 317). Fortasse Canisius Tridentum etiam misit *Hermanni Hamelmanni* libellum: „Unanimis omnium patrum . . . consensus de vera Justificatione hominis coram deo" (Ursellis 1562); cui Ioannes Wigandus lutheranus litteras dedicatorias Guilielmo duci iuliacensi inscriptas, quibus „theologastros Colonienses" impugnabat, praeposuerat (*Hansen* l. c. p. 462[5]).

743.

CANISIUS

P. NICOLAO LANOIO S. J.,

rectori collegii ingolstadiensis.

Augusta Vindelicorum 28. Decembris 1562.

Ex apographo ab ipso *Lanoio* scripto. Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 23a.

Regularum lectionem, germanicae linguae usum, scribendi exercitationes commendat. Videndum, quomodo professores doceant, fratres se gerant. Honestiores vestes pluresque libri suppeditandi. Puer quidam. P. Natalis praecepta servanda.

Pax Christi.

Inter caetera quae studio Rectoris isthic obseruanda sunt, illud etiam negligendum non est ut legantur de scribendo regulae[2], praecipuè propter quadrimestres:

---

[1] 1 Tim. 6, 15. Apoc. 17, 14; 19, 16. Dan. 2, 37.

[2] De his regulis ad litteras, catalogos, similia scribenda spectantibus vide *Can. Epp.* II, 582[4]. 600—602. 769—770. 772, et supra p. 102[3]. 121.

2 vt fratres germanicè loquantur magis quam latinè.

3 vt in componendo diligentius et frequentius exercitentur.

4 vt regulas et officia singuli sua legere et considerare curent[1].

5 vt syndicus[2] saepe rogetur de vitijs professorum in scholis deque moribus fratrum praesertim in externa conuersatione, sic licebit saepius et clare castigare peccantes.

6 ut nostri praesertim doctores et professores honestiores gerant uestes quae conciliant etiam apud exteros authoritatem.

7 vt libri notentur emendj francfordiae tum pro philosophis tum pro rhetoribus nam reliqua collegia uestrum in hac parte superare videntur

.8. ut puer dyrsij per primam occasionem excludatur[3].

9 vt nihil immutetur de his quae pater Natalis decreuit nisi res prius ad Superiores deferatur[4].

Augustae 28 Decembris .15.6.2.

Seruus in domino Canisius.

744.

P. HIERONYMUS NATALIS,

Societatis Iesu visitator,

mandatu Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 29. Decembris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu notatum est: „Augusta Padre D. Canisio del Padre Natale". Cod. „V. P. 62" f. 125^b^—126^a^.

Epistula brevi (ut puto) etiam evulgabitur in „Epistolis P. *Nadal*" II.

De negotiis iam ad solum Lainium scribendum. A quo Austriae collegia regentur. Canisius, quod res Germaniae ei valde sint cordi, laudatur. PP. Victoria et Lanoius. Lainius Societatis domum augustanam adiuvare paratus. Collegia ingolstadiense, oenipontanum, vindobonense. Divisio provinciae Germaniae superioris. Facultates. Spes est, proximo autumno Socios Straubingam mitti posse. Cum archiepiscopo salisburgensi agitur. Natalis Canisiique suasu Lainius aliqua in Germaniae utilitatem constituit. Sociorum „destinationes". Collegiorum dotationes. Salmeron „Summae" Canisii, Payva apologiae, Natalis Dialogo de Societate operam dant. Lainius a scribendo iam haud ita alienus. Perpinianus aliique litteras indicas in Germaniae gratiam latine reddent. Sociis germanis ampliores facultates, imprimis de libris prohibitis, providebuntur.

---

[1] Cf. *Can.* Epp. II, 438[5]. 456[2].

[2] De officio hoc domestico vide *Can.* Epp. II, 770[2].

[3] In collegii ingolstadiensis *Catalogo sub m. Novembrem a. 1562 ab ipso *Lanoio* rectore conscripto „Wilibaldus dyrsius" inter „Ministros Collegij et domus conuictorum" comparet (Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 21^b^).

[4] Natalis m. Novembri a. 1562, cum collegium ingolstadiense „visitaret", complura ei dedit praecepta sive institutiones in posterum observandas; vide supra p. 541. 543[1].

Jhesus

Pax christi etc. Molto Reuerendo in christo Padre.

Ho riceuuto la uostra de 19. del presente[1], alaquale respondero breuemente in questa per comission de nostro Padre, achi se han da scriuere tutte le lettere de negocij, benche mi potrà V. Reuerentia scriuere alcuna cosa familiarmente . et l' altri di quei collegij non sara bisogno che me scriuano stante io in Trento.

È gran consolacion mia ueder tanto uiua solicitudine di V. Reuerentia delle cose di Germania . io procuraro conlagratia del Signor imitarlo . et quanto al stato del Prouinciale et delle cose dellasua prouincia gia hauera uisto perlettere di N. Padre quello che sua Paternita ha ordinato, mandando il Padre Vittoria à Vienna perquesto interin [*sic*], che io uado, et ordinando che inquesto mezzo, quelli 3. collegij si gouernino immediate per nostro Padre Generale[2]. Quanto alresto inquesta materia io andaro conlagratia di NS. presto là . et ci inclinamo gia tutti che uenga il padre Lanoy con[a] meco[3]: et intanto cercamo alcuno che possa essere insuo logo in Jngolstadio . V. Reuerentia scriua chi li pare potra essere insuo luogo.

Quanto ala casa de Augusta V. Reuerentia scriua se ha debisogno d' alcuni altri più di quelli cheha . et il Padre prouedera . ò V. Reuerentia medesima s' accomodi di quello chesara bisogno.

Quello che dice chesi ha di prouedere delli fratelli delli collegij

---

Jhesus. Pax Christi etc. Valde reverende in Christo pater. Epistulam tuam die 19. huius mensis datam[1] accepi, ad quam his litteris breviter respondebo mandatu patris nostri, ad quem omnes litterae, quae de negotiis sunt, dari oportet, quamquam reverentiae vestrae licebit ad me de aliquibus rebus familiariter scribere. Neque necesse erit, reliqui istorum collegiorum Socii ad me, dum Tridenti degam, scribant.

Magno solacio afficior, cum res Germaniae reverentiae vestrae tantopere curae esse video; id quod ego domino adiuvante imitari studebo. Quod autem ad praepositum provincialem et res provinciae, quae ei subest, attinet, iam, opinor, ex patris nostri litteris cognovisti, quae paternitas sua constituit; patrem enim Victoriam Vindobonam ad medium hoc tempus, donec ego eo irem, misit, et constituit, ut interim 3 illa collegia ab ipso patre nostro praeposito, nullo interposito, regerentur[2]. Quod autem ad reliqua huius generis attinet, ego domino nostro iuvante brevi illuc ibo. Et iam omnes in hoc inclinamus, ut pater Lanoius mecum veniat[3]; et interim aliquem quaerimus, qui eius loco Ingolstadii esse possit. Reverentia igitur vestra, quem eius loco esse posse censeat, ad nos scribat.

Quod ad domum augustanam attinet, vel reverentia vestra, si praeter eos, quos iam habet, aliquot aliis indigebit, nobis scribat, et pater noster providebit; vel reverentia vestra ipsa, quae necessaria erunt, sibi comparet.

Quae de collegiorum ingolstadiensis et oenipontani fratribus providenda esse

---

[a] *Supra versum scriptum.*

---

[1] Haec perisse videtur. [2] Vide supra p. 569. 572.
[3] Cf. supra p. 556.

d' Jngolstadio, et de OEniponto . Del de OEniponto io l' ho ordinato gia . Delli altri d' Jngolstadio scriua particularmente quelche desidera et si prouedera : perche N. Padre hagia risposto alpadre Lanoy di tutto quel che li scriueua.

La diuision dela prouincia nonsi fara senon andando io a Vienna, intantosi gouernara il tutto comeho detto .

Dell' hauer facolta circa la iuridica absolutione et dispensatione irregularitatis, se ha scritto gia a Roma, et nel interim gia tiene V. Reuerentia resolucion circa l' absolutione[1].

El Rettor de Vienna[2] spera N. Padre sara aiutato peril padre Vittoria specialmente hauendoli scritto N. Padre una lettera conlaquale sperosi aiutara.

Per il collegio de Strambinga[3] nonsi spera prouission fin al anno cheuiene[4] et per al hora non mancara con la diuina gratia . perche adesso comehanno scritto VV. Reuerentie non ci è chi si possa cauar delli studij senza notabile detrimento et con poca speranza del effetto, chesi desidera.

All' Arciuescouo de Salisburg[5] ha scritto N. Padre una lettera per il padre Vittoria alquale hadato comissione che intenda la uolontà di sua Signoria et che scriua[6].

Hafatto prouission N. Padre cheli fratelli chesi mandaranno dequì auanti à Germania non uenghino della manera che fin adesso

---

dicis, de oenipontano ego iam constitui. De Ingolstadiensibus autem quae fieri cupias, singulatim scribas, et rei providebimus; pater enim noster patri Lanoio de omnibus iam rebus, quas ei scripserat, respondit.

Provincia, antequam ego Vindobonam eam, non dividetur; interim autem omnia, sicut dixi, regentur.

De facultatibus ad iuridicam absolutionem et ad homines in irregularitate dispensandos spectantibus Romam scriptum iam est; interim autem quid de absolutione fieri posset, reverentia vestra iam est edocta[1].

Rectorem vindobonensem[2] pater noster per patrem Victoriam adiutum iri sperat, maxime cum idem pater noster litteras ad illum dederit, quibus eum adiutum iri spero.

Collegio straubingensi[3] ante annum proximum[4] homines provideri posse non speramus; qui tunc quidem Deo propitio non deerunt; nunc enim, ut reverentiae vestrae scribunt, non sunt, qui e litterarum studiis extrahi possint aliter quam cum gravi detrimento et parva cum spe rerum, quae desiderantur, efficiendarum.

Archiepiscopo salisburgensi[5] pater noster per patrem Victoriam litteras misit; cui mandavit, ut, quid dominatio sua vellet, et cognosceret et ad nos scriberet[6].

Pater noster providit, ne fratres, qui in posterum in Germaniam mittentur, ita eo venirent, ut usque adhuc veniebant, suas habentes destinatio-

---

[1] Vide supra p. 548. 569—570. [2] P. Paulum Hoffaeum dicit.

[3] De hoc vide supra p. 364—365. 380. 385. 400—401.

[4] Proximum annum scholasticum, qui sub m. Octobrem incipiendus erat, significat; vide supra p. 401.

[5] Ioanni Iacobo Khuen de Belasy.

[6] Vide supra p. 468.

conli suoi disegni[1] etc . et altre cose utili per Germania[2] secondoche V. Reuerentia mi ricordo essendolà.

Delle fundationi decollegij[3] spero conla diuina gratia, che non usciro io di Germania che nonsi tratti et uenga conbuono effetto la fundatione di tutti .

El padre maestro Salmeron attende al catechismo[4], et il Dottor Paiua allasua apologia[5]; et ioho cominciato per ordine di nostro Padre undialogo, nel quale se introducono uno amico dela compagnia con[a] [?] un protestante et un catholico contrario alla compagnia doue si trattera dell' instituto della compagnia[6]. Mason tantodapoco et tanto alieno dastudij, che nonso se passaro auanti . V. Reuerentia preghi Jddio per me . Quanto alresto di scriuere N. Padre benchelo trouauo dalprincipio molto alieno, ma non tanto adesso[7]: et uo an-

---

nes[1] etc., atque alia Germaniae utilia constituit[2], sicut reverentia vestra me istic morantem monuerat.

Quod ad collegiorum stabiles dotationes[3] attinet, me Deo propitio ex Germania discessurum non esse spero, antequam de iis actum sit atque omnium collegiorum fundatio prospere successerit.

Pater magister Salmeron catechismo[4], doctor Payva apologiae illi[5] operam navant; et ego patris nostri iussu dialogum scribere coepi, in quo amicus Societatis et[a] homo protestans et catholicus, qui Societati adversatur, inducuntur et de Societatis instituto agetur[6]. Sed tam ineptus sum et a litterarum studiis alienus, ut nesciam, num progressurus sim; reverentia igitur vestra Deum pro me precetur. Patris autem nostri animum, quod ad reliquam scriptionem spectat, a principio quidem valde ab ea alienum expertus sum, nunc vero haud ita aversantem[7]; et

---

[a] *Ita corrigendum esse puto* come, *quod in ap. est; vide infra, adn. 6 huius pag.*

---

[1] Singulis Romae, ad quod officium administrandum in Germaniam mitterentur, dicere consueverant; vide infra, monum. 423.

[2] Ita Lainius constituerat, ut regulae officiorum domesticorum sive „fratrum coadiutorum" in Germaniam perferrentur, neve eodem destinarentur, nisi probatae virtutis homines; si qui autem ad rhetoricen vel ad litteras humanitatemque docendas mitterentur, ut in iis bene versati essent; vide infra, monum. 423.

[3] Vide supra p. 46. 80. 350. 385. 557 etc.

[4] „Summae" Canisii locupletandae; cf. supra p. 552—553. 560.

[5] Vide supra p. 530. 550. 557. 563.

[6] In codice quodam *Natalis* duo exstant „Dialogi" ab ipso compositi ipsiusque manu emendati; in quibus hic „Philippicum" lutheranum, „Libanium" catholicum quidem, sed adversus Socios male affectum, „Philalethem" Societatis amicum et discipulum, cuius instituti rationem Coloniae accepit, iter facientes inducit. Atque in priore dialogo, ut *editores* epistularum Natalis affirmant, „confutantur praecipui errores protestantium"; in altero „narratur vita Sancti Ignatii, usque ad fundationem Societatis, cujus institutum explicatur et propugnatur erudite quidem et eleganter, latino sermone, interjectis passim phrasibus, tum graecis, tum hebraicis". Neque tamen alter hic dialogus (in codice saltem illo) absolutus est; typis autem neuter exscriptus esse videtur; vide Epistolas P. *Nadal* I, xxxv—xxxvii.

[7] Canisius Lainium, sicut suffragium de calice laicorum in concilio prolatum scripserat, reliqua quoque suffragia etc. scribere cupiebat; vide proximam epistulam.

chora designando con sua Paternità sepotessimo trouar alcuno altro in Roma che sperimentassimo, si riuscirebbe per scriuere. Contutto questo io ho speranza chel padre maestro Canisio potra aiutare inscriuere tanto[a] forsa come qualsiuoglia.

Hase anchora scritto à Roma condiligencia, che maestro Fuluio[1] et maestro Perpignano che è il Rhetorico[2] et li migliori[b] là de gl' altri, che hanno letto Rhetorica molto tempo faccino latine lelettere dell' Jndia, et io conlagratia del Signor saro sollicitator di tutte queste cose[3].

dehauer maggior facolta in foro interiori per germania ultra delle due dette, si procurara specialmente perli libri, dopoi chesia meso fuori il catalogo, delquale si tratta adesso . Del resto scriue il padre maestro Polanco . Nelli sacrificij della RV. et delli Padri et orationi defratelli mi raccomando nel Signore. Di Trento 29 di decembre 1562.

---

adhuc in eo est, ut cum paternitate sua deliberem, num alium aliquem Romae reperiamus, qui possitne ad scribendum adhiberi, experiamur. Quae cum ita sint, mihi tamen spes est, patrem magistrum Canisium scribendo tantum fortasse quantum quemvis alium nos adiuvare posse.

Diligenter etiam scriptum est Romam, ut magister Fulvius[1] et magister Perpinianus, qui rhetorices magister est[2], et optimi ex reliquis illic degentibus, qui per multum tempus rhetoricen tradiderunt, litteras indicas latine redderent; quae omnia ego domino iuvante urgere non desinam[3].

Quod ad ampliores facultates in foro, quod dicimus, interiore praeter duas illas, quas dixi, pro Germania impetrandas attinet, rei operam dabimus, idque maxime de libris, cum catalogus, de quo nunc agitur, evulgatus erit, faciemus. De reliquis autem rebus pater magister Polancus scribit. R. V. ceterorumque patrum sacrificiis et fratrum sacris precibus me in domino commendo. Tridento 29. Decembris 1562.

---

[a] *Supra versum scriptum.* [b] *A libr. correctum ex* miglioli.

---

[1] Fulvius Cardulus S. J. († 1591), narniensis, diu Romae artium poeticae et oratoriae praecepta tradidit; cuius libros recenset *Sommervogel* l. c. II, 744—745.

[2] Petrus Ioannes Perpiñan S. J. (1530—1566), ilicensis (Elche, in Hispania), artis oratoriae in collegio romano magister (1561—1565), sacrae Scripturae in lugdunensi „collegio Trinitatis“ interpres (1565—1566), orationum (quae in Gallia, Italia, Germania etc. saepe typis exscriptae sunt) praestantia ipsis Marco Antonio Mureto et Paulo Manutio admirationi erat et vel a Thuano illo copiosam laudem meruit (*Sommervogel* l. c. VI, 547—554. *Bern. Gaudeau* S. J., De Petri Ioannis Perpiniani vita et operibus [Parisiis 1891] p. 25—58).

[3] *Polancus* *Natali Tridento 14 Decembris 1562: „La diligentia dehazer trasladar en buen latin las letras dela Jndia se encomendara departe de nuestro padre alos nuestros de Roma paraque se puedan estampar en Alemagna.“ *Idem* Tridento 17. Decembris 1562 ad P. Sebastianum Romaeum S. J., collegii romani rectorem, de Natale *scripsit: „Ha grande desiderio che siano uoltate in latino le lettere dell' India per beneficio della Germania“ (ex apographis eiusdem temporis. Cod „V. P. 62“ f. 100[a]. 107[a]).

Al Padre Lanoy et Padre Dominico[1] delli quali hauemo lettere non rispondo perche questo fa il padre maestro Polanco et nonsara debisogno come hodetto alla RV. che me scriuano de negocij dequi auanti, senon a nostro Padre et cosi di nuoue . Quello chesi hadetto delli libri chesi scriuono V. Reuerentia in nesun modo lo comunichi ad alcuno perche cosi conuiene.

Patri Lanoio et patri Dominico[1], quorum litteras accepimus, non respondeo, quia pater magister Polancus id facit, neque, ut R. V. dixi, necesse erit de negotiis in posterum scribant, nisi ad patrem nostrum; idem de rebus novis dico. Quae autem de libris, qui scribuntur, dicta sunt, reverentia vestra ne cum quoquam ulla ratione communicet; ita enim fieri convenit.

745.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

CANISIO.

Tridento 29. Decembris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu adnotatum est: „Augusta Padre Canisio." Cod. „V. P. 62" f. 126ª.

Controversiae, quae Sociis ingolstadiensibus cum Clenckio et Staphylo erant, sopitae sunt. Frater quidam scholasticus Societatis, infirma valetudine utens. Zoanettus professor ingolstadiensis. De collegio dilingano Societati parando cum cardinale Augustano agitur. Lainii scriptum de imaginibus. Qui commentarium de iurisdictione episcoporum dictat. Omni ope curandum, ut collegio romano subsidium usitatum a caesare detur. Hugonotti fusi fugatique. Supplicatio Galliae gratia Tridenti instituta. Controversiis de episcoporum iurisdictione et residentia concilii sessio retardatur. Canisio curandum, ut Maximilianum II. erga Societatem benevolum reddat. Rector collegii vindobonensis.

Pax christi etc.

Perche scriue il padre maestro Nadal alla Reuerentia V. dediuerse cose[2] saro io tanto piu breue . C' è stato grato che le tragedie de Jngolstadio si siano finite[3] et è bene conseruar al Staphilo come meglio si potrà in tanto che starà contalcura inquella Vniuersità .

Pax Christi etc. Quia pater magister Natalis reverentiae vestrae de variis rebus scribit[2], ego tanto brevior ero. Gratum nobis fuit, quod tragoediae istae ingolstadienses finitae sunt[3], atque expedit, Staphylum meliore, quo fieri poterit, modo talem conservari, quamdiu munus illud in ista universitate tenebit; quam-

---

[1] Mengino. [2] Vide supra p. 577—581.

[3] Vide supra p. 555—556. *Lanoius* in * litteris ibi memoratis de Clenckio: „Is tandem", inquit, „interuentu ac mandato Jllustrissimj principis nostrj, protestatione facta ab huiusmodj propositionibus tractandis supersedere et cum suis preceptoribus in gratiam redire est compulsus."

benche sarebbe dadesiderar altro lettor che il Clengio et altro superintendente chelui.

De Giouanne Horner[1] N. Padre è delparer della RV. cio è che non si debbia mandar à Roma per respetto di quella sua infirmità. Si che restara a considerar selo uogliono ritener come alpresente lo tengono ò rimandarlo alpaese per ricuperar sanità. N. Padre si rimete alla RV. circa questo.

Gia si fece risposta al Dottor Zoanetto[2] et si mando à Roma lalettera della Reuerentia V. sopra il collegio de Dilinga al Padre Francesco[3] non dando pero fretta alla essecutione del mandar perquesta state maestri della compagnia nostra et licenciarli altri masi ben deprocurar il consenso del capitulo Augustano, et accordar le conditioni inparticolari conla Compagnia nostra, il che gia era casi accordato questi anni passati essendo noi in Roma[4].

Li scritti che di nostro Padre ricerca V. Reuerentia de imaginibus seli potranno mandar seli uuole far copiar dilà et rimandarceli[5]. Gl' altri de ordine sacro[6] adesso li sta ditando quando ha tempo che non è cosa molto ordinaria hauerlo. De sacrificio misse, non mi pare

---

quam optandum est, ut loco Clenckii alius magister et ipsius loco alius superintendens sit.

De Ioanne Horner[1] pater noster idem quod R. V. sentit: propter infirmitatem illam eum Romam mittendum non esse; quare supererit, ut consideretis, utrum eum, qualem nunc tenetis, retinere an sanitatis recuperandae gratia in patriam remittere malitis; id quod pater noster R. V. arbitrio permittit.

Iam et doctori Zoanetto responsum est[2], et reverentiae vestrae litterae de collegio dilingano datae ad patrem Franciscum[3] Romam missae sunt; neque tamen rei executionem ita maturabamus, ut proxima aestate magistros de Societate mitti, reliquos dimitti vellemus; sed hoc urgebamus, ut capituli augustani consensus impetraretur et condiciones singulae cum Societate nostra constituerentur; id quod iam superioribus his annis, cum nos Romae essemus, paene constitutum erat[4].

Quod ad patris nostri scripta, quae reverentia vestra petit, attinet, scripta de imaginibus R. V. mitti poterunt, si ea istic transcribenda curare et nobis remittere volet[5]. Et nunc in eo est, ut ipse altera illa, quae de ordine sacro sunt[6], dictet, cum tempus habet; id quod haud ita saepe habere solet. De sacrificio tamen missae

---

[1] De Ioanne Orthner vide supra p. 544. 561.

[2] Vide supra p. 557[7]. *Lainius* Tridento 18. Decembris 1562 Ingolstadium ad hunc iuris professorem *scripsit: Socios Romae officium, quale ipsi congrueret, nondum invenisse; eos tamen in posterum quoque in ea re operam ei praestaturos esse (ex apographo huius epistolae, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62“ f. 111[a]).

[3] Ad Sanctum Franciscum Borgiam; vide supra p. 558.

[4] Vide *Can.* Epp. II, 673. 707. 754. 775 etc., et supra p. 570—571.

[5] Huius libelli mentionem non faciunt scriptores, cum, qui Lainii libri nunc exstent sive excusi sive manu scripti, enumerant; ut *Boero*, Lainez p. 341—352; *Grisar* l. c. I, 24*—30*; *Sommervogel*, Bibl. IV, 1596—1600.

[6] Disputationem illam de origine iurisdictionis episcoporum et romani pontificis primatu significari omnino censeo, qua Lainius suffragium 20. Octobris 1562 in congregatione generali ea de re prolatum amplificavit et expolivit; de qua vide supra p. 497. 497[3].

ha scritta altra cosa cheli punti[1] ne uedo che habbia troppo comodita d' estenderli. Del scritto de communione non concedenda sub utraque specie gia fuscritto chela RV. nonlo mandassi all' Jmperatore.

Circa quelli 400 ducadi chel' Jmperatore suole dare[2] se potra la RV. dar alcun aiuto ueda degratia dedarlo. Fu ben questo raccomandato al Padre Vittoria benche lui andaua dritto a Vienna et non potrà negociar nella corte senon perlettere[3], pensaua bene parlar al Piller[4] nella strada. Nonso chesi uoglia dir hauersi lamentato apresol' Jmperatore, che il Consule Augustano non pagassi quelli denari[5] selui li pago auanti il tempo; segia nonfossi detta qualche cosa della integrita del pagamento piu prestoche del tempo.

Cio chefù scritto del buon sucesso delli catholici in Francia il padre maestro Nadal credo l' hauera mandato de Hispruch alla RV. Dopo è uenuta unaltra noua anche miglior dio laudato la qual credo sara dila publicata del exercito del principe di Conde roto restandolui prigione[6] conglialtri capi principali delli heretici[7]. Hieri uenne quà questa noua hauendosi fatta una processione primadisaperla perlecose di quel Regno[8]. adesso si puo sperar ragioneuolmente chele turba-

---

aliud atque suprema capita scripsisse mihi non videtur[1], neque eum ita multum commoditatis ad ea amplificanda habere video. Ne autem R. V., quod de communione non concedenda sub utraque specie est scriptum, ad imperatorem mitteret, scriptum iam est.

De 400 ducatis illis, quos imperator dare[2] solet, si quid auxilii, reverende pater, afferre poteris, vide, quaeso, ut afferas. Atque id patri Victoriae commendatum est; qui quamquam recta Vindobonam petebat neque cum aula aliter quam per litteras rem tractare poterit[3], ex itinere tamen Pillero[4] loqui cogitabat. Neque scio quid sibi velit quod dicitur, apud imperatorem consulem istum augustanum, quod nummos illos non solveret, incusatum esse[5], si ipse ante tempus eos solvit; nisi quid tamen de solutionis integritate potius quam tempore dictum sit.

Quae de prospero catholicorum in Gallia successu scripta sunt, a patre magistro Natale Oeniponte ad R. V. missa esse existimo. Postea autem alter allatus est nuntius isque, Deo sint laudes, etiam faustior; quem istic iam evulgatum esse existimo: Principis Condaei exercitum fugatum esse[6], ipso cum reliquis haereticorum supremis ducibus[7] capto. Qui nuntius heri huc allatus est, cum rerum illius regni gratia, antequam eum accepissemus, supplicationem instituissemus[8]; nunc igitur

---

[1] Orationem illam dici existimo, qua Lainius 27. Augusti 1562 in congregatione generali demonstrabat, Christum in ultima cena se ut verum sacrificium obtulisse; vide supra p. 476. Quam ab eo postea perscriptam esse compertum non est.

[2] Collegio romano S. J.; vide supra p. 570.

[3] Ferdinandus I. Friburgi Brisgoviae tunc versabatur (*Stälin* l. c. p. 395).

[4] Leonardo Püchler; vide supra p. 570.

[5] Wolfgangus Paller eos solvere solebat; vide supra p. 144; quem fortasse Canisius litteris ad Ferdinandum datis, de quibus supra p. 564 dictum est, incusavit.

[6] Die 19. Decembris 1562 apud Drocum (Dreux), haud procul Parisiis, Hugonotti fusi fugatique sunt, Ludovico Borbonio principe Condaeo capto.

[7] Rectius *Polancus* scripsisset: „una cum nonnullis aliis proceribus"; id quod et apud *Pholam* (*Martène* l. c. col. 1302) et apud *Ficlerum* (l. c. p. 349) legitur.

[8] Die 28. Decembris, quae SS. Innocentibus sacra est, ad opem adversus Hugo-

tioni di Francia saranno finite, et cacciati, ò castigati li settarij di tutto il Regno sia ringratiato Jddio N. S. Gia V. Reuerentia hauera inteso che nonsi fece la sessione il giorno prefinito [1] et l' ultimo di di questo mese si uedera noua prefinitione del detto di perche queste controuersie de iurisdittione et de residentia episcoporum hanno causata assai dilatione. Degnesi Jddio N. S. supplire la tardita con buoni et salutiferi decreti per il ben uniuersale di sua chiesa.

Nella passata hoscritto alla RV. etlo repettero inquesta chehauera charo N. Padre procuri la beneuolentia della Maestà del Re de Romani [2], et ci sara grato intendere quelloche hauera passato conlui et seha sentito alcune sue prediche comelo accena il padre Guillermo [3].

Al Rettor di Vienna [4] si è scritto consolandolo et animandolo oltradi darli aiuto conla presentia del Padre Vjttoria .

Qùi ua una lettera per il Padre D. Lanoy et altra pel padre Guilliermo et seci sara tempo se scriuira anchora alpadre Theodorico [5] et alpadre Dommenico [6] senon sara per un altra uolta . Le lettere potra uederle V. Reuerentia . resta pregare Jddio N. S. si degni dar

---

prudenter sperare licet, fore ut Galliae perturbationes finiantur et totius regni sectarii vel expellantur vel castigentur; Deo et domino nostro gratia! Et iam, opinor, reverentia vestra cognovit, sessionem die, ad quem indicta erat, habitam non esse [1]; quem sessionis diem ultimo huius mensis die denuo constitui videbimus; hae enim controversiae, quae de iurisdictione et de residentia episcoporum sunt, magnae dilationis causa fuerunt. Deus autem et dominus noster tarditatem hanc bonis et salutaribus decretis, quibus communem ecclesiae suae salutem amplificet, supplere dignetur!

Tibi, reverende pater, et superioribus litteris scripsi, et his repetam, patri nostro gratum fore, si maiestatem regis Romanorum erga nos benevolam reddideris [2], et lubentes audiemus, quid de ipso gestum sit, et num aliquas contiones tuas, id quod pater Guilielmus [3] aliqua ratione significavit, audierit.

Rectori vindobonensi [4], praeter auxilium per patris Victoriae praesentiam allatum, litteras misimus, quibus eum consolabamur et animum ei addebamus.

Litteras patri D. Lanoio et alteras patri Guilielmo destinatas mitto; et si tempus suppetet, patri quoque Theodorico [5] et patri Dominico [6] scribetur; sin autem, alias scribetur. Quas litteras reverentiae vestrae licebit legere. Superest, ut Deum et dominum nostrum rogemus, ut dies festos et annum faustissimum R. V. una cum

---

nottos, qui in Gallia maxima barbarie ecclesias diripiebant et catholicos, imprimis sacerdotes, trucidabant, haec supplicatio a concilii oratoribus, episcopis, reliquis, qui synodo intererant, facta est (*Massarelli* Acta l. c. II, 216. *Raynaldus* l. c. in a. 1562 n. 175).

[1] Sessio illa, quae 17. Decembris haberi debuerat, in congregatione generali 16. Decembris habita ita prorogata erat, ut intra proximos 15 dies, quando habenda esset, statueretur (*Pholae* Diarium l. c. col. 1301. *Musotti* Diarium l. c. II, 31. *Sickel*, Trient p. 410—411).

[2] Maximilianus II. Augustam venerat; vide supra p. 573—575.

[3] Elderen. [4] P. Paulo Hoffaeo. [5] Canisio.

[6] Mengino.

buonissime feste et anni[a] [?] alla RV. insieme contutti li nostri Charissimi fratelli Augustani. Di Trento 29. di Decembre 1562.

---

carissimis fratribus nostris, qui Augustae sunt, omnibus tribuere dignetur. Tridento 29. Decembris 1562.

Nota: Una cum his litteris — id quod ex extrema earum parte intellegitur — a Polanco ad Canisium missae sunt epistulae P. Nicolao Lanoio, collegii ingolstadiensis rectori, et P. Guilielmo Elderen, uni ex Canisii sociis augustanis, destinatae, ita tamen, ut Canisio quoque eas legere liceret. Atque Lanoio *Polancus* eodem illo die 29. Decembris *scripsit: „Li Dottori Pisa et Theodoro [Peltano] essorti la RV. alasciar la colera et ritener la moderatione che conuiene nella sua acrimonia nelle dispute . . . Ringratiamo Jddio chela città de Jngolstadio uadi migliorando quanto alla fede facendo il suo debito li pieuani et predicatori, delle due perrochie." Et *Eldereno (cf. supra p. 564) idem *Polancus* eodem die Lainii nomine: „Si [pactio, qua, ut nummi aliquot pro 100 quotannis dentur, statuitur] . . emptio uera census non sit, sed mutuum paliatum adhuc[b] considerari debet an is cuius est pecunia uellit et tamen non possit eam extorquere ab eo, cui mutuo dedit, tunc enim ratione damni emergentis, uel etiam lucri cessantis (si alia in re utili pecuniam suam posset ac uellet collocare) posset aliquid pro centenario accipi. Si etiam ratione penae in contractu assignatae uel alio ex modis adnotatis a Patre magistro Natale aliquid pro centenario exigitur sine usura id fiet. Demum quacunque ratione fieri poterit ut non in desperationem aducantur paenitentes, nec a confessionibus auertantur[c] id fiat, nec in hoc genere seuerissimis opinionibus, sed communibus inter Doctores utendum erit" (ex apographis eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 126[b]—127[a]). Cum qua doctrina congruunt, quae Lainius ipse in Disputatione, quam „de usura" inscripsit, significat. Quae autem Eldereno, Canisii socio, scripta sunt, ipsi quoque *Canisio* destinata fuisse coniecto. Qui iam in contione sub exitum a. 1560 habita „titulos" quosdam fenoris ex mutuo percipiendi perspicue admiserat (*Can.* Epp. II, 855); in *contione autem, quam inter exeuntem a. 1561 et exeuntem 1562 habuisse mihi quidem omnino videtur, illicitae fenerationis naturam his verbis exposuit: „Quid est usura? Totum illud das man weiter vnd mer einnimpt dan man ausgelihen hat, et quando quis solum ratione mutuj, petit temporale commodum, nutz gewinn vberschutz, es sy an gelt oder geltswerdt. Exemplum. Tu mutuas 20 florenos vicino ea conditione ut anno sequenti soluat 21. ille florenus est usura, et per animae tuae salutem obligaris reddere. Secundo tu mutuas Mercatori hospiti uel artificj 100 florenos ut post annum reddat 5 uel plus, quinque sunt usura." Et paulo infra, ubi de iis, qui fenerationes suas excusent, dicit: „Tertius putat satis esse quod hoc peccatum non punitur imo permittitur iure ciuili, secundum quod licet dare et accipere 5 a centum[1]. Sed secundum ius ciuile permissa lupanaria. In hoc casu Christianus qui secundum suam conscientiam uult iudicare, debet plus curare ius canonicum naturale et diuinum, quod omnes contractus usurarios prohibet ac damnat" (ex commentario a Canisio recognito, cui tempus ascriptum non est. Cod. „Can. X A a" f. 193). Ceterum v. *B. Duhr* S. J., Die deutschen Jesuiten im 5%-Streit des 16. Jahrh., in „Zeitschrift für kath. Theologie" XXIV (Innsbruck 1900), 209—248.

---

[a] *Sic ap.; sed legendum esse puto* anno. [b] aduc *ap.*

[c] *Sequitur* (quacunque ratione *[correctum ex* quoad*]* licite fieri poterit)*; quae vv. postea ab ipso libr. oblitterata sunt.*

---

[1] De legibus imperii a. 1530, 1532, 1541, 1548 ea de re datis vide *Ios. Biner* S. J., Apparatus eruditionis ad jurisprudentiam VII (Augustae Vind. et Friburgi Brisg. 1754), 755—756. „XXIV. Decembris [1559] . . Senatus [augustanus] omnem inter cives usuram hic praeter quincuncem serio prohibuit: *Ach. Pirm. Gassarus,* Annales Augustani, apud *Menckenium* l. c. f. 1889.

746.

FERDINANDUS I.

imperator

CANISIO.

Friburgo Brisgoviae sub 31. Decembris 1562.

Ex apographo a R. P. *Ios. Fischer* S. J. sub a. 1894 ex apographo vel commentario antiquo exscripto.

Epistulae mentionem facit *O. H. Hopfen*, Kaiser Maximilian II. und der Kompromisskatholizismus (München 1895) p. 33[77].

Eum ita res disponere iubet, ut vocatus statim Oenipontem ad se venire possit.

Vindobonae in archivo aulae caesareae[1] *(Dietrichst. Abth.) epistulae, quam pono, exstat commentarium vel apographum antiquum, cui superscripta sunt haec verba: „Doctori Staphilo", subscripta haec: „In simili [forma? causa?] ad Doctorem Canisium": „Ferdinandus . Honorabilis Docte f. n. d.*[2] *Cum Deo dante propediem Oenipontem venturi simus ibique facile eiuscemodi negotia nobis occurrere possint ad quorum expeditionem tua fidelis*[a] *opera nobis usui futura sit. Duximus proinde te per praesentes litteras clementer esse admonendum ut res tuas priuatas sic dispositas habeas, quo uocatus possis citra omnem moram absque ullo rerum tuarum impedimento ad nos properare facturus in eo bene gratam voluntatem meam*[b] *[?] . Datum in oppido nostro Friburgo Brisgoiae die ultima*[c] *[?] Decembris Anno Domini exeunte 1562."*

Easdem Ferdinandi I. litteras P. *Nicolaus Lanoius* S. J. significat, cum Augusta 14. Iannarii 1563 Romam ad P. Christophorum Madridium *scribit: „L' imperatore vuole al fine di questo mese ritrouarsi in Jnspruck . Jl Signor li dia buon viaggio, ha scritto S. Maiesta al Padre nostro Prouinciale ché hà di venir lui anchora in Jnspruck per trattaré di certe cose. Pur si espetanno altré lettere[3]. Jmperoche queste primé sono state solamente mandate per auisare il Padre che si prepari ordinando in Augusta le cosé sue quanto alle sue prediche et altre facende di sua Prouincia et casa" (ex autographo. Cod. „G. Ep. IV" f. 127[a]).

Hae litterae prima quasi semina sunt famosi illius theologorum conventus Oeniponte initio a. 1563 a Ferdinando I. coacti, in quo Canisium et multum sudasse et cum pontifici maximo concilioque tridentino tum caesari optima officia praestitisse in proximo huius operis volumine ostendetur.

---

[a] fideli *ap.* [b] *Sic ap.;* nostram? [c] *Vel:* ultimo.

---

[1] Haus-, Hof- und Staats-Archiv.

[2] I. e. fidelis, nobis dilecte; cf. *Can.* Epp. I, 730. 746.

[3] Hae in proximo volumine ponentur.

VIII.

MONUMENTA CANISIANA.

A.

MONUMENTA AUGUSTANA CANISII.

a) Labores apostolici universim spectati.

226.

M. Ianuario et Februario 1561.

Ex maioris harum litterarum partis apographo, eodem fere tempore in collegio coloniensi scripto et sic inscripto: „pater Guilhelmus Elderen". Cod. col. „Kess." f. 78[a]. Particulam posuit *Hansen* l. c. p. 381[2].

Canisii messis augustana. Sibylla Fuggera. Exercitia spiritualia.

P. Guilielmus Elderen S. J. Augusta, ubi cum Canisio degebat, 25. Februarii 1561 Sociis coloniensibus haec, praeter alia, scribit de Augustanis et maxime de Sibylla Fuggera ad fidem conversa (cf. supra p. 20. 39): P. Canisius in amplissima hic versatur messe, cum fructu vberrimo, Ecclesia congaudente . Comitissa de qua nuper actum, iam tota conuersa est, Sectariorumque doctrinam detestatur maximopere. Huic in nostris exercitijs spiritualibus Comitissa alia[1] successit, et quamplures alij non infime conditionis homines.

227.

10., 19., 26. Februarii 1561.

Ex cod. monac. „Augsb. Domk." p. 30—31.

Cathedrale capitulum augustanum Ottoni cardinali Augustano per litteras — quas ipse petiit — exponere statuit, cur Canisium Augustae contionari pergere, non Tridentum mitti necesse sit.

In actis cathedralis capituli augustani haec, praeter alia, sunt de Canisio, qui ne a Pio IV. vel a Ferdinando I. caesare vel horum iussu a Lainio praeposito generali Tridentum ad concilium mitteretur, et capitulum et Otto cardinalis Augustanus (Romae tunc degens) timebant:

---

[1] Elisabeth de Weissenstein, Ioannis II. Fuggeri uxor? Vide supra p. 16. 20. 72, et infra, monum. 271.

Actum denn X Februarij Anno etc.
61.

Darmit der herr Canisius alhie erhalten vnnd nit vff das Concilium auocirt werde[1], so begertt mein genedigster herr Jrenn fgn. derhalben Lateinisch zuschreiben, vnnd die Grauamina vnnd motiua darinen ad longum aufzufuren darmit Jr fgn. desto stattlicher handlen mogen etc.[2] Sol D. Cunrat Braun[3] einen Concept zustellen gebetten werden.

Denn .XIX. Februarij Anno etc.
vt s.[4]

Hatt herr probst Rem[5] angezaigt vnnd verlesen wie das mein genedigster Herr sein .E.[6] zugeschriben, das Ir fgn. bay der Bapstlichen heilighhait, vnnd des herren Canisij Öbersten verhoffenlich erlangt, das er der Canisius alhie bey dem Stifft pleibenn vnnd nit vff das Concilium verschickht werdenn soll.

Vff XXVI. Februarij Anno etc.
61

Vff obgeschriebenen tag ist das gestelt Concept an mein genedigsten herren vonn wegen D. Canisij abgehortt vnnd vff nechstkunfftigen Sampstag[7] vff die post zu geben beschaiden.

Sequitur nunc Epistola ad
Reuerendiss : data.

228.

CHRISTOPHORUS DE FREYBERG,

cathedralis capituli augustani decanus,

nomine totius capituli

OTTONI DE TRUCHSESS,

cardinali et episcopo augustano, Romae degenti.

Augusta Vindelicorum 26. Februarii 1561.

Ex apographo (A) eiusdem fere temporis, quod est in cod. monac. „Augsb. Domk." p. 31—40.

Duo alia apographa (B C) eiusdem fere temporis exstant Augustae Vindelicorum in archivo curiae episcopalis, fasc. „Dompraedicatur. Corresp. d. Card. O. Truchs. d. Dompr. P. Can. betr." nr. 6. 7.

---

[1] Sub id tempus, praeter alios, Ferdinandus I. caesar, ut videtur, Canisium oratorem suum in concilio constituere cogitabat; vide infra, monum. 351.

[2] Otto igitur cardinalis huiusmodi litteras a capitulo ad se dari cupiebat.

[3] Ecclesiae cathedralis canonicus; vide supra p. 38[1]. [4] I. e.: vt supra.

[5] Wolfgangus Andreas Rhemius, collegialis ecclesiae S. Mauritii praepositus et cathedralis ecclesiae canonicus; vide supra p. 241.

[6] I. e.: Erwurden. [7] Kalendis Martiis.

Canisium ad concilium mitti non convenit. Hic enim, a Christo Augustam ad contionandum missus, religionem ibi quasi restauravit. Atque etiam ex protestantibus, licet multi prava mente eius contiones audiant, haud pauci ipsius et contionibus et privatis colloquiis ad fidem et pietatem reducuntur.

Perlatum est ad capitulum, fore ut Canisius ad concilium, die festo Ascensionis Domini[1] *Tridenti incohandum, mitteretur.* Quod si fiet, dici non potest, quantam per eius absentiam Ecclesia nostra iacturam passura sit: Posteaquam enim consulente simul et consentiente Reuerendissima et Illustrissima D. V. prefatus D. Canisius Ecclesiae huius Cathedralis, in hac Ciuitate Augustana in Concionatorem et predicatorem Verbi Dei a nobis assumptus, imo potius a Christo Domino Apostolica quadam vocatione missus est, omnibus iam cognitum perspectumque est . quantum et doctus vir ille Eccles:[a] hanc nostram iam[b] [?] multis hactenus modis per impios infestatam ac deuastatam, ac post D. Joan. Fabri piae memoriae egregij Viri[c] [?] Verbi Dominicj in hac nostra Ecclesia praeconis[2] obitum, nonnihil aliquandiu desolatam quasi ac languentem, salutaribus suis diuini Verbi praedicationibus denuo refocillarit, et quasi quantum ad cognitionem veritatis Catholicae attinet, quodammodo restaurauerit[d]. Nam ad huius viri conciones, non solum parrochiae eius subditj, sed aliarum etiam Ciuitatis Parrochiarum[e] Plebs et populus, addimus etiam sectarij Praedicantes et eis adherentes confluunt, et illius sermones auidissime audiunt . Iam Vero . etsi non dubitemus, quin multi illuc concurrant . non[f] ea intentione, vt erudiantur, sed Vt instar Pharisaeorum praedicantis verba magis captent[3], ac postea in pub : conuentibus Plebis repraehendant : Tamen illud reipsa experimur, multos ex illius viri concionibus, ea intentione accedentes, hactenus fuisse conuersos, et qui in dogmatibus Fidei et sacramentorum, et Ecclesiae caeremonijs, quae in hac nostra Ecclesia summa cum veneratione seruatae sunt, Cum Catholicis hactenus non communicarunt, eos rursus, ad Catholicae Ecclesiae vnitatem redijsse, et more maiorum suorum, diuinorum caelebrationj interfuisse : Quin illud etiam hoc loco commemoramus, illius viri priuatis colloquijs, Cum personis vtriusque sexvs, tantum esse effectum, vt earum quaedam, quae iam inde a pueritia in impia Lutherj aliarumque sectarum religione educati et doctrina imbuti fuerunt, nec Confessionem vllam sacramentalem, per totum vitae suae cursum fecerunt, nec laicam Communionem

---

[a] *Duo vocabula sequentia in A in margine ascripta sunt.*
[b] *Ita A;* iam *non est in B C.* [c] *Ita A;* Viri *non est in B C.*
[d] *In B* refocillarit *et* quodammodo restaurauerit *correcta sunt ex* erexerit *et* de nouo . . . aedificarit. [e] *Ita B C; in A non est* Ciuitatis.
[f] et non *A C.*

---

[1] Die 15. Maii. [2] De Ioanne Fabri O. Pr. vide *Can.* Epp. I, 711[2].
[3] Cf. Matth. 22, 15. Marc. 12, 13. Luc. 20, 20 etc.

sub altera spetie[a] sumpserunt, iam eo esse[b] illius viri opera, et per spiritus sancti in ipso Cooperantem gratiam perductos, vt ad vnitatem Ecclesiae Cathol: reuersi, publice[c] coram Plebe[d] sacerdoti peccata sua confessi, et virtute clauium Ecclesiae ab ijsdem absolutj, in publico etiam fidelium Conuentu, Eucharistiae sacramentum, secundum Ecclesiae morem et vetustissimam consuetudinem [1], Cuius initium indicarj in nulla historia potest . sumpserint [2] ac tales quidem conuersiones in hac nostra Ecclesia, ex illius viri concionibus et priuatis Colloquijs, quotidiane sunt. *Tanti autem fructus permanebunt solum, si Canisius Augusta non abibit. Nec dici posse, concilii causam publicam esse, augustanam vero privatam ideoque illi postponendam, multae rationes ostendunt. Quare R. et I. dominationem vestram quam maxime rogamus, ut apud summum pontificem et Societatis Iesu praefectos id efficiat, ut Canisius ad concilium ne avocetur . Augusta 26. Februarii 1561.*

Epistulam hanc praeclarus ille Conradus Braun conscripsisse videtur. Vide supra p. 588.

229.

Ab ineunte a. 1560 ad m. Martium 1561.

Ex libro „Colección de documentos inéditos para la historia de España por el Marqués *de la Fuensanta del Valle*“ etc. XCVIII (Madrid 1891), 202; in quem librum tota Lunae epistula transcripta est ex archetypo Septimancae (Simancas) in archivo regio deposito.

Sociorum germanorum labores. Plurimi protestantes Canisii contionibus ad ecclesiam reducti.

Claudius Quignonus (Quiñones) comes de Luna, Philippi II. Hispaniae regis apud Ferdinandum I. caesarem orator, Vindobona 18. Martii 1561 ad Philippum regem scripsit: Los Jesuitas . . . hacen gran provecho en estas partes, y en Augusta se ha entendido che de un año acá que predica allí Canisio, se han vuelto á la religion católica más de diez mil personas.

Ex ipsius Canisii et sociorum eius augustanorum litteris facile patet, eos, qui decem milia protestantium Augustae ad ecclesiam redisse Lunae narrabant, rei actae modum longe excessisse.

230.

Sub initium m. Martii 1561.

Ex libro „Epistolae P. *Hieronymi Nadal*“ I (Matriti 1898), 406.

Pius IV., cum contionatorem protestantem Augustae Canisii opera ad ecclesiam reductum esse audisset, magnas se Societati gratias spirituales daturum esse dixit.

---

[a] spetiae *A.* [b] *Sic B;* ecce *A C.* [c] publicae *A.*
[d] tota plebe *B C, idque fortasse rectius.*

---

[1] I. e. sub una panis specie.
[2] Capitulum imprimis Sibyllam Fuggeram et Iacobum comitem de Montfort, a Canisio sacris S. Ignatii exercitiis excultos, significare videtur; cf. supra p. 20. 72 et infra, monum. 269—271.

P. Ioannes de Polanco S. J. nomine Iacobi Lainii praepositi generalis Roma 3. Martii 1561 ad P. Hieronymum Natalem, visitatorem S. J. in Hispania versantem, haec, praeter alia, scripsit: Estos días uino aquí nueua de un predicador que dizen era principal en Augusta, y se auía conuertido en un sermón del Canissio; y recocijóse tanto el papa, que dixo cosas grandes de lo que quería hazer por la Compañía, quanto á gracias spirituales. Hémosle dado una lista, specialmente de cosas que tocan á Alemagna, y creo nos lo concederá luégo.

Confer supra p. 87.

231.

Mense Aprili a. 1561.

Ex apographo maioris harum litterarum partis, eodem fere tempore in collegio S. J. coloniensi a P. *Leonardo Kessel* rectore scripto et sic inscripto: „pater Guilhelmus Elderen 27 Aprilis". Litteras has a. 1561 datas esse et res, quae in iis narrantur, et locus, quo hoc apographum in Kesselii codice positum est, manifestant. Cod. colon. „Kess." f. 88ᵇ—89ᵃ (in a. 1561 f. 20ᵇ—21ᵃ).

Litteris hisce usus est *Hansen* l. c. p. 381[2].

Augustae multi ad ecclesiam reducti, sacramenta frequentata, exercitia spiritualia etiam proceribus tradita sunt. Multi singulis hebdomadis ad sacram mensam accedunt. Protestantes fremunt. P. Stevordiani contiones. Socii magni aestimantur.

P. Guilielmus Elderen S. J. Augusta Vindelicorum 27. Aprilis 1561 Sociis coloniensibus haec, praeter alia, scripsit:

Augustae messem admirabilem hisce pascalibus ferijs[1] habuimus Deo gratia, et plures 100 ad Ecclesiae reducti sunt gremium. Et constans fama hic est, longissimo tempore tot tamque deuote Sacramenta confessionis et communionis [non] accessisse[a] [?] atque hoc anno. Confessiones sunt auditae eorum, qui tota vita non confessi . . . fuere. Exercitia nostra data fuere non plebeis modo, sed magni nominis viris, vt Comitibus et comitissis[2] qui admirabilem ex illis fructum hauserunt, permulti sunt qui Septimanis singulis et confitentur et sacram synaxin accipiunt cum eorum consolatione et fructu non exiguo. Crepant interim aduersarij et ferunt egerrime, tantam ex eorum faucibus praedam eripi, sed q u i d l u c i a d t e n e b r a s, et C h r i s t o a d B e l i a l?[3] Dicunt hinc aperte, D. Canisium hereticorum concionatores virgis expulsurum hac e Ciuitate, diu si hic manserit[4]. . . . D. Canisium propediem Ingolstatio expectamus[5] in cuius locum

[a] *Sic K;* accepisse?

[1] „Dominica Paschatis" 6. Aprilis fuerat.

[2] E horum numero Iacobus comes de Montfort et Catharina Fuggera, eius uxor, ac Sibylla comitissa de Eberstein erant; vide supra p. 20. 72. 81.

[3] 2 Cor. 6, 14. 15. [4] Cf. supra p. 74—75.

[5] Canisius exeunte m. Aprili per tres fere dies Ingolstadii in Societatis collegio versatus est; vide supra p. 132—133.

aliquoties concionatus est M. Martinus steuort[1] cum satisfactione et applausu omnium Catholicorum, et hereticorum confusione. Valde hic a Catholicis et pijs omnibus amamur et mire nostros suspiciunt.

Quae Elderen de copioso pietatis fructu sub Pascha a. 1561 Augustae collecto scribit, relatione confirmantur, quam *Iacobus Soranzo*, Venetorum apud caesarem orator, Vindobona 4. Apr. 1561 Venetias misit. In cuius relationis „rubrica" sive brevi summa, Venetiis reipublicae iussu scripta — relatio ipsa perisse videtur — asseritur, Sorantium nuntiasse: „Che in Vienna et in Augusta, perchè non v' erano più predicatori lutherani, era gran concorso del populo alle chiese et alle confessione"[2] (*Turba* l. c. III, 185). De contionatoribus tamen lutheranis, quod ipse Sorantius de Vindobona rettulit, „rubricatorem" ad Augustam quoque puto transtulisse[3]; quae certe contionatoribus protestantibus tunc abundabat.

232.

A m. Martio a. 1559 ad m. Maium a. 1561.

Ex exemplo (A) epistulae elderianae, eodem tempore ab ignoto scripto et a Canisio Romam ad Lainium misso; cui *Elderen* sua manu inscripsit: „Augustanae". Cod. „G. Ep. II." f. 107^a—108^b.

Alterum exemplum (B) ab eodem librario scriptum, ab *Elderen* eodem modo inscriptum, a Canisio una cum priore illo Lainio missum exstat ibidem f. 105^a—106^b.

Tertium exemplum (quod non vidi) exstat Coloniae (*Hansen* l. c. p. 765).

Epistula usi sunt: *Sacchinus*, Can. p. 169. 173—182, et Hist. S. J. II. l. 4, n. 119; l. 5. n. 160. *Boero*, Can. p. 223—229. 234—235. *E. Gothein*, Ignatius von Loyola (Halle 1895) p. 761—762. 795.

Res augustanae: Contionatores catholici et protestantes. „Confessio augustana". Protestantes catholicis potentiores hos insectantur. Canisii contionibus multi protestantes ad ecclesiam reducti, catholicorum pietas aucta. Contiones de verbo Dei, indulgentiis, catechismo. Sacramentorum frequentia. Nobiles ecclesiae egregie conciliati. Pauperes litterarum studiosi aliique sublevati. Germani ostiatim mendicantes non ferunt et a ieiunio alieni sunt. Effectum, ut ieiunii legem observent et sua sponte ieiunent. Sacris exercitiis multi prosperrime exculti. Catecheses domesticae. Sacrae confessiones. Ministri protestantes contra Iesuitas declamitant et ad Canisii contiones adeunt. Canisii auctoritas et litterarum commercium; augustana sedes ei commodissima.

Litterae, quarum maximam partem hic pono, Augusta Vindelicorum 8. Maii 1561 a P. *Guilielmo Elderen* S. J. ad Lainium praepositum generalem datae, primae sunt, quas Societatis Iesu sedes augustana e *S. Ignatii* praescripto (Constitutiones P. 8, c. 1 M) dedit, „quadrimestres". Quo nomine a Canisio ipso appellantur (vide supra p. 144), quamquam non solum de primis quattuor anni 1561 mensibus scriptae sunt, sed etiam ad annum 1560 spectant. Canisius ineunte m. Martio a. 1559 Augustam advectus, m. Iunio 1559 summi templi contionator pronuntiatus, sub m. Septembrem 1559 in ludimagistri cuiusdam domum, quae cathedralis capituli fuisse videtur, immigravit, socium e Societate nactus — nam saltem usque ad m. Iunium a. 1559 huiusmodi socio carebat — P. Iodocum Carcaeneum (Carcereum; de quo

---

[1] Stevordianus; vide supra p. 130.

[2] De Vindobonensium pietate ad Philippum II. comes Lunensis, ipsius orator, eodem fere tempore similia rettulit (*Fuensanta del Valle* l. c. XCVIII, 203. 228).

[3] „Bei allen [Rubriche] kommen kleinere Irrungen und Auslassungen von Worten, Fehler gegen die Übereinstimmung im Satze vor": *Turba* l. c. III, XIX.

supra p. 148[2]); quem ante m. Octobrem a. 1560, si non prius, Augusta abisse sat certum est (*Can.* Epp. II, 436. 524. 746. 776. 838. 843). P. Guilielmus autem Elderen (de quo *Can.* Epp. I, 414; II, 607[2]) m. Ianuario a. 1560, si non ante, cum Canisio vivere coepit (l. c. II, 694. 763. 845 etc.). Ad quem m. Februario a. 1561 P. Hurtadus Perez accessit (v. supra p. 56. 58). Praeterea Canisius, si non prius, certe inde a m. Augusto 1560 puero „Andrea" utebatur coquo (vide supra p. 235). Hoc quoque monere iuverit, *S. Ignatium* praescripsisse (l. c.), ut litterae quadrimestres „solum ea, quae ad aedificationem facerent, continerent", reliquis rebus in alteras litteras relatis. Scribit igitur P. *Guilielmus Elderen:*

Versamur hoc loco Sacerdotes duo una cum Reverendo P. Provinciale, qui hoc fere biennio primarium agit Augustae Ecclesiasten. Praeter hunc alij pauci Catholice concionantur . Ex hereticis uero Doctores non pauciores tredecim aut quatuordecim numerare licet[1], qui multis iam annis hanc amplissimam Rempublicam partim Zwinglianae partim Lutheranae doctrinae fermento insigniter corruperunt[2]. Nam ex hac ipsa vrbe prodijt Augustana illa confessio, quae sectarum et haeresum nostro tempore propagatarum uel maximum seminarium fuit . Et quo maior est hic sectariorum tum in senatu tum in populo fraequentia, eo incommodius agitur cum Catholicis, quos varijs hic modis affligi uideas, praesertim si homines tenuioris fortunae sint . Jllos heretici perinde ac Idololatras et superstitiosos habent, eorum fortunis inuident ac obsistunt, illorum religionem et sacra petulanter insectantur . Hanc odij ac maleuolentiae flammam alunt seditiosae conciones aduersariorum, vt prope miraculum videatur, Catholicos in tanta sectariorum turba quiete versari . Quae omnia idcirco praefati sumus, vt in tantis tenebris clarius appareat diuinae gratiae lux, quam hoc quidem tempore experiri videmur, postquam P. Prouincialis hic coepit euangelizare . Plures ad eum solum quam ad omnes qui Catholice docent, confluunt auditores . De cuius sane concionibus Catholici uel hoc nomine sibi plurimum gratulantur, quod in hac vrbe et Ecclesia multarum rerum praeclara sit facta immutatio . Primum enim liberius et fraequentius ad sacra populus accedit, quemadmodum festis praecipue diebus in templis uidere est . Deinde Catholicorum est facta ingens accessio, qualis multis quidem ab hinc annis Augustae non contigit . Jllius opera non plebei tantum, sed etiam nobiliores et praediuites quidam ex haereticis Catholicj facti, ac per Dej gratiam Ecclesiae restituti sunt[3]. Erecta in templis Dominicae

[1] Anno 1555 Augustae Lutheranorum minister ad S. Crucis erat Iacobus Rulichius; qui postea ministrorum protestantium ibidem „senior" fuit. Eorundem „superintendens" a. 1561 erat Georgius Eckard (*Döllinger,* Reformation II, 581. 582).

[2] Iam inde ab a. 1518 ac maxime ab a. 1537, quo missae sacrificium omnesque caerimoniae catholicae a senatu abolitae, totus clerus urbe cedere coactus, altaria sacraeque imagines a plebe destructa atque ablata sunt. Anno tandem 1547 clerus rediit sacraque catholica ex parte restituta sunt (*Braun*, Bischöfe III, 305—309. 381—382. *Janssen* l. c. III, 352—357. *Stengelius* l. c. p. 254—287).

[3] Ut aliqui de Fuggerorum familia; vide supra p. 587. 590[2] et infra, monum. 269—271.

crucis trophaea, parata recens altaribus ornamenta[1]. atque vt Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum colatur religiosius, illustris, et qui populares oculos moueat spectatu dignus apparatus accessit[2]. Multo sane plures, qui adhuc uelut oues sine Pastore[3] misere vagantur, in viam Catholicae veritatis redirent: patremque audire cuperent: sed partim pudore auocati, partim priuati commodj ratione impediti, non audent vulgi aduersus se animos concitare. De verbo Dej tractatum est multis a Patre concionibus: eo enim Sectarij plurimum gloriari solent. Jllud autem habitae Conciones per Dej gratiam effecerunt, vt etiam hereticj nunc plurimum ambigant, sit hoc ne Dej verbum, quod e Lutheri biblijs deprauatis hactenus imbiberunt[4]. Et laborant adhuc aduersarij, vt multorum animos hac ratione alienatos atque suspensos ad se reuocent, quod aegre quidem praestabunt, cum illorum fraudes et dissensiones mutuae palam detectae in omnium oculos magis ac magis incurrant. Itaque magna illorum esse pars dicitur, qui neque Catholicis se ausint publice adiungere, neque Lutheranis uelint fidere Doctoribus, a quorum etiam concionibus plaerique abstinent. Cum de indulgentijs doceret Pater[5], quod argumentum est istis vehementer inuisum, mira quaedam et insolita populi pietas, quae mox consecuta est, magnam pijs attulit consolationem, cum ingens fuerit hominum multitudo tum in templis orantium, tum ad Sacram Confessionem et Communionem sese conferentium[6]. Jn Quadragesima proxima praeterquam quod ordinarijs concionibus Pater operam dedit, coepit etiam Catechismum explicare, vt ante et post prandium in hebdomada saepius concionaretur. Placuit is liber vehementer doctis et indoctis, magnumque inde fructum ad multos peruenisse deprehendimus[7]. . . . Nec desunt modo e nobilioribus matronis ex praecipuis familijs, quae singulis mensibus, id quod hoc loco fuerat inusitatum, sacram Synaxim adeant[8]. Comes unus in spiritualibus nostris meditationibus eos fecit progressus, vt abiecta demum omni perfidia atque haesitatione ex Lutherano Catholicus totus euaserit, qui nostra etiam opera primum in Sacramentis suscipiendis vti uoluit.

---

[1] His parandis imprimis Sibylla et Ursula Fuggerae operam navabant; vide infra, monum. 233. 288. 304. 344.

[2] Sibyllae Fuggerae opera id factum est; cf. infra, monum. 269.

[3] Num. 27, 17. Matth. 9, 36 etc.

[4] De sacra Scriptura per Lutheri versionem aliasque bibliorum editiones adulterata Canisius in aede maxima dixerat 1. Decembris 1560 (*Can.* Epp. II, XLII).

[5] Mense Decembri a. 1560 ac fortasse etiam m. Ianuario a. 1561 (*Can.* Epp. II, XLIII. 781[5]. 845[3] et supra p. 3. 23 atque infra, monum. 248).

[6] Cf. supra p. 3. 12. 23.

[7] Vide supra p. 21. Canisius igitur in his catechesibus, quas ter singulis hebdomadis habebat (vide supra p. 72), catechismum suum (Summam? Parvum catechismum Catholicorum?) explicabat.

[8] E harum numero Ursula et Sibylla Fuggerae fuisse videntur; vide supra p. 34. 55. 156.

Jdem beneficium eius vxori praediuiti accidit[1]. Fuit et altera Comitissa[2], quae plurimos annos in haeresi obstinata vixit, ea cum Patrem aliquoties concionantem audisset, ac deinde priuatim[a] ab eo fidem Catholicam fuisset edocta, totius vitae peccata illi aperuit, a quo simul Ecclesiae est reconciliata. Cuius matronae poenitentia multorum hic animos valde permouit, praesertim cum insigne pietatis specimen de se praebeat, quae nunc etiam venustum domj sacellum exstruit, ac de Catholicis bene mereri pergit. Cum scholastici pauperes hac asperrima hyeme frigore discruciarentur, effecit Pater publica exhortatione, vt ad illos vestiendos magna pecuniae summa collata atque distributa fuerit[3]. Rursus cum egeni et miseri, quos Catholicos esse constabat, neque ex hospitio migrare, neque nouas aedes conducere per inopiam possent, data est opera, vt diuitum liberalitate illi subleuarentur. Dura est enim Augustae, quemadmodum et in alijs Germaniae Ciuitatibus plaerisque pauperum conditio, cum non ferant illic mendicos publice stipem petentes, aut Eleemosynas ostiatim colligentes. Tum haeretici nullis minus quam Catholicis fauent. Fuerunt autem diuites quidam inter Catholicos, qui annis ab hinc aliquot veriti non sunt Quadragesimam esu interdicto carnium commaculare. Sed partim priuatae admonitiones, partim conciones patris publicae perfecerunt, vt illi suam in victu licentiam, quae cum aliorum scandalo coniuncta erat, missam fecerint, seque post multos annos tandem ad Ecclesiae decretum accommodarint[4]. Et quamuis vix ulli reperiuntur, qui a praescripta ieiunandi consuetudine magis quam Germanj alieni sint: vnde complures in omni vita nunquam aut raro admodum ieiunasse comperiuntur: nunc tamen, vbi de Ecclesiae mente atque sententia certiores facti sunt eandem non inuiti probare et amplecti videntur. Quin et adeo quibusdam Ieiunationes placent, vt non solum eas diebus ab Ecclesia praescriptis obseruent, verum etiam hebdomadatim eas vltro sibi indicant: praesertim eo die, quo Christus Dominus diram pro nobis mortem in cruce perpessus est. Quod quidem ante nostrorum aduentum illis nulli curae fuit. Hoc vnum dicam de spiritualibus meditationibus nostris, quas vtriusque sexus hominibus saepe communicauimus, fructum inde singularem atque vberem ad multorum conscientias redijsse. Adhibuerunt enim vigilias, suspiria, lachrymas, precationes, eleemosynas, aliosque dignos poenitentiae fructus[5], vt labes et sordes animae per

[a] priuatam *A B*.

[1] Iacobus comes de Montfort et Catharina Fuggera, eius uxor, significari videntur; vide supra p. 16. 20 et infra, monum. 271.

[2] Sibylla comitissa de Eberstein, Marci Fuggeri uxor; vide supra p. 20 et infra, monum. 269. 270.

[3] Quantam iis tribuerit Sibylla Fuggera, paulo infra apparebit.

[4] Cf. supra p. 70. 373. [5] Luc. 3, 8. Matth. 3, 8.

totam vitam contractas diluerent . Accessit generalis peccatorum omnium exomologesis : Qua peracta, mirificam diuinae gratiae consolationem, et ingentem conscientiae pacem laeti reportauerunt, vt idcirco Christo et nobis debere se plurimum fateantur . Domj nostrae conuenerunt hactenus studiosi, et ex his consulum, nobilium diuitumque filij, quibus Catechismus explicatur, sic postulantibus eorum parentibus et amicis : quem sane laborem haud vanum fuisse comperimus[1]. Pergrati sunt nostri poenitentibus . Vnde ad Sacram Confessionem saepenumero expetuntur, multique sua illis arcana committunt, atque cum lachrymis detegunt. . . . Dici nequit, quam acerbo et hostili sint in nos animo Sectarij, qui nullum Catholicorum ordinem minus probare ac ferre possunt, atque Jesuitas (sic enim vulgus nostros appellat) ab his metuunt sibi quam maxime . Hinc pro concionibus clamant et monent anxie, caueant sibi omnes a nouo hoc hominum genere, quod non modo doctrinam, sed etiam probitatis et pietatis speciem haud vulgarem prae se ferre videtur. . . . . Fraequenter accidit, vt Lutheranj Doctores Augustae Patrem audirent concionantem . Gaudent interim Catholici, eos coram de suis admoneri erroribus, Quod quidem modeste fieri solet, et confirmat pios conspecta istorum in moribus barbaries, dum perinde ac athei rabidique canes, templorum et sacrorum reuerentia ne tantillum quidem tanguntur, imo perinde ac Saulus ille spirantes minarum et caedis[2] astare videntur . Sed ne multis, fatentur sapientes omnes, magni referre, vt haec primaria Resp : in quam totius Germaniae et oculi et animj solent esse conuersi, talem habeat concionatorem, cuius authoritas praeterquam quod longe lateque claret, etiam aduersariorum in hac vrbe et finitimis locis doctrinam obscurat, impeditque conatus, nec minus Catholicos praesentes iuxta et absentes in officio Religionis confirmat . Scribitur ad patrem vndique magnis de rebus, praesertim quae ad Catholicam fidem in Germania tuendam faciant : Nec vllus est in Germania locus, vt arbitror, qui rectius Prouinciali seruiat ad Prouinciae huius Collegia commodius administranda[3]. Oramus demum vniuersos et singulos, qui haec lecturi, vel audituri sunt, Chariss : Patres et Fratres, vt suis ad Christum precibus saepe multumque fusis diuinam nobis et Augustanis gratiam impetrare contendant . Augustae 8 Maij. 1561. Guilhelmus Eldrensis[a].

[a] *In A B sequitur* subscripsit, *a libr. (ut omnino videtur) additum.*

[1] Autumno a. 1560 Canisii aedibus ipsius rogatu novum conclave, in quo pueri instituerentur („ain stublin fur die knaben“), a capitulo cathedrali additum erat (*Can.* Epp. II, 863). [2] Act. 9, 1.

[3] Antiquus collegii augustani *historicus* (P. Matthaeus Raderus S. J.?) *scribit: Anno 1561 cardinalis Otto Sociorum augustanorum „censum annuum trecentis auget nummis philippaeis“ (Cod. friburg. „Hist. coll. Aug.“ p. 10). Cf. *Can.* Epp. II, 842—843.

233.

A m. Maio ad Septembrem 1561.

Ex apographo, eodem tempore in domo S. J. augustana ex archetypo exscripto et ad Socios romanos misso. Cod. „G. Ep. II." f. 118a—119a.

Litteris usi sunt *Sacchinus*, Can. p. 173. 174. 177—181, et *Boero*, Can. p. 228 ad 229. 234.

Canisii contionibus multi ad fidem convertuntur. Sacramenta frequentantur. Exercitia spiritualia magno cum fructu traduntur. Monasteria. Protestantes contra Iesuitas declamant. Catholicorum (maxime Sibyllae Fuggerae) precantium, sacrum ornatum subministrantium, stipem pauperibus dantium pietas. Virginitas reflorescit. Templa instaurantur. Aegroti iurantur. Accurritur ad Sociorum missas et sacra tribunalia. Socii fenerationes improbant, catechismum explicant. Spes collegii. Quidam oblocutionis poenam luit.

P. Guilielmus Elderen S. J. in litteris quadrimestribus domus S. J. augustanae, „Augustae . Mense Septembrj . M.D.LXI." datis: Hoc quidem, *inquit,* proximo quadrimestri tempore ut breuiter de illo rationem reddamus, cum Reuerendo P. Canisio P. Hurtadus et ego Augustae viximus. . . Conciones Patris[1] Domino cooperante[2], fructum hic ingentem adferunt, quem partim illorum qui docentem libenter audiunt, ostendit frequentia[a], partim docet Neophitorum qui ab heresi ad Ecclesiam redeunt resipiscentia, partim illorum profectus testatur qui nunc saepius et diligentius quam ante hac unquam, presertim diebus festis, ad Sacrae Confessionis et Communionis usum frequentem accedunt. Tum studiose curant Catholici, ut errantes et dubios in fide pelliciant ad Patris conciones, quod satis intelligant illius doctrina ueluti presentj luce, Sectariorum tenebras fraudes et artes potenter detegi atque profligari. Multos exercuimus in spiritualibus meditationibus, earumque uim singularem et admirabilem experti, non incelebrem de his rumorem sparserunt. Alij ab hoc meditationum instituto nescio quomodo cauent, et auertunt alios, utpote metuentes nihil magis quam per illas fore, ut assueta communis vitae licentia cum perfectiore uiuendi genere in plurimis commutetur. Vident enim in nonnullis mutationem Dextrae Dei excelsi[3], qui harum meditationum usu longe alij quam prius esse coeperunt, postquam integram totius vitae rationem perfecta quadam peccatorum enumeratione nobis reddiderunt . Laboratum est etiam in Monasterijs utriusque sexus[4]. . . . . De Hereticis nihil est nouum, quod Patrem

[a] *10 vv. sqq. in marg. ascripta sunt.*

[1] Canisii. [2] Marc. 16, 20. [3] Ps. 76, 11.

[4] Augustae tunc erant Benedictini (ad S. Udalrici), Canonici regulares ordinis S. Augustini (ad S. Crucis et ad S. Georgii), Dominicani, Canonissae nobiles (ad S. Stephani), Dominicanae (ad S. Catharinae) etc. Canisium ad monasterium S. Catharinae reformandum operam contulisse compluribus testimoniis confirmatum est; cf. etiam *Can.* Epp. II, 502 et infra, monum. 247. Canisius a. 1561 etiam in mo-

et Jesuitas omnes, ut ipsi uocant in odium et inuidiam adducere adeoque pro concione palam proscindere pergant, qui nostrorum doctrina et authoritate se apud uulgus premi et obscurari dolent. Ad audienda sacra quae in primario templo recitamus frequentes cupide conueniunt, et quod erat insuetum antea inflexo utroque genu more nostrorum se religiose componunt . Ad altare nostrum [1] saepe offerunt aliquid, licet hoc in usum nostrum minime cedat, et subinde petunt ut ipsorum causas et amicos defunctos Domino commendemus . Donant ultro et parant exquisita ad rem diuinam celebrandam ornamenta, quae per nostra Collegia distribuimus [2], et aliorum Sacerdotum usibus applicamus . Est nobilis hic Matrona ex Lutheranismo conuersa [3], Ciuitatis huius et Catholicorum omnium illustre spectaculum facta [4], quae magnam rationem habet in augendo et ornando numero Catholicorum, quae alias quoque matronas permouet ad frequentes eleemosynas in Catholicos pauperes conferendas, quae insuper uel praetiosissimas uestes quibus hactenus abundabat, ad parandas, ut uocamus, casulas applicat, Eadem et alij nonnullj saepe ad nos mittunt, quae non sine ui et molestia quadam refutamus munera, adeo nobis fauere, ac de nobis bene mererj, usquequaque conantur . . . Est magnus ad nos concursus pauperum, ut ipsos Diuitibus commendatos reddamus, qui praesentem consolationem et opem nostram saepe sibi prodesse sentiunt . Virgines duae honesto loco natae, et a nobis hactenus in pietate institutae, sunt alijs admirationj, quae suo quidem exemplo complures permouerunt, magisque permouebunt, cum institutum monasticum ad quod prorsus aspirant breui amplexae fuerint . Damus etiam operam duobus Templis restituendis et ornandis, quae superioribus annis Haereticj prophanata omnique sacro cultu spoliata reliquerant, quae nunc uero pictores, sculptores et Lathomi instaurant atque reformant . Neque modo sanis uerumetiam egrotis atque morientibus inseruimus, qui acceptis aliquando Sacramentis aperte fatentur se per nos plurimum consolatos, adiutos et quasi restitutos esse . Venit ex Saxonia quidam missus ad nos ut Ecclesiae restitueretur, qui laetus et Catholicus plane confirmatus abijt [5]. . . . . Deseruntur alij Confessarij Patres et ad nos accurritur, quod gaudeant Augustani, nobis potius quam cuiuis alij aperire atque permittere suas conscientias; Quanquam insipidus est plerisque cibus, cum audiunt sicut et passim nunc de eo rumor spargitur, nostros quibusdam contractibus usurarijs refragarj, et restitutionem urgere, in his quae longo multo-

nasterio Kühbach, quod monialium benedictinarum erat, fuisse videtur; vide infra, monum. 272. In templo Dominicanorum contionatus est; vide infra, monum. 248.

[1] Canisio ceterisque Sociis in ecclesia cathedrali altare S. Bartholomaei (quod iam non exstat) assignatum erat (*Can.* Epp. II, 843).

[2] Cf. infra, monum. 288. 304. 344.

[3] Sibylla comitissa de Eberstein, Marci Fuggeri uxor; vide supra p. 20. 595.

[4] 1 Cor. 4, 9. Hebr. 10, 33. [5] Stephanus Agricola „iun." (v. supra p. 22).

rum usu apud Augustanos male confirmantur . Perlectus[a] [?] est domi Catechismus pueris, qui nobis saepe a magnis et honestis uiris commendantur[1]. Omittam qua nos gratia quo fauore Magnates hic prosequantur, qui praeclare quidem de Patre[2] sentiunt, et loquuntur et reuerentiam illi exhibent singularem . Nonnulli de pluribus hic alendis deque Collegio instituendo, solliciti cogitare uidentur . Cum quidam scripto in Ecclesia proposito, Patrem traduceret, statim comprehensus et in vincula coniectus temeritatis suae poenas luit . Augeat in nobis Diuina bonitas gratiam, ut non solum de hac Ciuitate, sed etiam de tota Germania bene mereri possimus.

234.

A die 18. ad 20. Octobris 1561.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 124b.

Augustanorum modestia et pietas. Canisii contiones frequentantur. Reliquorum ordinum religiosi eum amant. Sacrae reliquiae. Fuggerae liberalitas. Canisius adiutoribus eget. Eius in Socios caritas.

P. „Pietro Burgundo" S. J. (de quo vide supra p. 216), ex Italia cum aliis Sociis Moguntiam ad collegium incohandum missus, ex itinere, „D' agosta il di 20 d' ottobre" [1561] Romam ad P. Salmeronem (ut videtur) scripsit: Tra le altre cose li quali si piaceno in questa Magnifica Citta Dagosta, e che habbiamo trouato grande modestia fra il popolo in commune, et grande deuotione in quelli liquali sono Catholici, il numero delli quali ua accrescendo tuttauia. . . . Jl Reuerendo Padre Canisio si troua assiduo a far suo officio et ha assai gran concorso et e bene voluto tra li catholici et tra li altri religiosi, li qualj di cio ci fecero fede a farsi carrezze nelli luor monasterij . nellj qualj habiamo visto cose rare et singulari massime la magnificenza delle reliquie bene custodite et conseruate[3]. La Signora Fucchara[4] ci ha mandata abundanza di roba per elemosyna per duo giorni, ma in uero il padre Canisio ha bisogno di alcunj coadiutorj come di Cuoco et Sartore, in perche lo trouamo solo in tantj occu-

[a] *Sic ap.;* Praelectus?

[1] Antiquus collegii augustani *historicus* de cardinale Ottone *scribit: [Anno 1561 Augustae] „a sociorum vno iubet Elementa Romanae Ecclesiae tradi, quibus imbuta aetas tenera, in virtutum et innocentiae studio adolesceret (Cod. friburg. „Hist. coll. Aug." p. 10).

[2] Petro Canisio.

[3] Ex his monasteriis certe erat benedictinum illud SS. Udalrici et Afrae, quod Iacobo Köplin abbate (1548—1600) et pietate et litteris floruisse ac Fuggeris imprimis carum fuisse traditur (*Plac. Braun,* Geschichte der Kirche und des Stiftes der Heiligen Ulrich und Afra in Augsburg [Augsburg 1817] p. 315—320).

[4] Ursula? Sibylla? Vide supra p. 55. 594. 595. 598.

pationj[1], et bisogna che adoperj vn suo studioso[2] il qual sta con lui a far Cucina et ogni altra Cosa: Ma di questo mi rimetto. basta che ci ha fatto tutte le carrezze possibilj.

235.

Anno 1561.

Ex *Theodorici Canisii* litteris autographis. Cod. „G. Ep. II" f. 242ᵃ.

Maior huius fragmenti pars exstat (italice versa) apud *Boero,* Can. p. 227, et (hispanice versa) apud *Ram. Garcia* S. J., Vida del Beato Pedro Canisio (Madrid 1865) p. 206—207, et (gallice versa) apud *Michel* l. c. p. 242.

Canisius praeter praepositi provincialis officium complura alia onera sustinet; antequam contionetur — id quod saepissime praestat — per magnam noctis partem vigilat; continua paene utitur abstinentia. Adiutore eget.

Theodoricus Canisius, collegii monacensis rector, Monachio 31. Decembris 1561 Alphonso Salmeroni, Societatis vicario generali, de Petro Canisio fratre scripsit: Cum ex officio de patris prouincialis persona, quae mihi videntur, scribere incumbat[3], parum certe vel nihil quod in praesentiarum ad R. P. T. hac de re scribam habeo, nisi forte de nimio scribam onere quo R. P. Prouincialis continuo premi videtur cum solicitudini quam officium prouincialis annexam habet, accedant extraordinariae complures. Taceo laboriosissimum concionandi munus, quod vel solum hominem totum sibi vindicat, in tali praesertim loco et tali tempore. Scio ego quotiescunque illi concionandum est, concionandum est autem saepissime, bonam eum noctis partem traducere insomnem, et assidua pene vti abstinentia. Non abs re fortassis foret si prudens aliquis et in rebus societatis vtcunque versatus bono patri adhiberetur, qui minora negotia adeoque rem familiarem curaret.

Theodoricus Canisius m. Octobri 1561 Augustae, ut sollemnem professionem in Petri fratris manibus emitteret, moratus erat (v. supra p. 250. 262). Quae autem ipse de fratris in contionibus parandis habendisque diligentia scribit, ipsis codicibus, in quibus Petrus contiones suas partim ipse scripsit, partim scribendas curavit, confirmantur; vide *Can.* Epp. II, 844—845, et infra, monum. 248. Perperam igitur Victoria eum, quod in contionibus parandis negligentior esset, accusavit; cf. infra, monum. 382. 383.

236.

Exeunte a. 1561.

Ex apographo recenti, quod exscriptum est ex huius litterarum partis apographo eodem fere tempore Romae (in domo cardinalis Ottonis?) scripto et sic inscripto: „Per lettere di un canonico della Cathedrale di Augusta del medessimo giorno" (i. e. „3 Januarij 1562", ut in eadem apographi veteris pagina paulo supra notatum est).

---

[1] Augusta paulo ante P. Perez Vindobonam, P. Elderen ad tempus Ingolstadium ivisse videntur; vide supra p. 250—251. 254.

[2] Andream Stör; vide supra p. 234. 235.

[3] Vide supra p. 100.

Eandem litterarum partem, nonnihil tamen, si verba, non res, spectantur, mutatam, posuit *Boero*, Can. p. 226. Qui litteras ineunte a. 1561 scriptas esse perperam existimat. Eandem gallice versam posuit *Michel* l. c. p. 240. Usus est eadem *Sacchinus*, Can. p. 187—188.

Iubilaei indulgentia Canisiique contionibus Augustae et catholici et multi protestantes, ut nunquam ante, adiuti sunt. Cardinalem Ottonem, quominus Canisius Tridentum avocetur, impedire oportet, ne ministri protestantes, a Canisio prostrati, iterum erigantur.

Canonicus aliquis cathedralis ecclesiae augustanae (Wolfgangus Andreas Rhem? Conradus Braun?) Augusta 3. Ianuarii 1562 Romam ad Ottonem cardinalem Truchsessium haec, praeter alia, (latine? germanice?) scripsit: L' Jndulgentie concesse da S. Beatitudine per conto del concilio [1] non hanno mai fatto maggior vtilita, et frutto quanto adesso, perche di quelle non solamente' si sono fatti participi' li catholici jn gran numero, ma anchora molti altri, che mai erano stati catholici . Et il Padre Canisio ha fatto gran cose con sue quotidiane prediche et essortationi jn questo aduento passato, et conosciamo chiaramente, che jn questa citta la parte catholica giornalmente si augmenta . per questo supplicamo V. S. Reuerendissima che facci ogni opera per che il detto Padre Canisio non sia chiamato al concilio [2] per che non si puo credere che possi fare jn Trento maggior frutto che jn Augusta, doue non e nissuno parsuo, et jn Trento non mancano molti dotti et l' absentia sua darebbe occasione, et causarebbe la defettione di molte nouelle piante, che egli ha jntrodotto nella chiesa catholica et li Predicatori lutherani pigliarebbono forza et animo, li qualli adesso jnsuapresentia stano smariti, ne sanno che si fare, ó dire uedendo il populo jntanto numero seguire il canisio.

237.

Anno 1561 exeunte.

Ex *Boero*, Can. p. 226; qui eo loco primum quidem epistulam supra n. 236 positam profert, his verbis praepositis: „Scrissero al Cardinale alcuni canonici e cittadini principali di Augusta"; post quam epistulam addit: „E un altro soggiunge: ‚In cento'" etc., ut infra. Quem ecclesiae cathedralis canonicum fuisse, ex *Sacchino*, qui Can. p. 187 prima eius verba (latine) ponit, intellegitur. Fortasse autem Boero (qui prorsus videtur labi, cum hanc epistulam non, ut Sacchinus, sub anni 1562, sed sub anni 1561 initium datam esse censet) huius epistulae, sicut superioris, verba aliqua, re ipsa salva, mutavit.

Etiam (gallice) apud *Michel* l. c. p. 241.

Iubilaeum maxime frequentatum. Canisii virtus eximia.

Canonicus aliquis cathedralis capituli augustani, isque alius ab eo, qui epistulam superiorem (n. 236) scripsit, (Conradus Braun? Wolf-

[1] „Jubilaeum" 15. Novembris 1561 a Pio IV. concessum et a 14. ad 28. Decembris 1561 Augustae actum; vide supra p. 328[4]. 330. 344. 346. 352.

[2] Cf. supra p. 344. 347.

gangus Andreas Rhem?) sub initium a. 1562 Augusta Romam ad Ottonem cardinalem Truchsess de „iubilaeo" paulo ante Augustae acto (vide supra p. 601[1]) scripsit: In cento anni non si è mai veduto tanto fervore e zelo di religione in Augusta, quanto in questi giorni per la pubblicazione dell' indulgenza papale. Maraviglioso è stato il concorso del popolo alla confessione, alla communione e alle processioni. Se il buon P. Canisio resta qui, farà cose incredibili. Dio ne sia laudato.

238.

A mense Septembri a. 1561 ad m. Ianuarium 1562.

Ex *Eldereni* litteris archetypis ac partim etiam autographis. Cod. „G. Ep. III" f. 32a—33a.

Earundem litterarum exemplum exstat Coloniae (*Hansen* l. c. p. 765); quod non vidi.

Epistula usus est *Sacchinus,* Can. p. 180—182.

Augustae Canisii eiusque socii opera multi ad ecclesiam redeunt. Quos, cum protestantes insectentur, Socii stipe collecta adiuvant. Contiones de indulgentiis et de extremo iudicio a Canisio habitae. Iubilaeum magna cum frequentia et religione actum. Confessiones generales. Multae feminae virginitatem et religiosam vitam amplectuntur. Populi magna in ecclesiis apparet pietas. Harum ornatus instauratur. Iesuitas protestantes calumniantur, catholici laudant. Canisius plurimas scribit epistulas. Ipse eiusque socius in Fuggeria aegrotos visitant, domi catechismum explicant etc.

P. Guilielmus Elderen S. J. in litteris quadrimestribus domus Societatis Iesu augustanae, Augusta 5. Ianuarii 1562 datis, scribit: Quadrimestris temporis ratio reddenda est de Augustana messe, in qua duo adhuc, Christo fauente, saluj uersamur. Jnterea id genus multa hic contigerunt, quae cum superioribus narrationibus antea missis plane congruunt, ut ea repetere supersedeam, quemadmodum de praeclaro successu concionum, quas pater prouincialis noster D. Canisius habere pergit: de populi Augustani erga nos constanti fauore ac singulari beneuolentia: de aucto item catholico grege: nisi quod ex haereticis sane plures quam hactenus magna Dei gratia, per nos Ecclesiae sint reconciliati. Catholicj tum sibi tum nobis hoc nomine gratulantur, praedicant id exterj quoque magnifice, quod opera nostra plurimorum animis commodet ueraeque doctrinae lucem restituat ac summam adferat consolationem, ut nulla in imperio ciuitas reperiatur, quae Lutheranismum sit semel amplexa, et in qua uberior ad Catholicismum confirmandum accessio fieri uideatur. Jdque iustius admirabitur quisquis recte norit, Augustae uelut in medio Babylonis[1], ubi tam multi cathedram pestilentiae[2] tenent[3], praepotentes esse uires aduersariorum, qui clam palam hostili animo, pestilenti studio, haeretica peruicacia nostros prosequuntur [*sic*] Neo-

[1] Ez. 17, 16. [2] Ps. 1, 1.

[3] Protestantium ministros sive contionatores significat.

phytos, qui ex ipsorum Synagoga ad ueram Christj ecclesiam transitum parant . Vnde cum horum fortunis et commodis eodem zelo, quo Saulus primos Christianos insectabatur[1], nihil non detrahant damus illis operam in fide confirmandis, et collectam a ditioribus pecuniam in eos qui sunt tenuioris fortunae saepe conferimus. Tractata est pro concione materia de Jndulgentijs et iuditio extremo[2]. Ferunt centum ab hinc annis maiorem populi pietatem uix esse conspectam in amplectendo Indulgentiarum beneficio[3], quod magis etiam ornarunt supplicationes hoc loco publice a frequentissimo Catholicorum coetu celebratae[4]. Fatentur multi et res ipsa declarat conciones de extremo iudicio efficaces, et audientium animis salutares fuisse. Quod antea erat insuetum, nunc in laude ponitur, sacrae confessionis et communionis usum frequentem adhibere[5]: eaque pietate Catholicos mirum in modum in officio continerj, atque ad meliora prouehi cernimus. Maiorem confitentium ac poenitentium frequentiam hucusque non sumus experti, quibus integros dies, et aliquam noctium partem dare debuimus, presertim quod non paucj totius uitae rationem nobis reddere, et generales, ut uocant, confessiones edere magno cum fructu decreuerint[6]. . . Jacebat hic neglectus ac pene contemptus uirginum status, in quo erigendo tantum Christo earum sponso fauente profecimus, ut plaeraeque nunc perpetuum elegerint celibatum, seque uoto obstrinxerint, ut cum virgine virginum Maria simul carne et spiritu sanctae[7] perseuerent . Nonnullae et inter has quoque nobiles ac diuites puellae quaedam, ut magis etiam Christo sponso placerent, in monasticae uitae ac religionis portum confugere . Nunc impatienter expectant aliae, ut relictis et ipsae omnibus[8] a mundo ad Christum, a carne ad spiritum se prorsus transferant, ad uitam monasticam penitus aspirantes. Hoc uere affirmare possum, grandem et iucundam esse rerum hoc loco mutationem, si quis antea uidit Augustam, et nunc presentem forte spectat in templis precantium frequentiam, modestiam, pietatem, quae uix in ulla Germaniae ciuitate maior apparet, ut exterj idcirco mirentur, cum hac aliquando

[1] Cf. Act. 9, 1—2. Gal. 1, 13.

[2] De his Canisii sermonibus vide infra, monum. 248.

[3] „Iubilaeum" illud a Pio IV. ad prosperum concilii tridentini successum obtinendum 15. Novembris 1561 concessum, Augustae a. 14. ad 28. Decembris 1561 actum erat; vide supra p. 601. [4] Cf. supra p. 346. 352.

[5] *Canisius* in commentario *contionis 21. Decembris 1561 (Dominica IV. Adventus) Augustae in aede maxima a se habitae sua manu scripsit: „Scio multos hodie communicaturos et post dies 8" (Cod. „Can. X. T." f. 9[a]).

[6] *Canisius* 14. Decembris 1561 e suggestu cathedralis ecclesiae, cum iubilaeum promulgaret, dixerat: „Si quis etiam se pararet ad communionem Confessione de tota vita, proculdubio maiorem inueniret gratiam. Non enim prohibitum est vnum peccatum sepe confiteri, sed prodest ad maiorem inducendam confusionem" (ex Canisio autographo. Cod. „Can. X. Aa" f. 183[b]). [7] 1 Cor. 7, 34.

[8] Luc. 5, 11. 28. Matth. 19, 27.

transeunt[1]. Curantur indies magis ac magis, quae ad Dei domum ornandam pertinent, et restituuntur singularj studio, quae superioribus annis Iconoclastae submouerant, et sacris in locis sacrilegi prophanarant . Dolet interim Sathan Christi regnum intus et foris illustrarj, nouosque palmites in hac uinea tam laete ac late succrescere . Multos ergo subornat e sectarijs, horumque concionatores aduersus nos ac Jesu societatem omnem concitat, ut quod ueritate non possunt, mentiendo, calumniando, maledicendo perficiant apud uulgus imperitum. Crediderim uix ullum prodire nouum opus aduersariorum, quo Canisij et Jesuitariorum quos et Jebusaeos[2] uocant, nomina non perstringantur, et traducantur : sed a talibus uituperarj laudari est . Nam boni et sapientes uirj tanto de nobis praeclarius et sentiunt et loquuntur passim, quo minus placemus istis calumniatoribus, qui aliquando magicam artem, et nescio quae impura nobis licenter affingunt, ut uel ita si possint nostram apud populum eleuent authoritatem . Praetereo quibus quantisque curis ac negotijs subinde Pater Prouincialis noster impediatur, ut Prouinciae huius Collegia rite administret, ut magnatum uotis et literis frequentibus satisfaciat . . . Habemus et curam egrotorum quos proprijs edibus Domini Fuggerj nobis amicissimj solent excipere atque conseruare[3]: neque raro ad egrotos inuisendos accersimur. Prelegitur domi Catechismus nobilibus Pueris; admonentur et Neophyti festis diebus priuata quadam exhortatione . . .

239.

Exeunte a. 1561 et ineunte a. 1562.

Ex apographo litterarum P. Guilielmi Elderen, eodem fere tempore Coloniae a P. *Leonardo Kessel* S. J. scripto. Quod exstat in cod. colon. „Kess.", in a. 1562 f. 1[b]—2[a]. Ac Kessel quidem apographo inscripsit: „Ex literis P. Canysij"; at nomen „Guilhelmus Elderen" eidem apographo (Kesselii manu) subscriptum est, et in extrema epistulae parte de Canisio in tertia persona, ut dicere solemus, scribitur; quare aut Kesselium calamo lapsum esse, aut Elderenum Canisii mandatu scripsisse, aut has litteras a Canisio incohatas, ab Eldereno absolutas esse dixeris; Canisius enim sub id tempus Augusta Ingolstadium arcessitus esse videtur (v. infra, mon. 293. 294).

Ex novissimo iubilaeo Socii augustani egregios pietatis fructus apud catholicos collegerunt. Multi ad ecclesiam catholicam revertuntur; quos protestantes persequuntur. Exercitiorum spiritualium utilitas.

[1] Cf. *Can.* Epp. II, 863, et supra p. 590. 592. 599.

[2] Notum est, palaestinensem hunc populum, cuius in sacra Scriptura saepe fit mentio, idola coluisse et Israelitis saepe inimicum se praebuisse.

[3] Anno 1519, inquit a. 1647 *Carolus Stengelius* O. S. B., „Augustae Domini Fuggeri . . . intra ipsam vrbem condiderunt de suo suburbium centum et sex habitaculorum . . in vsum tenuium, sed frugi ciuium. Nomen ei oppido, Fuggeria est . . . Eisdem AEdibus . . . Sacellum . . adiectum est a Marco Fuggero MDLXXXI. Ibidem et pro exteris vtriusque sexus XXXII. Gallico morbo infectis Nosocomion ligni Guaiaci curatione, paulo post ab ijsdem Fuggeris fundatum est (Rerum Augustan. Commentarius p. 261). „Fuggeria" etiam nunc exstat.

P. Guilielmus Elderen S. J., Canisii socius augustanus, Augusta 13. Ianuarii 1562 ad Socium aliquem coloniensem (P. Leonardum Kessel, collegii rectorem?) de pietatis fructibus a se et maxime a Canisio Augustae, imprimis ex novissimo iubilaeo (14.—28. Decembris 1561), collectis[1] *scripsit:* Quod ad nos attinet hoc dicam solum, nunquam cum hoc populo actum fuisse uidetur foelicius si nostri temporis memoriam repetamus, quam iubilei hic nuper habiti tempore. Plena fuere templa omnia, maximus ad conciones, confessiones sacramque synaxin concursus fuit : insolitus quoque supplicationi[2], pro generali Concilio faelici auspicio ac successu habitae interfuit cum demiratione omnium. Ad Catholicae Ecclesiae gremium quotidie concurrunt plurimi, cum maxima turbatione Herodis Christum iam in multis nascentem, et natum persequentis[3], sed non est sapientia neque consilium contra Deum[4]. Confessiones interim variae etiam eorum qui tota vita non confessi audite sunt vtriusque sexus[a]. Exercitia nostra spiritualia mirum adferunt fructum. Itaque aliam atque aliam nostra indies Augusta faciem assumit, ac Jesuite notiores fiunt, quos oppugnare, vt solet Sathan non cessat . at si Deus pro nobis quis contra nos?[5]

240.

Ineunte a. 1562.

Ex libro „*Antonii Mariae Gratiani* . . . De scriptis invita Minerva ad Aloysium fratrem libri XX. nunc primum editi cum adnotationibus *Hieronymi Lagomarsini* e Soc. Jesu" II (Florentiae 1746), 100[2].

Canisii, hominis docti et sancti, contionibus utilissimis multi protestantes ad ecclesiam reducuntur. Multi ex urbis magistratibus fidei catholicae valde studiosi sunt.

Doctus ille vir Antonius Maria Graziani (1537—1611), Burgi S. Sepulcri (Borgo di San Sepolcro, oppidum Italiae centralis) e nobili familia ortus, qui, cum per 25 annos Ioannis Francisci Commendoni, episcopi et cardinalis, secretarium et consiliarium egisset ipsumque in compluribus legationibus pontificiis per Germaniam et Poloniam obitis comitatus esset, Sixto V. ab epistulis latinis fuit, a Clemente VIII. ad Italiae principes legatus est, a. 1592—1611 amerinum episcopatum (Amelia) administravit, in „Ephemeridibus" sive „Itinerario", quo iter a. 1560—1562 cum Commendono, a Pio IV. ad Germaniae principes legato, a se institutum diligenter describit, se ineunte a. 1562 (m. Februario?) Ingolstadii a Commendono Monachium petente paulisper, ut Augustam Vindelicorum videret, deflexisse narrat (vide supra p. 382[3]*).*

---

[a] sexuus *Kess.*

---

[1] De hoc iubilaeo cf. supra p. 601—603 et infra, monum. 248.
[2] Sacrae pompae sive „processioni". [3] Cf. Matth. 2, 1—18.
[4] Prov. 21, 30. [5] Rom. 8, 31.

De cuius urbis capitulo cathedrali haec, praeter alia, scribit: Al presente gli Canonici hanno ivi predicatore Pietro Canisio, Provinciale de' Jesuiti ne la Germania superiore; il quale è dotto et sant' huomo, et hà predicato et predica con grandissimo frutto, talmente che già sono gran numero di Catholici in Augusta, et quelli specialmente, che sono nel consiglio de' dodici, si dice che sono la maggior parte Catholici, et i due, che' s' eleggono di questi dodici, sono ambedue Catholici[1], et si usa da loro grandissima diligentia, che non si faccia di quel Consiglio altri che Catholici, talmente che di questa città è qualche speranza con tutto che il numero de gli Heretici sia due tanti maggiore.

241.

A m. Ianuario ad Aprilem 1562.

Ex archetypo Romam misso, cui P. *Elderen* sua manu nomen subscripsit. Cod. „G. Ep. III“ f. 82a—83b.

Particulam litterarum posuerunt *Boero*, Can. p. 228 (italice), et *Michel* l. c. p. 242—243 (gallice). Iisdem usus est *Sacchinus*, Can. p. 192.

Unus tantum Socius Augustae degit cum Canisio. Qui fere cotidie contionando morbum contraxit. A multis is consulitur. Eius laboribus, id quod externi quoque fatentur, complures protestantes ad ecclesiam reducuntur. Catecheses. Virgo desperabunda servata. Patritius augustanus et comitissa externa ecclesiae catholicae conciliati et confirmationis sacramento muniti. Qui ad ecclesiam redeunt, a protestantibus male habentur. Mille plus, quam antea, paschali communione refecti. Communiones hebdomadariae. Ornatus templorum. Ieiunia. Precationes. Virginitatis studium. Cura pauperum et aegrorum. Doctrina christiana. Protestantes Socios, imprimis Canisium, qui ipsis maxime obsistat, calumniantur.

P. Guilielmus Elderen S. J., Canisii socius augustanus, in litteris quadrimestribus domus S. J. augustanae, „Augustae postridie Calend. Maij . 1562“ datis scribit: Non plures quam antea, etiamnum Augustae manemus, ut pote R. P. D. Canisius et ego : etsi bona spes est fore, ut in nouis aedibus quae nobis promissae sunt[2], breui plures e nostris foueantur . Et his quidem mensibus utcunque ualuimus Christi benignitate. Verum Pater ad finem Quadragesimae, cum iam fractus esset (ni fallor) quotidianis fere concionibus, quas antea nullus hic habuit frequentiores, morbo correptus, ab enarranda Dominj passione destitit, sed breui tamen postea tum valetudini, tum Cathedrae restitutus[3].

---

[1] Munere praetorum sive procuratorum reipublicae („Stadtpfleger“) — penes quos suprema erat potestas — Christophorus Peutinger et Henricus Rehlinger tunc fungebantur. Praetores autem ex 7 illis, qui a consiliis intimis erant („geheime Räthe“), deligebantur; quibus 6 magistri civium sive consules („Bürgermeister“) accedebant (*Dav. Langenmantel* et *Jac. Brucker*, Historie des Regiments in des Heil. Röm. Reichs Stadt Augspurg [Augspurg 1734] p. 161—163; ad p. 280; Anh. 1. 2).

[2] Vide supra p. 423.

[3] Canisius, cum feria V. in Coena Domini (26. Martii) in ecclesia cathedrali sermonem sacrum habuisset, ob nimios labores susceptos febri correptus, sacro „Parasceves“ die contionari non potuit; Dominica tamen Paschatis (29. Martii) ad sacrum suggestum rediit; cf. supra p. 396 et infra p. 617.

Non repetam iam saepe indicatos pergraues et continuos illius fere labores, quos hoc munus concionandi apud sectarios praebet, multoque magis auget cura Germanicae prouinciae administrandae[1], et illorum interpellatio frequens, qui occupatissimum subinde adeunt, ac grauibus de rebus coram et per litteras consulunt. . . . Vt breuiter de Augustanis dicam, magis ac magis apud hos elucent Catholicae pietatis argumenta, eademque non a uicinis modo, sedetiam a Belgis, Hispanis et exteris alijs[2], ut audiuimus, mirifice praedicantur, consentientibus in eo vniuersis, per conciones ac labores R. P.[3] Deum efficere, quod vix usquam in Germania uideas praeclarius et certius, nimirum ut complures ab haereticis deprauati, sanam Ecclesiae Catholicae doctrinam audiant, admittant, probent, ament retineantque. Habitae sunt conciones per Quadragesimam de iuditio extremo, post prandium autem de Catechismo, praeter alias de Sacrosancta Eucharistia, ac eius debita sumptione[4]. Vbi res ipsa docuit, singularem dei virtutem non defuisse tum euangelizanti tum auditoribus, qui frequenti concursu, et varijs testimonijs probarunt, se tali docendi ratione et recreari et adiuuari plurimum. . . . Per nos etiam Dominus seruauit uirginem annos natam 26 et male catholicam, Quae peccatorum facta nobis exomologesi[5], et magno quidem cum eiulatu uim et rabiem daemonis truculentam euasit, Ab hoc enim nocte ac die misere discruciabatur, nocteque surgens nonnunquam in aedibus discurrebat, ac mortem sibi uolebat consciscere, desperabunda . Jnter alios qui recens facti sunt Catholicj, fuit unus ex Patricijs Augustanis, uir nobilis, ac tota uita semper a Catholicis alienus, cuius et pater ueluti caput Sectariorum habitus, mater uero etiamnum haeresum Doctores uel maxime complectitur[6]. Difficile dictu, quam grauiter molesteque ferant amici, quod ille a noua ipsorum fide desciuerit : Nec uerentur hanc defectionem bono uiro clam palam improperare, multisque modis indignis calumniarj . adeo uix conspectu et colloquio dignantur aliquem, si e Luterano Catholicus fiat .

---

[1] I. e. officii praepositi provincialis Societatis per Germaniam superiorem administrandi; vide *Can.* Epp. I, 622—623.

[2] Augusta e primis tunc erat Europae emporiis.

[3] Canisii.

[4] De his Canisii contionibus vide infra, monum. 248. 249.

[5] I. e. confessione, in paenitentiae sacramento.

[6] Is fortasse filius erat Udalrici a Rehlingen (Rechlinger, Rehlinger), qui Augustae inter a. 1521 et 1555 saepius magister civium (Bürgermeister) fuerat ibidemque protestantismum non solum professus erat, sed etiam valde studuerat amplificare. Henricus Rehlinger ab a. 1556 ad 1575, Antonius Christophorus Rehlinger ab 1575 ad 1589 Augustae praetoris (Stadtpfleger) munus tenuerunt. Atque hunc Socios magnopere reveritum esse et ad collegium Augustae iis constituendum multum contulisse compertum est (*Paul von Stetten* iun., Adeliche Geschlechter p. 90. *Idem,* Lebensbeschreibungen zur Erweckung und Unterhaltung bürgerlicher Tugend I [Augsburg 1778], 175. 188).

Virgo fuit nobilis, et comitissa, quae cum Augustam esset profecta et inter haereticos uixisset hactenus, et ad eos se redituram sciret : tamen Catholice a nobis instructa, per nos etiam Ecclesiae Catholicae uoluit reconciliarj. Curauimus deinde, ut et Patricius ille, et virgo iam dicta, sacro Chrismate ab Episcopo ungerentur, maioreque diuini spiritus gratia confirmarentur[1], nimirum ut pro fide, aduersus fidei hostes pugnent[a] fortius . Jam ut paucis multa complectar, compluribus ab hinc annis, maior Augustae uisa non est turba poenitentium, quibus nostram dedimus operam diebus integris ad multam usque noctem . Si uerum est quod memorant, et unde non pauci mirantur, mille hoc anno plures fuere, qui sacro Paschatis tempore sacram adiere synaxim. Tum solito plures pergunt singulis diebus Dominicis e nostris manibus petere panem illum supersubstantialem. . . .[2]

Ornantur etiamnum templa pijs imaginibus, quas antea disiecerant ac deuastarant sacrilegi[3]. Quae ad altaris pertinent sacrificium, et ad diuorum reliquias, a ditioribus cohonestantur, parantur, donantur. Redierunt quidam ad obseruationem ieiunij Quadragesimalis, quod foede neglectum iacet in Germania nimium crapulosa. Alij nocte intempesta Domino confitentur[4], et ueluti cum Christo in horto precantur stertentibus alijs[5]. Virgines non paucae castitatis amore flagrant, Christum sponsum ambientes, quem in monasterijs ueluti desertis[6], propius amplecti statuerunt, licet parentes et amicj reclament . Habetur et cura pauperum, qui nos frequentes adeunt, nostraque intercessione commendati, a ditioribus adiuuantur . In templis cultuque diuino mirum quam diu et quam religiose nonnulli precentur . Adsumus et aegrotis, consolamur morientes, tradimus Cathechismum filijs Patriciorum, qui sunt Augustae primarij . Refert interim nobis hanc gratiam Sathan, ut multos excitet calumniatores, ac opponat aemulos, qui Canisij praecipue nomen, doctrinam et authoritatem obscurare contendunt . Hinc varia et mira saepe figmenta de nobis Augustae sparguntur, tum libris etiam editis ab istis Ecclesiae hostibus et pestibus incusamur . Audent fateri, unum sibi obesse Canisium, quo minus Augustae procedat suum cacoeuangelion, cuius tot fieri desertores publice conqueruntur . Verum hanc ipsorum querimoniam, nos Ecclesiae lucrum, piorum applausum, et Angelorum gaudium[7] deputamus.

[a] pungnent *archet.*

[1] Dubium vix est, quin Michael Dornvogel, episcopus titularis adramytanus et suffraganeus augustanus, sacrae confirmationis sacramentum in eos contulerit.

[2] Matth. 6, 11.

[3] Maxime a. 1537, cum a senatu urbis sacerdotes, monachi, sacrae virgines urbe pulsi essent, multae sacrae imagines cum pictae tum sculptae in cathedrali aliisque ecclesiis eversae erant (*Janssen* l. c. III, 355—356).

[4] Ps. 7, 18; 9, 2; 135, 1 etc. [5] Cf. Matth. 26, 36—46. Marc. 14, 32—42 etc.

[6] Cf. Cant. 8, 5. [7] Cf. Luc. 15, 10.

242.

Mense Augusto (post medium) a. 1562.

Ex *Eldereni* epistula autographa. Cod. „G. Ep. IV." f. 129ª—130ᵇ. Epistula usus est *Sacchinus*, Can. p. 195—196.

Anabaptistarum princeps quidam Augustae per Canisium ad ecclesiam reductus.

P. Guilielmus Elderen S. J., Canisii socius augustanus, in domus augustanae litteris semestribus, Augusta 2. Ianuarii 1563 datis, de Canisio, quem „Patrem" vocat, haec, praeter alia, refert: Erat in uinculis Anabaptista, imo Anabaptistarum Augustae princeps, qui Patris usus est instructione tantumque profecit, ut iuramento publico interposito [promiserit][a] se per Dei gratiam, relictis et damnatis prioribus erroribus, in Ecclesiae Catholicae sententia perseueraturum esse.

Anabaptistae huic nomen fuisse Ioanni Iacobo eumque m. Augusto a. 1562 ad ecclesiam reductum esse ex monumentis proximis intellegetur.

243.

Mense Augusto (post medium) a. 1562.

Ex libro „Scriptores Rerum Germanicarum, praecipue Saxonicarum", ed. *Io. Burchardus Menckenius.* Tom. I. (Lipsiae 1728), col. 1897.

Ioannes Iacobus, Anabaptistarum quasi antistes augustanus, eiusque uxor Sociorum (maxime Canisii) opera errores eiurant.

Achilles Pirminius Gassarus (Gasser), Lindaviae (Lindau) a. 1505 natus, Vitembergae Luthero et Melanchthone magistris usus, Avenione a. 1528 medicinae doctor creatus, qui Veldkirchio (Feldkirch), ubi medicum urbanum egerat, Augustam a. 1546 venit ibique usque ad mortem († 1577) mansit, in „Annalibus civitatis ac reipublicae Augstburgensis", quos ab initiis usque ad annum 1561 perductos anno 1572 absolvit, postea autem usque ad a. 1576 perduxit[1]*, haec posuit in a. 1562:* Quia . . . Anabaptistarum secta hoc tempore, denuo inter plebes nostrates repullulasceret [*sic*], quam plurimi ex illis in carcerem conjecti, et qui ad saniorem mentem redire nolebant, civitate

---

[a] *Hoc vel simile v.* (spoponderit*?) aut hic aut paulo infra, post* esse, *suppleri oportere res ipsa ostendit.*

---

[1] Gassarus, Flacio Illyrico et Cyriaco Spangenbergio amicitia iunctus, „Centuriatores" illos magdeburgenses et pecunia apud cives augustanos collecta et monumentis litterariis tam copiose adiuvit, ut ab iis una cum Ioanne Baptista Hainzelio, ipsius amico, dignus haberetur, cui octava Centuria dedicaretur (*F. Frensdorff,* Die Chroniken der schwäbischen Städte. Augsburg. I [Leipzig 1865], xliv—xlv. *Idem* in „Allgemeine Deutsche Biographie" VIII [Leipzig 1878], 396—397. *M. Radlkofer,* Die humanistischen Bestrebungen der Augsburger Ärzte im 16. Jahrhundert, in „Zeitschrift des Historischen Vereins für Schwaben und Neuburg". 20. Jahrg. [Augsburg 1893] p. 40—42). „Er bearbeitete die Geschichte als Liebhaber": *Paul von Stetten* iun., Lebensbeschreibungen etc. I, 181—183.

ejecti sunt . E quorum albo Hansus Jacobus[1] sartor, fanaticorum istorum hominum antiquus receptator et quasi antistes, una cum uxore iterum quoque concaptivus diu exstitit, ac domi novem liberos habebat, quorum nullus dum sacro baptismatis [*sic*] admotus erat . Qui cum resipiscere videretur (adhibuit enim Senatus eorum convertendi causa non solum Evangelicos nostros Ecclesiastes, verum etiam Lojolanorum captiosissimos[a] disputatores) post duas septimanas cum uxore, erroris abjuratione ac magna cautione ad propria redierunt [*sic*] : Liberi autem ipsorum, interim per catechistas nostros in fide Christiana rectius instituti, qui minimi natu erant, variolisque laborabant, Kalendis Augusti domi suae, numero quatuor, juxta modum Ecclesiasticum, per M. Joan. Metspergerum Diaconum Annianum[2], in nomine Sanctae Trinitatis baptizati sunt : reliqui natu majores, atque sani numero quinque proxima sequente Dominica apud D. Annam, finita antemeridiana concione, per M. Georgium Dinckelspülensem parochum, astantibus e tribu ipsorum patrimis [*sic*], unda regenerationis perfusi publice quoque fuere.

Ita quidem „Annalium" Codex gothanus, quo Mencken usus est (vide supra p. 609). Similiter eorundem Codex vaticanus (cf. infra, monum. 245) p. 651—652, quamquam haud semper eadem habet verba; ut cum „Hansus Jacobus" in eo Anabaptistarum „antiquus hospes et ueluti antistes" appellatur. Atque eadem ex Gassari Annalibus germanice protulit *Wolfgangus Hartmannus*, protestantium minister, in Chronici augustani ab Engelberto Werlichio incohati (de quo plura infra) tomo III. (Basel 1596), p. 106.

Satis perspicue Gassarus his verbis significat, Jacobum non a protestantium ministris „conversum" esse, sed a Societatis hominibus, quos Lojolanorum captiosissimos disputatores ipse vocat. Atque horum praecipuum Canisium fuisse, et per se facile intellegitur et iis, quae ab Eldereno (supra p. 609) et a Sacchino (infra p. 611) narrantur, confirmatur. Ac cum ex una parte Gassarus Iacobum m. Augusto conversum esse significet (ut quidem videtur), ex altera autem Canisium ab exeunte m. Aprili ad medium fere m. Augustum Augusta abfuisse constet (vide infra p. 618), post medium Augustum Iacobum ab eo ad ecclesiam reductum esse dixeris.

244.

Mense Augusto (post medium) 1562.

Ex *Sacchino*, Can. p. 195—196.

Ioannes Iacobus, Anabaptistarum augustanorum caput, et a catholicis et a protestantibus ad partes suas invitatus, Canisium omnibus praefert, eiusque caritate ab erroribus retrahitur.

---

[a] cautiosissimos *Menck.; at huiusmodi verbum non novi. Hartmann (de quo supra):* der Jesuiten spitzfündigen Schrifftgelehrten.

---

[1] „Ioannes Iacob" : *Stengel* l. c. p. 304. „Hanss Jacob Schneider" : *Paul von Stetten* sen., Geschichte der Stadt Augspurg (Franckfurt und Leipzig 1743) p. 549.

[2] Monasterium S. Annae, ordinis carmelitani, a Lutheranis occupatum erat (*Stengel* l. c. p. 209. 281).

P. Franciscus Sacchinus S. J. (de quo cf. infra, monum. 270) in vita Canisii Ingolstadii a. 1616 edita, postquam Canisium e concilio tridentino Augustam revertisse narravit, sic pergit: Exceptus est nunc quoque, et auditus maiore quadam auiditate tanquam ex longo collecta fame. Praecipue autem salutaris reuersio fuit Anabaptistae grandaeuo, qui bona aetatis parte in ea haeresi consumpta, iam et partibus Magistri susceptis Augustae conciliabulum quoddam ex pariter delirantibus domi suae frequens habebat, coetumque omnem autoritate praecipua gubernabat[1]. Cum autem praestans in artificio, quod profitebatur[2] (et solent Anabaptistae in operibus artium profiteri subtilitatem) idemque, quantum monstrabat facies, extra haeresin, homo esset minime malus, ab omnibus fere diligebatur . Ergo coniectus in vincula, cum Protestantes aeque, Catholicique certarent, vt ad partes perlicerent, et ad suos audiendos Doctores inuitarent, praetulit omnibus ipse Canisium : acturumque cum vno illo pronuntiauit . Continuo Pater ad eum vna cum Duum viro catholico[3] venit . Disputatio instituitur, sed modesta admodum, atque tranquilla, collationi propior; vt Anabaptista facilitate Patris, et caritate plurimum caperetur . Denique illapso diuinitus radio, ita permotus est, paulatimque dedoctus, vt veritati manus daret : sectaeque impiae capita in libello proposita chirographo suo configeret : ad extremum productus in curiam coram toto senatu omnes reuocaret, et execraretur errores, addito Sacramento nihil tale post haec defensurum, aut crediturum.

Sacchinus, unde haec hauserit, non significat; ac complura ab eo proferri, quae in semestribus illis litteris domus S. J. augustanae (vide supra p. 609) non sunt, facile patet; aliunde igitur haec eum hausisse certum est; ac mihi quidem satis est probabile, eum ipsius Canisii epistulis vel Tridentum ad Lainium vel Romam ad S. Franciscum Borgiam missis usum esse; augustanae autem Canisii epistulae eo tempore ad Lainium et Borgiam datae perisse videntur omnes.

245.

Exeunte m. Augusto et ineunte m. Septembri 1562.

Ex *Gassari* „Annalium Augstburgensium" exemplo illo, quod cum bibliotheca illa heidelbergensi Romam allatum exstat in bibliothecae vaticanae Cod. „Pal. lat. 913" (p. 652).

Canisii opera intercedente Hilffrych et (ut videtur) Schmid, Anabaptistae augustani, errores sollemniter retractant.

Gassarus lutheranus (vide supra p. 610) in „Annalibus" augustanis haec, praeter alia, de rebus Augustae mensibus Augusto et Septembri a. 1562 gestis profert: Vicesimo secundo dein eius mensis die, cantauit Antonius Hilffrychus anabaptista (cui fontana Machina

---

[1] Ioannes Iacobus; vide supra p. 610.
[2] Sartor erat; vide supra p. 610.
[3] Christophoro Peutinger aut Henrico Rehlinger; vide supra p. 606[1].

et aquaria Turris commissa fuerant) agnito lapsu, in frequenti senatu palinodiam, atque a Loiolanis (quibus post nostros Ecclesiastes conuertendj Haereticos prouincia quoque dabatur) ita persuasus, papatum, quem Catholicam relligionem uocare audent, Lutheranismo, qui soli Euangelio Christj credit, preferre non dubitauit[a], ad eiusque communionem accessit . . . Kalendis Septembribus reuocauit publice in Curiae scala constitutus Anabaptisticos errores, quibus longo tempore seductus fuerat, Hansus Schmidius homunico contractus et Stanneorum cantharorum fusor.

In Hilffrychi (Hilffrych) ad fidem reductione Canisii intercessisse operam, ex iis, quae supra p. 609—611 scripta sunt, fere certum efficitur. Neque aliter de Schmidio (Schmid) senserim; nam hic quoque ad catholicos transisse videtur; si enim protestantibus se iunxisset, Gassarus et minus frigide de eo scripsisset, et, quorum ministrorum lutheranorum opera ex Anabaptismo emersisset, pronuntiare non omisisset. Quod autem horum duorum ecclesiae conciliatorum neque Elderen in litteris illis semestribus, neque Sacchinus in vita Canisii mentionem fecerunt, id eo factum esse dixeris, quod ea res haud ita magni momenti videretur esse.

In „Annalium" a Gassaro conscriptorum editione a *Menckenio* facta, de qua supra p. 609, neque Hilffrychi neque Schmidii fit mentio.

246.

A m. Iunio ad Decembrem 1562.

Ex *Eldereni* litteris autographis. Cod. „G. Ep. IV" f. 129[a]—130[a].

Canisii sociorumque labores augustani. Homines illustres ad catholicam fidem et pietatem reducti. Familia daemonis vexatione liberata. Paenitentiae et eucharistiae sacramenta frequentantur. Homines ad confirmationis sacramentum suscipiendum instituuntur. Virgines vel vitam monasticam vel saltem caelibatum amplectuntur. Catechismus explicatur. Aliqui ad sacros ordines suscipiendos a Sociis comparati.

P. Guilielmus Elderen S. J. in domus S. J. augustanae litteris semestribus Augusta 2. Ianuarii 1563 datis: Fuit, inquit, inter eos qui haeresim abiurarunt, Quinquagenaria non infimae sortis mulier, quae haud sine lachrymis nostras frequenter aedes inuisebat, ut optato Catholicae doctrinae cibo reficeretur . Sed cum Sathan pium hoc illius propositum impediret, dedit intellectum ei ingruentis morbi uexatio[1], tantumque Domino miserante aegra profecit, ut per nos uoluerit non seipsam modo, uerumetiam familiam suam de fide Catholica edocerj, et per poenitentiae sacramentum Ecclesiae reconciliarj. Quod cum factum esset, multi magnum fidei zelum et ardorem in hac muliere spectarunt, mirantibus etiam alijs, in aegrota tantum spiritus et ad haeresum detestationem studij superesse . Nos bona quidem spe ducimur, illam diuturno languore confectam, in Christo faeliciter obdormiuisse. Eadem fidei synceritas et constantia

[a] dubitarit *Cod. rat.*

[1] Is. 28, 19.

in duabus alijs familijs, quae ex Lutheranismo recens ad catholicismum conuersae fuerunt, deprehenditur. Quid ego de alia dicam familia? quae multis ab hinc annis daemonem fere familiarem habuit? Js modo canis, modo bouis, aut alterius bestiae formam praeseferebat, aliquando formosam ueluti Virginem sese ostentabat, multisque modis uirum et uxorem ad laqueum et desperationem inuitabat, sed et inclusam arcae pecuniam illis surripiebat. Jta nocte et die cum hoc tetro ac importuno hospite certandum erat, ut uita illis acerba uideretur. Qui cum ad nos uenissent tandem, et acceptis consilijs paruissent, facti sunt catholicj, iamque laeti Deo gratias agunt, nimirum de profligato daemone, tum sibi, tum nobis ex animo gratulantes... Frequens est adhuc et solito etiam frequentior esse iam coepit piorum numerus qui sacrae confessionis et communionis solemni usu tum suam, tum aliorum Catholicorum pietatem Augustae confirmant... Tum ad confirmationis Sacramentum, quod multi alioqui hoc loco rident, iuniores ac aetate grandes ut digni accedant, instituuntur[a]. Ex Virginibus quaedam etiam nobiles uitam amplexae sunt monasticam, aliae quas nouem aut decem esse puto, eodem aspirant: nonnullae uero licet cum amicis habitent, tamen ad legem perpetui caelibatus Christo se sponso recens deuouerunt. Docentur Puerj nobiles domi catechismum...[1] Ex Patricijs Augustanis non infimus fuit, qui multis ab hinc annis in Catholica Religione nutans, Missae sacrificio neque domi neque foris uoluit interesse. Cum hoc effectum est tandem, ut nostros domi suae cupiuerit sacrificare. Quod cum fecissemus[2], promisit ille breuj se proditurum ad sacra publica, a quibus annis forte decem et eo amplius haud sine offensione multorum se penitus abstinuerat... Adolescens quidam inter haereticos diu uersatus, cum a nobis Jngolstadium destinatus esset, contemptis mundj ludibrijs ad perfectae pietatis studium se totum transtulit, mente a Lutheranismo prorsus alienus. Dedimus etiam operam quibusdam et eruditis hominibus ut sacris initiarentur: ex horum ministerio fructum ad Ecclesiam Dei rediturum speramus.

247.

Inter m. Octobrem a. 1562 et initium a. 1563.

Ex *Eldereni* litteris autographis (Cod. „G. Ep. IV" f. 130[a]) et *Gassari* Annalibus augustanis manu scriptis, qui sunt in bibliothecae regiae monacensis Cod. „lat. 1" p. 516.

---

[a] instituuntur *est in harum litterarum ap., eodem tempore scripto, Cod. „G. Ep. IV." f. 131*[b]. *In autogr. hoc v. partim humore corruptum est.*

---

[1] Cf. supra p. 596. 599. 604. 608.

[2] Familia illa nobilis privilegium habuisse videtur, quo in domestico eius sacello missae sacrificium offerre licebat. Accedebat privilegium Sociis a Paulo III. tributum; de quo vide infra, monum. 269.

Augustae in monasterio S. Catharinae, ordinis Praedicatorum, priorissa, Canisio suadente et iuvante, clausuram reliquamque disciplinam reddit severiorem, et moniales Sociorum opera in pietate singulariter proficiunt.

1. *P. Guilielmus Elderen S. J. in litteris „semestribus" domus S. J. augustanae, Augusta 2. Ianuarii 1563 datis:* Jn monasterio quodam, *inquit,* multa Deus effecit, ad tranquillandas conscientias, quae nostrorum opera multo habent quam antea rectius, et in spiritualibus studijs progressus faciunt singulares.

Virginum autem, non virorum monasterium hic significari, ex *Canisii* litteris Augusta 6. Augusti 1559 ad Lainium datis conicere licet; in quibus Canisius scribit: „Caesar loco suo me vult adesse monasterio Virginum hic reformando per Episcopum" (*Can.* Epp. II, 502). Atque has virgines ordinis dominicani fuisse facile deduxeris ex verbis *Polanci* Tridento 14. Septembris 1562 Augustam ad Canisium scribentis: „S' è scritto à Roma sopra quel negocio della riformatione di quel monasterio, accio il Cardinale [Augustano] scriua al General delli Dominicani" (supra p. 482).

2. *Achilles Pirminius Gasser lutheranus (vide supra p. 609) in „Annalibus" augustanis scribit, in augustanum „diuae Katharinae" monasterium (quod virginum ordinis S. Dominici erat) a. 1564 moniales „medlingenses, praedicatorij instituti" transmigrasse,* postquam jam Canisius Lojolanorum provincialis sub Susannae Ehingeriae Vlmensis prioratu pro sua hypocrisi Nonnas in eodem alueario praecedente anno arctius includendas sategisset, nec leues motus inter sororculas eas excitasset, ob quos aliquot ex ipsarum numero, inter quas Remeria [?][a] nobilis quaedam erat septembri mense illud parum honeste deseruerunt.

In „Annalium" editione a Menckenio curata hic locus omissus est; cf. supra p. 609.

Paulus de Stetten „senior", urbis augustanae patricius et historicus, eadem de re, compluribus aliis monumentis manu scriptis, imprimis senatus urbani actis — „Raths-Decreta ad h. a. [1563] p. 21" scribit ipse — adhibitis, in a. 1563 haec notat (Geschichte der Heil. Röm. Reichs Freyen Stadt Augspurg [Franckfurt und Leipzig 1743] p. 552—553): „Zwischen der damaligen Priorin zu St. Catharina, Susanna Ehingerin von Ulm, und einigen ihrer Closter-Frauen gab es damalen einige Strittigkeiten, indeme diese erstere, sonderlich auf Zureden des Dom-Predigers und Jesuiten, Petri Canisii, eine weit schärffere Closter-Zucht, als bishero gewöhnlich, einführen, und ihnen nicht mehr gestatten wollen, durch[b] [?] das eiserne Gitter mit andern Personen zu reden, das Rad, dadurch man Sachen hinein und heraus geben kan, verneuern lassen, und noch ein- und andere beschwerliche Reguln vorschreiben wollen. Diese Sache gelangte sogar für den Kayser, welcher dann zu Visitation und Reformation dieses Closters besondere Deputirte ernannt, und dem Rath, als Schutz-Vogt, gestattet, denenselbigen aus seinem Mittel gleichfalls einige zuzuordnen. Durch deren Unterhandlung endlich diese Sache verglichen, und es zwar bey der Priorin Verordnung gelassen, denenjenigen Closter-Frauen aber, so sich derselben nicht unterwerffen wollen, frey gelassen worden, sich aus diesem Closter in ein anderes zu begeben . Es haben aber nicht mehr als zwey,

---

[a] *Vel:* Renneria.

[b] *Vide, quae sub ipsam hanc relationem notabuntur.*

nemlich N. Rennerin, eine von Adel, und Magdalena Rehlingerin, dieses letztere erwählet. Des Raths Deputirte zu diesem Geschäfft waren Leonhard Christoph Rehlinger und Matthaeus Welser."

Ceterum nescio an, ubi in libro Stettenii legitur, moniales cum aliis, cancellis interpositis, loqui vetitas esse, emendatio, verba „anders als" vel similia ante „durch das eiserne Gitter" ponendo, adhibenda sit, ita ut dicatur: Effectum esse, ut clausurae lex religiosius observaretur sive, ut Gasser ait, moniales „arctius inclusas esse", ita ut cum externis colloqui non possent nisi per cancellos interpositos (id quod severior illa sive „papalis", ut dicunt, Clarissarum, Dominicanarum secundi ordinis, quas vocant, aliarum monialium clausura nunc quoque habet). Nam moniales S. Catharinae omni prorsus cum aliis commercio prohibitas esse, haud facile est credere, praesertim cum satis constet, paulo post Annae Iacobaeae Fuggerae, eiusdem monasterii virgini, permissum esse, ut cum Georgio patre loqueretur; vide infra, monum. 272.

Licet autem Gasser severiorem hanc disciplinam a. 1563 institutam esse dicat, iam a. 1562 id, magnam saltem partem, factum esse, Polanci et Elderensis litteris supra positis satis certum efficitur, praesertim cum in Sociorum augustanorum litteris ad a. 1563 spectantibus (quae quidem adhuc exstant) nihil iam ea de re dicatur; neque tamen ante a. 1563 lis priorissae a paucis illis monialibus oboedire nolentibus mota diiudicata esse videtur.

Paucas tantum moniales novam illam disciplinam detrectasse et a Paulo Stettenio protestante perspicue affirmatur et Elderensis relatione confirmatur. Quare rei actae modum excessisse dicendus est *C. J. Wagenseil*, cum scribit: „[Es wurde] die Regel ungemein gehärtet, so dass es beynahe eine Auswanderung der Klosterfrauen zur Folge hatte": Versuch einer Geschichte der Stadt Augsburg I (Augsburg 1819), 388.

b) Contiones.

248.

A 1. Ianuarii 1561 ad 31. Decembris 1562.

Canisius annis 1561 et 1562 quotiens, ubi, qua ratione contionatus sit. Quae eiusdem contiones quomodo scriptae adhuc exstent. Plurimi sermones cum catechetici tum alii sacris Adventus et Quadragesimae temporibus ab eo habiti. Bini eodem die recitati. Canisius de longa absentia se purgat. Apud Dominicanos contionatur. Non dicit solus. Evangelia et Epistolas ac dierum festorum rationes exponit. De extremo iudicio, et „particulari" et generali, ac de Decalogi praeceptis 1., 2., 3. multas contiones habet. Sermones de indulgentiis, concilio, eucharistia, processionibus etc. Numerus contionum.

De Canisio cathedralis ecclesiae augustanae contionatore (vide *Can.* Epp. II, 834—865) P. *Hurtadus Perez* S. J. Augusta Vindelicorum 15. Martii 1561 (quod tunc erat sabbatum ante Dominicam I. Quadragesimae) ipsius iussu ad Lainium scripsit: „Sopra le .4. ordinarie prediche la settimana, ha pigliato adesso assunto di predicar altre tre uolte dopo il pranso nella Dottrina Christiana, il che qua non si faceua" (vide supra p. 72). Atque P. *Guilielmus Elderen* S. J. in litteris historicis (quadrimestribus) domus S. J. augustanae Augusta 8. Maii 1561 datis: „In Quadragesima proxima", inquit, „praeterquam quod ordinarijs concionibus Pater [Prouincialis] operam dedit, coepit etiam Catechismum explicare, vt ante et post prandium in hebdomada

saepius concionaretur. Placuit is liber vehementer doctis et indoctis" (vide supra p. 594). Atque P. *Hurtadus Perez* Augusta 5. Aprilis 1561 ad Lainium rettulit, Canisium feria V. in Coena Domini coram cathedrali capitulo latinum habuisse sermonem, ad populum autem, quod usitatas de passione contiones non haberet, aegre ferentem, die Parasceves post prandium „de frequentanda communione" dixisse (supra p. 109). Et ipse *Canisius* Oeniponte 18. Iunii 1561 Lainio scripsit: „Me parti di Augustá hauendo fornito alle prediche di l' ottauá del Santissimo Sacramento" (supra p. 165); quae quidem contiones cotidianae fuisse videntur; nam Canisius Oeniponte 4. Maii 1562 Hosio scripsit, se, cum Augusta abiret, Augustanis promittere debuisse (promissis stare non potuit; v. supra p. 433. 434), se ibidem contionaturum esse „ad festos dies Pentecostes et per octo consequentes ferias, quae de sanctiss. Christi corpore non sine quotidiana contione Augustae solenniter celebrantur" (supra p. 427). In *contionis Dominica prima Quadragesimae (15. Februarii) 1562 Augustae in ecclesia cathedrali habitae exordio idem *Canisius* primum quidem auditores ad sacri illius temporis „ordinem". qui „ante mille annos constitutus" „haud dubie usque ad mundi finem obseruabitur", diligenter servandum graviter hortatur; deinde autem sic pergit: „Haec in genere ut munerj meo satisfaciam, cum debeam esse ein fasten vnd puess prediger . Et ut magis excitem ad uitam correctiorem, uolo mihi ipsi hanc penitentiam imponere, ut posthac quottidie laborem in vinea Dominj et de uerbo Dei aliquid praedicem[a] (seminare bonum semen) . Tribus diebus de Judicio extremo et duobus de Catechismo pro simplicibus[1], qui bene egent fidelj de praecipuis partibus Christianae doctrinae informatione . Demnach proposui mihi die Martis et Jouis post prandium hora secunda, progredj in eo quod coepi ante annum, ex bonis rationibus . Solum die Sabathj quiescam" (ex huius contionis commentario, a Canisio dictato et recognito. Cod. „Can. X. T." f. 87[b]. 88[a]).

Contionum inter 3. Augusti 1561 et 30. Novembris 1562 Augustae a Canisio habitarum commentaria fere omnia adhuc exstant in codicibus „Can. X. Aa", „Can. X. T", „Can. X. U", „Can. X. V": quibus contionibus aliquot aliae m. Decembri 1562 ibidem habitae et in cod. „Can. X. U" positae accedunt. Quorum commentariorum, quod ad sermonis genus, ad scriptionem, ad emendationes, additiones etc. attinet, eadem fere est ratio atque commentariorum ad a. 1559 et 1560 spectantium; de quibus vide *Can.* Epp. II, 844—846. Pleraque ab Andrea Stör, iuvene litterarum studioso (de quo vide supra

[a] *C. sua manu 3 vv. sqq. supra versum scripsit; quae uncis ego inclusi.*

[1] Canisium in hac sententia de illis hebdomadis diebus, qui dominici non sint, loqui, et tota eius oratio et facta ipsa (ut infra p. 627 apparebit) ostendunt.

p. 235), aliqua ab aliis, ut PP. Guilielmo Elderen et Hurtado Perez, multa etiam ab ipso Canisio scripta sunt.

Atque haec commentaria ostendunt, Canisium inter 2. Augusti 1561 et 1. Decembris 1562 Augustae contionatum esse:

1. Singulis diebus dominicis, quibus quidem in urbe versabatur, una fortasse excepta . Licet enim Canisius a. 1561 Dominica XXV. post Pentecosten, quae erat 16. Novembris, Augustae fuisse videatur, contio, cui is dies ascriptus sit, non apparet; sed fortasse Canisius eo die contionem illam „De tribulatione interiore et exteriore" habuit, cuius commentarium, tempore non ascripto, scripsit Andreas Stör in Cod. „Can. X. V" f. 198.

2. His diebus festis, qui illis quidem annis in dominicos dies non inciderunt: a) Anno 1561: S. Afrae Martyris (7. Augusti); Assumptionis B. M. V. (15. Augusti); Nativitatis B. M. V. (8. Septembris); Dedicationis S. Michaelis (29. Septembris); SS. Simonis et Iudae (28. Octobris); Omnium Sanctorum[1] (1. Novembris); S. Martini (11. Novembris); Conceptionis B. M. V. (8. Decembris); Nativitatis Domini (25. Decembris); S. Stephani (26. Decembris); S. Ioannis Evangelistae (27. Decembris). b) Anno 1562: Circumcisionis Domini (1. Ianuarii); Vigilia Epiphaniae (5. Ianuarii); Epiphania (6. Ianuarii); die Purificationis B. M. V. (2. Februarii); S. Mathiae (24. Februarii); Annuntiationis B. M. V. (quod festum eo anno 21. Martii agebatur; cf. infra p. 642); Coenae Domini (26. Martii)[2]; feriis II. et III. Paschatis (30. et 31. Martii); die Assumptionis B. M. V. (15. Augusti); S. Bartholomaei (24. Augusti); Nativitatis B. M. V. (8. Septembris); S. Matthaei (21. Septembris); Dedicationis S. Michaelis (29. Septembris); in Commemoratione fidelium defunctorum (2. Novembris); die festo S. Martini (11. Novembris); S. Andreae (30. Novembris); S. Thomae apostoli (21. Decembris).

3. Sacro Adventus tempore a. 1561 praeter contiones dierum dominicarum primis tribus hebdomadis ternos alios sermones diebus Lunae, Mercurii, Veneris[3], quarta autem alterum sermonem die Lunae habuit (Cod. „Can. X. Aa" f. 152ᵇ—191ᵃ. Cod. „Can. X. T" f. 2ᵃ ad 14ᵃ).

---

[1] Hanc *contionem *Canisius* sic exorsus est: „Jnter omnia festa que toto anno nos Catholici celebramus, nullum scio, quod habeatur contemptibilius, hostilius oppugnetur, et plus contentionis pariat quam hodiernum. Nullus hic modus aut finis est des schmehendts vnd schendens, das dorbey getriben würt a neochristianis qui nos cum hoc festo simul penitus contemnunt et irrident quasi Christo sanctos praeferamus, nec deo sed demoni seruiremus et essemus idololatrae" (ex contionis commentario, a Canisio ipso correcto. Cod. „Can. X Aa" f. 111ᵇ).

[2] Die Parasceves febri correptus contionari non poterat; vide supra p. 606.

[3] „Feria 2." „Feria 4." In contione Dominica II. Adventus habita: . . „sicut proximo die Veneris dictum est": Cod. „Can. X. Aa" f. 185ᵇ. 174ᵇ. 171ᵃ. Cf. *Can. Epp.* II, 845[3].

4. Anno 1562 per Quadragesimam praeter sermones dierum dominicarum singulis diebus Lunae, Mercurii, Veneris, excepto die Parasceves, usitatum sermonem habuit (Cod. „Can. X. T“ f. 80[a] ad 178[a]).

Sermones vero catechetici, quos Canisius se a. 1562 diebus Martis et Iovis sacrae Quadragesimae habiturum esse promiserat (vide supra p. 616), partim tantum in eius codicibus manu scriptis comparent; vide infra, monum. 249. Contionum quoque m. Decembri a. 1562 ab eo habitarum commentaria partim tantum, diebus non ascriptis, duabus vel pluribus manibus ignotis, cum Andreas Stör scriptor Augusta discessisset, scripta sunt (Cod. „Can. X. U“ f. 137[a] ad 151[a]). Codex autem, in quo Canisius contiones inter 13. Decembris 1560 (*Can.* Epp. II, lvii) et 3. Augusti 1561 habitas scripserat, perisse videtur. Conferenti tamen relationes supra p. 615. 616 positas cum contionum a. 1559—1562 habitarum commentariis, quae adhuc exstant, coniectura satis probabili, quando illis mensibus Canisius contionatus sit, facile est assequi; id quod equidem in huius voluminis „Tabulis chronologicis“ praestiti.

Notandum etiam est, Canisium his annis, Ingolstadium, Oenipontem, Pragam, Vindobonam etc. profectum, per complures menses Augusta abfuisse.

Canisius cum a. 1562 concili tridentini et collegii oenipontani gratia fere per 3½ menses Augusta abfuisset, 15. Augusti in sacrum suggestum rediens, sic in *orationis exordio se purgavit: „Jam tempus est L. An. quod deberem[a] nunc redire ad munus intermissum praedicandi. Quod autem[b] longius abfuerim quam ipse putarim, varijs[c] et certis de causis accidit, ut merito nullus mihi vitio verteret quod ex obedientia et necessitate factum est. Deo sit laus et gratia data sit[d], qui nos intermedio tempore in sanitate conseruauit et nunc etiam letos congregat ad suum diuinum cultum. Jpse mihi det nouam et singularem gratiam hoc quod neglectum est per me, posthac resarciendi nouo studio, et diuinum verbum suum[e] cum fructu annuntiandi, et in hac vinea praestandi operarium[1] secundum eius bonam voluntatem[2] et ad communem fructum audientium Amen“ (ex commentario huius partis ab ipso Canisio scripto. Cod. „Can. X. U“ f. 21[a]).

Aliquotiens Canisius binas eodem die contiones habuit; ut a. 1561 die festo Nativitatis B. M. V. (8. Septembris); in contionis enim mane habitae, in qua diei sacri rationem et Mariam primum Decalogi praeceptum, fidem, spem, caritatem praestando, servantem proponit, exordio: „Post prandium“, inquit, „iterum contionabor“; in qua contione „septem uerba, quae“ Maria „dixit in euangelio“, proposuit (Cod. „Can. X. Aa“ f. 50[a]—57[b]). Diebus quoque 25. Ianuarii et

---

[a] Deberem *C.; quae antecedunt, a C. postea addita sunt.*
[b] *Sequitur* tardius, *a C. oblitteratum.*
[c] *2 vv. sqq. a C. supra versum addita sunt.*
[d] *Sequitur* quod, *a C. oblitteratum.* [e] *Sequitur* ad, *a C. oblitteratum.*

---

[1] Cf. Matth. 20, 1—16. [2] Rom. 12, 2.

1. Martii 1562 eum et mane et post prandium dixisse constat (Cod. „Can. X. T" f. 57[a]—64[a]. 135[b]).

Diebus quidem dominicis et festis Canisium fere semper in ipsa ecclesia cathedrali dixisse satis certum est; nonnunquam autem, maxime, ut videtur, non festis Quadragesimae et Adventus diebus, dicebat in templo S. Ioannis Baptistae, quod, prope aedem maximam situm, parochiale vel iam tunc erat, vel saeculo XVII. effectum est[1]; vide *Can.* Epp. II, xxxix. 845[3], et infra, monum. 249. 302. 303. Die autem 25. Ianuarii 1562, qua eo anno et „Dominica Septuagesimae" et memoria „Conversionis S. Pauli" agebatur, non solum in aede maxima, sed etiam in ecclesia Patrum Dominicanorum sermonem sacrum habuit; mane enim eius diei se modo quidem de Decalogo et de evangelio Dominicae contionaturum esse pronuntiavit; „est praeterea hodie festum de Conuersione S. Paulj, qui de illo uult audire ueniat post prandium ad praedicatores, ubi Historiam egregiam de Pauli conuersione tractabo (ex contionis *commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. T." f. 57[a]—61[b]). Cuius sermonis de Paulo habiti duo exstant commentaria, ab eodem scriptore, Canisio dictante et recognoscente, scripta, quorum unum altero copiosius est (Codd. „Can. X. V" f. 1[a]—3[a]. „Can. X. T" f. 61[b]—64[a]).

Etiam cum Canisius Augustae adesset, Michael Dornvogel, titularis episcopus adramytanus et Ottonis cardinalis suffraganeus, sacrum aedis maximae (vel templi S. Ioannis) suggestum, aliquotiens saltem, ascendit; id quod ipsius Canisii verba ostendunt (Cod. „Can. X. T" f. 150[b] ad 151[a]; verba ipsa vide infra p. 622; cf. etiam *Can.* Epp. II, 839. 846).

Sacris diebus Canisius evangelium diei, breviter saltem, et diei temporisve sacri rationem vel, cum sancti alicuius memoria agebatur, ipsius vitam exponebat[2]. „Adventu" autem a. 1561 diebus non festis „epistolas" explicabat[3]. Solebat tamen Canisius in iisdem contionibus vel ante vel post haec argumenta alia quaedam sacrae doctrinae capita, eaque continua quadam sermonum serie, tractare.

Ita per Quadragesimam a. 1561 de summo iudicio, quod de singulis statim post mortem fit, sive de „iudicio particulari" egit.

---

[1] „Parochiale" vocatur a *Car. Stengelio* O. S. B., Mantissa ad Commentarium Rerum Augustan. Vindelic. (Augustae Vindel. 1650) p. 10.

[2] Anno 1561 Canisius die festo S. Stephani (26. Decembris) ex evangelio secundae missae Nativitatis Christi, cur Filius Dei puerulus factus esset, deinde, qua ratione S. Stephanum ecclesiastici et laici imitarentur oporteret ostendit; die autem S. Ioannis Evangelistae (27. Decembris) ex evangelio tertiae missae Nativitatis de eiusdem Ioannis testimonio, deinde de virginitatis praestantia et de evangelio diei egit (ex *contionum commentariis a Canisio recognitis. Cod. „Can. X. T." f. 22[b]—30[a]).

[3] In liturgia augustana singulae huius sacri temporis feriae IV. et VI. suas proprias habebant „epistolas" (Missale secundum ritum Augustensis ecclesie diligenter emendatum et locupletatum . . Mandato et impensis . . *Othonis* . . Cardinalis: Episcopi Augustani [Dilingae 1555] f. 2[a]—11[a]).

Hoc, licet contiones ipsae iam non videantur exstare, certo constat ex verbis Canisii; qui in exordio *contionis 1. Decembris 1561, quae feria II. hebdomadae I. Adventus erat, Augustae habitae: „Que sunt," inquit, „nouissima?[1] Mors, iuditium, infernus et Paradysus. De morte, tractauimus per aduentum precedentis anni, Quid autem Paulus? Statutum[a] in paradiso est omnibus hominibus semel mori, post hoc autem et iuditium[2]. Duobus autem modis de iuditio tractari potest, 1°., de illo iuditio quod anima morientis subit statim post mortem, 2°. quod omnes mortui simul subibunt ultimo die iuditij, De primo iuditio tractauimus per totam quadragesimam, cum assignatione, quod sicut multae mansiones sunt[3] in coelo, et sicut[b] etiam uaria est conditio[c] uiuentium in terra[d]; ita etiam uaria esse loca et receptacula migrantium ex hac uita, sicut concilium florentinum contra Graecos et Armenos quosdam clare[e] definit[4], ubi damnantur omnes, qui etiamnunc putant animas dormire usque ad diem iuditij, et hoc coguntur fateri aduersarij, cum dicant sanctos in genere orare pro nobis. Nunc si recte uelimus progredi, requirit ordo, ut de iuditio ultimo tractemus, et sic etiam deliberaui posthac facere, sperans quod Deus dabit gratiam per piorum orationes, qui haud dubie mihi succurrent in hoc proposito" (ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Aa" f. 154).

Quod ad contionum inter Pascha et m. Augustum a. 1561 habitarum argumenta attinet, *Canisius* in *contione 18. Martii 1562, quae erat feria IV. post Dominicam Passionis, Augustae de sacra Eucharistia habita: „Multa", inquit, „dixi de hoc sacramento post pentecosten, sed nunc vt dixi propter simplices, qui se parant ad Communionem [paschalem], circa praecipua puncta morabor, vitando etiam difficiliora" (ex huius contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. T." f. 154[a]).

Die autem 17. Augusti 1561, quae erat Dominica XII. post Pentecosten, se iam post diuturnam intermissionem ad primum Decalogi praeceptum redire dixit (ex *contionis commentario. Cod. „Can. X. Aa" f. 24[b]—29[a]). De quo praecepto cum iam a. 1560 multa dixisset (*Can.* Epp. II, XL—XLII. 846—847), inde a 17. Augusti usque ad initium sacri Adventus multis sermonibus egit (de superstitione; de haeresi; de fide, spe, caritate; de cultu sacrarum imaginum; de sacris caerimoniis; christianam libertatem caerimoniis non tolli; catholicos non esse idolorum cultores; missam non esse idololatriam etc.).

Secundum praeceptum m. Ianuario 1562 suscepit tractandum.

Commentarium *contionis, quam *Canisius* „Dominica 1. post Circumcisionem" (4. Ianuarii) 1562 Augustae in templo cathedrali habere volebat, sic incipit: „Nullus miretur, quod per hoc tempus intermisi inceptam materiam de decem praeceptis, quam tractare incoepimus et promisimus." Quae verba ipse librarius, cui Canisius ea dictaverat, oblitteravit, et sic prosecutus est: „Incepimus quidem et promisimus

---

[a] *2 vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.*
[b] *Libr.* et sicut *correxit ex* sic. [c] *Sequitur* morie, *a libr. oblitteratum.*
[d] *Sequitur* et s, *a libr. oblitteratum.* [e] *Supra versum scriptum.*

---

[1] Eccli. 7, 40. Prov. 5, 11 etc. [2] Hebr. 9, 27. [3] Io. 14, 2.
[4] In decreto unionis Graecorum, 6. Iulii 1439 dato (*Io. Harduinus* S. J., Acta Conciliorum IX [Parisiis 1714], 986).

materiam notabilem et insignem de Decalogo praedicare. Et annus est ac amplius quod circa primum praeceptum uersamur. Et utinam omnia tractassemus, quae[a] secundum rationem temporis, bona, utilia, et salutifera sunt circa hoc praeceptum scire et cogitare. Sed ne fastidium pariat, et ut cum nouo anno aliquid noui nobis proponamus conclusi tandem hodierna et sequentibus contionibus in manus sumere et explicare secundum preceptum primae tabulae.“ At quae in codice nostro sequuntur, ostendunt, Canisium, mutato consilio, de solo evangelio diei tunc contionatum esse (ex commentario a Canisio dictato et emendato. Cod. „Can. X. T.“ f. 40ᵇ—43ᵃ). Dominica autem Septuagesimae (25. Ianuarii) 1562 *Canisius* in exordio sermonis ibidem habiti: „Priusquam“, inquit, „ad Euangelium[b] ueniam proposui mihi redire in pulchram et salutarem materiam Decalogi, et ne sit fastidiosum audire plura de primo praecepto, quod multis mensibus explicauimus in manus sumam 2ᵘᵐ praeceptum“ etc. (ex *contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. T.“ f. 59ᵇ).

Atque die quidem 25. Ianuarii 1562 Canisius secundi praecepti verba et vim exposuit. Deinde compluribus Quadragesimae Dominicis et 4 primis Dominicis post Pascha atque etiam die Assumptionis B. M. V. idem magis singulatim tractavit (de blasphemia; de iureiurando [3 contiones]; de votis; de sacris peregrinationibus; de vita religiosa etc.). De tertio autem praecepto inde a Dominica XIV. post Pentecosten sive die 23. Augusti 1562[1] usque ad anni exitum minimum 18 contionibus egit; minimum, inquam; nam, ut iam dixi, contionum m. Decembri 1562 habitarum commentaria partim tantum adhuc exstant, et de quarto praecepto eum 10. Ianuarii 1563 dicere coepisse constat (Cod. „Can. X. U“ f. 151ᵃ—157ᵃ)[2]; dixit autem de tertii praecepti vi et rationibus; quomodo Dominica a Christo consecrata, a veteribus Christianis religiose acta esset; de templis eorumque caerimoniis, sacerdotum dignitate et potestate, missae praestantia; quibus laboribus diebus sacris abstinendum, quae iisdem diebus oblectamenta illicita, quae licita essent; de missa contioneque audienda; de eucharistia saepe sumenda; ubi, ut singulis quidem hebdomadis id

---

[a] *Sequuntur vv.* huius temporis, *a libr. oblitterata.*
[b] *In comm. sequitur* accingar, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] Duobus quidem, quae exstant, huius contionis commentariis (Cod. „Can. X. U“ f. 175ᵃ. 32ᵃ) manu antiqui scriptoris inscriptum est: „Dominica 13 post Pentecosten. Lucae 10.“ et „De euangelio Dominicae 13 post Pentecost. Lucae 10“. Sed hoc evangelium illa Dominica Augustae lectum non esse ex *Missali* Augustano (vide supra p. 619[3]) patet; atque cum ex eodem Missali tum ex ratione, qua contionum commentaria in codice „X. U.“ disposita sunt, intellegitur, ponendum fuisse „14“ pro „13“ vel potius „post Octavam Pentecost.“ pro „post Pentecost.“; ita enim, ut ex eodem Missali patet, Dominicae illae tunc signabantur. Similia autem errata compluries, nisi fallor, in his codicibus comparent.

[2] In *contione hac de IV. praecepto „prima“, ut ipsa in commentario vocatur, Canisius simul de evangelio diei, quod erat de Iesu, puero duodecim annorum, in templo invento (Luc. 2, 41—52), dixit. Hoc autem evangelium Augustae Dominica infra octavam Epiphaniae, quae a. 1563 10. Ianuarii erat, legebatur (*Missale* Augustanum f. 25ᵇ—26ᵃ).

fiat, commendat; de cotidiana autem sumptione locum illum libri „De ecclesiasticis dogmatibus" (a *Gennadio* Massiliensi, non, ut olim putabant, ab Augustino scripti) c. 53 profert: „Quotidie eucharistiae communionem percipere nec laudo nec reprehendo" [1].

His de Decalogo sermonibus multi alii interpositi sunt. Nam de summo illo extremoque iudicio a. 1561 non solum Quadragesimae tempore (vide supra p. 619. 620), sed etiam compluribus sacri Adventus diebus, et a. 1562 per priorem Quadragesimae partem diebus non festis ad populum dixit (de iudicii venturi signis; de eiusdem tempore, loco, personis ei interfuturis; de Antichristo, igne terram consumpturo, resurrectione mortuorum etc.). Dominica III. Adventus (14. Decembris) 1561 novam iubilaei indulgentiam a Pio IV. concilii tridentini iuvandi gratia concessam promulgavit et proximis diebus Mercurii et Veneris de indulgentiis sermones habuit (Cod. „Can. X. Aa" f. 181ᵃ—185ᵃ. 188ᵇ—191ᵃ. Cod. „Can. X. T" f. 2ᵃ—8ᵃ); Dominica autem IV. Adventus et proximo die Lunae de ipso concilio dixit, ea, quae protestantes contra illud dicebant, refutans etc. (Cod. „Can. X. T" f. 8ᵇ—14ᵃ); de qua re vide plura infra, monum. 350. In *contione Kalendis Ianuariis 1562 habita questus est, res in dies in deterius ruere, etiam, quae ad victum cotidianum pertinerent — „uidemus et probamus Caristiam augeri vino, lignis, Schmaltz vnd Saltz" — et, praeter alia, se corpus Christi dividere et distribuere affirmavit, dando magistratibus tum sacris tum civilibus Christi oculos, ecclesiasticis eius linguam, virginibus et viduis brachia, coniugibus pedes, divitibus manus etc. (ex commentario contionis, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. T" f. 32ᵇ—40ᵇ). Die 2. Februarii sive festo Purificationis B. M. V. 1562, praeter alia, contra Rauscheri „100 mendacia papistica" (plura infra, monum. 255), 8. Februarii 1562 sive Dominica Quinquagesimae adversus eos *dixit, qui abuterentur Saturnalibus „mit jrem fressen vnd saufen, currere sicut bestiae, pater est Bacchus, Venus mater, Capitaneus Sathan a quo stipendium peccati [2] [accipiunt]" (ex commentario contionis. Cod. „Can. X. T" f. 78ᵇ). De catecheticis sermonibus Quadragesima a. 1562 a Canisio habitis vide infra, monum. 249. Ac Dominica Passionis (15. Martii) 1562 idem in aede maxima, postquam auditores, ut peccatorum confessione etc. ad festum Paschatis se pararent, exhortatus est: „Alterum", inquit, „quod uolebam dicere est, quod post hac expectare et excipere habetis bonam informationem de duobus Sacramentis quae maxime hoc tempore in Ecclesia frequentantur, Confessionis et Communionis . Dominus Suffraganeus [3] jncipiet die martis [4] tractare de poenitentia,

[1] Ita quidem Canisius, Cod. „Can. X. U." f. 81ᵃ; alii autem pro „reprehendo" ponunt „vitupero"; vide *Migne,* PP. LL. LVIII, 994. Cf. *Can.* Epp. I, 209.

[2] „Stipendia enim peccati: Mors": Rom. 6, 23.

[3] Michael Dornvogel, titularis episcopus adramytanus; cf. *Can.* Epp. II, 632³.

[4] 17. Martii.

et rogo omnes ut illam materiam uelitis ab illo diligenter audire . Ego contendam cum Dei gratia tractare de Sacramento Altaris ut omnes magni et paruj cum maiori fructu accipiant" (ex *contionis commentario, a Canisio dictato et recognito. Cod. „Can. X. T." f. 150[b]—151[a]). Atque inde ab 18. Martii complures de Eucharistia sermones habuit, e quibus minimum tres de „communione sub una tantum specie" erant (Cod. „Can. X. T" f. 153[a]—172[a])[1]. Cum autem medio exeunteque a. 1562 pestilentia complures Germaniae urbes, ut Vindobonam et Monachium, ureret (vide supra p. 539 etc.), Canisius 11. Octobris[2] „de processionibus . precipue propter pestem" dixit, sic exorsus: „Quoniam ordinatum est ut cras et sequentibus septimanis processio specialis instituatur[3], ad Dej gratiam his periculosis vnd vngesundten Zeiten implorandam, breuem informationem dabo, quomodo quisque utiliter in illa se habere debeat" (ex commentario *contionis. Cod. „Can. X. U" f. 71[a]).

Magis singulatim haec omnia in „Tabulis chronologicis" ponuntur.

Hoc tandem iuverit monere: Ex his contionum commentariis proxime certissimeque hoc tantum cognosci: Quid Canisius dicere voluerit. Nam oratores nonnumquam aliter dicere, atque dicere statuerant, immo ne dicere quidem compertum est. Attamen ex magna diligentia, qua Canisius commentaria illa recognoscebat et emendabat, conicere licet, eum in ipsis orationibus ab iis vix recessisse; saepe etiam accidit, ut ex posteriore aliquo commentario plane cognoscatur, Canisium, quae in priore commentario scripserat, etiam dixisse.

Itaque Canisius a. 1561 et 1562 18 mensibus illis, quos Augustae versabatur, fere 200—225 contiones habuit.

249.

Sacris Quadragesimis (Febr. et Mart.) a. 1561 et 1562.

Sermonum catecheticorum sacris Quadragesimis a. 1561 et 1562 Augustae a Canisio habitorum argumenta. Canisius institutionem catecheticam maximi momenti esse censet. Cum pueris blande agit. Adulti quoque ad catecheses audiendas confluunt.

Canisius, id quod supra p. 615. 616 ostensum est, sacris Quadragesimis a. 1561 et 1562 praeter 4 contiones singulis hebdomadis usitatas vel 3 vel minimum 2 sermones catecheticos habere solebat. Quam

---

[1] Haud recte igitur *Agricola* scripsit, Canisium a. 1562 Quadragesimae tempore contiones de iubilaeo habuisse (l. c. P. I. Dec. 3, n. 75).

[2] „De processionibus . precipue propter pestem . cum Euang. Matth. 22." Hoc autem evangelium tunc in dioecesi augustana Dominica XX. post octavam Pentecostes (quae anno 1562 11. Octobris erat) legebatur (*Missale* Augustanum f. 229).

[3] In *contione Dominica XXIII. post Pentecosten sive 25. Octobris 1562 habita Canisius pronuntiavit, „processionem" hanc postridie ultimum habitum iri (ex contionis commentario. Cod. „Can. X. U" f. 83[a]).

institutionem idem *Canisius* anno 1562 sic exorsus est die 17. Februarii, quae erat feria III. post Dominicam I. Quadragesimae: „Est iam annus fere, quod Catechismum tractare tentauj, id est, breuem dare informationem, nouis uel simplicibus Christianis de precipuis partibus et articulis Christiane religionis, quos unusquisque, scire et confiteri[a] et retinere deberet . Jncepi autem duntaxat illo tempore et jeci fundamenta, sperando post pascha successurum aliquem et superaedificaturum . Cum autem hoc factum non sit et ego propter occupationes non potuerim me applicare[1], admonuere boni[b], ut rursus quod intermissum est opus bonum aggrederer et in Catechismo progrederer (ex huius *contionis commentario, a Canisio dictato et recognito. Cod. „Can. X. V" f. 5[b]). In exordio autem contionis Dominica III. Quadragesimae (1. Martii) 1562 mane in cathedrali ecclesia augustana habitae *Canisius,* postquam de praeceptorum divinorum observandorum necessitate pauca dixit, sic perrexit: „Verum de hoc dicam plura post prandium . Cogito enim hodie sicut ante annum factum est, apud D. Joannem aliquid dicere de Cathechismo percurrendo praecipuos articulos fidei nostre ut simplicib. necessarij [sunt], et quoniam de fide et spe docui, incipiam de charitate et decalogo breuiter proponere. Sperando quod saltem aliqui accedent nec contemnent salutarem doctrinam" (ex huius *contionis commentario, a Canisio dictato et emendato. Verba, quae modo proposui, Canisius sua manu in margine ascripsit. Cod. „Can. X. T" f. 135[b]).

Catecheticae autem illae contiones anno 1561 a Canisio habitae exstare, partim saltem, videntur in codice „miscellaneo", ut dicimus, qui signatus est „Scripta B. P. Canisii X. D". Hic enim codex, quo Canisius olim utebatur, f. 230[a]—245[a] octo continet sermones de doctrina christiana habitos et partim manu P. Guilielmi Elderen S. J., qui anno 1561 Augustae Canisium adiuvabat, partim externi alicuius manu, quae etiam in codice contionum a 2. Iulii ad 13. Decembris 1560 a Canisio habitarum („Can. X. R"; v. g. f. 32—39) apparet, scriptos. Quibus sermonibus nec locus quidem, nec tempus ascripta sunt; at ex ipsis cognoscitur, eos Augustae „pro iunioribus et senioribus" habitos esse eo anni „tempore, ubi quisque Christianus se disponere et instruere habet ad sanctissima Sacramenta, so lieb als ihn gott vnd gottes kirch ist" (l. c. f. 235[a]), sive in „Quadragesima" (f. 239[b]). Ac cum ex una parte Canisius in iis ne uno quidem verbo significet, se superioribus quoque Quadragesimis contiones catecheticas habuisse, ex altera autem eiusmodi contiones primum a. 1561 habitas esse constet (vide supra p. 615), iam dubitari vix poterit, quin huius codicis contiones a. 1561 recitatae sint.

Primae autem *contionis commentarium sic incipit: „Modus docendi Catechismum[2]. Relegantur ad verbum in singulis lectionibus,

---

[a] *2 vv. sqq. a C. ipso addita sunt.*

[b] *Sic ipse libr. correxit, quod scripserat:* admonuit me tempus, et bonorum quorundam bona intentio permouit.

---

[1] Domi Socii augustani et anno 1560 et a. 1561 pueros doctrina christiana imbuere solebant; vide *Can.* Epp. II, 863, et supra p. 596. 599. 604.

[2] „Catechismus", inquit *Canisius* in eadem contione, „est vera et bona infor-

uel Concionibus Germanicis Pater noster, Aue Maria, Credo et Decalogus . Deinde populus sedere iubeatur . Exordium lectionis ab Explicatione sententiae Regis Dauid, qui ab hoc docendi genere non abhorruit, Venite (inquit) filij, audite me, Timorem Dominj docebo vos Psal.: 33.[1] Sic Tobias filium docet diligenter, praesertim timorem inculcans[2], Sic Christus suum erga pueros affectum varijs modis declarat : Benedicens, complexans, osculans[3], defendens aduersus Pharisaeos Math: 21[4]. et contra Apostolos Math: 18. Vbi[5] proponit praemium, et recipientibus pueros, et minatur scandalizantibus. Quid multa? Sinite paruulos venire ad me[6], scilicet, vt doceantur, et discant scientiam salutis . Nec dubium, quin Apostoli sic fecerint, praesertim Paulus ad Corinthios, quibus lac dedit, non solidum cibum .1. Corinth: 3[7] . Ebr: 5 . loquens omnibus male institutis Christianis quodammodo . Imbecilles facti estis ad audiendum . Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis, vt doceamini, quae sunt Elementa exordij sermonum Dei, et facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo[8]. Applicatio ad praesens Institutum, secundum exemplum prophetae, Christi et Apostolorum . Docebo vos non veluti sapientes et doctos, sed ueluti paruulos et filios, venite tantum lubentibus et laetis animis, et rem vestram agi putetis, vt merito dici et esse filij Dei[a] possitis . Proponite vobis exemplum Pueri IESV, qui uelut exemplum discendi Catechismi praebuit, sepositis omnibus et relictis etiam parentibus mansit in templo, sedit quiete, audiens et interrogans Doctores, non vana et leuia, sed sancta, magna et salutifera[9]. Sic vos adeste nunc, et posthac semper" (l. c. f. 230). Deinde Canisius doctrinae christianae necessitatem et utilitatem, nomina Iesu et Mariae, signum crucis explicat. In *contionibus autem secunda et tertia, quis sit homo, quis christianus, quae hominis vere „christiani signa", exponit[10] (f. 233[b]—238[a]). In *quarta autem:

---

[a] *In comm. sequitur alterum* esse.

---

matio [et] instructio, in principalibus et maxime necessarijs partibus, nostrae sanctae et Christianae Fidei" (l. c. f. 230[b]).

[1] Ps. 33, 12. [2] Cf. Tob. 1, 9. 10; 4, 6—23; 14, 10—11.

[3] Cf. Matth. 19, 13—15. Marc. 10, 13—16. Luc. 18, 15.

[4] Cf. Matth. 21, 15. 16.

[5] Cf. Matth. 18, 1—10; 19, 13. 14. Luc. 18, 15—17 etc.

[6] Marc. 10, 14. Cf. Matth. 19, 14. Luc. 18, 16.

[7] Cf. 1 Cor. 3, 1. 2. [8] Hebr. 5, 11. 12. [9] Cf. Luc. 2, 46. 47.

[10] „Quid si dicant [protestantes] die Papisten. sicut etiam dicere solent cum quis gestat rosarium. 1.[m] si hominibus placerem Christi seruus non essem [Gal. 1, 10]. Amicus huius mundi inimicus Dej constituitur [Iac. 4, 4]. Quia de mundo non estis propterea odit uos mundus [Io. 15, 19]. 2.[o] Nonne melius est portare rosarium, quam caligas Saxonicas uel pennam [in] galero. Sed nouae fidei noua uestis conuenit" (l. c. f. 234[b]). Eiusmodi pennas etc. Augustae ministri Lutheranorum gestasse videntur.

„Dixi", inquit, „proxime, meam intentionem non esse ante Pascha incipere catechismum, sed quod uisum est bonum breuem doctrinam adducere pro simplicibus, ut se bene et christiane disponant ad summum hoc festum [paschale] . . . Dicis Magister indigeo bona instructione quomodo me habeam circa sacramenta confessionis et communionis . Sunt duo praeclara sacramenta et salutifera, cuperem illis uti ad dei gloriam, 2º secundum ordinem Ecclesiae . 3º ad salutem animae meae . Quid autem huc spectat quod debeo facere et incipere? Equum et iustum est habere desiderium bonum et quod paratus es[a] discere quod sit tibi salutiferum et Deo gratum . Ora Deum fideliter, ut mihi det gratiam dicendi, tibi autem audiendj et capiendi, quantum satis ad salutem . Vnum est tibi necessarium si uis recte celebrare Pascha . Quid est illud? vt te ipsum recte probes[1], sicut et Paulus docuit suos Corinthios. In quo me ipsum probabo? In his tribus 1º In uera fide . 2º in humili poenitentia . 3º in digna sumptione Eucharistiae" (f. 238[b]). Atque in ipsa hac contione Canisius de ecclesiae catholicae fide, in proximis autem *quattuor de paenitentiae necessitate et utilitate ac de contritione, peccatorum confessione etc. ad paenitentiae sacramentum recte suscipiendum necessariis disserit . Neque plures quam hae octo contiones catecheticae in codice illo inveniuntur. His tamen Canisium complures alias adiunxisse, quibus de altaris sacramento agebatur, et ipsa re valde probabile efficitur, et ex eo conici facile potest, quod Canisius ea de re se dicturum in quarta contione promisit quodque etiam proxima Quadragesima in simpliciorum gratiam catecheticum de ea sermonem habuit (vide infra p. 627).

Canisius in his contionibus admodum blande cum auditoribus loquebatur. „Familiariter et simpliciter agam uobiscum quasi cum pueris quaerendo et interrogando, nunc uestro nomine respondebo donec et ipsi discatis suo tempore respondere." „Nunc me conuertam ad meos dilectos filios et cum simplicibus simpliciter agam, sicut Pater cum suis paruulis quibus dat lac non solidum cibum[2] donec grandescant et fiant intelligentiores" (l. c. f. 233[b]. 235[a]). Quare mirum non est, eum paulo postquam contiones illas habere coeperat, dicere potuisse: „Gaudeo . . ob bonam uoluntatem quam etiam apud magnos et antiquos inuenio, ut relictis omnibus alijs curis et negotijs non dedignentur[b] Doctrinam puerilem audire" (l. c. f. 235[a]).

Porro Canisius contiones catecheticas illas, quas anno 1562 Dominica I. Quadragesimae promiserat se binas sequentibus hebdomadis habiturum (vide supra p. 616), in codice quidem, in quo tunc reliquas contiones scribebat („Can. X. T."), litteris consignare (praeter unam eamque eucharisticam, de qua mox dicetur) noluit; cum tamen antiquioris cuiusdam codicis sui („Can. X. V.") prima folia vacua esse

[a] est *Eld.* [b] dedignantur *Eld.*

[1] 1 Cor. 11, 28. [2] Hebr. 5, 12.

comperisset, in his per Andream Stör, cui eo tempore contiones dictare solebat, quinque ex contionibus illis catecheticis scribendas curavit (f. 3ᵃ—17ᵇ. 20ᵃ—21ᵃ).

Atque in exordio primae *contionis, feria III. post Dominicam I. Quadragesimae sive 17. Februarii 1562 habitae[1]: „Conclusi", inquit, „et promisi Catechismum in manus sumere et seruire simplicibus. Nunc primum rationes quasdam[a] adducam[b], quare conueniat et conferat tale Doctrinae genus tractare, ut uos et me ad hunc laborem lubentiores reddam . 2º quia multi non audiuerunt quod anno praeterito hic tractatum est, et si qui audiuerunt tamdiu retinere non potuerunt, uisum est rursus ab initio rem incipere et ad breues questiones referre, sed obseruata breuitate ne simus longiores ut per hanc Quadragesimam aliquid possimus expedire. Nullus Christianus concionator grauari debet, simplices instruere et tractare cathechismum." Postremam hanc sententiam Canisius multis rationibus confirmat, ut Christi Domini et Pauli apostoli ac sanctorum Patrum exemplis, sacrae Scripturae praescripto, experimentis etc. (l. c. f. 5ᵇ). In *contionibus autem secunda et tertia[2] de symboli apostolici gravitate rectoque usu, de eiusdem symboli ac fidei catholicae veritate, in *quarta de spe et oratione (dominica etc.), in *quinta de caritate, Decalogo universo, primo eius praecepto disserit. Atque quintum hunc sermonem 1. Martii habuit (vide supra p. 624).

Postea autem Canisium de reliquis quoque praeceptis, de virtutibus, peccatis etc. dixisse, valde probabile est, praesertim cum Augusta 14. Martii 1562 Salmeroni scripserit: „Aliquot ab hinc septimanis nihil ex Vrbe missum accepi. Scripsi et ego rarius, quotidiana Concione impeditus. Audimus laborem hunc non esse frustraneum, sed auditoribus utilem" (supra p. 389). Et Hosio 16. Martii 1562: „Quotidie mihi concionandum est." Et iterum eidem 28. Martii 1562: „Coepi febricula corripi, fortasse ob quotidianam illam in praedicando Dei verbo contentionem" (vide supra p. 393. 396). Atque in codice contionum eo tempore ab eo habitarum commentarius apparet *sermonis catechetici, quo feria IV. post Dominicam Passionis sive 18. Martii 1562, cur et quomodo sacra eucharistia sumenda ac quae eius utilitas esset, in simpliciorum gratiam breviter exponebat (Cod. „Can. X. T." f. 153ᵇ ad 156ᵃ). De reliquis autem sermonibus eucharisticis a Canisio exeunte m. Martio 1562 habitis vide supra p. 623.

Notandum hoc quoque est, Canisium, cum 15. Februarii 1562 pronuntiasset, se in posterum diebus Martii et Iovis post prandium de catechismo acturum, tamen Dominica III. Quadragesimae (1. Martii 1562) mane e suggestu dixisse, se ipso illo die, „sicut ante annum factum esset", post prandium catechismum expositurum; unde equidem opinor — neque enim certi quicquam affirmo —, Canisium Quadragesima quidem a. 1561 tres illos sermones catecheticos, quos praeter

[a] *Sequitur* adhuc, *a libr. oblitteratum.* [b] aducam *libr.*

[1] „1.ª Concio in Catechismo, Anno 1562": L. c. f. 5ᵇ.
[2] „Tertia Concio de Catechismo feria 3. post Reminiscere" [i. e. 24. Febr.]: L. c. f. 10ᵇ.

quattuor contiones singulis hebdomadis usitatas ab eo susceptos esse Hurtadus Perez affirmavit (vide supra p. 615), ita disposuisse, ut primum ipsa die Dominica post prandium haberet, atque ita sabbato confessionibus excipiendis contionibusque parandis vacare posset, Quadragesima autem a. 1562 inde a Dominica III. praeter duos sermones catecheticos, quos iam inde ab initio Quadragesimae diebus Martis et Iovis habebat, tertium addidisse eumque diebus Dominicis, sicut superiore anno factum erat, habendum. Ita etiam, quae a Canisio medio et exeunte Martio 1562 de „quotidiana contione" sua scripta esse supra cognovimus, facilius intelleguntur.

Qui pietatis fructus „per Quadragesimam" a. 1562 et ex sermonibus „post prandium de Catechismo", ut P. Elderen scribit, a Canisio habitis, et ex aliis contionibus eo tempore ab eodem recitatis collecti sint, vide supra, monum. 241.

250.

23. Novembris 1561.

Ex huius contionis commentario archetypo et a Canisio ipso recognito. Cod. „Can. X. Aa" f. 144b—145b.

Canisius e sacro suggestu queritur, quod nimia vectigalia imponantur; divites, quod in conviviis habendis corporibusque exornandis omnem modum excedant, inopes dure tractent, graviter reprehendit; merito eos annonae caritate a Deo puniri; auditoribus pauperes valde commendat.

Canisius in contione 23. Novembris 1561 Augustae in templo cathedrali habita interrogat: Spectando superiores, est hoc misereri populi, tam parum curare commune bonum, grauare subditos uel non aufferre grauamina communia, imponere tributa? Steurgelt, tribut vnd schatzung. 2º spectando diuites, quid communius quam abuti bonis ad fastum, luxum, carnalem uitam, et parum cogitare de pauperibus, 3º spectando comunem plebem, nonne durum[a] [?] est, neque iustitiam neque misericordiam nec charitatem esse, sua curare, pauperes negligere, neque de[b] paruo neque de magno tribuere[c], imo etiam mala uerba dare, et in corde male iudicare, proximum esse indignum nostra misericordia uel eleemosyna, esse ignotum etc., et sinimus potius nostra consumi quam ut cedant in usum proximi. Nonne, svnd vnd schand quod diuites tot florenos expendunt in unam comessationem, ut 10—20 uel centum pauperes foueri queant, 2º non inexcusabile tot nudos apparere[d], et nos abundare uestibus in cista. 3º Quis non arguat mulieres quae nullum modum et finem faciunt ornamentorum, semper noua excogitant, et prae alijs uideri uolunt, tantum exponunt in uestem quantum antea 5 uel sex ante paucos annos, nullus pannus satis delicatus, nullus cibus satis pretiosus, nullum vinum satis pre-

---

[a] *Sic legendum esse puto;* darum *vel* dorum *libr.*

[b] *Sequitur* uerbo, *a libr. oblitteratum.*

[c] *Sequuntur vv.* et semper, *a libr. oblitterata.* [d] aparere *libr.*

tiosum, nullum ornamentum sufficiens, ad uentrem et terrenum corpus decorandum et exaltandum. Ciues uolunt esse nobiles et iunckeros habere filios, nobiles consumunt quantum comites et principes. Quid ergo mirum, a Deo nos percuti carestia et inaedia, cum non simus misericordes, imo etiam tam turpiter abutamur[a], ut melius esset et optabilius, nos esse natos mendicos et perseuerare, [quam] quod opes nos perducerent ad peccata[b], et scandala imo etiam plerumque ad certam damnationem. Cogitate fratres exemplum Christi et commendatos habete uobis pauperes . 1º Nonne tempus ad hoc monet, die kalte vnd strenge Zeit, nonne pauperes potissimum nunc egent nostra misericordia, 2º Quis nescit Caristiam lignorum et omnium rerum, quae emi debent, 3º Quanta turba pauperum quae in dies augetur, cum artifices etiam non habeant quod agant, et grauantur mit der hausshaltung vxore et liberis, non possunt operari, non uendere, uendentes parum lucrantur.

251.

M. Novembri et Decembri 1561.

Ex contionum commentariis archetypis et ab ipso Canisio recognitis. Cod. „Can. X. Aa" f. 144. 183[b].

Canisius ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu auditoribus vehementer commendat, ut ad vestiendos adulescentes pauperes, qui litteris studeant, sacerdotes postea futuri, stipem conferant.

1. *Canisius in contione 23. Novembris 1561 Augustae in ecclesia cathedrali habita:* Euangelium, *inquit, [quinque panum a Christo in desertis multiplicatorum]* [1] inter caetera dicit Christum consultasse cum Apostolis presertim cum Philippo[c] [et] Andrea[2][d]. Sic et Paulus cum Corinthijs consultat de collectis[3] . hoc exemplum me monet ut etiam[e], hoc tempore nostris pauperibus succurratur, Non consulam, ut multa millia cibemus, quod est solius Christi[4], 2º ut omnia relinquamus pauperibus, sicut Cyprianus, Laurentius .3º Non ut demus dimidiam partem bonorum sicut Zacheus reddens etiam quadruplo[5], 4º vt qui habet duas[f] tunicas det non habenti[6] unam . vt Ioannes docet . sicut Franciscus Dominicus, et multi alij fecerunt, qui[g] etiam pauperes esse uoluerunt. Hoc unum[h] peto[i] et

---

[a] abutemur *libr.* [b] peccato *libr.* [c] *V. a libr. supra versum scriptum.*
[d] *8 vv. sqq. a libr. in marg. addita sunt.*
[e] *Supplendum videtur vel* vobiscum consulam, quomodo *vel* vobis consulam, ut *vel aliquid simile.* [f] duos *libr.* [g] *Sequitur* se, *ab ipso libr. oblitteratum.*
[h] *Sequitur* quod, *ab ipso libr. oblitteratum.*
[i] *2 vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.*

---

[1] Cf. Io. 6, 5—14. [2] Cf. Io. 6, 5—9. [3] Cf. 1 Cor. 16, 1—4.
[4] Cf. Matth. 14, 21. 22; 15, 37. 38. Luc. 9, 14—17 etc.
[5] Luc. 19, 8. [6] Luc. 3, 11.

consulo ut misericordiam nostram extendamus ad studiosos[a] pauperes, et aliquid contribuamus ad illos uestiendos, sicut et anno superiori factum est[1]. Certe opus hoc est magnae misericordiae uestire nudos, quod habet aeternam retributionem[2], et facit a Deo benedici[b]. Tob. Nudis uestimentum praebebat[3]. Act. 9. Dorcas faciebat tunicas[4]. Vnde hoc opus praeceptum et mercedem habet[c]. Tob. 4. Panem tuum cum esurientib.[d] et egenis comede et de uestimentis tuis nudos tege[5]. Jsaiae 58[e] Cum uideris nudum [, operi eum, et carnem tuam ne despexeris.][6f] Nudus eram et cooperuistis me[7]. 2º est opus fidei uerae, cum miseremur erga domesticos fidei. [Ad] Galatas 6. Dum tempus habemus, [operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei][8]. Hi uolunt et possunt in uinea Domini laborare[9], et ministri esse Ecclesiae[10], qui ubique desiderantur. 3º est opus iustitiae, tegere membra Christj[11] qui nostra membra superfluis ornamus, et in uestibus excedimus, mit den ringen, ketten, halssband, sammet vnd seiden, licet Christus dicat: qui mollibus uestiuntur, [in domibus regum sunt.][12] 4º est opus prouidentiae, praemittere thesaurum et recondere in coelo[13], et facere amicos de mammona[14]. 5º opus prudentiae, christianam iuuentutem iuuare in honestis studijs, et orphanos consolari, qui cupiunt esse boni, et si aliquando male agunt corripiuntur[g] a preceptoribus[h]. 6º nonne opus gratitudinis[i] prouidere illis qui quotidie pro nobis orant et psallunt, ornant et augent cultum diuinum, et impediuntur studijs et praeceptis ne mendicent[k].

Postrema haec verba. et quae paulo supra dicta sunt, satis clare ostendunt, Canisium, potissimum saltem, „pauperes scholasticos" significare, de quibus 28. Martii 1559 Augusta ad Lainium scripserat: „Sunt hic fere ducenti in schola Cathedralis Ecclesiae" (*Can.* Epp. II, 379); quamquam veteres illae scholae latinae, quae capitulo collegiali S. Mauritii et monasterio benedictino S. Udalrici iunctae erant, etiam tunc exstitisse videntur; quibus scholis catholicis aemulabatur gymnasium S. Annae,

---

[a] *A libr. correctum ex* exteriores.
[b] *Duae sententiae sequentes ab ipso C. in marg. additae sunt.*
[c] *Sequens libri Tobiae locus ab ipso C. in marg. additus est.*
[d] *Sequitur* egenis, *a. C. ipso oblitteratum.*
[e] *3 vv. sqq. a C. ipso supra versum scripta sunt.*
[f] *5 vv. sqq. a C. ipso supra versum scripta sunt.*
[g] *2 vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.*
[h] *Sequuntur vv.* nonne illic tuto collocatur, *ab ipso libr. oblitterata.*
[i] *Sequitur* orare p, *a libr. ipso oblitteratum.*
[k] *Sequitur* Conclude, *quo verbo huius contionis commentarium terminatur.*

---

[1] Vide supra p. 595. [2] Cf. Eccli. 12, 2. Matth. 25, 36. [3] Tob. 1, 20.
[4] Act. 9, 39. [5] Tob. 4, 17. [6] Is. 58, 7. [7] Matth. 25, 36.
[8] Gal. 6, 10. [9] Cf. Matth. 20, 1—16.
[10] Cf. Rom. 16, 1. [11] 1 Cor. 6, 15. [12] Matth. 11, 8.
[13] Matth. 6, 20; 19, 21. Luc. 12, 33 etc. [14] Luc. 16, 9.

quod a protestantibus regebatur (*P. Joachimsohn*, Augsburger Schulmeister und Augsburger Schulwesen in vier Jahrhunderten, in „Zeitschrift des Historischen Vereins für Schwaben und Neuburg", 23. Jahrg. [Augsburg 1896], p. 185—200).

2. *Eorundem scholasticorum Canisius iterum mentionem fecit ibidem Dominica II. Adventus sive 14. Decembris 1561, cum indulgentiam iubilaei promulgaret et, quomodo animi ad eam accipiendam parandi essent, exponeret. Haec enim, praeter complura alia, auditoribus commendavit: Ut quisque ea hebdomade* quinquies daret Eleemozynam. *Atque statim addidit:* Spero[a] uos non obliuiscituros [*sic*] pauperum scholasticorum. Si quis preterea posset uisitare pauperes, uel vnum cibare in mensa sua in tribus diebus, haud dubie gratum erit.

252.

Initio m. Decembris 1561.

Ex contionum commentariis, a Canisio ipso recognitis. Cod. „Can. X. Aa" f. 161[b]—162[a]. 168[a]. Cod. „Can. X. T" f. 30[a]—32[b].

Canisius Augustae ex sacro suggestu auditores a contionatoribus lutheranis cavere iubet, quippe qui „carnalis libertatis" blanda commendatione et fidem et mores corrumpant et Scripturam depravent.

1. *Canisius in contione ineunte m. Decembri (5. Decembris, ut videtur) a. 1561 Augustae habita: Christus, inquit, praedixit:* Surgent Pseudoprophetae[1] in nomine Christi, quos Ioannes uocat Antechristos[2] et propter hoc haud dubie fiet quod Paulus dicit : Multos a fide discessuros[3]. Vbi enim falsis praedicatoribus locus datur, facile seducuntur simplices, et praesertim quando ea docentur, quae sunt carni amica, et carnalem libertatem adferunt, vt nullus habet potestatem super Christianum, nullus obligatur ad ieiunandum, confitendum, feriandum et obediendum Episcopo, Nec necessaria sunt decem praecepta, quia non possumus obseruare, nec ullus obseruabit. Es monachus uel Sacerdos uel Nonna, nihil uota ligant conscientiam, potes exire, ad secularem statum, et matrimonium contrahere, quod maiores fecerunt et praeceperunt in cultu diuino, ist menschen danth et figmentum pharisaicum, et statuta Antichristi, nihil dubites te iustum et saluum esse, modo credas Christum esse saluatorem, qui pro te satis fecerit, et aduocatus est . Nonne haec dulcis doctrina, quae tales fructus attulit, ut nullo saeculo fuerint plures sectae et haereses. 2º plures apostatae 3º plures sacrilegi, 4º plures contemptores Sacramentorum, 5º plures deprauatores scripturae, in litera et sensu, 6º plures proprij sensus in rebus fidei, 7º plures rebelles

[a] *C. et hoc v. et omnia quae sequuntur sua manu scripsit.*

[1] Matth. 24, 11. 24. Marc. 13, 22. [2] 1 Io. 2, 18. 2 Io. 7.
[3] „In novissimis temporibus discedent quidam a fide": 1 Tim. 4, 1.

erga pastores Ecclesiae. Vnum adhuc deest falsis prophetis, quod signa non faciant[1]. Quia nec claudum asinum hactenus curant *etc.*

2. *Atque in contione Dominica II. Adventus (7. Decembris) 1561 Augustae in aede maxima habita Canisius protestantium contionatores vocat* spiritus erroris[2], qui nunc inordinate et indiscrete Christum praedicant . . . Vrgent fidem et non incutiunt timorem peccantibus, imo faciunt omnia peccata leuia modo fidamus . Auss sollichen suessen Zuckerpredigen, quid sequitur aliud quam falsa libertas et carnalis securitas.

3. *Ibidem die festo Sanctorum Innocentium (28. Decembris) 1561 Canisius:* Falsi predicatores medium predicant Christum, qui semper consolatur, ungit, promittit, donat, nihil curare [uidetur] peccata et impenitentem uitam, non respicit ieiunia fletus et opera penitentie, sed fidem tantum.

253.

14. et 19. Decembris 1561.

Ex contionum commentariis a Canisio ipso recognitis. Cod. „Can. X. Aa" f. 181[b] et Cod. „Can. X. T" f. 2[a].

Germanice haec vertit *Riess* l. c. p. 287. 290—291.

Canisius Augustae e sacro suggestu fatetur, quosdam indulgentias vendidisse et quosdam sicut Iudam inter apostolos se gerere.

1. *Canisius in contione 14. Decembris 1561 Augustae in ecclesia cathedrali habita:* Fit, *inquit,* quod multi indulgentias omnino[a] rideant et conspuant[b], fugiant et execrentur sicut Diabolus crucem, qui nihil de illis sciunt uel unquam audierunt fundamentaliter et proprie. . . . Ad hoc dedit occasionem proh dolor, quod annis superioribus quidam male se gesserunt cum indulgentijs, magis quaerentes seipsos, et commodum [proprium][c] quam Dei honorem[d], commodum Ecclesiae et salutem[e] animarum.

2. *Idem in contione 19. Decembris 1561 Augustae habita:* Quod quidam abusi sint Jndulgentijs praedicando et uendendo uerum est, et nullus Catholicus probat. . . .

Jta quod personae sublimis etiam status in Ecclesia se gerant, sicut Judas inter Apostolos mit sünd vnd schand, uerum est, et Catholicj sagens vnd klagents offentlich.

---

[a] *V. a C. ipso additum.*

[b] *6 vv. sqq. a C. ipso addita sunt; qui tamen scripsit* fugiunt *et* execrantur.

[c] *Hoc etiam Riess supplet („ihren eigenen Vortheil").*

[d] *C. ipse 2 vv. sqq. addidit.*

[e] *A C. correctum ex* commodum.

---

[1] Cf. Matth. 24, 24. [2] 1 Tim. 4, 1. 1 Io. 4, 6.

254.

A 10. Augusti 1561 ad 30. Augusti 1562.

Ex contionum commentariis, a Canisio ipso recognitis et emendatis. Cod. „Can. X. Aa" f. 16ª. 77ª. 187ª. Cod. „Can. X. T" f. 145ª. Cod. „Can. X. U" f. 34ᵇ. 35ᵇ. 38ᵇ.

Canisius Augustae e sacro suggestu, licet plurimos homines ecclesiasticos terrena nimium curare, avaritiae et simoniae vitiis laborare, litterarum studium, contionandi officium, orationem neglegere palam fateatur, auditores, ut clero reverentiam et oboedientiam praestent, graviter hortatur.

1. *Canisius 10. Augusti 1561 Augustae in aede maxima, cum, quantis vitiis omnes ecclesiae ordines laborarent, singulatim recenseret, primo loco de clero:* Quis, *inquit,* fleat satis considerando prelatos et Regentes (seelsorger)[a] in Jerusalem . Spirituales qui deberent esse semper in templo, illud visitare purgare honorare sanctificare, quid faciunt aliud, quam quod de templo faciunt ein gwerb hauss[1], nihil facientes gratis[2], quaerentes sua[3], versantes circa schoff vnd ochsen[4], vendentes columbas[5], sedentes bey iren öchsen benckhen, warten jres geitzes et occupant se tantum temporalibus. Non cogitantes, quomodo pascant oues[6], ducant caecos[7] et regant gregem cuius sanguis ab illis requiretur[8]. Hier. 6[9]. Libentius ruunt in peccata[b] et otium, quam discunt et docent, libentius versantur cum equis et canibus quam cum libris, libentius seruiunt mundo quam ecclesiae *etc.*

2. *Idem die 29. Septembris (festo S. Michaelis) 1561 ibidem:* Vade ad Ecclesiasticos, reperies uitam irreformatam, magnos abusus, maiorem amorem et cultum temporalium quam spiritualium, alioquin plus studerent, plus praedicarent, plus ieiunarent et orarent.

3. *Feria autem II. post Dominicam IV. Quadragesimae (9. Martii) a. 1562 Canisius Augustae e suggestu evangelium diei, quod de Iesu vendentes oves et boves etc. e templo eiciente etc. (Io. 2, 13—25) erat, explicans:* Hic, *inquit,* docentur spirituales, reprehensibiles quando magis curant temporalia quam spiritualia, et[c] non curant pro domo Dei sed pro seipsis, auarj sicut Judas[10], Symoniaci sicut Simon Magus der gottes gaben vmb gold wolt kauffen[11], non expendunt bona quorum sunt serui et dispensatores[12] ad honorem Dei, ad salutem animarum[13], ad aedificationem Ecclesiae[14], sed in proprium

[a] *Hoc v. C. sua manu verbo* Regentes *superposuit.*
[b] peccatis *exempl. meum.* [c] *Sequitur* magis, *a libr. oblitteratum.*

[1] Io. 2, 16. [2] Cf. Matth. 10, 8. [3] Phil. 2, 21. 1 Cor. 13, 5.
[4] Cf. Io. 2, 14. [5] Io. 2, 14. 16. [6] Io. 21, 17. Cf. Ez. 34, 2. 8 etc.
[7] Luc. 6, 39. [8] Ez. 3, 18. 20; 33, 8 etc.
[9] Cf. Ier. 6, 13. 28—30. [10] Cf. Matth. 26, 14—16. Luc. 22, 3—6 etc.
[11] Cf. Act. 8, 17—23. [12] 1 Cor. 4, 1. 2. 1 Petr. 4, 10 etc.
[13] 1 Petr. 1, 9. [14] 1 Cor. 14, 12.

commodum, uendentes quae debebant gratis dare[1], non solum oues et boues, klein vnd grose ämpter vnd pfrüenden, sed et columbas[2] id est spiritualia dona. Ipsi sunt qui domum Dei zu einem kauffhaus machen[3].

4. *Iterum die festo S. Bartholomaei apostoli (24. Augusti) 1562 in cathedrali ecclesia augustana Canisius „errore" quidem eos duci dixit, qui assererent,* quod spirituales non debent habere opes et regimen externum, sed tantum sicut Apostolj curare spiritualia[4]; *attamen haec addidit:* Verum est accessisse abusus, quod spirituales multi sic intenti sunt temporalibus, et impediti[a] secularibus negotijs, ut quod praecipuum erat munus negligant, magis fastuosi Principes quam docti Episcopi, meliores venatores quam praedicatores.

5. *Quamquam autem Canisius manifesta illa cleri vitia dissimulare nequaquam conabatur, ad reverentiam tamen et oboedientiam eidem clero praestandam populum serio hortabatur. Ita 15. Decembris 1561 Augustae in ecclesia cathedrali e sacro suggestu haec, praeter alia, dixit:* Qui legit epistolam Paulinam [priorem] ad Corinth . is facile uidebit et inueniet[b], in multis[c] reprehensibiles fuisse Corintheos . . . Inter alia uitia, male se gerebant erga curatos et praedicatores et ministros ecclesiae, de quibus male iudicabant, imo quos etiam contemnebant[5]. Vnde Paulus uelut bonus medicus uolens aegrotos curare, hanc dat medicinam, ut potius offitium quam personas considerent . Offitium in se bonum est, quia a Deo institutum et praeceptum, imo et necessarium. Personae bonae et malae esse possunt. Quod igitur Offitium spiritualium? Vt sint ministri Dei[6][d] in spiritualibus, seruientes Christo[7] capiti, quos qui contemnit, Christum contemnit[8]. 2° ut sint dispensatores mysteriorum[9] i. e. diuinae doctrinae et sacramentorum in quibus diuina uirtus salutem operatur[10]. Si huic offitio satisfaciunt, duplici honore digni[11] sunt, sin minus adhuc ferendi, imo et honorandi, et pro illis orandum, ut suum grauem, periculosum et laboriosum statum recte obeant, ministrando Ecclesiae[12], pascendo oues[13], et dispensando talenta[14], ad honorem Christj, utilitatem populi, et salutem animarum[15]. Corollarium. Notanda hoc saeculo doctrina, nunquam magis necessaria ob communem

[a] *Correctum a libr. ex* obruti spiritu.
[b] *A C. ipso correctum ex* intelliget.
[c] *Sic C. correxit, quod libr. scripserat:* saepe.
[d] *5 vv. sqq. a libr. in marg. addita sunt.*

[1] Matth. 10, 8. [2] Io. 2, 14. [3] Io. 2, 16.
[4] Cf. Act. 6, 1—6. Matth. 19, 27—29 etc. [5] Cf. 1 Cor. 1, 12; 4, 1—19.
[6] 1 Thess. 3, 2. 1 Cor. 4, 1. 2 Cor. 6, 4 etc.
[7] Rom. 16, 18. Col. 3, 24 etc. [8] Cf. Luc. 10, 16.
[9] 1 Cor. 4, 1. [10] Cf. 2 Cor. 7, 10. [11] 1 Tim. 5, 17.
[12] Cf. 1 Tim. 3, 10. 13. [13] Io. 21, 17 etc.
[14] Cf. Luc. 12, 42. 1 Cor. 4, 1 etc. [15] 1 Petr. 1, 9.

neglectum, et contemptum sacerdotum, quibus Deus tantam potestatem dedit, ut angeli uocentur[1], 2° ut potestatem habeant super principes in animam, 3º super angelos in docendo, dispensando, et super corpus Christj, 4° in regenda Ecclesia. Qui uos tangit [, tangit pupillam oculi mei.][2] Qui uos audit [, me audit.] Qui uos spernit [, me spernit.][3]

6. *Similiter in contione die festo S. Bartholomaei apostoli (24. Augusti) 1562 ibidem habita, Canisius evangelium diei (Luc. 22, 24—30) exponens de eodem:* Confirmat[a], *inquit,* fidem contra insectatores Clerj. discimus non esse nouum aut mirum[b] multo minus scandalosum Praelatos in Ecclesia esse culpabiles, sicut et in Apostolis et in Diaconis primis quidam fuerunt, Jn nullo statu defuerunt et desunt abusus. Si propter hos deserenda Ecclesia nec apostolica Ecclesia subsistet, cum semper multi uocati pauci electj[4]. Laus Christo qui praemonuit de malis ministris: Quae dixerunt uobis etc.[5] Dominica quoque XV. post Pentecosten (30. Augusti) 1562 *Canisius* evangelium diei, quod de 10 illis leprosis mundatis (Luc. 17, 11—19) est, ad auditores, ut sacerdotes, etiam malos, „honorarent", admonendos adhibuit, haec, praeter alia, dicens: „Aperta fraus et tentatio Demonis, quod hodie seducti contemnunt et rident Sacerdotes, et omnes non maculatos et sacerdotibus adhaerentes in fide et religione non pro Christianis habent sed impijs et idololatris uocantes eos Paepstler vnd pfaffenknecht.

Confer, quae Canisius de eodem argumento Augustae a. 1559 et 1560 e suggestu dixit; *Can.* Epp. II, 849—852.

255.

2. Februarii 1562.

Ex contionis eo die habitae commentario, a Canisio dictato et recognito. Cod. „Can. X. T." f. 76b—78a.

Libro „Centum mendaciorum papisticorum" a Rauschero ministro Lutheranorum evulgato, quo is, miraculorum etc. relationibus partim ineptis fabulosisque ex catholicorum libris collectis, catholicam doctrinam falsam demonstrare conatus erat, Canisius e sacro suggestu respondet: Multas quidem eiusmodi historias stultas esse confictasque; neque vero ecclesiam eas credendas proponere neque catholicos eas fidei fundamentum esse velle. Eas examinari oportere. Ipsos scriptores ecclesiae iudicio eas subiecisse, hancque complures proscripsisse. Quodsi aliqui imprudenter scripserint, id ecclesiae non esse vitio vertendum. „Mendaciorum" editorem de sacris rebus frivole

---

a *Hoc v. et 4 sqq. C. sua manu in marg. scripsit.*
b *3 vv. sqq. a C. ipso supra versum addita sunt.*

---

1 Cf. Mal. 2, 7. Apoc. 1, 20; 2, 1. 8. 12 etc.
2 Zach. 2, 8. 3 Luc. 10, 16. 4 Matth. 20, 16; 22, 14.
5 „Omnia ergo, quaecunque dixerint vobis, servate, et facite: secundum opera vero eorum nolite facere": Matth. 23, 3.

loqui nec Staphylo solum, sed ipsis etiam SS. Bernardo, Gregorio etc., maxime vero S. Francisco Assisinati maledicere. Si quis omnia Sanctorum miracula neget, hunc ipsi etiam evangelio adversari. Catholicos sua habere miracula, Augustini, Ambrosii, Basilii etc. testimoniis firmata. Protestantibus haec potius, quam quaslibet rerum novarum mirabiliumque narratiunculas credendas esse.

Canisius in contione 2. Februarii 1562 Augustae in ecclesia cathedrali habita de libro „Centum selecta . . . mendacia papistica" („Hundert auserwelte . . . papistische Lügen")[1]*, ab Hieronymo Rauscher lutherano, Palatini neoburgensis contionatore, paulo ante edito, pauca quaedam generatim praefatus, haec dixit:* Jnter uaria scripta scandalosa quae exstant[a] quidam librum nouum[b] scripsit, et edidit publice in quo tentat probare papistas falsam habere fidem. et erroneam doctrinam, excaecare die armen Christen, vnd jn abgrund der hellen verfüren, et prorsus esse Sathane filios. Quare? Quia in ipsorum scriptis inueniantur[c] aperta faisste, wolgemeste, vnuerschempte grobe lügen. Et qualia mendacia? Vnus scripsit olim Die lerchen, sein zu Francisci todt kommen vnd haben gesungen[2]. 2° Ein maidlin hat einen pfaffen in angesicht geschlagen, das im mund vnd nasen geblutet hat, 3° Papa benedictus[3], ist ein wilds thier worden, et usque ad diem Juditij debet patj an stinckenden vnd vnflättigen örten. 4° Eines doten menschen kopff hat geredt, 5° Fur in patibulo non potuit mori, Vnus somnia sua protulit et pro reuelationibus habuit diuinis etc. Ex his et similibus fabulis, narrenthaiding, vnd fantasien vnd erdichte historien probatum est satis quod Papistae sunt seductores populj[4], duces caecorum[5] et filij Sathanae[d][6]. Deberent nobis primum ostendere quod Ecclesia Catholica talia exempla et historias unquam acceptarit et probauerit, uel credenda esse docuerit, 2° in quo Concilio, 3° per quos Patres uel praelatos, talia sunt proposita affirmata uel probata 4° quis author et scriptor . Nam multa narrat huiusmodi exempla sine authore, fortassis et ipse finxit[e], uel ex anti-

---

[a] *Sic C. sua manu correxit, quae eius libr. scripserat:* Nonne ualde scandalosum quod. [b] *V. a C. ipso insertum.*

[c] *Ita C. ipse correxit librarii vv.:* Quia in suis scriptis ostendunt.

[d] *Partim supra, partim iuxta vv. sqq. C. in marg. ea scripsit, quae infra, p. 637, adn. 1, ponuntur.* [e] *5 vv. sqq. C. sua manu addidit.*

---

[1] Integrum libri titulum vide supra p. 374.

[2] Hoc alaudarum factum in Thomae a Celano duabus vitis S. Francisci Assisinatis, in „Legenda trium Sociorum", in Bernardi a Bessa libro „De laudibus S. Francisci" frustra quaeritur, in *S. Bonaventurae* autem „Legenda maiore" (Legendae duae de vita S. Francisci Seraphici editae a PP. collegii S. Bonaventurae [Ad Claras Aquas 1898] p. 154) et in „Speculo Perfectionis . . auctore fratre *Leone*" XII, 114 (ed. P. *Sabatier* [Paris 1898] p. 224) narratur. Atque equidem coniecto, Canisium narratiunculas, quarum hic mentionem facit, in unum collectas reicere, de singulis autem non iudicare neque negare unam alteramve earum veram esse posse.

[3] Benedictum IX. († 1058) dicere videtur. [4] Cf. Tit. 1, 10. 2 Io. 7 etc.

[5] Matth. 15, 14 [6] Cf. Io. 8, 44. 1 Io. 3, 10 etc.

quis sectarijs[a] [?] hausit, sicut solent sectarij libenter facere. Et ponamus esse scripta quaedam, sicut ipse alicubi[b] annotat, quis Catholicus fidem suam in ijs fundauit[c], ea defendit, approbauit[d], mori super ijs uoluit et pro credendis habuit quae ignoti, obscurj, suspecti et nullius nominis uel incertj finxerunt et scripserunt[1]. Quis nostrum unquam audiuit uel legit [ut euangelium][e] librum dictum de scala Celj[2]. 2º Jacobum de uictriaco[3], 3º librum apum[4]. 4º [aliquid] ex uitis monachorum huius uel illius ordinis[f] et actis franciscanorum[5]. Nonne tales libri nunquam[g] pro euangelio sunt habitj, uel ad credendum praeceptj . non credo quod nostro [tempore] ex illis con-

[a] *V. obscure scriptum.* [b] *V. a C. ipso insertum.*

[c] *Sic C. ipse correxit libr. vv.:* quis Catholicus est tam imperitus unquam.

[d] *4 vv. sqq. a C. ipso addita sunt.*

[e] *Vel haec vel similia supplenda esse, cum quae proxime antecedunt, tum quae proxime sequuntur, ostendunt. Ac perperam sane C. negasset, quemquam ex auditoribus suis, inter quos certe complures satis eruditi litteratique erant, libros, ut „Scalam Coeli" et „Librum apum", qui ipso saeculo XV. in Germania compluries typis exscripti erant, unquam legisse.* [f] *3 vv. sqq. a C. ipso addita sunt.*

[g] unquam *libr.; id quod falsum esse ex tota Canisii oratione patet.*

[1] De Sanctorum aliorumque miraculis et revelationibus etc., quae in libris quibuslibet narrantur, *Canisius* in margine sua manu adnotavit: „Nos [non] fundamus fidem super apparitiones, reuelationes, miracula, sed quando talia fiunt, accipimus pro testimonijs fidei, et confirmamur in fide agnita; que nititur uerbo dei nobis per scripturam et Ecclesiam reuelato."

[2] De Ioannis Gobii, vulgo „Iunioris", O. Pr. (sub a. 1350), „Scala coeli de diversis generibus exemplorum" Lubeccae 1476, Ulmae 1480, Argentorati 1483 etc. (*Graesse*, Trésor III, 466) edita *Iacobus Quétif* O. Pr. et *Iacobus Echard* O. Pr.: „Opus historiis . . . constat, quas simpliciores alias cum voluptate et fructu legerint, sed quas non facile sustineant viri acrioris judicii ac criterii" (Scriptores Ordinis Praedicatorum I [Lutetiae Parisiorum 1719], 633).

[3] Iacobus de Vitriaco (de Vitry), gallus vel belga, canonicus regularis O. S. Aug. ogniacensis (Oignies), episcopus aconensis (Acre, Ptolemais), postea cardinalis et episcopus tusculanus († 1240), scripsit „Historiam orientalem" sive „hierosolymitanam", „Historiam occidentalem", Vitam B. Mariae Ogniacensis etc. (*R. Ceillier* O. S. B., Histoire générale des auteurs sacrés et ecclésiastiques. Nouv. éd. XIII [Paris 1863], 537—538).

[4] Thomas de Cantimprato sive Cantipratensis, Leewis S. Petri (Leeuw-Saint-Pierre) prope Bruxellas natus, primum canonicus regularis O. S. Aug., deinde dominicanus († inter a. 1263 et 1293), in libro „Bonum universale de proprietatibus apum", qui iam saeculo XV. compluries (Coloniae, Argentorati, Daventriae, Svollae) excusus est, multa miracula mirave facta, quae suo tempore evenerint, critica ratione haud semper servata, refert (*Quétif-Echard* l. c. I, 250—252. *Graesse*, Trésor II, 58—59. *Bern. De Jonghe* O. Pr., Belgium Dominicanum [Bruxellis 1719] p. 146—149. *H. Denifle* O. Pr. in „Archiv für Litteratur- und Kirchen-Geschichte des Mittelalters" II [Berlin 1886], 227. *Alex. Kaufmann*, Thomas von Chantimpré [Köln 1899] p. 27—28).

[5] A compluribus huiusmodi libris, ut „Fioretti di San Francesco" (Vicenza 1476 etc.), „Speculum Ordinis Minorum" (Venetiis 1504 etc.), Ubertini a Casale „Arbor vitae Crucifixi" (Venetiis 1485 etc.), historias minus probatas haud abesse iudicat doctissimus vir *Ign. Jeiler* O. Min. (Kirchenlexikon IV, 1813).

cionator aut probat fidem aut fidei nostrae articulos, nec fuit unquam intentio scribentium, das man solliche geschichte vnd exempel soll gelauben bey verlust der Seelen salikait[a]. Nonne semper hic habuit locum[b] quod Paulus ait, Omnia probate, quod bonum est tenete[1]. Chariss. nolite omni spiritui [credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint][2] et subiecerunt se iudicio Ecclesiae quae etiam damnauit uarias legendas et acta olim edita. Cur[c] culpanda Ecclesia, si quidam suas fantasias et apparitiones pro certis credunt et affirmant, uel indiscrete scribunt et docent? Paucorum error non praeiudicat religionj. Ecclesia bonum semen seminat, sed inimicus zizania[3]. An taxandus Caesar, si quidam Caesariani uerbis uel scriptis se male gerunt, falsa docent uel fingunt. Jta nos possemus dicere de Sectis, quia sunt inter ipsos Sacrament schender, deprauatores uerbj[4], seditiosi, qui docuerunt de christiana libertate, quasi excludentes magistratum, gladium, praelatos, uinculum coniugij, ordinem politicum[d]. Vnus dicit alium mentiri. Sed ponit exempla ex Orosio, Gregorio, Damasceno, Petro Damiano. Primum quomodo probabit esse falsa . 2° Sic negabuntur omnes historie. Vnum adhuc ualde notandum est quod author ualde impure, crasse, scurriliter[e], irrisorie, carnaliter et ethnice loquitur de sacris et diuinis rebus, ut haud dubie qui Catholici non sunt[f], confiteri debeant non esse bonum spiritum, da man so vnchristelich schmehet vnd schendet. Bonus enim homo [de bono thesauro profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala] Math. 12[5]. Parum est das er so vnsinnig tobet vnd wutet wider den Staphilum[6], quem uocat inique ein verräther, ein verzweifleten Juden, ein abtrinnigen mamalucken, ein teuffels knecht. Et hoc sine omnj probatione, solum idcirco quia Staphylus est Catholicus et defensor Catholicorum, qui apperit mysteria Sectariorum, et probat dissensiones neochristianorum[7]. 2° Quid mirum pati Staphylum cum patiatur et S. Anthonius . S. Bernardus, S. Gregorius et praecipue S. Franciscus[8] de quo dicit descendisse ad infernum, et multis annis Demones non fuisse letiores

[a] *VV. sqq., usque ad* olim edita *incl., a C. ipso in marg. ascripta sunt.*
[b] *Ita C. correxit, quae ipse scripserat:* sed cogitarunt.
[c] *A libr. correctum ex* Quid. [d] *4 vv. sqq. a C. ipso addita sunt.*
[e] *V. a C. ipso additum.* [f] *Sequitur* Catholici, *oblitteratum.*

[1] 1 Thess. 5, 21. [2] 1 Io. 4, 1. [3] Matth. 13, 24. 25.
[4] Cf. 2 Petr. 3, 16. [5] Matth. 12, 35.
[6] In praefatione libri; vide supra p. 371. 374. De Friderico Staphylo, ex lutheranismo ad ecclesiam reducto, eiusque scriptis vide supra p. 87[3], et infra, monum. 386.
[7] *Canisius* in margine hanc ponit adnotationem: „Gregorium [Magnum] contemnit ob Dialogos . 2 Heraclidem . [quem ‚Historiae Lausiacae‘ a Palladio scriptae auctorem esse putabant] 3 Caesarium [Heisterbacensem, O. Cist., auctorem ‚Dialogi miraculorum‘] 4 Hieron. de uitis patrum.“
[8] Assisinas; vide supra p. 374.

quam in illius aduentu, quia promouerit in uita regnum Sathanae[a]. praecipue eo tendit liber, ut pro nihilo ducantur miracula. Debet author esse imperitus et fere infidelis, quod[b] toto libro tam parui aestimet miracula quae Deus per Sanctos fecit et facit, haec omnia fere ridet, quia non sunt scripta in Euangelio. Nonne hoc est blasphemare Deum qui potens est in Sanctis et tam multa operatur in uita et post mortem ut Demones timeant, infideles credant et Christiani ualde in fide confortentur. 2º Est negare Euangelium in quo Deus dedit potestatem Apostolis et alijs faciendi miracula[1]. Et maiora horum facient[2]. Nonne Christus plura fecit miracula quam scripta sunt. Joan. ultimo[3]. Jta et Apostolj, de quibus in genere Marcus: Jlli autem profecti praedicauerunt ubique[c] [Domino cooperante et sermonem confirmante, sequentibus signis][4]. 2º Quis non magis crederet S. Patribus et antiquis historiographis testantibus de miraculis Sanctorum quam nouis Sectis quae faciunt sicut Ethnicj credentes[d] que illis uidentur credibilia secundum carnem[5]: Nos testimonium habemus certum Augustini[e] de miraculis Stephanj[6], 2º Ambrosij de Geruasio et Prothasio[7]. 3º Basilij de 40. martyribus[8] 4º Eusebij de miraculis, an dem ertzbild Christi zu Cesarea[9], vnd durch das hailig creutz zu Hyerusalem gefunden[10]. Mirum nos credere alle newe zeitung quae

---

[a] *9 vv. sqq. a C. ipso addita sunt.* [b] *2 vv. sqq. a C. ipso addita sunt.* [c] *C. in infima paginae, quae hic terminatur, parte sive margine scripsit, quae supra, p. 638, adn. 7 ponuntur.* [d] *V. ab ipso C. additum.* [e] Augustinum *libr.*

---

[1] Matth. 10, 1. Marc. 3, 15; 16, 17. 18. Luc. 9, 1. 2. [2] Io. 14, 12.
[3] Io. 21, 25; cf. 20, 30. [4] Marc. 16, 20.
[5] Rom. 8, 1. 2 Cor. 1, 17 etc.
[6] *S. Augustinus* multa miracula invocato S. Stephano protomartyre (cuius reliquiae quaedam sub a. 424 in Africam translatae sunt) facta testificatur in l. 22. De civitate Dei c. 8, n. 10—22 et in Sermonibus 317 (c. 1), 319 (c. 6), 320—324 (*Migne*, PP. LL. XLI [Parisiis 1845], 766—771; XXXVIII [Parisiis 1841], 1435. 1442—1447).
[7] *S. Ambrosius* miraculorum in inventione et translatione corporum SS. Gervasii et Protasii martyrum a se facta ipsorum invocatione impetratorum testimonium reddit in Epistola 22. (alias 85.) ad Marcellinam sororem data, n. 9. 16—23 (*Migne*, PP. LL. XVI, 1064. 1065. 1067—1069).
[8] De 40 militum apud Sebasten Armeniae urbem martyrio miris signis a Deo illustrato *S. Basilius Magnus* homiliam ad populum habuit (Hom. 19. *Migne*, PP. GG. XXXI, 507—526).
[9] In aenea Christi statua Caesareae Philippi sive Paneade posita et a se visa (*Eusebii Caesareensis* Historia Ecclesiastica l. 7, c. 18 [*Migne*, PP. GG. XX, 679]).
[10] Num *Eusebii Caesareensis* in Psalmos commentarii, in quibus de „*τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀμφὶ τὸ μνῆμα, καὶ τὸ μαρτύριον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιτελεσθεῖσι θαυμασίοις*“ loquitur (in Ps. 87, 13. *Migne*, PP. GG. XXIII, 1061—1064), ea aetate noti fuerint, valde dubium est. Quare ea potius a Canisio significari puto, quae *Rufinus Aquileiensis* de prodigiosa sacrae crucis inventione refert in duobus illis „Historiae Ecclesiasticae“ libris, quibus Eusebii Historiam Ecclesiasticam latine a se versam prosecutus est, quique propterea commune cum ea Eusebii nomen habere poterant

excuduntur et adferuntur, et uaria signa in celo facta[a], et inuentiones nouorum scriptorum so grob und falsch sie jmmer ausgeen. Jtem creduntur quae scribunt Plutarchus Valerius Laërtius de Ethnicis. Cur non crederemus miracula ware Zeitung vnd wirckung, quae Christus fecit et antiqua Ecclesia credidit et totus orbis testatur, ad Dei gloriam et confirmationem fidei[1]. Nonne omnia possibilia credenti?[2]

Attamen Canisium nequaquam cum iis, qui ad veterum de sanctorum miraculis relationes reiciendas faciliores pronioresque sunt, sensisse, ex ipsius commentario de Sanctorum cultu scripto et a. 1562 Martyrologio illi germanico praeposito (vide supra p. 394[2]) patet; in quo *Canisius*, Rauscheri librum (id quod ipsius verba satis clare ostendunt) proxime significans: „Was man“, inquit, „in haidnischen bůchern von Gotloser vnd Haidnischer mãnner seltzamen geschichten vnd grossen thaten findet vnd liset : zů dem, was im himel oder auff erden wunders oder news im truck aussgeht, oder sonst gesagt wirdt : was man von sünd vnd schand der Prelaten erdicht vnd fürgibt, solches alles kan vnd will man jetzunder leichtlich glauben vnd annemmen . Was aber die alten Historischreiber von der Heiligen vnd kirchen geschichten bezeugen : was auch die Christenheit vor tausent jaren geglaubt, vnnd von grossen wunderzeichen, so Gott durch seine Heiligen vnd Hailthumb gewürckt, angenommen vnd bekennt hat, das muss vnnd soll bey der jetzigen welt für suspect vnd erdicht geachtet, ja für grobe, faisste, wolgemäste, Papistische lugen aussgeschryen, vnd, wie die lestermeüler sagen dürffen, auch dem Teufel zůgeschriben werden“: Martyrologium (Dilingen 1562) f. *** ıııȷ[b]. Longe quoque ab eo abfuisse, ut Canisius, quotiescumque hominis vita functi animam visam esse referretur, fabulam narrari censeret, ex contione 8. Novembris 1562 Augustae in aede maxima ab eo habita patet; in qua : Adversarii, inquit, „habeant pro nihilo spiritus apparentes[b] et miseriam suam exponentes, orationes et subsidia spiritualia postulantes . Nos credimus Demonis[c] ludibria non esse, sed sicut Gregorius[3] et alij patres docent[4] Justitiam Dej per hoc declararj, et confirmari fidem in altero seculo, et nos salubriter excitari ad timorem, humilitatem, deuotionem, charitatem“ (ex commentario a Melchiore Stör scripto et ab ipso Canisio recognito. Cod. „X. U.“ f. 116[a]). Confer etiam, quae de Sanctorum historiis, miraculis etc. Canisius ibidem 26. Aprilis et 8. Novembris 1562 dixit, infra, monum. 259. 263.

256.

M. Martio 1562.

Ex huius contionis commentario, a Canisio dictato et recognito. Cod. „Can. X. T.“ f. 150[b]—151[a].

---

[a] *VV. sqq., usque ad* ausgeen, *in marg. ascripta sunt.*

[b] apparantes *libr.* [c] *A libr. correctum ex* Demonem.

(l. 1, c. 7. 8. *Migne,* PP. LL. XXI, 475—477). SS. Cyrilli Hierosolymitani, Gregorii Nysseni, Ioannis Chrysostomi, Ambrosii, aliorum Patrum de eadem inventione testimonia collegit *Alfr. Holder,* Inventio Sanctae Crucis (Lipsiae 1889) p. 44—49.

[1] Cf. Marc. 16, 20. [2] Marc. 9, 22.

[3] *S. Gregorius Magnus,* Dialogorum l. 4, c. 40. 55 (*Migne,* PP. LL. LXXVII, 396—397. 416—421).

[4] Ut *S. Augustinus,* De cura pro mortuis gerenda c. 10. 11. *S. Bernardus,* Vita S. Malachiae c. 5. *S. Petrus Damiani,* Vita S. Odilonis, et Lib. 2 Epistt. n. 15, c. 5 (*Migne,* PP. LL. XL, 600—602; CLXXXII, 1081; CXLIV, 936—938; CXLV, 578).

Canisius „Dominica Passionis" Augustae e suggestu ecclesiae cathedralis queritur, multos Augustanos sacro Quadragesimae tempore, licet saepe a se moniti sint, nondum peccata confessos esse neque ieiunasse.

Canisius in contione „Dominica Passionis" (15. Martii) a. 1562 Augustae in ecclesia cathedrali habita, postquam vota recte sancteque Deo nuncupari ostendit, sic pergit: Priusquam procedam de duobus uos admonebo, 1º ut cogitetis maiorem Quadragesimae partem abijsse, et 14. tantum dies superesse, tanto diligentius hoc sacro tempore uigilandum et instandum, ad supplendum[a] quod neglectum est[b] hoc sacro tempore hactenus [?], et ad excitandum animos ad Deum et diuina sacramenta[c], ad quae omnes magis deberent se[d] et suos omni cura praeparare qui Christiani sunt. Quidam sunt confessi quidem[e] [?] Deo laus, sed maior pars more suo, sequitur Coruos[1], differt quantum potest, et ita[f] ad nullam rem minus se praeparat, quam ad optimum et maximum quod habemus in vnsrem Christenthumb[2]. 2º Quidam ieiunarunt, maior pars non ieiunauit, multi etiam Carnes uorarunt, quod alij inde offenduntur, et iustam causam habent se offendendi[g] . non iuuat Trostpredig aut busspredig[h]. Sic hodie in nobis impletur . M u l t i u o c a t i [, p a u c i v e r o e l e c t i.][3] Siccine[i] concludemus hoc sanctum pascha. 2 est hic fructus tot contionum et exhortationum praeteritarum .3 Sic curremus ad mensam Domini 4 Sic praeparamus nos ad pascha 5 Sic seduli et lubentes sumus in bacchanalib. uerum in dei seruitio manemus frigidi tardi vnlustig verdrossen . Feci quod meum erat . q u i s q u e s u u m p o r t a b i t o n u s[4]. Eia sic non se praepararunt ueteres Christiani ad suum Pascha. Hi sciebant esse leti in Bacchanalibus honeste, sciebant etiam tristarj in tempore poenitentiae, in ieiunio, et circa passionem Dominj, Si uolumus esse Catholicj ne claudicemus, sed fidem nostram[k]

---

[a] *A libr. correctum ex* ut suppleremus.

[b] *3 vv. sqq. C. ipse supra v.* hactenus *scripsit; qua re significasse videtur,* hactenus *delendum esse.*

[c] *C. ipse 2 vv. sqq. supra* atque, *quod libr. scripserat, posuit,* atque *delendum esse significans.*

[d] *C. ipse 4 vv. sqq. inseruit.*

[e] *Sic corrigendum videtur* quidam, *quod C. hoc loco supra versum scripsit.*

[f] *Sequitur* male, *a libr. oblitteratum.*

[g] *C. ipse 5 vv. sqq. in marg. ascripsit, ita tamen, ut, quo loco ea orationi inserere vellet, haud clare significaret.*

[h] *Quae sequuntur, usque ad* portabit onus *incl., a C. ipso raptim addita sunt.*

[i] *Sequuntur vv.* nos praepare, *a libr. oblitterata.* [k] nram *libr.*

---

[1] „Sunt enim qui praeparant conversionem, et differunt, et fit in illis vox corvina, Cras, cras": *S. Augustinus,* Enarratio in Ps. CII, n. 16. Similiter *idem* in Serm. LXXXII (alias de Verbis Domini 16), n. 14 (*Migne,* PP. LL. XXXVII, 1330; XXXVIII, 512).

[2] Ad sacrum Pascha et sacram communionem.

[3] Matth. 20, 16; 22, 14. [4] Gal. 6, 5.

probemus et ornemus uera obedientia Deo et Ecclesiae debita[a] 2? moriamur peccato et carni, ut cum Christo laetj resurgamus[b][1]. Hoc vnum. Alterum *etc.*

257.

20.—23. Martii 1562.

Ex harum contionum commentariis a Canisio ipso recognitis. Cod. „Can. X. T" f. 156ª—167ᵇ. 168ᵇ—171ª. 172ª.

Canisius Augustae ex sacro suggestu communionem sub una specie defendit; in Bohemia „post usurpatum calicem" pessimos fructus comparuisse.

Canisius Augustae ex ecclesiae cathedralis sacro suggestu communionem sub una specie defendit 20., 21., 22., 23. Martii 1562, quae erant feria sexta et sabbatum hebdomadis „Passionis" ac „Dominica Palmarum" et feria secunda „hebdomadis maioris". Ac 20. Martii de variis rationibus Christum sumendi eiusque sumptionis necessitate dixit; 22. Martii, quae a protestantibus contra communionem sub una specie sumendam proferebantur, refutavit; 23., cur iidem adeo „urgerent calicem", exposuit; maxime autem 21. Martii (quo die tunc, ut videtur, festum „Annuntiationis Beatae Mariae Virginis" „anticipabatur" [2]*) multis argumentis ex sacra Scriptura, sanctis Patribus, conciliis, historia ecclesiastica, atque etiam ex Lutheri, Melanchthonis, Buceri verbis scriptisque petitis ostendit, communionem sub utraque specie non esse laicis necessariam eosque* merito se consolari et confirmari in laudabili [consuetudine] sacramentum hoc sumendi sub una specie . . . . . Non est tempus hic dubitandi uel disputandj quia iam est data sententia[3], et haud dubie Doctore Spiritu sancto. *Quam sententiam Canisius confirmari asserit etiam* a fructibus, qui sequuntur in Bohemia et alibi post usurpatum calicem[4] . ut abrogare missam, totum Christum amittere, contemnere praelatos, sacrilegos esse, damnare totam ecclesiam, noua templa et nouum cultum erigere. *De sacerdotibus autem dicit:* [Sacerdos] contra potestatem et uoluntatem superiorum non debet hic innouare et scandalizare infirmos.

Confer, quae Canisius de calice laicorum a. 1562 et Tridenti dixit et scripsit caesari, supra p. 499—513, et infra, monum. 367—371.

---

[a] debite *libr.*

[b] *2 vv. sqq. a C. ipso ascripta sunt.*

---

[1] Cf. Rom. 6, 2. Eph. 2, 5. 1 Petr. 2, 24 etc.

[2] De hoc more olim ab aliquibus Germaniae ecclesiis servato scripsit *Ant. Ios. Weidenbach,* Calendarium Historico-Christianum medii et novi aevi (Regensburg 1855) p. 193.

[3] De sententiis adversus eos, qui communionem sub una specie reiciebant, in synodis constantiensi et basileensi latis vide supra p. 503. 508.

[4] Cf. *Can.* Epp. I, 546. 553.

258.

26. Aprilis 1562.

Ex contionis commentario, ab Andrea Stör scripto et a Canisio recognito. Cod. „Can. X. U“ f. 17[a].

Canisius sacram ad „montem sanctum“ Andechs peregrinationem commendat.

Canisius Augustae 26. Aprilis 1562 e suggestu sacras peregrinationes multis rationibus ex Scriptura, traditione, exemplis Sanctorum petitis defendens commendansque, singularem fecit mentionem abbatiae benedictinae Andechs (nunc prioratus eiusdem ordinis, in Bavaria superiore) sive „Montis sancti“, ut vulgo dicunt, ubi tum multae sacrae reliquiae, tum tres hostiae olim consecratae ipsaque antiquitate mirificae asservantur. In sermonis enim initio ait quaerendum esse, an sit Christianum utile et laudabile, ut quis ex uoto peregrinetur ad hunc vel illum locum sacrum, sicut multi sciunt quod soleant nonnulli semel vel bis in anno ad montem sanctum proficisci, et ad similes ecclesias.

259.

26. Aprilis 1562.

Ex contionis commentario, ab Andrea Stör scripto et a Canisio ipso recognito. Cod. „Can. X. U“ f. 18[b].

Canisius, sacras peregrinationes commendans, Deum Oettingae, Compostellae, Eystadii etc. per Sanctos miracula edere testatur.

Canisius in contione Augustae 26. Aprilis 1562 habita ad sacras peregrinationes commendandas haec, praeter alia, protulit: Ut Lutherus fatetur et experientia docet, Deus facit miracula[a] in quibusdam locis per Sanctos suos, sicut per Walburgam in Eistatt[1], 2º per Philippum in Sicilia[2] 3º per Jacobum in Hispania[3], per Nicolaum in Licia [?][b][4], per[c] Stephanum in Affrica[5] per S. Leonar.[6] zu Duntenhausen[7], zu unsern .l. frawen zu Oettingen[8].

[a] miraculo *libr.* [b] *Vide infra, adn. 4.*
[c] *Hoc verbum et quae sequuntur, C. sua manu addidit.*

[1] S. Walburgis abbatissa monasterii Heidenheim, sub a. 780 ibidem mortua, saeculo IX. Eystadium translata.

[2] S. Philippus presbyter, „Siculorum apostolus“ (sub initium saeculi V.?). Notandum est, Canisium a m. Aprilis 1548 ad Iunium 1549 in Sicilia degisse.

[3] S. Iacobus maior, apostolus, Compostellae sepultus.

[4] Fortasse lapsu vel calami vel memoriae „Licia“ scriptum est pro „Italia“ vel „Apulia“; constat enim, S. Nicolaum episcopum myrensem (Myra, Lyciae urbs) (sub medium saeculum IV. [?] mortuum) saeculo XI. Barium (Bari) translatum esse.

[5] Cf. supra p. 639[6].

[6] S. Leonardus eremita et abbas, monasterii nobiliacensis conditor († sub a. 559).

[7] Tuntenhausen, Bavariae superioris vicus.

[8] Altötting, Bavariae inferioris oppidum, ubi Beatae Mariae Virginis imago vetustissima colitur.

260.

Sub medium m. Septembrem 1562.

Ex commentario ab Andrea Stör scripto et a Canisio recognito. Cod. „Can. X. U" f. 50a.

Canisius e suggestu divites Augustanos monet, ut pauperes catholicos adiuvent.

Canisius in contione sub medium m. Septembrem a. 1562 Augustae in aede maxima de ieiunio habita: Moneo, *inquit,* et rogo diuites ut hoc tempore seipsos admoneant, ut ostendant suam charitatem et misericordiam erga pauperes et praeter solitum in hac[a] Angaria[1] aliquid erogent in subsidium pauperum Catholicorum, qui propter instantem hyemem multis egent subsidijs. ut quia debent migrare et nouas aedes occupare 2º ligna sibi prouidere, 3º se et suos uestire et cibare hoc difficili tempore. Vellem igitur ut pecuniae summa bona[b] colligeretur, et dabitur ordo ut expendatur utiliter ad consolationem et opem eorum qui magis egent et nostrae sunt fidej domesticj[2].

Augustani Canisium ita monentem non neglexerunt; vide infra, monum. 267.

Ceterum longe aberat, ut *Canisius* pro iis, qui laborando victum sibi comparare poterant, stipem peteret; nam, ut unum exemplum ponam, in contione tertia de tertio Decalogi praecepto (30. Augusti, ut videtur) a. 1562 habita, postquam sacrae Scripturae locos, quibus laborare iubemur, recitavit, primum quidem: „Hic arguuntur", inquit, „diuites, qui raro aut nunquam operantur, neque festo neque per hebdomadam[c], diu dormiunt, laute viuunt, magnam diei partem transigunt induendo et ornando, 3 sedendo in mensa 4 ludendo et fabulando 6. banchetiren .7 tripudiando, et hoc maxime in festo, neque uident quanta mala sequantur ex ociositate, ut etiam Sodoma sit subuersa propter ocium."[3] Deinde autem ad pauperes sermonem convertit; nam contionis commentario, quod scriptori dictaverat, sua manu in margine adnotavit: „Applicatio ad pauperes pigros et otiosos qui malunt mendicare tota hebdomada et onerare alios quam ut lucrentur manib. panem. Non loquor de senib. infirmis, brestafftigen, miseris debilibus personis. sed de iuniorib. fortib. valentib. operari" (ex contionis *commentario archetypo. Cod. „Can. X. U." f. 181b).

261.

M. Septembri 1562.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. U" f. 49.

Canisius Germanos fere magis quam alios ieiunii lege teneri e suggestu pronuntiat.

Canisius in contione Augustae m. Septembri 1562 ex ecclesiae cathedralis suggestu habita conquestus est, quod ieiunii lex non serra-

---

[a] hanc *St.* [b] *St. correxit* summa bona *ex* quaedam.

[c] *Quae sequuntur, usque ad* in festo *incl., C. in contionis commentario sua manu addidit.*

---

[1] Haec „quatuor tempora" eo anno erant 16., 18., 19. Septembris.

[2] Gal. 6, 10. [3] Cf. Ez. 16, 49.

retur. Dico, *inquit,* aperte, quod nos Germani fere plus ieiunare obligemur quam aliae nationes, quia non minus sed magis et sepius peccamus crapula et ebrietate vt inde etiam appellemur , dollen vollen deutschen 2º magis est necessarium hoc ieiunium, quia in prouincia habemus multa Demonia quae non possunt expellj nisi[a] duobus istis medijs ieiunio et oratione , sicut Christus dixit Matth. 17[1]. Quae ista Demonia? Spiritus erraticj, qui intellectum captiuum tenent, vt multa millia non intelligant nec comprehendant ueram et saluificam fidem sed pro illa uarios errores et sectas acceptant et in illis obstinate perseuerant et pereunt. . . 3º ualde nobis necessaria haec ordinatio quod prae alijs regionibus habeamus penuriam ministrorum Ecclesiae etc.

Notandum tamen est, *Canisium,* cum ipso hoc anno 1562 die „Cinerum" et „Dominica I. Quadragesimae" Augustae ex sacro suggestu, qualibus cibis eo tempore abstinendum esset, exponeret, neque ovorum neque lacticiniorum mentionem fecisse: „Quilibet teneatur (non habens excusationem) . . . abstinere a carnib." et „semel in die edere temperate". „Quid requirit Jeiunium? . . . Ecclesia requirit ut semel in die comedatur, et intermittatur usus carnium" (ex *contionum commentariis a Canisio recognitis. Cod. „Can. X. T." f. 80ᵇ. 90ᵇ). Ceterum Canisius et sibi et Sociis ipsi subiectis facultatem a sede apostolica impetraverat, ieiunii et abstinentiae leges, ac nominatim eas quoque, quae de ovis et de lacticiniis sunt, hominibus relaxandi; vide supra p. 61. 70. *Ioannes Agricola* „senior", medicinae professor in universitate ingolstadiensi et eiusdem universitatis „camerarius" sive quaestor, m. Februario a. 1559 ad P. Thomam Lentulum S. J., collegii ingolstadiensis rectorem, (sua manu) scripsit: „S. Reuerende pater Rector humanissime intelligo quod Reuerentia tua nolit vti per hoc tempus butyro . quod erit omnium difficillimum. D. Claudius[2], D. Canisius, D. Alphonsus[3] et ceteri omnes vsi sunt butyro . ob difficultatem deglutiendi olei, quod minime respondet oleo Italico, quod non multum abludit a Butyro . Nostrum autem foetidissimum et abominabile morbos varios in fratribus esset procreaturum . Ad haec remedium habemus hic et ante lutteri haeresim a Pontifice ingolstadiensibus permissum est Butyro vesci, cum parua remuneratione Templi Mariani, eo quod pauperrimum est . Credo sufficere dimidium aureum pro vestra tota familia corbonae imponendum. Vltima tamen magna videlicet septimana (quod apud nos faciunt etiam alij religiosiores) licebit vel oleo vel aqua vti. Caeterum toto ieiunio ita profligare sanitatem certe minus videtur consultum. Bene Valeat d. t. Camerarius." *Altera manu* eiusdem temporis ascriptum est: „Similiter[b] — Cum ex more nostri territorij receptum sit butyro vesci sententiam d. Doctoris probo." Ac P. *Nicolaus Lanoius* S. J. postea adnotavit: „Ihesus. D. Camerarij admonitio quaedam 1559" (ex *archetypo. Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I", f. non sign., quod est primum post f. 64).

262.

A m. Septembri ad Decembrem 1561.

Ex contionum commentariis, a Canisio recognitis. Cod. „Can. X. Aa" f. 161. 77ᵇ.

---

[a] *Sequuntur vv.* sicut Christus dixit, *a libr. oblitterata.*
[b] *Sequitur vocabulum obscurius scriptum.*

---

[1] Matth. 17, 20. Cf. Marc. 9, 28. [2] Iaius S. J. [3] Salmeron S. J.

Canisius e suggestu veterum Augustanorum pietatem, frugalitatem, beneficentiam, recentium impietatem, luxuriam, iniustitiam describit; a bibliopolis libros disseminari periculosissimos.

1. *In contione ineunte m. Decembri (5. Decembris, ut videtur) a. 1561 Augustae in ecclesia cathedrali habita Canisius:* Quis, *inquit,* non uidet, . . indies mundum magis a bono, uirtute, et pietate discedere , omnem fidem perire etiam inter amicos et uicinos et fratres[a], quis pudor apud pueros et puellas, quae honestas apud coniuges, quae religio et deuotio apud Spirituales. Quae cura orandi in templis, dicam unum et alterum exemplum. Adhuc uiuunt qui testantur, quomodo die Sabathi populus mature reliquerit laborem 2º confugerit gregatim in Ecclesiam . 3º manserit in oratione usque ad noctem 4º uisitarit sanctum Vdalricum[1] 5º quod impleuerit omnia templa. 6º ibat cum deuotione ad oblationem[2]. 7º quilibet certas habebat orationes ad Deum et sanctos eius . 8º dabant eleemosynas pro se et mortuis, aedificabant et ornabant templa et capellas, 9º contenti uno uini genere, paucis ferculis, uestitu frugali, multum ieiunabant, in Aduentu ter, alij quottidie, et praeparabant suos ad hoc festum[3]. Non dubium quin multi haec et similia plura ex suis etiam parentibus audierint. Quid autem nunc agitur. Hoc uidetis, non opus est explicatione. Quando fuit maior et comunior Caristia an holtz, schmaltz wein etc . 2º quando maior superbia uisa in uestibus 3º maior luxus in conuiuijs . 4º maior turpitudo et plures adulteri.

2. *Iam paulo ante, in contione 29. Septembris 1561 ibidem habita, questus erat:* Vade ad mercatores quales quam graues exercent usuras, quae iuramenta, quas falsitates, quas practicas committunt . grauant enim totum mundum offendentes omnes bonos, et laedentes omnem charitatem et aequitatem. . . . Vade ad bibliopolas . inuenis triplicem uel sextuplicem [*sic*] fidem, et eam defensam[b] uerbo Dei . Nonne uendunt talia uenena ut totus mundus offendatur, ut simplices legendo nouas doctrinas offendantur, imo et seducantur, ut merito nullus liber emi debeat sine magno timore quia uidemus etiam doctos per hoc medium Typographiae offendi exercerj et peruerti.

---

[a] *Sequitur* nihil, *a libr. ipso oblitteratum.*
[b] deffensam *libr.*

---

[1] Corpus S. Udalrici († 973), episcopi augustani et eiusdem dioecesis patroni praecipui, Augustae in aede SS. Udalrici et Afrae, quae Canisii tempore Benedictinorum erat, nunc autem parochialis est, asservatur.
[2] Oblationes pecuniae aliarumque rerum (ut frugum) dicit, e vetere memoria inter missae sacrificium a fidelibus fieri solitas.
[3] Festum Nativitatis Domini.

263.

8. Novembris 1562.

Ex cod. „Can. X. U“ f. 112. 113[a].

Canisius e sacro suggestu fideles monet, ut tanto magis Sanctos colant, quanto maioribus hi fraudibus a daemone modo impugnentur. Sanctorum historiae, imagines, reliquiae etc.

In contionis die octava festi Omnium Sanctorum et Dominica XXV. post Pentecosten (8. Novembris) 1562 Augustae in ecclesia cathedrali a Canisio habitae commentario ab Andrea Stör scripto haec sunt: [Sathan] semel detrusus de caelo aegre fert in suum locum Sanctos succedere, vnde illos tentat grauiter ad mortem usque, 2º Cum iam Sanctos in caelo uidet a Christo coronatos ut non possit illorum faelicitatem et gloriam impedire, studet in terris illos persequi, et se illis opponere multis modis 1º ut aboleantur illorum festa . . ., 2º ut historiae illorum negentur, et legendae pro lugenden[1] habeantur, cum tamen[a] sancti doc. descripserint Hiero. Euseb. Niceph.[2] [et] maiores magnum fructum ex Sanctorum exemplis acceperint, et nos credere potius Christianis debeamus, quam Ethnicis historiographis . 3º Vt imagines illorum destruantur quae sunt librj Laicorum et sapientes etiam admonent de multis rebus pijs. . . . 4.º Vt sepulturae Sanctorum uilipendantur. . . . 5º Vt contemnantur et proijciantur Sanctorum ossa. . . . 6. Vt aboleantur ieiunia et uigiliae in honore Sanctorum instituta. . . . 7º Contendit Sathan breuiter, omnem Sanctorum memoriam abolere, illorum nomina e Kalendario[b] eradere omnem illis honorem detrahere, et quicquid in eorum memoriam aedificatum et ordinatum est opprimere et destruere, Jta sperat non solum Sanctis sed etiam Christo nocumentum adferre, Ecclesiam priuare magno[c] thesauro, et fidem ipsam magis extinguere[d], sicut iam passim extinguit, tanto magis contra Sathanam nobis eundum et maiorj studio colendi Sancti.

Quibus verbis a Störio scriptis Canisius sua manu haec addidit: Quibus fraudibus Sathan honorem Sanctorum extenuet.

1 Jncipit ab externis quae magis mouent. Quid opus grauare populum tot festis, nonne melius laborare quam male feriari.

2 quis nouit[e] an sint sancti . multa excogitata et falsa in legendis.

---

[a] *Quae sequuntur, usque ad* Niceph. *incl., a C. ipso supra versum addita sunt.*
[b] Kalendaria *St.* [c] *A St. correctum ex* summo.
[d] *A St. correctum ex* extendere. [e] *Sequitur* qualis, *a C. ipso oblitteratum.*

---

[1] Lugende, Lugente, Lügende = Lüge (mendacium); quam verbi huius distortionem Lutherus primum usurpasse videtur (*Jac.* u. *Wilh. Grimm,* Deutsches Wörterbuch VI [Leipzig 1885], 1279).

[2] Eusebius Caesareensis († 340), qui praeter Historiam Ecclesiasticam etc. Vitas martyrum palaestinensium scripsit, et Nicephorus Callisti († post 1341), qui et ipse Historiam Ecclesiasticam scripsit. De Hieronymo vide supra p. 279.

3 Vbi praeceptum[a] Jmagines in Ecclesia proponere et multiplicare.

4 Quid refert ossa mortuorum conseruare et ornare et sepulchra illorum uisitare.

5 postea[b] fidem ipsam arripit. Quis scit si in celo sunt[c] 2 et ut sint in celo, quomodo sciunt quae aguntur et audire [possunt] nostras orationes 3 ut sciant etiam num possunt iuuare 4 Vt iuuare possint, non tamen inuocandi 5 non adorandi.

Cum his conferenda sunt, quae Canisius de Sanctorum miraculis ex eodem sacro suggestu dixit 2. Februarii 1562 (supra p. 638—640) et quae de Martyrologio Canisii opera a. 1562 germanice edito dicentur infra, monum. 399.

264.

1562.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. U" f. 147[b] ad 148[a].

Canisius e sacro suggestu augustano, rigorismum improbans, saltationes ne dominicis quidem diebus illicitas esse affirmat; eos tamen, qui voluptatibus nimis se dedant, vituperat.

Canisius in contione quadam a. 1562 Augustae in templo cathedrali (vel ecclesia S. Ioannis ei contigua) habita quaestionem, num hominibus christianis diebus dominicis „chorisare" liceret, tractans, ita disseruit: Sermo[d] vester in gratia sale sit conditus — lieblich mit saltz gewurtzet — ut sciatis quomodo oporteat vos ainem jeglich vnicuique respondere Coloss. 4[1]. Haec regula semper bona et vtilis etiam in prophanis negocijs praecipue autem in negocijs conscientiam concernentibus. Illic[e] enim opus est discrete loqui, et bonum seruare medium, ut ne quid nimis, zû vil ist vngesunt[f], nit zu hoch spannen praeceptum, nit verstrichen die gewissen[2], et salutarem cibum non nimium salire, nimium utendo sale corrumpitur bolus, et sicut non[g] bonum est ubi merum[h] sal est ita ubi nimium mellis in pincendo[i] [?] apponitur . Hoc dico non solum de choreis sed etiam uon allen kurtzweilen in diebus festis,

[a] *Sequuntur vv.* agere cum, *a C. ipso oblitterata.*

[b] *Sequuntur vv.* venit ad, *a C. ipso oblitterata.*

[c] *Sequuntur vv.* dormiunt forte; *ac* forte *a C. ipso oblitteratum est; qui etiam* dormiunt *oblitterare vel voluisse vel debuisse omnino videtur.*

[d] *Hoc v. et sqq. usque ad* praecipue autem *incl. C. sua manu scripsit.*

[e] *Hoc v. et sequens a C. ipso supra versum addita sunt.*

[f] *Quae sequuntur, usque ad* salire *incl., a C. supra versum addita sunt.*

[g] *Sequitur* ubi, *a libr. oblitteratum.* [h] meru *libr.*

[i] *Sic; sed corrigendum videtur* pinsendo.

[1] Col. 4, 6. [2] Cf. 1 Cor. 7, 35.

mit spielen, schiessen, springen, spacieren, solassen [1] [*sic*][a]. Vnde non laudarim sed pro inconuenienti ducerem si quis proximum iudicaret condemnaret ac contemneret ob huiusmodi recreationes etiam si multa saepe[b] peccata concurrant . nam difficile est probatu, quod homo[c] uirtute huius praecepti sit obligatus solum deo seruire et spiritualibus uacare, nullumque dare locum sich zu ergetzen. Hic opus notare circumstantias de persona, 2° de loco, 3° de modo, 4° de intentione.

Dico 2° quod ex altera parte non[d] decet iustificare iniquos [2] [et] nimium latas facere et relinquere conscientias non oportet, neque peccatoribus pfulben [3] vnder den elleboge geben[e]. Ezechiel. 13 [4] nec excusare communes abusus aut tegere et palliare mundanorum licentiam, qui nimium sunt ad malum propensi, et facile arripiunt pallium, ad excusandas excusationes in peccatis [5]. Quam multos uidemus passim[f] nunquam saturarj leuitatibus et recreationibus, currunt de una ad aliam a mane usque ad uesperam, surgendo a lecto, student uenationi, trachten zu dem geiait oder vogelhert, deinde zum wolleben, post ad musicam audiendam, equitant spatiatum, spielen vnd schiessen, postea rursus in tabernam vnd dansen *etc.*

265.

1561. 1562.

Ex Codd. „Can. X. Aa" f. 13^b. 65^b, „Can. X. T." f. 81^a. 83^b. 151^a.

Liturgica quaedam ex Canisii contionibus excerpta: Bina evangelia e suggestu leguntur. Die Cinerum imagines altariaque teguntur. Color niger „Quadragesimae", ruber „Passionis" tempore.

Dioecesis augustana inde a saeculo VIII. usque ad a. 1597, quo liturgia romana (Missale et Breviarium) in eam recepta est, suam habebat liturgiam, si ita dicere fas est, gregoriano-augustanam (*F. A. Hoeynk*, Geschichte der kirchlichen Liturgie des Bisthums Augsburg [Augsburg 1889] p. 36—39. 293—294). Ad cuius liturgiae

---

[a] *Quae sequuntur, usque ad* circumstantias *incl., a C. ipso in marg. scripta sunt; libr. autem (Canisio dictante) scripserat:* Durum esset et periculosum propter huiusmodj recreationes iudicare et damnare omnes et singulos tanquam reos huius praecepti, et mortaliter peccantes, et contra institionem Ecclesiae facientes . Nam in hoc oportet circumstantias considerare.

[b] sape *C.* [c] *Sequuntur 2 vv. a C. ipso postea oblitterata.*

[d] *Hoc v. et 3 sqq. a C. supra versum addita sunt.*

[e] *Sequitur* Isaia, *a libr. oblitteratum.*

[f] *A C. ipso correctum pro* Quis potest iustificare, quis vult defendere, quod uidemus plaerosque.

---

[1] Alio huius codicis loco (f. 148^b): „solatzen" (ex „solatium"; oblectare se, nisi fallor).

[2] Cf. Prov. 17, 15. Is. 5, 23.

[3] Pfulbe, pfulb = pulvinus, cervical (*Jac.* u. *Wilh. Grimm,* Deutsches Wörterbuch VII [Leipzig 1889], 1805—1807).

[4] Ez. 13, 18. [5] Ps. 140, 4.

cognitionem haec fortasse haud prorsus fuerint inutilia, quae in contionum a. 1561 et 1562 Augustae in ecclesia cathedrali (vel in templo S. Ioannis eidem contiguo) a Canisio habitarum commentariis ab ipso recognitis occurrunt:

1. *Canisius die 10. Augusti 1561, quae simul et Dominica XI. post Pentecosten et dies festus S. Laurentii martyris erat, contionem sic exorsus est:* Duplex Euangelium vestrae Charitati[a] praelegi. Primum Lucae[1] pertinet ad dominicam, 2. Ioannis[2] pertinens[b] [?] ad festum. *Deinde de utroque dixit. Et die 21. Septembris 1561, quae simul et Dominica XVII. post Pentecosten et S. Matthaeo apostolo sacra erat, in exordio contionis:* Breues doctrinas trahemus ex duobus euangelijs quae hodie leguntur et cantantur.

2. *In contione feria IV. Cinerum (11. Februarii) 1562 habita Canisius commemorat* illa uerba Sacerdotis [cineres] aspergentis: „Memento homo quia cinis[3] es" etc. . . . Ab hoc die . . . teguntur imagines et altaria, niger color adhibetur ornamentis. *Et iterum:* Ecclesia claudit altaria[4] et tegit imagines, ut quisque cogitet se peccatorem et indignum, uidere Dei faciem apertam et sanctorum gloriam, nisi penitentiam agat. . . . Ecclesia proponit colorem nigrum et lugubria cantica.

3. *Dominica Passionis (15. Martii) a. 1562 Canisius de sacris ritibus „temporis Passionis" e suggestu disserens:* Jn multis Ecclesijs, *inquit,* est in vsu apud altare, die rote blutfarb.

266.

Inter exeuntem a. 1561 et exeuntem a. 1562.

Ex contionum commentariis a Canisio ipso recognitis. Cod. „Can. X. T." f. 16[b]. 35[b], et Cod. „Can. X. U" f. 144[a].

Canisius Augustae e sacro suggestu cantiones germanicas a populo in templis usitatas commendat.

1. *Canisius in contione die natali Christi (25. Decembris) 1561 in cathedrali templo augustano habita:* [Ecclesia], *inquit,* plus in hoc festo cantari facit quam toto anno, non solum ab Ecclesiasticis sed etiam secularibus, non tantum a maioribus sed etiam a minoribus et puellis, Hinc illa pulchra et antiqua cantica in templo et domi cantata, Gelobet seyest du Jesu Christ das du mensch geboren bist[5].

[a] Charitate *script.* [b] *Sic script.; sed aut hic* pertinet *aut paulo superius* pertinens *quoque legendum esse videtur.*

[1] Luc. 19, 41—47. [2] Io. 12, 24—26.

[3] Sic. Cf. Gen. 3, 19; 18, 27. Eccli. 17, 31 etc.

[4] Gothica illa altaria, quae „alata" (Flügelaltäre) vocamus, Canisius significare videtur.

[5] Canticum hoc posuit (praeter alios) *Phil. Wackernagel,* Das deutsche Kirchenlied von der ältesten Zeit bis zu Anfang des XVII. Jahrhunderts II (Leipzig 1867), 703; V (Leipzig 1877), 931—941. Quibus autem modulis cantatum sit, quando

Der tag der ist so freuden reich allen creaturen [1], Jn dulci iubilo, nu singet vnd seyt fro, vnsers Hertzen wonne . ligt in presepio, vnd leuchtet als die sonne matris in gremio, *α* es et *ω* [2].

2. *Kalendis Ianuariis a. 1562 Canisius Augustae in templo cathedrali sic exorsus est dicere:* Omnipotentia Dei Patris, sapientia et meritum Iesu Christi, gratia et amor spiritus sancti det nobis et Ecclesiae bonum foelicem Annum, et in illo remissionem peccatorum, 2º emendationem uitae, 3º unitatem fidei [a], salutem animae, 4º pacem cordis 5º sanitatem corporis, et quicquid boni amplius desideramus [b], et post hanc uitam, eternum regnum. Hoc totum nobis contingat per dulcem recens natum paruulum, qui hodie circumcisus et Jesus nominatus [est], Jn signum eius desiderij dicite ex animo Amen et cantate in honorem [ipsius] Dies est letitiae [3]. Charissimi fratres et sorores. Ad foelicem ingressum huius Concionis, imo totius annj, non scio melius facere quam uobis occasionem dare animos uestros ad Deum conuertendi *etc.*

3. *In contione quadam exeunte a. 1562 Augustae habita idem Canisius:* In prima Ecclesia, *inquit,* fuit . . . praeceptum ut . . . festa [c] Paschalia cum singulari laetitia transigerent [d], adhibendo breuia et laeta cantica et multis diebus cantarent haec est dies quam fecit dominus. Item ut cantarent gaudeamus, alleluia [4], Item ut circa festum natalis dominj iuniores et seniores se recrearent et cantarent dies est laetitiae. Et non solum in templo, data est haec recreatio, sed etiam in domo, ut eodem die possint [e] [?] omnes uesci carnibus etiam die ueneris incidente.

Guil. Bäumker carmina germanica sub hoc tempus a populo in ecclesiis cantata esse affirmat: 1. Diebus maxime solennibus in scenicis quibusdam actionibus (ut cum die natali Christi praesepe in templo collocabatur, coram quo „In dulci iubilo . Singet und sit froh" etc. canebant). 2. Una cum „Sequentiis": quarum singulis strophis latine a choro cantatis populus easdem strophas germanice subiungebat. 3. Ante et post contiones [5]. 4. Inter sacra, quae sine cantu sacerdotis

[a] *2 vv. sqq. a C. ipso inter* fidei *et* 4º pacem *supra versum scripta sunt.*
[b] *6 vv. sqq. a libr. in marg. addita sunt.* [c] *A libr. correctum ex* diem.
[d] *Quae sequuntur, usque ad* cantica *incl., a libr. in marg. addita sunt.*
[e] *Vel* possent*; obscurius scriptum.*

primum compareat etc., exponit *Wilh. Bäumker*, Das katholische deutsche Kirchenlied in seinen Singweisen I (Freiburg i. Br. 1886), 271—273.

[1] Germanicae huius versionis cantici antiqui „Dies est laetitiae" formae sive exempla collecta sunt complura a *Wackernagel* l. c. II, 520—526; de eadem *Bäumker* l. c. I, 286—287.

[2] Postremum hunc versum *Bäumker* l. c. I, 308—309 sic ponit: „Alpha es et O." Integrum carmen variis modis conformatum apud *Wackernagel* l. c. II, 483—486. [3] Vide supra, adn. 1.

[4] Nescio num Canisius paschale illud carmen „Last vns erfrewen hertzlich sehr, Alleluja" significet, de quo *Bäumker* l. c. I, 561—562.

[5] *Georgius Sigismundus Seld,* imperii vicecancellarius, in commentario quodam sive litteris ineunte a. 1562 de ecclesia reformanda ad Ferdinandum I. caesarem

fiebant. 5. In sacris pompis (Das katholische deutsche Kirchenlied in seinen Singweisen II [Freiburg i. Br. 1883], 10—13).

In synodo dioecesana, quam Otto cardinalis et episcopus augustanus Canisio adiuvante Dilingae a. 1567 habuit, constitutum est (P. 2, cap. 1): „Antiquas et Catholicas cantilenas, praesertim, quas pii majores nostri Germani majoribus Ecclesiae festis adhibuerunt, vulgo permittimus, et in Ecclesijs, vel etiam Processionibus retineri probamus" (Concilia Germaniae, ed. *Ios. Hartzheim* S. J. VII [Coloniae 1767], 164).

267.

Anno 1562.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. IV." f. 129[b].

Contiones de extremo iudicio a Canisio habitae etiam protestantibus placuerunt. Eodem monente divites egenos adiuverunt.

P. Guilielmus Elderen S. J. in domus S. J. augustanae litteris semestribus Augusta 2. Ianuarii 1563 datis de contionibus a Canisio a. 1562 habitis scripsit: Jn templo autem praeter alia quae pro concione hactenus tractata fuere, magnum auditoribus fructum attulere conciones de supremo iudicio institutae [1]. Quae docendj ratio ut efficax fuit, ad timorem diuinum animis incutiendum, sic etiam plerisque placuit, non Catholicis modo, sed etiam aduersarijs, ut quos iam offendit perpetua ueluti concio nouatorum absque delectu semper quosvis consolantium et uulgo loquentium placentia [2]. Profuerunt habitae quoque Conciones pauperibus, ut qui singularem diuitum erga se liberalitatem experti sunt. Patre huc diuites [a] cohortante [3].

c) Familia Fuggerorum.

268.

Sub ineuntem a. 1561.

Ex apographo recenti eoque exscripto ex apographo antiquo, in quo epistulae initium, pars extrema, inscriptio, partes quaedam verborum (quas partes ego supplevi), alia desunt. Atque hoc apographum Romae a. 1560 aut in domo cardinalis Ottonis ex archetypo transcriptum Sociisque romanis ab Ottone donatum, aut ab eisdem Sociis ex archetypo ab Ottone ipsis dato exscriptum videtur.

Litteris usus est *Sacchinus*, Can. p. 171. Quas ego, huius operis volumine secundo, in quo ponendae fuerant, iam evulgato, nactus, integras quidem, quantum

---

[a] *Ab E. in marg. additum.*

---

datis suadet, ut „cantilenae illae antiquae simplices quidem, sed valde sincerae quae inter conciones decantari solent, puta ‚Der Tag ist so freudenreich'; ‚Christ ist erstanden'; ‚Komm heiliger Geist'; ‚Mitten unsers Lebens Zeit', et si quae sunt eiusmodi", etiam in posterum retineantur. Seldii litteras typis exscripsit *Th. Sickel* in „Archiv für österreichische Geschichte" XLV (Wien 1871), 86—91.

[1] Vide supra p. 622. [2] Is. 30, 10.

[3] Partem contionis huiusmodi vide supra p. 644.

fieri poterit (aliqua enim, ut dixi, desunt), in operis volumine postremo inter „supplementa" collocabo; nec tamen temperare mihi possum, quin nunc inter „monumenta" aliquam earum partem proponam, quippe quae ad ea, quae de comitissis fuggericis a. 1561 a Canisio aliisque scripta sunt, intellegenda et illustranda plurimum confert.

Ursula de Lichtenstein, Georgii Fuggeri uxor, catholicis antea infesta, iam una cum liberis Societatem amat, templum et sacramenta frequentat, ornamenta sacra parat, libros pios colligit, errantes reducit, pauperibus benignissimam se praebet. Eius domus fere monasterium est.

Canisius Augusta Vindelicorum 20. Septembris 1560 ad Ottonem de Truchsess, cardinalem et episcopum augustanum, Romae morantem, epistulam dedit, in qua haec, praeter alia, scripsit: Fuit Catholicis infesta prius uxor D. Georgij Fuggeri [1], quae nunc post aliquot familiaria cum illa colloquia non solum nos amat impense, uerum etiam totam familiam frequenter ad sacramentorum usum adducit, et magno Zelo errantes reuocat ac redeuntes confirmat, alit, consolatur. Eius domum ego dixerim monasterium ob frequentes in ea preces, ad quas familiam conuocat. Non meminit se Comitissam esse, colligit eleemosinas pauperibus applicandas, parat diligenter ornamenta templorum et altarium, suis ipsa manibus quae ad d e c o r e m [a] d o m u s D e i [2] spectant conficit, filias [3] iubet idem facere, ac praeterea egenis indusia et egentibus linea [b] [?] quaedam parat. Cum antea uix semel ad templum multis egrederetur hebdomadibus, nunc multis horis in templo uersatur, quotidie fere, ac presertim etsi longa uia sit ad D. Mariam [4] properat nullam die festo concionem intermissura. Non dicam de priuatis exhortationibus, quas ad multos habet frequenter: filij tres aut quatuor [5] et filiae duae maternam pietatem prorsus sectantur, cum antea longe secus essent instituti. Diebus festis pedissequas filios et filias colligit ut cum eis tractet de spiritualibus studijs ubi suas etiam quisque tentationes exponit, et insidias Daemonis tum audit tum intelligit. Jn libris ueteris pietatis colligendis est sedula [6], Catho-

[a] *Ita et ex communi more verborum et ex Ps. corrigendum esse omnino censeo* decorum, *quod est in ap. rec.* [b] *Sic ap. rec.*; lintea?

[1] Ursula de Lichtenstein; de qua vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Ps. 25, 8.

[3] Ursulae tunc hae erant filiae: Sidonia Isabella (nata 1543), Anna Iacobe (n. 1547), Maria Virginia (n. 1555), Mechtildis (n. 1558), Maria (n. 11. Ian. 1560). Ita quidem *Nicol. Rittershusius*, Genealogiae Imperatorum, Regum etc. (ed. 2, Tubingae 1658), Fugg. tabula B.

[4] Ad ecclesiam cathedralem, Beatae Mariae Virgini sacram.

[5] Vivebant tunc hi eius filii: Philippus Eduardus (natus 1546), Octavianus Secundus (n. 1549), Iulius Maximilianus (n. 1550), Antonius (n. 1552), Raymundus (n. 1553), Albertus (n. 1557). Ita quidem **Stemma* quoddam vel descriptio familiae Fuggerorum manu scripta, quae Augustae in archivo fuggerico asservatur. Similiter *Rittershusius* l. c.

[6] Confer, quae de „Pharetra divini amoris" sub ipsam hanc epistulam ponentur, et quae dicentur infra, monum. 394. 399.

licorum quos illi saepe commendamus pauperes, insignem se procuratricem et patronam ostendit. Nos magno Zelo illi uetuimus ne quicquam in nostras aedes mitteret, et quod misit reportari iussimus non contemnentes animum piae matronae, sed refrenantes immodicam eius erga nos beneuolentiam, quam malumus Christo et eius pauperibus, q[uam] nobis inseruire . Sed omitto narrationem extemporaneam, quae ut spero [ex]citabit animum pietatis tuae, ut Christo Domino gratias agat pro huius nobilis Dominae conuersione, sanctaque conversatione.

Apographum vetus ab ipso librario antiquo inscriptum est: „Ex litteris Reuerendi Patris Petri Canisij 20. Septembris." Canisium autem epistulam hanc ad cardinalem Ottonem dedisse et Stephano Agricolae sub exeuntem a. 1560 Augusta Romam Ottonis invitatu proficiscenti (cf. *Can.* Epp. II, 913 et supra p. 22) vel tradidisse vel saltem tradere voluisse, ex extrema apographi parte, quae hic non ponitur, satis clare cognoscitur. Atque exeunte a. 1560 Canisium haec scripsisse etiam *Sacchinus* l. c. aliqua ratione significat.

Hac Canisii epistula, maxime si ipsam cum iis, quae ineunte a. 1561 de Sibylla Fuggera ab eo scripta sunt (supra p. 20. 39), contuleris, iam certum efficitur, quod in secundo huius operis volumine cum dubitatione quadam dixi: Ursulam Fuggeram esse mulierem illam, de qua, nomine ipsius non expresso, Canisius Augusta m. Iunio a. 1560 scripserat ad Lainium: Viam aliquam ad Societatis collegium Augustae condendum per eam aperiri (*Can.* Epp. II, 676), et 16. Iulii 1560 ad P. Leonardum Kessel S. J.: Libri „pharetra diuini amoris" „exemplar .. alterum .. etiam atque etiam petimus in gratiam nobilis et piae matronae, quam christus nobis hoc loco veluti matrem donauit mirabiliter ad multorum salutem" (l. c. II, 680), et P. Ioannes Cuvillonius S. J. Augusta 30. Iulii 1560 Socio cuidam: „Est quaedam Comitissa mire Societatem et vt mater filios diligens (l. c. II, 862), et Ioannes Berckelius S. J.[1] Augusta sub finem m. Septembris 1560: „Pene praeterieram silencio, ... Patres hic habere singulis septimanis communicantes, inter quos est Comitissa quaedam cum tota familia" (l. c. II, 864).

Sin autem has de Ursula Fuggera ecclesiae catholicae et Societati conciliata relationes cum iis, quae de Sibylla Fuggera ad fidem catholicam conversa narrantur, contuleris, Ursulam non plane aperteque, ut Sibyllam, in protestantium castris militasse, sed, id quod multi id temporis faciebant, in utramque partem claudicasse, atque ab hominibus quidem catholicae fidei pietatisque studiosis alienam fuisse, interdum tamen ad catholicum templum adisse etc. conieceris. Atque ita, nisi fallor, interpretemur oportet, quae de Ursula „Canisii opera ex Lutheranismo ad fidem Catholicam traducta" scripsit *Agricola* l. c. I. Dec. 3, n. 62 et post eum asseruerunt Mangold, Riess, Räss, Boero etc. Quamquam Elisabetha, Ursulae soror, quae Christophoro de Spaur, nobili tirolensi, nupserat, atque etiam Ioanna et Margarita, Philippi et Georgii comitum de Lichtenstein viduae, inter a. 1560 et 1570 in Tiroli protestantismo pertinaciter patrocinatae sunt (*Hirn* l. c. I, 136—137. 144—147; II, 7—8). Ursula, cuius mentio in sequentibus huius operis voluminibus saepe occurret, ex Guilielmo de Lichtenstein, comitatus tirolensis supremo praeside („Landeshauptmann"), et Magdalena de Stetten, et ipsa tirolensi, orta, fratrem habebat Bartholomaeum de Lichtenstein, arcis Karneid in Tiroli dominum, qui postea ob facinora quaedam in carcere aliquamdiu servatus, magno quoque aere alieno obrutus, a. 1602 mortem obiit; unam ex sororibus Ursulae Gabriel de Taxis duxit uxorem (*Pinacotheca Fuggerorum* S. R. I. Comitum ac Baronum in Khierchperg et Weissenhorn [Ed. nova. Ulmae 1754] n. XVII. *Hirn* l. c. II, 7—8). Ipsa autem a. 1542 (vel 1540, ut ali-

[1] Exeunte m. Septembri 1560 Colonia Augustam venit Ioannes Berckelius S. J., inde Romam petiturus; vide *Can.* Epp. II, 863.

qui dicunt) nupserat Georgio II. Fuggero (1518—1569) Raymundi I. Fuggeri et Catharinae Turzoniae filio, viro et equitandi et mathematicarum artium peritissimo, oppidi terraeque weissenhornensis (Weissenhorn, nunc provinciae suebicae regni bavarici) domino; qui Augustae in vico, qui „Cleesatler Gasse" vocabatur, (in aedibus superioribus) habitabat et per aliquot annos de urbis senatu erat. Ursula a. 1579 Bauzani (Botzen, Bolzano) vita cessit; cuius corpus Augustam translatum in aede S. Udalrici conditum est (*Pinacotheca* l. c. *Libellus manu scriptus „*Ordenliche beschreibung* des Fuggerischen Geschlechts", sub initium saeculi XVII., ut videtur, compositus [Augustae in archivo fuggerico], p. 159—160. *Fr. Ant. Veith*, Bibliotheca Augustana VII [Augustae Vindelicae 1791], 29—32). A multis quidem „Comitissa" appellatur; sed ipsa ex equitum, non comitum lichtensteiniensium stirpe erat orta (*Hirn* l. c. II, 7. 8. 10). Georgius Fugger a. 1566 „baro" vocatur ab *Henrico Pantaleone* (Prosopographiae Heroum Germaniae Pars tertia [Basileae 1566] p. 434); et *Socius quidam augustanus* initio saeculi XVII. in *litteris, de quibus infra p. 662 plura dicentur, de Ursula scripsit: „Notandum vero, quod a P. Canisio vocatur Comitissa, . . . cum tantum fuerit Baronissa, ut ipsius filius adhuc superstes Dominus Philippus Eduardus testatur."

269.

1561—1584.

Sibylla comitissa de Eberstein, Marci Fuggeri uxor, Canisii contionibus privatisque institutionibus ex protestantismo ad fidem catholicam plane reducitur. Quae cum marito, gratiarum Deo agendarum gratia, domi sacellum exstruendum in eoque, Canisii monitu, lumen alendum atque in aede S. Udalrici sollemnes quotannis precationes faciendas curat.

Sibylla Fuggera patrem habebat Guilielmum IV. comitem de Eberstein, e Suebiae familia postea exstincta, qui sub a. 1556 ad protestantismum transgressus esse videtur in eodemque a. 1562 (m. Iulio, ut videtur) diem supremum obiit. Ioanna autem mater eius e comitibus hanovio-lichtenbergensibus (Hanau-Lichtenberg) orta erat. Felicitatem, Sibyllae sororem, abbatissam catholicam collegii virginum, quod exstabat Villae Gerrici (Gerresheim prope Dusseldorpium), fuisse, Sibyllam ipsam, a. 1531 natam, iam a. 1536 virginum collegio essendiensi (Essen) ascriptam esse ferunt (*Iac. Wilh. Imhofius*, Notitia Sacri Romani Germanici Imperii Procerum, ed. V., cura *Io. Dav. Koeleri* [Tubingae 1732] p. 610. *G. H. Krieg von Hochfelden*, Geschichte der Grafen von Eberstein in Schwaben [Carlsruhe 1836] p. 144. 146. 154—155. 158). Quae ineunte a. 1557 Augustae nupsit Marco III. Fuggero (1529 ad 1597), Antonii I. Fuggeri (qui Raymundi I. frater erat) et Annae Rehlinger filio, terrae kirchbergensis domino, qui Augustae (id quod ex archivi Fuggerorum, quod Augustae exstat, *Monumentis* [91, 1] intellegitur) domum (nunc „Fuggerhaus") habebat in foro vinario („Weinmarkt") huiusque urbis primum senator (inde ab a. 1561, ut videtur), deinde septemvir ac tandem a. 1576—1585 alter e duumviris sive praetoribus („Stadtpfleger"; cf. *Can.* Epp. II, 570) fuit (*Dav. Langenmantel* et *Iac. Brucker*, Historie des Regiments in des Heil. Röm. Reichs Stadt Augspurg [Augspurg 1734] Anh. 1). Idem consiliarius caesareus creatus est, libro „Von der Gestüterey" Francofurti ad Moenum a. 1578 et postea saepius edito rem equariam via et ratione tradidit, Nicephori Callisti historiam ecclesiasticam germanice edidit (Ingolstadii 1588), Annalium ecclesiasticorum cardinalis Baronii Tomum primum germanice vertit etc. (*Veith*, Bibliotheca Augustana VII, 65—74. *M. Jähns*, Geschichte der Kriegswissenschaften, 1. Abth. [München und Leipzig 1889], p. 676). Sibylla autem a. 1589 mortua, Augustae in aede S. Udalrici sepulta est (*Veith* l. c. *Pinacotheca* etc. *Cod. „*Ordenliche beschreibung*" etc. p. 219—220). Sibyllae et Ursulae Fuggerarum imagines ex antiquis, quae Augustae in archivo principum Fuggerorum servantur, imaginibus expressas posuit *Michel* l. c. p. 244. 245.

Sibyllam Fuggeram ad catholicam ecclesiam conversam esse ex protestantismo, constat etiam ex augustanae ecclesiae S. Udalrici, quae tunc quidem Benedictinorum erat, nunc a parocho etc. qui cleri saecularis est administratur, monumentis ad saecula XVI. et XVII. pertinentibus; in quibus haec de ea referuntur: „Nachdem die Frau Fuggerin vorlängst aus sonderbaren Gnaden Gottes von vielen Zweifel, irrigen Lehrpuncten der Religion erledigt, vnd zur wahren christlichen catholischen apostolischen Kirchen ganz heilsam bekert worden, hat sie verordnet, dass alle Jahr zwischen Ostern vnd Pfingsten ein Officium de SS. Trinitate Gott dem Herrn zu Lob vnd Dank für solliche erzeigte Gnade gehalten werde. Geschehen zu Augspurg den zwaintzigisten Tag des Monats Nouembris nach Christi etc. Tausend fünfhundert vnd im vier vnd achtzigisten Jar: *„Excerpta ex Monumentis San Vlricanis Seculi XVI. et XVII." in „Monumentis Boicis", Vol. XXIII. ed. Academia Scientiarum Boica (Monachii 1815) p. 682—683.*

Canisii autem opera Sibyllam ad ecclesiam reductam esse, confirmatur Relatione a Georgio Miller, qui, ut ipse in eadem ait, Augustae „utriusque Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Mauritij et Petri Canonicus et Senior" ac sacelli domestici a Marco Fuggero conditi „Sacellanus ad 40. integros annos" erat, de eodem fuggerico hoc sacello initio, ut videtur, saeculi XVII. scripta.* Anno Domini, *inquit Miller,* 1562 vnd 1563 ist die wolgeborne fraw, fraw Sybilla Herrn Marxen geliebte Ehegemahel. durch schikhung Gottes durch den Ehrwürdigen hochgelehrten Herrn Patrem Petrum Canisium (.ex Societate Iesu.) zue dem rechten wahren Christlichen allgemainen Catholischen Röm: glauben vnterwisen vndt bekhert worden. Darauf hochernannter Herr Fugger etc. dem Allmächtigen Gott zue Lob, Ehr, preiss vnd Danckh dise Hauss Capell erbawen. Dieselbe dem Edlen Vestten Herrn Carolo Peitinger (Patricio August.) alss der Herrn Fugger dazumahlen Rentmaister etc. zuerbawen befohlen. *Quo a. 1564 inter ipsam aedificationem mortuo, tandem 21. Novembris 1570 sacellum ex indulto apostolico, quod vocant, a Michaële [Dornvogel] episcopo adramytano, cardinalis Ottonis suffraganeo, in honorem Beatae Mariae Virginis et S. Annae matris eiusdem ac S. Michaëlis archangeli est consecratum; atque Ottonis nomine ab eodem singulis, qui in posterum ad sacellum illud, quo die consecratum esset, pie adituri essent, 40 dierum indulgentia oblata est. Consecrato autem sacello Marcus et Sibylla, Canisio monente, statuerunt, ut in posterum singulis sabbatis vesperi et praeterea diebus festis B. M. V. aliisque quibusdam lucerna ad 12 fere horas accenderetur. (Ex huius relationis duobus exemplis manu scriptis, quae exstant Augustae in archivo fuggerico, 91, 1).*

Attamen Millerum, qui certe senex hanc composuit relationem, memoria fefellit, cum annis 1562 et 1563 Sibyllam ad fidem catholicam institutam reductamque esse scriberet. Scribere potius debuerat: 1560 et 1561. Nam Canisius iam 14. Ianuarii 1561 P. Goudano scripsit, „varios neophitos" Augustae Sociis „se offerre, et inter

eos duas Comitissas praestantes"; quas quidem „breui (vt speramus)", inquit, „Christo et Ecclesiae restituemus" (supra p. 15—16). Et idem Canisius Augusta 19. Ianuarii 1561 Lainio: „Agimus gratias aeternae bonitati, quae nobis Comitissam D. Marcj Fuggeri coniugem tota uita Lutheranam, postquam nos audire coepit, ad catholicam lucem paulatim conuersam, nunc ita nostram fecit, ut in Exercitijs uersetur spiritualibus . . . Nunc animum ad purgandam familiam adjecit, ut Lutheranas feces abijciat plane. Ad sacram quidem confessionem et communionem hucusque nunquam accessit, iuxta ritum Catholicum" (supra p. 20). Et idem eidem Augusta 1. Februarii 1561: „Agimus gratias Deo, cuius gratia nunc Ecclesiae Comitissam illam de qua scripseram, reconciliauimus" (supra p. 39). Item P. Guilielmus Elderen S. J., Canisii socius augustanus, in litteris 25. Februarii 1561 ad Socios colonienses datis: „Comitissa de qua nuper actum, iam tota conuersa est, Sectariorumque doctrinam detestatur maximopere" (supra p. 587). Et idem in primis domus augustanae S. J. litteris historicis, quibus Sociorum res inde ab a. 1559 Augustae gestas complectitur: „Fuit . . . Comitissa, quae plurimos annos in haeresi obstinata vixit, ea cum Patrem [Canisium] aliquoties concionantem audisset, ac deinde priuatim ab eo fidem Catholicam fuisset edocta, totius vitae peccata illi aperuit, a quo simul Ecclesiae est reconciliata. . . . Quae nunc etiam venustum domj sacellum exstruit, ac de Catholicis bene mereri pergit" (supra p. 595). Millerum sequi videtur *Conr. Häbler* (quem archivo fuggerico usum esse ex ipsius verbis constat), cum Sibyllam ante annum 1563 plane omninoque ad catholicam ecclesiam transgressam esse negat: Die Stellung der Fugger zum Kirchenstreite des 16. Jahrhunderts, in „Historische Vierteljahrsschrift" herausgeg. von *Gerh. Seeliger,* 3. Jahrg. (Leipzig 1898) p. 503.

270.

Sub initium a. 1561.

Sibyllae Fuggerae ad fidem catholicam conversionem initium duxisse a Canisii specie noctu divinitus illi oblata primi Canisii biographi asserunt. Quorum testimoniorum num unum ex altero pendeat. Quodnam eorum fuerit ingenium indolesque. Quibus fontibus usi esse videantur. Sacchini (inter Canisii biographos praecipui) animum ea de specie scrupulus subit. Sacchini relatio huiusque fontes.

Sibyllam comitissam de Eberstein, Marci Fuggeri uxorem, Augustae ineunte a. 1561 Canisii et contionibus et privatis institutionibus paulatim eo adductam esse, ut protestantismo prorsus abiecto plane omninoque catholica esset, et ipse Canisius et P. Elderen, socius eius augustanus, perspicue, ut in monum. 269 ostensum est, affirmarunt. Primam autem huius conversionis causam fuisse Canisii speciem Sibyllae noctu divinitus oblatam et huius visus experimentum quoddam postridie factum, iam, qui primi vitam Canisii scripsere, asseruerunt; quos posteriores scriptores secuti sunt plerique [1]; aliqui tamen factum negarunt, fabulam hanc esse vel artificium iesuiticum significantes [2].

Ego, quoniam, quicquid monumentorum ad Canisium spectantium exstat, colligere mihi propositum est, ne haec quidem omittam; relationes igitur ponam; adnotationibus quibusdam eas illustrabo; quid tandem certi statuendum sit, aliis singulatim definiendum relinquam.

---

[1] Ut *Max. Mangold:* „Viso dein nocturno, haud dubie divinitus exhibito, commotam . . . Canisius . . edocuit: Origo Collegii Societatis Jesu ad Sanctum Salvatorem (Augustae Vind. 1786) p. 5.

[2] „Jesuitische Schriftsteller wissen als Gotteswunder hinzustellen, was doch nur zäher Eifer jesuitischer Kunst war": *Drews* l. c. p. 96. Similiter *R. Perkmann,* Die Jesuiten und die Wiener Universität (2. Ausg., Leipzig 1866) p. 122.

Duae exstant utriusque facti, nocturni et diurni, relationes, quae eiusdem fere sunt antiquitatis: Una in Canisii vita a P. *Matthaeo Radero* S. J. enarrata comparet; qui liber anno quidem 1614 typis primum evulgatus est, anno autem 1611 aliqua ratione iam exstabat; exemplum enim manu scriptum, quod usque ad annum 1873 fere Romae in bibliotheca aliqua Societatis (collegii romani?) asservatum est, nunc vero ibidem exstat in bibliotheca nationali, „MSS. Gesuit., Cod. 1355" (2°), sic inscriptum est: „De vita Petri Canisii de Societate Iesv . . . Libri tres a Mattaeo Radero ex eadem Societate conscripti . Augustae Vindelicorum . A. P. C. N. CIↃ.IↃCXI."; et eiusdem exempli loco quodam (p. 52) Raderus scribit: „A morte Canisii . . . hic [annus] quartus decimus agitur, cum haec literis consignaui"; Canisium autem 21. Decembris 1597 obisse constat.

Altera relatio in Vita Canisii a P. *Iacobo Keller* S. J. scripta continetur, qui liber typis quidem numquam videtur esse exscriptus, manu autem scriptus exstat in codice quodam a P. Ludovico Arano S. J. († 1652) Friburgi Helvetiorum scripto, qui penes Societatem Iesu est („Scripta B. P. Canisii. X. Va" n. 11), et in codice, quem supra dixi, romano, et in tribus codicibus monacensibus, *Can.* Epp. I, LV—LVII a me descriptis. Quorum uni in folio titulari adnotatum est, librum a. 1612 esse compositum; neque ab ea re discrepat, quod Keller in ipso libro de P. Paulo Hoffaeo scribit: „Triennio ab hinc Jngolstadij, cum annos quatuor et octoginta explesset, faeliciter excessit"; et de ipso Canisio: „Ipsius ab obitu . . quindecim anni sunt" („Scripta . . X. Va" n. 11, p. 28. 44); Hoffaeus enim 17. Decembris 1608, Canisius 21. Decembris 1597 vita cesserant.

Primo igitur loco relationem raderianam propono, eamque talem, qualis a. 1614 in Raderi „De vita Petri Canisii de Societate Iesu . . . libris tribus" (p. 86—89) Monachii primum in lucem emissa est. Si quis enim Vitam hanc a. 1614 excusam cum Vita a. 1611 manu scripta contulerit, hanc ab illa, sive rerum delectus sive earundem dispositio spectatur, saepe discrepare, et excusam illam magis castigatam absolutamque maiorisque auctoritatis esse quam manu scriptam intelleget. Simul tamen relationis exemplo excuso lectiones variantes exempli manu scripti, quas, duobus hisce exemplis diligenter inter se collatis, R. P. *Ioseph Hilgers* S. J. a. 1898 Roma ad me misit, adiungo, easque uncis quadratis inclusas et paulo minoribus typis descriptas, atque ita facile patebit, Raderum hanc relationem iam a. 1611, quantum ad Canisii speciem illam attinet, ita concepisse et scripsisse, ut eam a. 1614 typis vulgavit.

Iuxta raderianam narrationem kellerianam, quo facilior comparatio sit, pono, eamque ex codice illo „Scripta" etc., quem modo dixi, (p. 39—40) exscriptam. Quod narrationis exemplum cum exemplis illis, quae in codicibus monacensibus „Keller, Can. 2." et „Keller, Can. 3." sunt, adeo convenire deprehendi, ut lectionibus variantibus notandis supersederem.

Rader a. 1614 [1611]:

[Canisius] viros aliquot nobiles, et matronas illustres permouit, vt damnato Luthero sacram Ecclesiae veteris doctrinam toto pectore complecterentur . . . Fuit inter hos grauissima iuxta et nobilissima faemina Sibylla Ebersteinia illustri comitum stirpe oriunda, quam Marcus Fuggerus Antonij F. duxerat,

Keller a. 1612:

Sibilla Fuggerina mirabiliter conuertitur.

Sibilla Fuggerina ex illustrj Comitum Eberstainiorum familia, splendido Marcj Fuggeri matrimonio illigata, atque ab infantia Lutherj delirium secuta, adeo vero sese impenetrabilem exhibuit, ut incantato haustu potionata videretur. Non preces, non rixa, non spes, non res quicquam promouit;

et nullis nec ipse vel votis vel precibus, nec pater argumentis ad suas partes [*1611 additum erat:* multo minus pecunia] trahere poterant. [*1611 additum:* Spoponderat enim postea socer Antonius multa aureorum millia, si doceri se pateretur, sed illa et infamiam ex pecunia non immerito verita, et conscientiae rationem ne auro Deum permutasse videretur, aures omnino monentibus occlusit.] Nec ad colloquium vnquam Canisium, cuius fama solicitabatur, admisit, quoad illam [*1611:* quoad illi] Canisij species per quietem diuinitus oblata hortaretur [*1611:* hortabatur], vt ad Catholicorum castra transiret, quae viri aspectu perculsa, coepit velle calculum vertere, et cum eo postridie de salutari Catholicorum doctrina conferre. Accersito cum socio Canisio primum accidit, vt socius P. Wendelinus [1] [*1611:* socius (Wendelinus erat)] in eius conspectum veniret; et illa mox ab nocturna, quam viderat, oris figura, negauit illum esse, quem vidisset. Vbi dein alter cum D. Marco marito est ingressus, mox, hic est, inquit, quem [*1611:* mox: hic, inquit ad familiares matronas, est quem] per somnum aspexi. Instituta ergo Catholicis fidei elementis, et rationum momentis accuratissime in vtramque partem perpensis [*1611:* partem excussis], postremo manus dedit [*1611:* dedit manus], et tota mente Deum secuta, ad magnam virtutis laudem profecit. Hoc potissimum sibi gratulata, quod oblatum olim sederat muliebrj animo fixa pestis, certam in perniciem. Jnstiterant agnati Canisium duntaxat ad colloquium admitteret; frustra, vix nomen [ad] aures admittebat. Valuit humanas aduersus uires, processit. Somnianti noctu Canisius sese quantum quantum sistit, et peruicax tot ad monita ingenium increpitabat.

Jpsa actutum imagine territa, somno soluitur, et colloquium virj toties abiecti, cunctis attonitis, festinato exposcit. Jgitur laeto mariti imperio Canisius ad diem accersitur, et forte accidit, ut Canisij socius prior in oculos occurreret, haud leue nocturnj visus experimentum. Non est haec, inquit, illa mihj species per somnum obiecta, atque mox deducente marito Canisius patulis foribus obturbat. Hic vero ait, obtutuj dormientis oblatus, hic est: et tamen ad eum diem foeminae prorsus inuisus Canisius fuerat. Jnito colloquio, haud diu inter quaesita muliebria altercatio tenuit; senserat enim sese iam catholicam, antequam esset. Jtaque explorata per memoriam conscientia, errorum suorum annos more Christiano piauit, admirabilj in reliquam vitam compensatione. Jpsi nimirum Numen sese penitissime indiderat, neque obfuit sero ad frugem accessise; sero pensauit.

---

[1] De Societate unus quidem P. Guilielmus Elderen a m. Ianuario 1560 ad Decembrem 1561 fere continuo Augustae erat; sed saepe alii Societatis homines ad breve tempus Augustam veniebant, ut cum Canisio praeposito provinciali negotia tractarent; cf. supra p. 4. 250. Wendelinus Völck S. J. m. Iunio a. 1560 in collegio monacensi magister erat; plura vide *Can.* Epp. II, 95². 308. 876¹.

a viro et socero aurum repudiasset, ne Christum ac fidem vendidisse diceretur, aut se occultus aliquis stimulus vrgeret de permutata religione. Nunc se adeo libero et securo animo esse, vt ne suspicio aut cogitatio vlla pecuniae acceptae mentem pulset: ex qua re singularem caperet voluptatem, vehementerque in suscepta Catholica doctrina confirmaretur.

Hae duae narrationes, licet verbis valde dissimiles, rebus tamen singulis adeo similes sunt, ut neutram ex altera pendere atque ita duo testimonia prorsus distincta praesto esse nemo possit dicere. Canisii Vitam raderianam kelleriana paulo antiquiorem esse animadversum iam est (supra p. 658); accedit, quod idem *Raderus,* cum postea in „Bavaria pia" (Monachii 1628) p. 141—146 res a Canisio gestas breviter complecteretur, se summa rerum capita ex Canisii Vita antea a se scripta proponere asseruit; quae autem in eo libro deessent, „ex Francisci", inquit „Sacchini et Iacobi Kelleri Patrum Societatis nostrae, qui post me de eodem tradidere, jam adnectam". Neque tamen ita multum refert scire, uter ex altero nocturnum illud visum acceperit. Iacobus Keller (1568—1631), Saeckinga (Säckingen, nunc magni ducatus badensis) ortus et in Societatis tirocinium sub a. 1589 receptus, postea collegiorum ratisbonensis et (plus quam 20 annos) monacensis rector fuit; in quo munere Iacobi Balde S. J. virtutem poeticam studiose fovit (*Georg Westermayer,* Jacobus Balde [München 1868] p. 27—29) atque apud Maximilianum I. Bavariae electorem auctoritate valuit (*Bern. Duhr* S. J., Keller, Jacob, in „Kirchenlexikon" VII, 361—364); exeunte autem saeculo XVI., cum Friburgi Helvetiorum litteras et humanitatem traderet, ibidem — ut *Raderi* in Vita Canisii a. 1614 edita (p. 248—249) factum quoddam ex eodem Kellero acceptum narrantis utar verbis — „cum Canisio aliquot annis familiariter vixerat, multaque cum dicta tum facta viri sancti obseruarat"; Keller praeter multos alios libros (*Sommervogel,* Bibl. IV, 981—997) „Ludovicum IV. Imperatorem defensum" scripsit, qui, primum a. 1618 cum nomine Georgii Hörwart a Hohenburg Monachii evulgatus, historicis non est ignotus (*L. Rockinger,* in „Abhandlungen der historischen Classe der bayerischen Akademie der Wissenschaften" XV [München 1880], 152. *Bern. Duhr* S. J., Die alten deutschen Jesuiten als Historiker, in „Zeitschrift für katholische Theologie", 13. Jahrg. [Innsbruck 1889] p. 59). Matthaeus autem Rader (1561 vel 1564—1634) ex Innichen pago tirolensi ortus, Societatem a. 1581 ingressus, egregiam litterarum latinarum et graecarum reique oratoriae, quas 20 fere annis tradidit multisque libris editis (*Sommervogel,* Bibl. VI, 1371—1382) illustravit, scientiam assecutus, ad historiam quoque scribendam, „Bavaria sancta" Monachii a. 1615—1627 edita, se haud ineptum exhibuit, ut ait *F. X. v. Wegele,* Geschichte der Deutschen Historiographie seit dem Auftreten des Humanismus (München und Leipzig 1885) p. 385—388. Canisii vitam, partim saltem, Augustae scripsit; nam in manu scripto exemplo illo romano et hic locus titulo ascriptus est (vide supra p. 658), et p. 43 *Raderus:* „Viuit", inquit, „hodie nobiscum Augustae Iacobus Pontanus." Atque Raderus quidem (cui res a Canisio gestas narranti minutos quosdam errores obrepsisse notavi *Can.* Epp. I, 207. 680. 690[3]; II, 190[8]. 793) in biographia canisiana a. 1614 edita mirum quoddam factum in libri III. capite 4. exponens: „Nihil", inquit, „placet nisi testatissimum in hac tota narratione collocare" (p. 234); quod dictum ad totum hoc caput, quod „Miracula Canisio vivo, mortuo patrata" inscriptum est (p. 230), spectare videtur;

sed dolendum est, eum multorum quidem aliorum eius generis factorum testes in capite illo nominatim proferre, de duplici autem hoc facto haec tantum dicere: „Non reuocabo, quae supra ex monumentis Augustanis copiose demonstraui, quomodo illustris matrona Sibylla Fuggera .... oblata Canisij specie per nocturnam quietem fuerit ab errore Lutheri liberata“ (p. 247). Haec autem monumenta fere perisse videntur; exstant tantum adhuc manu scripti „Annales“ sive historia domestica collegii augustani; cuius historiae pars prior, quae ab a. 1559 ad a. 1581 perducta est, ab ipso Radero inter a. 1582 et 1596 videtur esse conscripta (*Can.* Epp. II, LI—LII); atque in hac nocturnum tantum visum, non, quod postridie secutum est, experimentum eius sive confirmatio narratur. Narrationem propono ex apographo, quod a. 1899 Friburgi Helvetiorum curante reverendo domino Dr. *Carolo Holder*, bibliothecae cantonalis et academicae praefecto, ex archetypo sive ex Cod. friburg. „Hist. coll. Aug.“ (cf. *Can.* Epp. II, LI—LII) p. 7—9 transcriptum est:

„Eodem anno Christi 1560 Sybilla coniunx Marci Fuggeri Antonii filii, foemina lectissima, et illustrium Comitum Eberstainorum stirpe oriunda, sed erroribus implicata Lutheranis, oratione crebraque disputatione Canisii fatigata, cum veritati diutius resistere non posset, manus dedit, atque in auctoritatem Ecclesiae Romanae concessit, admonita primum per somnum, in quo Canisii species augustior humana illi oblata religionem incussit, qua re commota, et errorem veritate commutauit, et Canisium deinceps, non secus ac coelo delapsum hominem ac magistrum, diuinitus sibi commissum semper venerata est et admirata. Hanc foeminam socer Antonius, ob indolem praeclaram, et formam[a] praestantem, et ingenium pudicum ac modestum, coluerat vehementer, saepeque ad suam, hoc est, Ecclesiae Catholicae sententiam complectendam frustra sollicitauerat. Accedebat, ab illa familiam Fuggericam inuecta per nuptias nobilitate clariore plurimum esse illustratam; quo nomine, et simul, ut Lutherum abiuraret, illi Antonius octoginta millia nummum aureorum liberalissime pollicitus obtulit, quae illa constantissimo animo semper repudiauit, haeresimque mordicus tenuit, et pertinaciter defendit, donec illam meliore sensu Numen coeleste afficeret, et diuina luce per Canisium collustraret. Unde sibi postea saepenumero gratulari solita, quod aurum repudiasset oblatum, ne Christum ac fidem vendidisse diceretur, aut se occultus aliquis stimulus urgeret de permutata religione; nunc se adeo libero et securo animo esse, ut ne suspicio et cogitatio quidem ulla pecuniae acceptae mentem pulsaret[b], ex qua re singularem caperet voluptatem, vehementerque in suscepta catholica doctrina confirmaretur.“

Asseritur quidem in hac narratione, Sibyllam a. 1560 veritati catholicae „manus dedisse“; sed ante a. 1561 plene conversa non est; quae conversio si ex Canisio noctu viso initium cepit, factum hoc, si non a. 1561, certe haud multo ante huius anni initium accidit; id quod ex Canisii et Eldereni relationibus supra p. 656 positis intellegitur. Unde autem in „Annales“ visum illud illatum sit, non constat. Vivebat etiam usque ad a. 1608 (*Can.* Epp. II, 309) P. Wendelinus Völck, quem Raderus Canisii Sibyllam primum adeuntis socium fuisse affirmat, quemque postea per multos annos Augustae degisse et Fuggeris familiariter usum esse ex posterioribus huius operis voluminibus intellegetur. Ceterum notum est nonnumquam contingere, ut illustria etiam facta non statim litteris mandentur, sed aliquamdiu ore tantum tradantur; neque ob id solum fictis fabulis accensenda sunt.

Reliquum est, ut breviter dicam, quomodo historiam conversae per Canisium Sibyllae narraverit, qui „De Vita et Rebus gestis P. Petri Canisii ... Commentariis“ Ingolstadii a. 1616 editis principem inter veteres Canisii biographos locum meruit: *P. Franciscum Sacchinum* (1570—1625) S. J. dico, prope Perusium natum, publicum Societatis historicum[1], qui quattuor illis voluminibus de totius Societatis historia

[a] forma *apogr.* [b] pulset *ap.*

[1] „Ein ausgezeichneter Historiker“: Card. *J. Hergenröther*, Handbuch der allgemeinen Kirchengeschichte III (Freiburg i. Br. 1880), 473.

editis etiam adversariis, ut *Leopoldo de Ranke,* sui admirationem iniecit [1]. Hic cum Canisii biographiam meditans ex una parte relationes a Canisio et Eldereno de Sibyllae conversione a. 1561 Romam missas — Raderum et Kellerum hae latuisse videntur —, ex altera, quae in Raderi (et Kelleri) commentariis de eadem narrabantur, ante oculos haberet, scrupulo eius animum subeunte, a. 1614 vel 1615 ad Socios augustanos vel ipse vel P. Ferdinandi Alber, qui tunc Romae praepositi generalis pro Germania „assistentem" agebat, opera interposita scripsisse videtur, ut rem diligentius investigarent, et quomodo relationes illae inter se componi possent, sibi significarent. Exstat enim „* Responsum ad dubia de conversione quarundam illustrium personarum Augustae per R. P. Canisium facta" (ita inscriptum est), a *Socio aliquo augustano* — nec nomen nec tempus ascripta sunt — cum de hac tum de similibus aliquot conversionibus (de quibus proxime dicetur) scriptum et Romam ad „Germaniae assistentem" missum, quod a Sacchino ad Canisii vitam enarrandam adhibitum esse scriptorum inter se collatio ostendit. In hoc igitur „Responso" scribitur: „In historia scripta Collegii Augustani plus non reperitur, quam quod P. Raderus in vita Canisii scripsit. Porro non dissentire Raderi historias a Canisii literis anno 1561 datis, hinc colligo, quod Raderus scribit, ex visione obiecta illustrem Sybillam Marci Fuggeri coniugem propositum seu desiderium conversionis concepisse (‚Coepit velle calculum vertere et cum eo postridie de salutari catholicorum doctrina conferre', inquit Raderus [l. 1. c. 9]); at vero ex concionibus et conversationibus cum Canisio perfecte conversas esse, non excludit, visionem dedisse ansas et causas conversioni. Quod vero Canisius de hac visione nihil scripserit, meo iudicio ad humilitatem ipsius sancti patris spectare videtur, qui visionem illam noluit de se ipso scribere [2]. Aliqui putant, fieri potuisse, ut Canisius de specie ipsius in visione obiecta nihil sciuerit, sed primum ab Illustri Patrona aliis manifestata fuerit, ut proinde verba illa Raderi fol. 88. ‚Hic [est quem per somnum] [a] aspexi' non fuerint audienti Canisio dicta, sed ad circumstantes du[mtaxat.] [Sed] minus mihi videtur probabilis haec secunda solutio. Praefero primam" (ex apographo, quod sub a. 1885 ex archetypo exscriptum est.)

Hoc responso *Sacchinus* acquiescens, de Canisio scripsit (l. c. p. 173—174): „Exitu anni huius [1560], et insequentis principio maior Augustae e sancta eius praedicatione apparere foecunditas coepit . Profecere multi ad insignem pietatem, ac prae ceteris Vrsula ex illustri familia de Liechtenstain vxor Georgij Fuggeri. Quae cum Haereticorum in fraudes iam pridem incidisset, deinde Canisij opera dedocta, tum exercitiis quoque spiritus erudita, assiduis progressionibus forma euaserat matronalis in omni genere sanctitatis. Haec non modo suam domum ad Coenobij exemplum composuit, sed etiam, quotquot nancisci poterat, nobiles feminas vitae perfectioris amore succendebat. Tota in opera misericordiae, in cultum diuinum augendum, et exornandum effusa. Plus tamen habuit celebritatis, ac famae Sybilla Ebersteina ex praeclara Comitum stirpe oriunda Marco Fuggero nupta. Hanc in Lutheri deliramentis a pueritia enutritam, vt est muliebre ingenium primae institutionis apprime tenax, nullis Marcus vir eius, nullis socer, cognatique et affines alij orthodoxi precibus, blanditiis, pollicitationibus, seu qua alia arte dimouere ab exitiali errore potuerant. Vbi vero Canisij nomen Augustae iam celebre fiebat, ita refugiebat ab eo, vt nunquam audire hominem, ac ne videre quidem voluerit. Ita obstinatae diuina bonitas singulari succurrit ope . Ipsa Canisij species oblata est

[a] *Supplevi ex Radero. In archetypo et hic et paulo infra lacunae sunt.*

[1] „Von den jesuitischen Historikern überhaupt wohl der ausgezeichnetste": Die roemischen Paepste in den letzten vier Jahrhunderten III (6. Aufl., Leipzig 1874), 114*—115*.

[2] Etiam quae Elderen scripsit, vel Canisii nomine scripta vel saltem ab eodem recognita sunt; vide *Can.* Epp. II, 28 [3].

quiescenti, admonens, et cohortans vt animae saluti consuleret: a fallaci superbarum nouitatum errore, ad rectum Ecclesiae sanctae, et seculis ante tritum omnibus callem regrederetur . Ea specie, atque cohortatione perculsa, diuinumque esse id monitum statuens, Canisium postero die accersit . Nulla fuit ei cunctatio, sed forte ita euenit, vt dum ipse a Marco Fuggero comiter exceptus officiosos inter sermones lento deducitur, comes eius in conspectum Sybillae veniret. Et illa hominem intuita, conferens speciem, cum simulacro, quod mente gerebat, statim animaduertit, haud quaquam esse, quem in somnis vidisset. At vbi protinus vna cum Marco Canisius apparuit, agnita oris figura, Hic vero est, inquit, quem expetebam, cuius mihi secundum quietem imago visa. Tradidit ergo sese disciplinae eius , et facta paucis diebus catholica, hunc e vetere pertinacia fructum capiebat, quod nullis a viro, soceroque, et aliis de sententia praemiis esset deducta, ne Christum, ac fidem auro, gemmisque vendidisse diceretur: aut inde postea sibi de religione tanquam minus recto studio commutata morsus conscientiae resideret. Et ipsa perinde, atque Vrsula, non Catholica modo sacra perdidicit, sed Beati quoque Ignatij meditationibus erudita toto pietatem animo capessiuit. Dedit operam primum, vt domum suam penitus Lutherana purgaret fece : deinde vt alios quoque vel ad Catholicorum partes adduceret, vel iam Catholicos ad exactam proueheret pietatis custodiam. Eadem vestium suarum pretiosissimas in sacram supellectilem conferre: largam in egentes, praesertim tenuiores Scholasticorum distribuere stipem; locupletibusque Matronis ad eandem benignitatem hortatrix assidua esse. Longum in precibus, longum in templis, reuerentia spectanda, versari: diuina octauo quoque die instaurare mysteria: ante omnia disciplinam domesticam sanctissime, et pacatissime regere. Quibus institutis breui non modo tota Augusta celebrari coepta, verum etiam apud suum coniugem Marcum, et caritatem maximopere auxit, et venerationem ; raraeque virtutis opinionem adepta est. Ineunte anno seculi eius primo et sexagesimo ab Haeresi conuersa est; moxque alij atque alij consequuti viri feminaeque; quod multorum retro annorum memoria nunquam euenerat . Quo in numero cum haud plebei solum, sed et nobiles ac praediuites minime pauci spectarentur, scilicet ex horum splendore causae quoque religionis splendor, et auctoritas accedebat."

Sacchinus in Vitae canisianae praefatione (p. 4—5) affirmat, se Romae multa ad Canisium spectantia invenisse ac maximam libri partem ex epistulis eiusdem temporis, e quibus plurimae a Canisio ipso datae essent, composuisse. Neque tamen ex relatione modo posita collegeris, ei ad eam conscribendam praeter fontes, quos iam proposui, alios quoque, quibus modo careamus, praesto fuisse[1].

271.

Inter m. Ianuarium et Maium 1561.

De comitissae cuiusdam augustanae (Elisabethae de Weissenstein, uxoris Ioannis Fuggeri?) ad fidem catholicam conversione. De comite eiusque uxore (Iacobo de Montfort et Catharina Fuggera?) Augustae ad fidem reductis et in sacris „exerçitiis" versatis.

Canisius Augusta 14. Ianuarii 1561 P. Goudano ceterisque Sociis coloniensibus scripsit: „Orate deum pro varijs neophitis qui se nobis hic offerunt, et inter eos

[1] *Iacobus Fuligatti* S. J. in vita Canisii, postquam eius speciem Sibyllae noctu oblatam esse dixit, sic (nullo fonte significato) pergit: „Solo con quella cognitione, che hebbe delle fattezze di lui in sogno, lo riconobbe, e potè dire al marito, (accennando col dito à Canisio, che insieme con altri Padri si trouaua in Chiesa) ecco là quello, col quale questa notte hò ragionato": Vita del P. Pietro Canisio (Roma 1649) p. 86. At quae Fuligatti de Canisio in ecclesia viso dicit, ipse sibi finxisse mihi quidem videtur.

duae Comitisse praestantes quas breui (vt speramus) Christo et Ecclesiae restituemus“ (supra p. 15—16). *Idem* in litteris Augusta 19. Ianuarii 1561 ad Lainium datis, postquam Sibyllam Fuggeram catholicam factam esse narravit: „Speramus“, inquit, „alteram quoque Comitissam, quae in ijsdem uersatur aedibus, eodem dei munere, breui catholicam fore una cum Comite, qui et ipse Fuggeranae familiae vxorem habet filiam“ (supra p. 20). P. *Guilielmus Elderen* S. J. autem 25. Februarii 1561 Sociis coloniensibus scripsit: Sibyllae Fuggerae (cf. supra p. 20) „in nostris exercitijs spiritualibus Comitissa alia successit“ (vide supra, p. 587). Ac P. *Hurtadus Perez* Augusta 15. Martii 1561 Lainio de Canisio rettulit: „Quasi ogni di deue andar fuora per dar l' essercitij ad vna signora di molta importanza“ (supra p. 72); quibus verbis eiusdem comitissae exercitia significari dixeris; integra enim S. Ignatii exercitia triginta fere dies complectuntur (vide *Can.* Epp. I, 75[1]). *Elderen* autem litteris Augusta 8. Maii 1561 datis res a Sociis augustanis a. 1559 ad 1561 gestas complectens: „Comes“, inquit, „unus in spiritualibus nostris meditationibus eos fecit progressus, vt abiecta demum omni perfidia atque haesitatione ex Lutherano Catholicus totus euaserit, qui nostra etiam opera primum in Sacramentis suscipiendis vti uoluit. Idem beneficium eius vxori praediuiti accidit. Fuit et altera Comitissa, quae plurimos annos in haeresi obstinata vixit“ etc. (supra p. 594—595). Et *idem* Augusta 22. Iunii 1561 (quo tempore Canisius urbe aberat) Romam *scripsit: „Pluribus agere inpraesentiarum non datur. Euocor enim ad audiendas Confessiones Comitis nuper conuersi, et comitissae eiusdem coniugis“ (ex autographo. Cod. „G. Ep. II“ f. 112[a]).

P. Francisco Sacchino S. J., quaenam nobilium illorum nomina essent, ex *Sociis augustanis* quaerenti, „ad secundum dubium“ hoc ita „responsum“ est (cf. supra p. 662): „R. P. Gregorius Rosephius, qui P. Canisio in concionandi munere successit, iudicat ob graves causas et periculum offensionis aliquorum, non esse solicite inquirendum, multo minus scribendum, quis ille comes et Comitissa fuerit. Putat enim, Fuggeros et inprimis ipsam comitum familiam merito offendi posse, si familiae proceres notentur publicis Scriptis, haeresis labe fuisse infecti. Cuius patris iudicium non puto negligendum . ut tamen, quae inquirendo cognoscere potui, scribam, arbitror inprimis, eosdem esse comitem et comitissam, quos P. Canisius et .P. Guil. Elderenus in suis literis significant . deinde probabili coniectura cognovi, illum comitem fuisse a Mondfort, qui fuit haereticus et habuit coniugem ex familia Fuggerica haereticam, quae est conversa, et de hac meminit Canisius ultimis verbis[a], qui et ipse Fuggeranae familiae uxorem habet filiam: et haec ipsa esse videtur, de qua Elderenus scribit Idem beneficium eius uxori praediviti accidit. Illa porro Comitissa, de qua Elderenus sic scribere incipit Fuit altera Comitissa, quae plurimos etc., est illa, quam Canisius primo loco ponit, nimirum Sybilla Marci coniux. Porro Canisius tertiae meminit, de qua tamen apud Elderenum nihil habetur; illam arbitror esse Ursulam Liechtenstainiam coniugem Domini Georgii Fuggeri et matrem Domini Philippi Eduardi Fuggeri, nostri primarii benefactoris et ex parte fundatoris. haec enim etiam studio et opera Canisii conversa est, et eius meminit P. Raderus fol. 92 l. 1. .c. 9. Notandum vero, quod a P. Canisio vocatur Comitissa, dum ait, Speramus, alteram quoque Comitissam, quae in iisdem etc., cum tantum fuerit Baronissa, ut ipsius filius adhuc superstes Dominus Philippus Eduardus testatur. Haec pro informatione ad quaesita respondere volui, quae tantum ex relatione habeo; nam annales Augustani nihil de his comitibus habent. Porro ne quisquam offendatur, satis fortassis erit, post ea, quae scribit Raderus, subiungere, eodem tempore alias quoque illustres personas conversas fuisse; salvo tamen aliorum iudicio.“ Sacchinum iudicium hoc secutum esse, narrationis supra p. 662—663 positae extrema pars ostendit.

---

[a] *In archet. subter vv. sqq., usque ad* filiam *incl., et subter* Idem, *usque ad* accidit *incl., lineae ductae sunt; similiter paulo infra subter* Fuit — etc. *et* Speramus — etc.

Socius autem ille augustanus certe in eo lapsus est, quod „Comitissam“ illam, quam in iisdem aedibus atque Sibyllam Fuggeram habitare et Deo propitio „breui catholicam fore“ Canisius 19. Ianuarii 1561 scripsit (supra p. 20), Ursulam Fuggeram fuisse existimavit. Haec enim eo tempore iam prorsus planeque catholica erat; vide supra p. 653; accedit, quod Sibylla in foro vinario (supra p. 655), prope templum S. Mauritii, Ursula in vico „Cleesatlergasse (vide supra p. 655) sive, ut *Henricus Pantaleon* (l. c. III, 435) ait, „in hortis Fuggeranis, uersus diuum Vlricum“ habitabat. In * „*Annalibus*“ autem collegii augustani (cf. supra p. 661) de Ursula Fuggera Canisii opera ad catholicam pietatem instituta dicitur: „Ipsa Marci et Ioannis Coniuges nobilissimas, clarissimasque foeminas ad salutarem et frequentem conscientiae et peccatorum expiationem induxit“ (quae verba exstant etiam, ex „Annalibus“ exscripta, apud *Raderum* Can. p. 92—93); atque in * *Stemmate*, de quo supra p. 653[5], inveni, Ioannem II., Antonii I. Fuggeri filium (4. Septembris 1531 natum, 19. Aprilis 1598 mortuum) a. 1560 Elisabetham Nothhaft de Weissenstein († 1582) uxorem duxisse; et facile fieri poterat, ut Ioannes in iisdem aedibus ac Marcus frater, Sibyllae Ebersteiniae maritus, habitaret.

Catharinam Fuggeram (1532—1585), Ioannis II. et Marci III. sororem, sub a. 1552 (1551? 1553?) Iacobo comiti de Montfort nupsisse constat (*Pinacotheca* [cf. supra p. 654] n. LXXXVII. *Rittershusius* l. c. [cf. supra p. 653[3]] Gen. Montf.).

272.

1560—1582.

Ex apographis eiusdem paene temporis, quae exstant Augustae Vindelicorum in archivo nobilis familiae fuggericae, Cod. sign. „1. 1, 33“, qui inscriptus est „1579 Prothocoll. Vnser Schwesster Anna Iacobe Fuggerin gewesste Süppriorin zu S.[t] Catharina in Augspurg betreffent .... O. S. F“.

Anna Iacobaea Fuggera Canisio adiurante virginitatem Christo consecrat, monasterium benedictinum Kühbach ingreditur, inde Augustam in monasterium S. Catharinae, ordinis dominicani, transit. Quae multis annis post, duce Wurttembergae, Palatino, Udalrico Fuggero illicientibus et iurantibus, e monasterio profugit. Cuius facti excusandi gratia ipsa se olim a Canisio Ursulaque matre blanditiis, minis etc. ad religiosum statum suscipiendum inductam esse contendit.

Octavianus Secundus Fugger, Georgii II. Fuggeri et Ursulae de Lichtenstein filius, Augusta 6. Octobris 1582 ad Philippum Eduardum et Antonium II. fratres epistulas misit, quibus ad eos rettulit: Annam Jacobaeam (ipsorum sororem et augustani monasterii S. Catharinae, ordinis Praedicatorum, „subpriorissam“) 4. Octobris 1582 vesperi ex monasterio profugisse. Eandem, ut ex priore Dominicanorum accepisset, iam ante 1 et 2 annos pronuntiasse, Udalricum Fuggerum (is, Georgii II. frater, ex Pauli III. papae cubiculario protestans effectus, Heidelbergae habitabat [*Veith* l. c. VII, 33—42]) sibi operam praestiturum esse, ut e monasterio elabi et honeste nubere posset; atque Annam et Udalricum plurimum per litteras inter se egisse. Atque *Antonius Fugger* Philippo Eduardo Heidelberga 18. Oct. 1582 scripsit: Annam 16. Octobris Heidelbergam advenisse (Cod. „Prothocoll“ f. 5[b]—6[b]. 10[a]). *Idem* per praefectum wallenhusanum, 29. Octobris 1582 Augustam advectum, nuntiavit: Ludovicum Wurttembergae ducem inter imperii comitia (a. 1582 Augustae habita) permutato vestitu ad monasterium S. Catharinae adisse Annaeque ad „rotam“ consistenti („am Radt“; cf. supra, p. 614—615) fugiendi opportunitatem obtulisse; eundem modo Annam et per totam Wurttembergam gratis deducendam curasse et per litteras Ludovico VI. electori palatino commendasse, iamque Udalricum Fuggerum et Ludovicum Palatinum gaudio ovare — „Herr Ulrich vnd Pfaltzgraf Jubiliern ab diser that vast vnd mainen, haben ain gross werckh verricht“ (l. c. f. 23[a]—24[a]). Philippus autem et Octavianus sororem Augustam reducere vehementer cupientes,

non solum Ferdinandi II. archiducis Austriae et Guilielmi V. Bavariae ducis, sed etiam ipsius Rudolphi II. caesaris opem implorarunt. Qui litteris quidem 20. Novembris 1582 Ludovico Palatino et Udalrico Fuggero destinatis sororem fratribus, quibus abducta esset, restitui iussit. Sed Palatinus litteris Heidelberga 31. Decembris 1582 ad Philippum et Octavianum Fuggeros datis id recusavit (l. c. f. 35—37. 46[a] ad 47[a]). Atque eodem Palatino iubente ipsa *Anna Iacobaea* ad litteras a fratribus ad se datas copiosiore respondit relatione; in qua, praeter alia, haec sunt:

„So zaige Jch an, dass demnach Jch in Anno 1547 geborn, bin Jch volgends im 60. Jar, als ain Junge vnuerstendige von 13 Jaren alt, von dem Doctor Canisio Jesuitern beredet, vnd durch seine heele[1] wortt vnd Listen eingenommen worden dass Jch gott vnd Jme geloben vnd ain gelübdt thuen wölle, mich mein lebtag nit zuuerheuraten. Darüber Jch dessen zu wahrer zeucklmuss ainen ring[2] ansehen [?][a] müessen. Zu disem hatt Er mich gebracht, one wissen meiner Eltern[3], wie Jch achte. Nach solchem hatt gedachter Jesuiter meiner Muetter seligen, dass Sy mich solte in ain Closter thuen, hart zuegesetzt, vnd Sy vberredet, vnd ob wol anfenckhlich Jch hart daran khommen, vnd es nit eingeen wellen, so doch endtlich khindtlicher forcht halben vnd meiner Muetter zugefallen, sonderlich auch weil ich gesehen, dass sy mich auf mein verwaigern hart gehalten vnd angefaindet, nit aus der Handt geen wöllen, vnd Jr hierinn als ain Kindt gehorchet. Auf dise mein bewilligung hat mein Muetter mich in Anno 1561. in das Closter Küebach im Bayrlandt ligendt[4], gefüert. Aber wie gern, vnd mit wainen vnd heulen Jch mich dahin begeben, vnd gebliben, werden die Closter Frawen daselbsten solches, wo sy befraget, nit allain sagen vnd bekhennen, sonndern hatt dessen die alt Hertzogin, Hertzog Albrechts in Bayrn etc. frau Muetter[5], so damals vbernacht im Closter gelegen, sambt Jrem Frawen Zimmer ain guett wissenschafft gehabt, mir auch damals verhaissen, daran zesein, mich widerumb aus dem Closter zuerledigen, aber aus forcht meiner Muetter hab Jch die hochdachte Hertzogin dafür gebetten, dass sy es auf dissmal einstelle, Dann Jch mich sehr fürchte vor meiner Muetter. Nachdem aber Jch nach verlauffenem halben Jar nit lenger im Closter zebleiben mir fürgenommen gehabt . ist ob-

---

[a] *Sic ap.; sed corrigendum esse puto:* anzihen*; vide infra, adn. 2.*

---

[1] Heel = hähl = blandus (*Grimm* l. c. IV², 751. 158—159).

[2] Huiusmodi anulo virginis digito inserto significatur, virginem „desponsari Iesu Christo", ut nunc quoque dicitur in „benedictione et consecratione virginum" (*Pontificale Romanum* I [Ratisbonae 1888], 164).

[3] Georgii II. Fugger et Ursulae de Lichtenstein; de quibus v. supra p. 655.

[4] Monasterium Kühbach (Kühebach), ordinis S. Benedicti, in Bavaria superiore et dioecesi augustana situm, initio saeculi XI. conditum erat; quod eo tempore pietate floruisse videtur; a. 1803 sublatum est (*Ant. Steichele,* Das Bisthum Augsburg, historisch und statistisch beschrieben II [Augsburg 1864], 201—207).

[5] Iacoba, Philippi Badensis filia, Guilielmi IV. Bavariae ducis vidua.

gedachter Canisius abermals zu mir khommen, vnd mich desswegen mit hartten wortten vnd troen angefahren, mich meiner gethanen Pflichten erinnert, vnd vil von meiner Eltern vngnade geprediget, mich also laider eingenommen, dass Jch Jme wider bewilligt, wa Er mir aus disem Closster in St. Catharina Closster in Augspurg verhelffen wolte . so wölle Jch mich darein bereden, vnd Jme volgen, aber nit aus guettem willen, sonder aus forcht. Hernacher bin Jch wider nach Augspurg gefüert worden, aber nit für mein Muetter dörffen khommen, sonder bin alssbaldt in Anno 1562 in St. Catharina Closter gefüert worden, vnd biss daheer verbliben, vnnd ob wol nit one, das mein lieber Vatter Seliger zu mir ainmal ins Closter khomen, vnd mich gefragt, wie es mir im Closster gefalle, ob Jch da vermain zebleiben, So hab Jch doch gegen Jme khindtlicher forcht halben, sonnderlich weil mich die Muetter vnderrichtet, was Jch dem Vatter, wo Er mich fragt, antwortten soll, mich nit dörffen vernemmen lassen, das ich wider meinen willen vnd hertzen getrungen von meiner Muetter werde in dem Closter zebleiben. Jst auch dise frag von meinem Vatter erst geschehen, da Jch schon ain Jarlanng in der Kutten geganngen . Hernacher hab Jch in beysein der Closter Frawen vnd aines Münichs ainen Zettl verlesen müessen, oder wie mans haist, Profess gethan, mit was für ainer mainung Jch disen Zettl gelesen, vnd wie der gehalten wirdet, auch was solches Gelübdt vor Gott dem Herrn gült, gib ich ainem yeden verstendigen, dem solche sachen bewüsst, zuermessen." Haec autem a se facta esse matris gratia, quae „von den Jesuitern sehr eingenommen, vnd hierzu beredet worden ist" (l. c. f. 47[a]—48[a]).

Canisium Augustanis virginitatem et vitam religiosam commendasse et per se patet et copiose testatum est; ut P. *Guilielmus Elderen* S. J. in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus m. Septembris 1561 datis scribit: „Virgines duae honesto loco natae, et a nobis hactenus in pietate institutae, sunt alijs admirationj, quae suo quidem exemplo complures permouerunt, magisque permouebunt, cum institutum monasticum ad quod prorsus aspirant breui amplexae fuerint" (vide supra p. 598). *Idem* in litteris quadrimestribus Augusta 5. Ianuarii 1562 datis: In virginum statu „erigendo tantum Christo earum sponso fauente profecimus, ut plaeraeque nunc perpetuum elegerint celibatum, seque uoto obstrinxerint . . . Nonnullae et inter has quoque nobiles ac diuites puellae quaedam, ut magis etiam Christo sponso placerent, in monasticae uitae ac religionis portum confugere. Nunc impatienter expectant aliae" etc. (vide supra p. 603). Atque *idem* in litteris semestribus Augusta 2. Ianuarii 1563 datis: „Ex Virginibus quaedam etiam nobiles uitam amplexae sunt monasticam, aliae . . . eodem aspirant" (vide supra p. 613).

Notandum autem est, *Philippum Eduardum Fuggerum* Augusta 6. Octobris 1582 fratri scribere: „Wan mir einer gesagt hätte, ganz Hispania wer versunken, hätte ich es eher, dan soliches von ihr, die schon 18 Iahr im Kloster gewest, geglaubt": Ita quidem apographum, l. c. f. 5[b]—6[a]. Quod si recte scriptum est, Annam Iacobaeam ante a. 1563 vel 1564 saltem in S. Catharinae monasterium non venisse patet.

Canisius sane ineunte a. 1563 Augustae e sacro suggestu perspicue dixit: „Peccant parentes qui aut cogunt filios nubere aut caste viuere uel religionem in-

trare" (ex *contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. U" f. 165[b]). Ursulam autem in liberis educandis optime se gessisse non solum Socii augustani testati sunt (vide supra p. 653), sed etiam *Henricus Pantaleon*, medicus basileensis isque protestans; qui a. 1566 de ea scripsit: „Liberos sexus utriusque in tenera aetate ita institui curauit, ut in musarum et pietatis sacrario potius quam schola inclusi fuisse uiderentur: Prosopographiae Heroum Germaniae Pars tertia (Basileae 1566) p. 435. Anna Iacobaea, ut ex archivi fuggerici **Monumentis* (7, 3; 12, 3; 1, 1, 33, 34) cognoscitur, religione catholica abiecta et 20,000 fl. ab Udalrico Fuggero patruo acceptis, a. 1585 Henrico „seniori" comiti ab Ortenburg, qui in pago Waldeck nomine (Waldegg, Palatinatus superioris) Palatini electoris iudicia exercebat remque publicam administrabat, nupsit et ibidem, filia relicta, a. 1587 vita cessit (cf. *Pinacothecam* [supra p. 654] n. XLVI).

d) Res Societatis et aliae.

273.

1. Ianuarii 1561.

Canisius professionem P. Alphonsi Pisani S. J. excipit.

1. Ex cod. „H. XIII. Y" f. 6[a].

In „Libro Professionum" cura P. Pauli Hoffaei, praepositi provincialis, „facto anno 1572" P. *Alphonsus Pisanus* S. J. (de quo *Can.* Epp. II, 503[7]) sua manu scripsit formam consuetam quattuor sollemnium Societatis Iesu votorum (cf. supra p. 77[2]) eique adnotavit „Augustae, primo die anni 1561. In ecclesia Cathedrali B. Virginis matris dominj". Quibus verbis *Hoffaeus* ascripsit: „et in manibus P. D. Petri Canisij Prouintialis secundi" [1].

2. Ex cod. „Germ. Sup. Cat. 1566. 1599" f. 406[a].

In archetypo „*Catalogo* Patrum et fratrum Collegij Jngolstadiensis anno 1566" (quo Pisanus ibidem degebat) Romam misso de Pisano affirmatur: „Anno 1561º primo die Anni Auguste Vindelicorum in manibus Reuerendi Patris Prouincialis Doctoris Petri Canisij, fecit Professionem 4.[or] Votorum."

274.

24. Maii 1561.

Ex epistula *Ottonis* archetypa, ab ipso subscripta, quae est Augustae Vindelicorum in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Dompraedicatur. Corr. d. Card. O. Truchs. . . . Can. betr.", n. 8.

Eiusdem epistulae apographum eodem fere tempore scriptum exstat in cod. monac. „Augsb. Domk." p. 41—42.

Otto Truchsess de Waldburg, cardinalis et episcopus augustanus, Roma 24. Maii 1561 cathedrali capitulo suo scripsit: Se, a „Iacobo de Laynez", Societatis Iesu praeposito generali, rogatum, a capitulo petere, ut Canisio unum fere mensem collegiis aliquot Societatis in Germania superiore visitandis impendere, altero interim ipsius loco contionante, liceret.

---

[1] Sic; at Canisius primus Germaniae superioris praepositus provincialis fuit; vide *Can.* Epp. I, 622—623. Hoffaeus igitur calamo lapsus esse videtur; cf. infra, monum. 276.

275.

13. Iunii 1561.

Ex cod. monac. „Augsb. Domk." p. 41.

In actis cathedralis capituli augustani notatum est, Canisio, quod cardinalis Otto litteris 24. Maii 1561 datis pro ipso petisset (v. supra p. 668), 13. Iunii 1561 a capitulo concessum esse.

276.

14. Octobris 1561.

Ex cod. „H. XIII. Y" f. 7ª.

Canisius P. Theodorici Canisii professionem excipit.

In „Libro Professionum" Hoffaei, de quo supra p. 668 dictum est, P. Theodoricus Canisius S. J. sua manu formam consuetam quattuor sollemnium Societatis Iesu votorum inscripsit eique ascripsit: Augustae in templo Cathedrali . 14 Octobris Anno 1561*; Hoffaeus autem adnotavit:* et in manibus P. D. Petri Canisij Prouincialis primi in Germania superiore.

Eadem omnino de Theodorico (et Petro) Canisio in *Indiculo omnium provinciae S. J. Germaniae superioris professorum et „coadiutorum formatorum", quem P. *Paulus Hoffaeus*, eiusdem provinciae praepositus secundus, sua manu scriptum inter a. 1570 et 1582 Romam ad praepositum (vel vicarium) generalem misit, asseruntur.

De eadem professione cf. supra p. 256. 262. Theodoricus Canisius, quo tempore professionem fecit, collegii monacensis rector erat.

277.

A 18. ad 20. Octobris 1561.

Ex autographis. Cod. „G. Ep. II." f. 124ª. 124ᵇ.

Socii ex Italia Moguntiam ad collegium incohandum missi Augustae a Canisio amanter excipiuntur.

1. *„Bartholomaeo d' Angelo" siculus, Societatis „scholasticus", una cum Petro Burgundo et Arnoldo Concho, eiusdem Societatis sacerdotibus, ac Petro Loppersio et Vito Bohemo, eiusdem „scholasticis", m. Septembri 1561 ex Italia Moguntiam ad Societatis collegium incohandum missus (v. supra p. 216), ex ipso itinere, „D' Augusta alli 20 d' ottobre del' 61" — quae dies lunae erat — de se itinerisque sociis Romam ad P. Salmeronem (ut videtur) haec, praeter alia, scripsit:* Alli 18 del presente per gratia de N. S. arriuammo in Augusta, tutti sani, et saluj, doue siamo stati la domenica seguente per riceuere il sacratissimo cibo del S. nostro Gesu Christo . . . questa mattina partemo per Maguntia.

2. *„Vito Bohemo", Societatis vel frater vel novicius scholasticus (de quo v. supra p. 216), Augusta eodem die eidem scripsit:* Il Padre Canisio ci riceuette con gran charita et ui se racommanda molto si degni pregar per lui.

278.

A 22. Octobris ad 7. Novembris 1561.

Ex cod. monac. „Augsb. Domk." p. 43—74.

Cathedrale capitulum augustanum obsistit, ne monasterium S. Georgii augustanum ab Ottone cardinale Canisio eiusque sociis tradatur.

In actis cathedralis capituli augustani haec sunt: In sessione 22. Octobris 1561 habita Christophorus Forstenheuser, Ottonis cardinalis et episcopi augustani cancellarius, ac Bartholomaeus Kellner[1]*, eiusdem secretarius, cum cardinalis litteris*[2] *ad canonicos accesserunt et ipsius nomine dixerunt: Quoniam augustani monasterii S. Georgii, ordinis [canonicorum regularium] S. Augustini, praepositus paulo ante mortuus esset et modo quaedam in eo monasterio haud recte se habere viderentur* (ietzt befunden wurde das vbell gehauset, schulden gemacht vnnd allerhandt ergernussen furhandenn), *cardinalem optare, ut paucorum illorum, qui in eo monasterio degerent, sustentandorum ratione aliqua inventa monasterium ipsum Societatis hominibus, qui et vitae exemplis et doctrina et aliis modis rem publicam adiuturi essent, traderetur; ipsum igitur a canonicis, quippe qui eiusdem monasterii fundatores essent, expetere, ut ea consilia probarent* (wie die wenig personen so noch furhanden zuerhalten, vnnd das dann furtter solich gottshaus den Jesuitern eingeraumpt wurde, welche Jres lebens vnnd wandels halben auch mit leer vnnd in andere weg vill nutz vnnd guetts schaffen möchtenn, vnnd dieweiln aber ein E. T. C.[3] fundatores, so were inen beuolchen ain solches zuuorderst an sie gelangen zulassen vnnd vmb Consens anzuhalten). *A capitulo iis responsum est, fore ut iis de rebus consilia conferrentur. Eodem vero die monasterii S. Georgii homines cum capitulo expostularunt, quod a „sigillifero" vicarii generalis vices gerente*[4] *praepositum eligere vetiti essent.*

In sessione 4. Novembris 1561 habita deliberatum est, quid ad litteras respondendum esset, quibus monasterii S. Georgii homines petierant, ut praepositi eligendi facultas sibi tribueretur et ut caveretur, ne monasterium suum in Societatis potestatem veniret[5]*. At* propter diuersitatem opinionum seu votorum *nihil aliud constitutum est nisi*

---

[1] Vel „Kelner"; qui nonnumquam minus recte (nisi fallor) „Keller" vel „Kheller" vocatur.

[2] Harum *apographum exstat in codice supra memorato p. 45.

[3] I. e.: Erwürdiges Thumb Capitel.

[4] Vicarius generalis paulo ante mortuus erat; vide supra p. 194.

[5] Harum *litterarum apographum exstat in eodem codice p. 47—60.

ut sigillifer interrogaretur, cuius mandatu illi praepositum eligere vetiti essent.

Die 7. Novembris 1561 capitulum Ottoni cardinali scripsit: Se, ut monasterium S. Georgii Societati traderetur, consentire non posse; maiorem enim canonicorum partem („der merthail"), cum in suffragia itum esset, contra eam traditionem suffragia tulisse[1].

Haud recte igitur *Corb. Khamm* O. S. B. (Hierarchia Augustana P. III. [Augustae 1719] p. 411) — quem secutus est auctor libri „*Anti-Mangoldus* sive Vindiciae historiae ecclesiasticae Claudii Fleury" I (Amstelodami et Ulmae 1784), 288—289 — capitulum augustanum traditioni illi „unanimibus votis sese opposuisse" affirmavit. Quem errorem Khamm fortasse ex Gassari „Annalibus" hausit; v. infra, monum. 279.

279.

Inter annos 1561 et 1572.

Ex Annalium Gassari apographo, quod exstat Monachii in bibliotheca regia, Cod. lat. 1. p. 514—515.

Gassarus, medicus et historicus augustanus, Canisio aequalis, huic vehementer maledicit eumque monasterium S. Georgii frustra captasse narrat.

Achilles Pirminius Gassarus (de quo supra p. 609) in „Annalibus" augustanis scripsit: [Iacobo Widenmanno, augustani monasterii S. Georgii, canonicorum regularium ordinis S. Augustini, praeposito, mortuo] Petrus Canisius Belga, novae Lojolanorum sectae (societatis Jhesu nomen, ut arrogantissime ita vanissime Pauli III. papae confirmatione sibi ascicentis) propagator astutissimus, sophista impudentissimus, ac jam jam concionator in summa aede, nihil intentatum apud Ottonem Cardinalem et ipsummet[a] papam reliquit, ut in eo loco discipulis suis praeclaram possessionem mollissimumque nidulum acquireret; verum toto Mariano capitulo, ut vero fundatore resistente[2] repulsam tandem passus novus pharisaeus, ac veteri more Saducaeus, ex tribus tantum superstitibus dicti coenobij Canonicis, in vicesimum sextum praepositum electus est, Martinus Mairbeccius Pfaffenhausensis.

Locum hunc *Ioannes Burchardus Menckenius,* cum Gassari „Annales" in tomo primo „Scriptorum Rerum Germanicarum" (Lipsiae 1728) col. 1315—1954 „e codice autographo bibliothecae ducalis saxo-gothanae" in lucem ederet, non posuit, vel quod in suo codice eum non reppererat — „Annalium" complures exstare codices autographos eosque nonnihil inter se discrepare ipse *Menckenius* l. c. I, f. c 2^{b}—c 3^{a} significat — vel quod eum in gratiam Friderici Augusti, Poloniae regis catholici et Societatis Iesu patroni, cuius „consiliarium aulicum" ipse agebat cuique hunc „Scriptorum" tomum dedicabat, omittendum esse censebat. Atque idem locus in Chronici augustani ab Engelberto Werlichio Francofurti ad Moenum anno 1595 germanice edi coepti tomo deest tertio („Dritter vnd letster Theil. Der Weit-

[a] ipsumet *ap.*

[1] Harum litterarum apographum exstat in codice „Augsb. Domk." p. 69—73.
[2] Vide, quae sub ipsam hanc relationem dicentur.

beruempten Keyserlichen Freyen vnnd dess H. Reichsstatt Augspurg in Schwaben, Chronica." Basel 1596), quem *Wolfgangus Hartmannus* ex Gassari Annalibus hausit; atque Hartmannum ex Gassari libro „passim nonnulla omisisse", etiam a *Menckenio* notatum est (l. c. I, f. c3[b]).

Gasser certe lapsus est, cum affirmaret: „Totum Marianum capitulum" (cathedralis ecclesia augustana Beatae Mariae Virgini sacra est) Ottoni cardinali monasterium S. Georgii Sociis tradere volenti „restitisse"; vide, quae ex actis capituli proferuntur supra p. 670—671.

280.

A 29. Novembris 1561 ad 21. Februarii 1562.

Ex litterarum capituli augustani et cardinalis Ottonis apographis, saeculo XVI. scriptis. Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 74—77. 79—83. 84—86.

Cathedrale capitulum augustanum nec collegium Societatis instituendum nec seminarium dilinganum eidem tradendum esse censet; at quia Canisium Augustae retinere cupit, ibidem sedem constituere paratum est Sociis aliquot, qui contiones Canisii absentis loco habeant, theologiam ac doctrinam christianam tradant etc.

Otto cardinalis et episcopus augustanus cathedrali capitulo suo Roma 29. Novembris 1561 (germanice) scribit: Pro dioecesi augustana tandem aliquando vel Augustae vel alibi Societatis Iesu collegium, in quo tum theologia et philosophia, tum linguae tradantur, condi oportere, eique collegio se seminarii sui hieronymiani, quod Dilingae sit, alumnos tradere velle ad pietatem et litteras instituendos; ea igitur in re se consilium et auxilium a capitulo petere.

Ad quas litteras capitulum Augusta 23. Januarii 1562 rescribit: Augustae quidem collegium Societatis Iesu non est instituendum, neque expedire videtur, ut extra eam urbem eiusmodi collegium condatur vel seminarium dilinganum Sociorum curae tradatur. Die weil wir aber denn herren Canisium sampt seiner geselschafft geren beij vnns erhalten wölten vnnd dadurch verhoffenlich die Eher gottes vnnd das vffnemen des hailigen Cattholischen glaubens zu mehren, haben wir vff denn weg gedacht ob ein Domus societatis (dieweil Namen Collegij in ciuitate libera et sectis dedita odiosum sein will) alhie angericht werden möcht, darinen sie .5. oder .6. frome, gelerthe personen aus der Societet erhalten möchten vnder welchen vff das wenigst einer were der denn herren Canisium jnn seinem abwesen vff dem predigstul stattlich vertretten kondte, vnnd ainer der sonst teglichs lectionem vnam in theologia pro Junioribus Sacerdotibus et perfectioribus scolaribus scholae nostrae haben, vnnd die andern sonst ad institutionem puerorum priuatim in Domo et confessionibus audiendis et alia pia Excercitia [*sic*] ad aedificationem populj Augustanj Nutz vnnd dinstlich sein möchten. *Cuius rei gratia capitulum locum aliquem aptum, qui in sua sit dicione, Jesuitis tradere paratum est, atque cum domus, quam nunc habet episcopus lavantinus*[1]*, eiusmodi esse videatur, capitulum a*

[1] Hercules Röttinger († 1570), episcopus lavantinus (Lavant, Carinthiae) et cathedralium capitulorum brixinensis et augustani canonicus (*Plac. Braun*, Die Dom-

cardinale petit, ut episcopum ad domum illam pretio a capitulo solvendo cedendam inducat. Quodsi ducentis florenis annuis, qui a capitulo, et ducentis, qui a cardinale in Jesuitas alendos impendi solent, ducenti ex collegii hieronymiani facultatibus addentur, ea pecunia ac piorum donis cotidianis Societatis domus augustana facile sustentari poterit.

Quae his litteris de Societatis domo Augustae constituenda proposita erant, cardinalis Otto epistula Roma 21. Februarii 1562 ad capitulum (germanice) data probavit, monens, ut brevi ad effectum adducerentur.

281.

25. Aprilis et 20. Maii 1562.

Ex cardinalis *Ottonis* litteris archetypis et ab ipso Ottone subscriptis; quibus, quid capitulum augustanum de iis censuerit, manu secretarii vel notarii capituli (ut videtur) ascriptum est . Augustae Vindelicorum in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Dompraedicatur . Corresp. d. Card. O. Tr. d. Dompr. P. Can. betr.“ n. 9.

Litterarum Ottonis apographum eodem fere tempore Augustae scriptum exstat in cod. monac. „Augsb. Domk.“ p. 84—86.

Cardinalis Augustanus a capitulo petit, ut Canisio tempus ad collegia visenda concedat et domum Sociis emat. Capitulum visitandi facultatem facit, de domo videbit.

Otto cardinalis Augustanus Roma 25. Aprilis 1562 Augustam ad capitulum cathedrale germanicas misit litteras, in quibus haec proposuit: Cardinalis [Lainii] praepositi generalis S. J. rogatu a capitulo petit, ut Canisio duos menses ad Societatis collegia invisenda concedat. Idem praepositus, cardinale auctore, paratus est ad duos tresve Socios doctos eosque germanos Augustam mittendos, qui Canisium in contionando, sacris confessionibus excipiendis, scholis [theologicis] habendis adiuvent[1]*, neque aliud praepositus postulat, nisi ut propria iis domus detur. Cum autem nuper nobilis vir*[2] *de Hirnhaimb mortuus sit, expedire videtur, ut ipsius domus ematur Sociisque tradatur, quibus ipse cardinalis quotannis 200 vel 300 florenos praebiturus est.*

In aversa parte epistulae Augustae manu, ut videtur, secretarii vel notarii capituli cathedralis notatum est: . . . Dieweilln Canisius one das verraist, last man es also dabey beruhen, aber des Hofs halben soll (: Wie es ain Gestalt darumb hab :) bey den Executoribus erkundigt, vnd demselben ferner nachgedacht werden. Decretum in Capitulo den 20ⁿ Maij 1562.

282.

A medio fere m. Octobri ad 9. Novembris 1562.

Ex „Epistolis *P. Nadal*“ II, 128. 138—140.

P. Natalis visitator cum Canisio et rectoribus monacensi et ingolstadiensi consilia confert, Canisii confessionem generalem excipit, scriptorem, qui de Societate non

---

kirche [zu Augsburg] und der hohe und niedere Clerus an derselben [Augsburg 1829] p. 186—190). [1] Cf. supra p. 672.

[2] Archet.: „der Jung.“ Apogr. mon.: „der Junger.“

est, ab eo aufert, novos Socios ei adiungit, de disciplina religiosa multa constituit, ad dubitationes respondet, bibliothecam srutatur. De collegio Augustae condendo cum capitulo agit. Canisii salarium; aedes ampliores. Fuggeri.

1. *P. Hieronymus Natalis S. J. „visitator" Augusta 6. Novembris 1562 Coloniam ad P. Leonardum Kessel scripsit:* Substiti aliquot dies in hac domo, non inutiliter, vt spero, occupatus . Deinde ex officio ingolstadienses nostros inuisi: Triduo proficiscar Oenopontum.

2. *Idem Oeniponte 20. Novembris 1562 Tridentum ad Lainium, praepositum generalem, de P. Theodorico Canisio, collegii monacensis rectore, scripsit:* A los primeros días que estuue en Augusta vino el rettor de Monachio, y estuuo con nosotros tres ó quatro días, en los quales comunicó conmigo todas sus difficultades. *etc. Et postquam se cum P. Nicolao Lanoio, collegii ingolstadiensis rectore, Augustam advecto, inde Ingolstadium ivisse ac paulo post Canisium quoque ad tres dies eodem venisse (v. infra, monum. 296) narrarit, sic pergit:* Vino comigo de Ingolstadio á Augusta el P. Lannoy, y aquellos quatro ó cinco días que estuuimos allá, sentí las confessiones generales de Maestro Canisio y Maestro Lannoy[1]: examiné[2] también y confessé al P. Guilhelmo[3], que no hauía otro della Compañía allí. Ordené muchas cosas, las quales serán con las otras scripturas[4], y lo principal fué esto: que el P. Canisio no tuuiesse en casa sino personas de la Compañía; porque vltra de otras cosas, me pareçió ser inconueniente no pequeño, tener secretario ó scriptor que no sea de la Compañía[5]: y ansí hizimos venir allí de Monachio, prouista por orden de médicos la preseruatión, por el peligro de peste[6], el P. Valentino[7] y Juan Flander[8], vno por ministro y el otro por scriptor; y así poco á poco que se haga la casa religiosa totalmente, y que se osseruen las reglas que se podrán cómmodamente . Pareze que el P. Canisio lo toma con gran delettatión: porque era cosa graue estar en tanta secularidad. En lo demás he dicho y scripto que lo que dan[9] los

---

[1] *S. Ignatius* constituerat, ut singuli Societatis „professi" et „coadiutores formati" singulis annis parati essent ad confessionem generalem, quae ab ultima generali incoharetur, ei, quem superior sibi substituisset, faciendam (Constitutiones P. 6, c. 1, n. 2).

[2] De hoc „examine" vide *Can.* Epp. II, 556[6]. 562.   [3] Elderen.

[4] Natalis praecepta institutionesque hasce Tridentum ad Lainium misit; cf. Epistolas P. *Nadal* I, xxix—xxx; II, 139.

[5] Canisii scriptor tunc erat Andreas Stör, adulescens litterarum studiosus; vide supra p. 234. 235. 499. 536. 560[3] etc.

[6] Pestilentia tunc Monachium urebat; vide supra p. 487[3]. 539[8].

[7] Voyt; vide supra p. 358. 479[2]. 483.

[8] Nescio, num significetur „Joannes Dordracensis Flander" sive „Hollandus", qui, m. Septembri 1560 ex Italia in Germaniam superiorem missus, a. 1561 Monachii rhetoricen audiebat (*Can.* Epp. II, 730).

[9] Cathedrale capitulum augustanum Canisio cathedralis ecclesiae contionatori 200 florenos quotannis dare solebat; vide *Can.* Epp. II, 842—843. et supra p. 673.

canónigos á Maestro Canisio, etc., que la Compañía no lo toma sino por principio de collegio[1]: mas he dicho que esto sea secreto entre nosotros, y que el Dr. Canisio no deje de negoziar con los canónigos lo que se comenzó á pedir, que diesen principio á collegio. Este negocio se comunicó al deán y al prepósito[2]; et tamen no se les dió scripto dello, por estar más reseruados nosotros; y respondió el prepósito, que no era tiempo de trattarlo, y que él tendría cura dello á su tiempo. Y el deán, primero á Maestro Canisio, estando yo en Ingolstadio, y después á mí, me offresçió la otra parte de la casa donde está Maestro Canisio[3], donde está agora el maestro de scuelas de grammática[4], y que ya se aparejaua otra casa para que se mudasse el maestro con sus comensales. Hauida la casa, se podría pasar vn poco más adelante, y poner algún lettor allí para mochachos, por modo que pudiesse tener realidad de collegio, y podríase abrir la Compañía más á los canónigos, que lo que dan no se toma sino por collegio . Aiudará el cardenal, como pensamos, y los Fuqueres ya han prometido y offreçido de ayudar. Poco á poco me pareze, Padre, que se podrá hazer allí vna buena obra, mas con mucha consideratión y cautela, no sólo por las circunstantias de los herejes, mas aun de los buenos canónigos. Respondióse en Augusta también á muchas dudas del P. Canisio, y en Ingolstadio y Augusta se vieron todos los libros, con el orden de vsar de algunos prohibidos. — —

Reliqua epistulae pars nondum evulgata est. De augustana hac „visitatione" vide supra p. 524. 526. 532. 541. 543. 564. 585.

Natalis ante 25. Octobris Augusta Ingolstadium profectus est (v. supra p. 516) ibique 11 fere dies mansit (v. infra, monum. 298). Quare Natalem sub medium m. Octobrem (18. vel 19.?) Augustam advenisse, sub 23. Octobris Ingolstadium petisse, inde sub 3. Novembris Augustam versus abisse. Augusta 9. Novembris Landsbergam profectum esse dixerim.

283.

Exeunte m. Novembri 1562.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore Tridenti scripto. Cod. „V. P. 62" f. 57ᵇ.

---

[1] *S. Ignatius,* sicut Societatis collegia suos reditus eosque Sociis alendis sufficientes habere et volebat et sumebat, ita a Sociis pro contionibus, catechesibus etc. salaria accipi nolebat (Constitutiones S. J. P. 4. c. 2, n. 5. 6; c. 10, n. 1; P. 6. c. 2, n. 7; P. 10, n. 5 etc. Institutum S. J. II, 57. 72. 96. 143 etc.). Cf. *Can.* Epp. II, 385—386.

[2] Christophoro a Freyberg, et aut Marquardo a Berg, qui cathedralis, aut Wolfgango Rhem, qui ecclesiae S. Mauritii praepositus (et cathedralis canonicus) erat (*Braun,* Domkirche p. 211—215. 238—243, et supra p. 588).

[3] De his aedibus vide *Can.* Epp. II, 843. 863.

[4] Scholam ecclesiae cathedralis dicit; de qua v. *Can.* Epp. II, 379.

Lainio, quae Natalis Augustae et Ingolstadii etc. statuit, probantur, et nominatim, quod a Canisio scriptorem externum abstulit. Schola alteraque domus augustana.

P. Ioannes de Polanco in litteris Tridento 24. Novembris 1562 nomine Iacobi Lainii praepositi generalis Oenipontem ad P. Hieronymum Natalem, Societatis visitatorem, missis haec, praeter alia, ad ipsius litteras 20. Novembris datas (quas v. supra p. 674) rescripsit: Hase uisto lo que V. R. scriue auer trattado con el Rector de Monachio[1] yloque en Ingolstadio dexo ordenado y en Augusta y todo parece esta muy bien ... y el quitar al padre Prouincial el scriptor defuera dela Compañia fue muy bien. ... Si se adereçase algun principio de schuela en Augusta [Joan Flamenco][2] podra seruir alli por uentura. Holgariamos de entender que les fuesse dexada aquella casa libre entretanto che se halla sitio conueniente.

Haec ostendunt, Natalis imperio factum esse, ut Canisius iuvenem illum Andream Stör, quo et scriptore et coquo usus erat, dimitteret; v. supra p. 560. De domo autem illa augustana quid effectum sit, v. infra, monum. 285, et cf. supra p. 673—675.

284.

Mense Novembri 1562.

Ex cod. guelph. „36. 24. Aug.“ f. 77ª—80ᵇ et 2 ff. sqq. non sign.

Cardinalis Augustanus Roma Canisio „instructionem“ vicario generali datam mittit.

Otto Truchsess cardinalis, cum a. 1562 Ioannem Schencking, Monasterio Westphalorum ortum (*Braun*, Die Domkirche etc. p. 173—176), episcopatus sui augustani vicarium generalem constituisset, Roma, ubi tunc morabatur, 11. Novembris 1562 ad eundem latinam copiosamque „instructionem“ sive institutionem misit, eamque sua manu subscriptam suique sigilli impressione confirmatam, qua, quomodo officio fungi deberet, edoceretur. Cuius institutionis idem cardinalis Roma ad Canisium apographum misit, cui ipse (ut omnino videtur) inscripsit: „Al Reuerendo Padre Canisio“. Quod apographum 4 foliis formae romanae, quam vocant, constans valde eleganter idque, ut mihi quidem videtur, manu praeclari illius Iulii Pogiani, qui Ottoni tunc ab epistulis erat, scriptum est, atque sic inscriptum: „INSTRVCTIO ET INFORMATIO EORVM QVÆ Venerabilis atque Nobilis D. Joannes Schencking Juris Vtriusque Doctor ac Reuerendissimi atque Jllustrissimi Principis ac Domini, Domini Othonis Sanctae Romanae Ecclesiae Episcopi Cardinalis Albanensis et Augustani, Praepositi ac Domini Eluacensis .etc. in Spiritualibus Vicarius Generalis in Vicariatus officij functione pro viribus suis diligenter obseruare ac quantum poterit fideliter administrare debet.“

Cardinalis Otto Canisio hac missa institutione quasi in memoriam revocasse videtur, quae ineunte m. Septembri 1559, paulo postquam Romam advenerat, per Polancum ei scribenda curaverat: Se episcopatum augustanum vehementer ei commendare atque hoc petere, ut Canisius quasi episcopum se esse putaret, et rebus observatis se de iis, quae convenire viderentur, vel quae in dioecesi providenda esse viderentur, moneret (*Can.* Epp. II, 517).

---

[1] P. Theodorico Canisio. [2] De hoc vide supra p. 674[8].

285.

Exeunte a. 1562.

Ex litteris ipsius *Elderени* manu scriptis. Cod. „G. Ep. IV" f. 129[a].

Sociorum augustanorum numerus P. Natalis opera auctus. Spes ampliorum aedium uberiorisque reditus.

P. Guilielmus Elderen S. J. in litteris semestribus domus Societatis augustanae (quam P. Hieronymus Natalis „visitaverat"; v. supra p. 674 ad 676), Augusta 2. Ianuarii 1563 datis, scribit: Auctam nunc habemus familiam, cui accessit Valentinus Bohemus sacerdos, cum duobus alijs fratribus. Sic enim uisum est, et prudenter sane .P. Natalj, ut exclusis alijs numerus fratrum hoc loco augeatur, idque multo magis breui fore confidimus, cum aedes uicinas easque satis amplas nobis promissas obtinuerimus. Et inuenta est ratio, ut compluribus hoc loco fratribus alendis suppetant sumptus.

Henricus Samerius S. J. in *Litteris quadrimestribus collegii monacensis, Monachio 1. Ianuarii 1563 datis: „Tres" ex nostris, inquit, „quorum opera Reuerendo P. nostro prouinciali uidebatur id temporis necessaria, Augustam sunt profecti" (ex archetypo. Cod. „G. Ep. IV" f. 112[a]). De P. Valentino Voyt bohemo vide supra p. 358; e reliquis unum coquum fuisse ex Canisii et Eldereni epistulis, quae in proximo volumine ponentur, conicere licet; alter Canisio adiunctus est scriptor, isque Ioannes Flander fuisse videtur; vide supra p. 674.

Reapse paulo post Sociis augustanis cathedrale capitulum ampliores aedes (cf. supra p. 672. 673), Otto cardinalis uberiorem reditum tribuerunt; id quod in proximo volumine ostendetur.

Agricola quidem (l. c. I, Dec. 3, n. 84) asserit, Canisium a. 1562, cum ex concilio tridentino Augustam redisset, canonicorum cathedralium animos in se suosque alieniores expertum esse; neque tamen vel in domus S. J. augustanae litteris semestribus modo memoratis, vel in epistulis Tridento inter m. Augustum et Decembrem 1562 Lainii nomine a Polanco ad Canisium datis, vel in ipsius Canisii epistulis huius facti ulla fit mentio. Immo vero, quae de amplioribus aedibus Societati concessis modo dicta sunt, contrarium potius probare videntur; quare Agricolam, sicut famosum illum theologorum conventum oenipontanum et alia complura ex a. 1563 perperam in a. 1562 transtulit (vide infra, monum. 338), ita in hac quoque re errasse dixeris. Atque anonymus quidem ille auctor libri „*Anti-Mangoldus*" (vide supra p. 671) I, 296—302 copiosis litteris, quibus capitulum augustanum cum Ottone cardinale, quod Canisius parochorum iura sibi arroget, pontificia privilegia urgeat etc., vehementer conqueritur, annum 1561 ascribit; at anno 1564 litteras illas datas esse, et ex apographis earum antiquissimis, et ex ipsis, quas continent, rebus, et ex actis capituli augustani efficitur; id quod proximo volumine planius exponam. Nec tamen tunc iam sensim tempestatem illam cooriri coepisse negarim.

B.

MONUMENTA ELVANGENSIA CANISII.

286.

Sub initium m. Iunii 1561.

Ex apographo recenti huius indiculi, m. Augusto a. 1888 Stugartia ex archivo regio ad editorem misso.

Canisius ad contiones Elvangae habendas invitatur. Canonici augustani eum illuc mittere nolunt.

Stugartiae in archivo regio antiquus exstat Catalogus litterarum, quae olim Elvangae in archivo praepositurae asservabantur. In quo haec sunt:

Registratur

über diese Lade, so intitulirt Religions Sachen.

1561. 1. Copia Schreibens an das Capitel zu Augsburg wegen Petri Canisii, so von Statthalter u. Räthen allhero wird begehrt, im Stift Ellwangen eine Zeit lang zu predigen ratione Lutheranorum.

„ 2. Decan[1] u. Capitel zu Augsburg können Domino Canisio dissmals nicht verlauben.

„ 3. Copia Schreibens an Dr. Canisium zu Augsburg, solle eine Zeit lang allhie von wegen der Lutherischen predigen.

„ 4. Schreiben an das Capitel zu Augsburg um Vergünstigung Petri Canisii.

Indiculo huic iam pridem adnotatum est, ipsas litteras vel litterarum apographa non exstare. Litteras n. 3 sub exeuntem m. Maium ad Canisium datas esse videri supra p. 156 ostensum est. Atque eodem fere tempore litteris n. 1. praefectus elvangensis Canisium a capitulo augustano petisse videtur. Quod cum eum mitti posse litteris n. 2 negasset, praefectus litteris n. 4 capitulo iterum institisse videtur. Nec frustra eum institisse, ex monum. 287 patet.

287.

Sub exeuntem m. Iulium 1561.

Ex litterarum Eldereni apographo, eodem tempore Augustae scripto et Romam misso. Cod. „G. Ep. II.“ f. 118ª.

Litteris usus est *Sacchinus,* Can. p. 186—187.

Canisius Elvangae contionibus habitis catholicos confirmavit, protestantes ad ecclesiam reducere conatus est.

P. Guilielmus Elderen S. J., Canisii socius augustanus, in litteris quadrimestribus domus S. J. augustanae, Augusta m. Septembri 1561 datis, postquam Canisium (mensibus Iunio et Iulio) collegia vindobonense et pragense invisisse narravit, de eodem scribere sic pergit: Priusquam rediret Augustam haesit diebus aliquot Ellwangae, sic rogatus ab Jllustris. Cardinali Augustano ut quosdam illic ciues ex Lutheranis Catholicos faceret. Quare conciones apud illos nonnullas habuit, quibus Catholicj in fide, et obedientia Ecclesiae confirmatj heretici uero ad saniorem mentem, aut certe in dubitationem adducti uidentur. Ceterum qui Eucharistiam Catholico ritu sumere peruicaciter detrectant, non multo post, uti speramus, et idem Cardinalis promisit, inde profligabuntur.

---

[1] Christophorus de Freyberg.

Canisius 8. Iulii 1561 Praga Elvangam, curru a Ferdinando II. archiduce accepto, profectus, 17. Iulii in monasterio quodam bohemico haerebat, ante 3. Augusti Augustam rediit (supra p. 182. 188. 616). Fortasse igitur Elvangae contionatus est diebus 22. et 25. Iulii, SS. Mariae Magdalenae et Iacobo apostolo sacris, et 27. Iulii, quae dies dominica tunc erat.

Canisium e protestantibus, qui Elvangae erant, haud ita multos ad ecclesiam tunc reduxisse ab Eldereno haud obscure significatur. Id quod relatione confirmatur, quam de rebus ab Ottone cardinale in praepositurae elvangensis administratione gestis [1] ex ipsius litteris archetypis similibusque monumentis haustam Dr. *Carol. Kibler*, consiliarius elvangensis, initio saeculi XVII. scripsit et Dr. *Ioseph Giefel* nuper in epitomen coactum edidit in „*Diözesan-Archiv* von Schwaben", 1. Jahrg. (Stuttgart 1884), p. 3—5. 9—11. 17—18. Kibler enim affirmat: Ottonem quidem, ut oves errantes in viam reduceret, a. 1561 Canisium „virum vita, eruditione et morum probitate insignem et ad hoc munus convenientissimum" aliquamdiu Elvangae contionari et sacramenta administrare iussisse; at protestantes elvangenses in erroribus pertinaciter perstitisse (l. c. p. 10).

Boero de elvangensi hoc itinere Canisii a. 1561 facto nihil scribit; Canisium tamen a. 1562 paulo ante Quadragesimam Elvangae fuisse asserit (Can. p. 243); id quod equidem in nullo fonte antiquo inveni.

C.

MONUMENTA INGOLSTADIENSIA CANISII.

288.

Sub m. Aprilem a. 1561.

Ex apographo recenti. Cod. „Germ. Sup. Fund. IV." f. 54ᵇ—55ᵃ.

Munera Sociis ingolstadiensibus cum ab aliis tum ab Ursula Fuggera data. Quae Canisii opera in pietate excellit.

In litteris quadrimestribus collegii S. J. ingolstadiensis, Ingolstadio 1. Maii 1561 datis, haec narrantur: Nonnullae piae ac honestae matronae templum nostrum uarijs munusculis honorare non cessant inter quas non postrema est, honestissima, nobilissima ac deuota matrona Augustana D. Georgij Fuggeri coniunx [2] quae nobis casulam byssinam [3] et reliqua quae ad eam spectant ornamenta [4] cum multis strophiolis [5] alijsque pannis in usum templi paratis nuper dono misit.

---

[1] Otto Elvangensium non solum princeps, sed etiam episcopus erat; solum capitulum collegiale potestate episcoporum augustanorum „exemptum" erat (*K. A. Busl*, „Ellwangen" in „Kirchenlexikon" IV, 424).

[2] Ursula de Lichtenstein.

[3] Pro illorum temporum loquendi ratione hic proxime significari dixeris casulam sive planetam (albam?) admodum subtilem, sive linea haec fuerit (id quod proprie in verbo byssini includitur) sive serica sive ex alia materia confecta.

[4] Manipulum, stolam, velum calicis etc.

[5] Lintea dici puto, quibus manus in sacris abstergerentur (*C. du Cange*, Glossarium mediae et infimae latinitatis, ed. *L. Favre*, VII [Niort 1886], 616), vel „purificatoria", vel „sudaria" illa, quae apud „missalia" et „instrumenta pacis" sive „pacificalia" pendebant; de quibus cf. *Ios. Braun* S. J., Die priesterlichen Gewänder des Abendlandes (Freiburg i. Br. 1897) p. 69—70, et *Fr. Hipler*, Die ältesten Schatzverzeichnisse der ermländischen Kirchen (Braunsberg 1886) p. 71.

Hec enim maxime ex quo patris prouincialis[a] nostri[1] opera et consilijs uti coepit tota operibus mortificationis et pietatis insistit ipsa fere cum tota sua familia.

289.

Exeunte m. Aprili (ut videtur) a. 1561.

Ex archetypo vel apographo eiusdem fere temporis; cui tempus ascriptum non est.

Canisius Sociis ingolstadiensibus inter epulas ministrat.

Henricus Arboreus[2] S. J. (de quo Can. Epp. II, 454[1]), litterarum graecarum magister in collegio ingolstadiensi, Ingolstadio m. Maio a. 1561 (ut videtur) de quattuor superioribus huius anni mensibus ad Lainium praepositum generalem referens, de Canisio, qui exeunte m. Aprili a. 1561 tres fere dies in eo collegio moratus erat (v. supra p. 132), scribit: Laudabile exemplum R. P. Prouincialis, — cum nuper hoc collegium visitaret, nobis dedit. Is enim more ministri cuiuspiam accinctus mensae primae et secundae[3] ieiunus continuo inseruiuit, vt hoc pacto declararet, se non venisse vt sibi ministraretur, sed potius vt alijs ministraret[4].

Canisius apud Socios quidem ingolstadienses a. 1561 et m. Februario et Aprili fuerat (vide supra p. 50. 132); cum vero Arboreus eum „nuper" collegium visisse scribat, Aprilem hic significari dixeris. Labitur certe *Riess* (l. c. p. 295), cum Canisium a. 1561 ante Dominicam Septuagesimae (quae eo anno 2. Februarii erat) in collegia Bavariae (ingolstadiense et monacense) excurrisse opinatur; vide supra p. 36—40. 50.

290.

Inter 14. et 19. Septembris 1561.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 297[a].

„Visitatio" ingolstadiensis. Consilia de rebus provinciae collata.

P. Nicolaus Lanoius S. J., collegii ingolstadiensis rector, Ingolstadio 18. Septembris 1561 Lainio praeposito generali scribit: Essendo qui adesso il P. nostro Prouinciale per visitare questo Collegio, si e trattato ancho delle cose che pertengono alli altri Collegi di questa Prouincia.

Canisius 13. Septembris atque (ut videtur), visitatione ingolstadiensi absoluta, 19. Septembris 1561 Augustae erat; vide supra p. 215. 222. Quare eum contione

[a] profincialis *ap.*

[1] Petri Canisii.

[2] Hunc, cum „in Collegio Germanico vixisset aliquandiu", a. 1556 [?] Patavii in Societatem admissum esse scribit *Polancus*, Chronicon VI, 235.

[3] „Secunda" mensa eorum erat, qui inter „primam" in culina vel alias occupati erant. [4] Marc. 10, 45. Matth. 20, 28. Cf. Io. 13, 1—15.

14. Septembris, quae dominica erat, in maxima aede augustana habita Augusta discessisse eoque 19. Septembris redisse puto. De ipsa hac visitatione et de consiliis inter Canisium praepositum provincialem eiusque „consultores" Ingolstadii collatis vide supra p. 224—225.

291.

Inter 14. et 19. Septembris 1561.

Ex harum litterarum apographo saec. XIX. (Monachii, ut videtur) scripto. Cod. „Germ. Fund. IV." f. 62ª.

Canisius in collegio ingolstadiensi novum refectorium inaugurat.

„Georgius C." (Crispus sive Kraus, ut videtur; cf. infra p. 683) S. J. in litteris quadrimestribus collegii S. J. ingolstadiensis Ingolstadio 3. Ianuarii 1562 datis scribit: De structura collegij hoc obiter addam utiliter admodum nobis paratam esse nouam culinam, et adiunctum illi praeter alia hypocaustum et refectorium commodissimo sane loco. Pater Prouincialis dedit operam ut singularibus precibus ad Deum fusis, additaque benedictione refectorium consecraretur. Doctor Cuuilonius orationem tunc habuit elegantem uirtutem eiusmodi benedictionum ostendens, et ad nouum spiritum in nouis aedibus declarandum nos exhortans.

Dubitari vix potest, quin Canisius inter 14. et 19. Septembris 1561, cum collegium ingolstadiense visitaret (vide supra p. 680), novum hoc refectorium (de quo cf. supra p. 244) consecraverit; cui calefaciendo „hypocaustum" illud vel vaporarium cum fornace sive camino adhibebatur; vide *Can.* Epp. I, 578.

292.

1559—1562.

Ex harum litterarum apographo eodem tempore scripto. Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." (vide *Can.* Epp. I, LV) f. 27—28.

Earundem litterarum apographum saeculo XIX. (Monachii, ut videtur) scriptum exstat in cod. „Germ. Sup. Fund. IV." f. 61ᵇ.

P. Lanoius, rector ingolstadiensis, Canisii dextella est.

In collegii S. J. ingolstadiensis litteris quadrimestribus Ingolstadio 3. Ianuarii 1562 a „Georgio C." (Crispo, ut videtur; v. infra p. 683) datis de P. Nicolao Lanoio, eiusdem collegii rectore, qui simul et unus ex Canisii praepositi provincialis „consultoribus" et eiusdem „admonitor" erat (v. Can. Epp. II, 753, et supra p. 99), haec scribuntur: R. P. noster Rector est ceu dextrum Reuerendi Prouincialis brachium ut cuius opera et consilijs in maximis totius prouinciae negotijs uti solet, quem subinde ad alia inuisenda, iuuandaque collegia destinare consueuit. Itaque non raro abesse cogitur.

Haec vere dicta esse. multis rebus a 1559—1562 factis comprobatur; cf. e. g. *Can.* Epp. II, 374. 392. 533. 540. 660—669. 879—883, et supra p. 165. 185. 243 etc.

293.

Inter 7. et 17. Ianuarii 1562.

Ex apographo litterarum Eldereni, eodem fere tempore Coloniae a P. *Leonardo Kessel,* collegii rectore, scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1562 f. 1^b—2^a.
Particulam hanc ex eodem apographo primus edidit *Hansen* l. c. p. 411^5.

Canisius Ingolstadium universitatis reformandae gratia arcessitus.

P. Guilielmus Elderen S. J., Canisii socius augustanus, Augusta 13. Ianuarii 1562 ad Socium aliquem collegii coloniensis (P. Leonardum Kessel rectorem?) scripsit: Ingolstadium hisce diebus euocatus est P. Canisius a Consiliarijs principis ad eam Vniuersitatem rite reformandam, quae sane vehementer eo[a] eget[1].

Albertus V. Bavariae dux iam anno 1555 exeunte Wiguleum Hundt, Simonem Thaddaeum Eck, Christophorum a Raindorff, Henricum Schweicker Ingolstadium miserat, ut cum alia, tum, qua ratione universitas reformari posset, viderent. Ad quos cum praeter alios Canisius, quae sibi corrigenda vel mutanda esse viderentur, perscripsisset (quae vide *Can.* Epp. I, 582—584), ab Alberto 19. Decembris 1555 „Formula reformationis" germanica (exstat apud *Prantl* l. c. II, 198—212) subscripta est. Quae tamen, ut Albertus ipse a. 1562 questus est, „sopita atque sepulta jacuit, nec executioni fuit data" (*Mederer* l. c. IV, 296). Quare *Albertus V.* Monachio 10. Octobris 1561 ad P. Nicolaum Lanoium rectorem, atque ad totum collegium S. J. ingolstadiense *litteras dedit, in quibus: Universitas, inquit, „in peius indies ruit. . Magna est discentium raritas . . . A vobis vero, quorum pietas, eruditio et integritas inprimis nobis probantur, consilium expetimus, qua potissimum ratione res scholae iuuarj, enormia tollj, statuta antiqua emendarj, aut noua salubria fierj queant. Idque scripto nobis quamprimum significatote" (ex Alberti litteris archetypis. Cod. monac. „Script. coll. Ingolst." f. 33). Quae ducis mandata Socii ingolstadienses litteris Ingolstadio 18. Octobris 1561 datis exsecuti sunt (exstant apud *Pachtler* l. c. III, 480—482). Ac tandem 3. Februarii 1562 „Formula Reformationis" illa, quae a. 1555 conscripta erat, ab Alberto, latine tamen versa et paululum mutata, promulgata est (exstat apud *Mederer* l. c. IV, 295—317). In qua (ibid. p. 312—316) atque etiam in „Capitibus reformationis" quibusdam a. 1563 conscriptis (exstant apud *Prantl* l. c. II, 240—241) de collegio quoque georgiano multa constituta sunt. Atque ducem eiusque consiliarios Sociorum, maxime Canisii, sententiam magni fecisse multisque in rebus secutos esse, ex his „reformationibus" facile intellegitur.

Fortasse cum Canisio tunc etiam de querelis actum est, quas universitatis „magistri privati" eo anno Monachium ad consiliarios detulerant adversus Socios: „Quod discipulos ad suas scholas pertraherent, magno illorum malo atque incommodo, quippe quibus inde praecipua et lucrandi panem, et altiora studia prosequendi occasio praecideretur." Ita quidem *Mederer;* qui haec addit: „Nihil tamen in ea re decretum est, nisi vt Iesuitae suos discipulos ad publicas quoque mitterent lectiones" (l. c. I, 267). Cf. etiam *Ch.-H. Verdière* S. J., Histoire de l'Université d'Ingolstadt I (Paris 1887), 350—356.

Consiliariorum, qui Canisium Ingolstadium arcessiverunt, nomina nusquam repperi expressa. Existimo autem, ex eorum numero Wiguleum Hundt, universitatis curatorem, et Simonem Thaddaeum Eck, supremum Alberti cancellarium, fuisse;

---

[a] ea *Hans.*

---

[1] Huius rei mentionem fecit etiam *Sacchinus,* Can. p. 190.

qui etiam a. 1555 Ingolstadii cum Canisio egerant; cf. etiam supra p. 361. Neque dubitari potest, quin Canisius cum amicissimo sibi Friderico Staphylo, universitatis „superintendente", multa contulerit. Atque inter d. 6. et 11. Januarii Canisium Augusta Ingolstadium profectum esse ex eo conicere licet, quod in codice contionum ineunte a. 1562 Augustae ab eo habitarum sermo 6. Ianuarii recitatus exstat, contio 11. Ianuarii sive „Dominica infra octavam Epiphaniae" habita non comparet. Die autem 18. Ianuarii Canisius in cathedrali ecclesia augustana contionatus est (Cod. „Can. X. T" f. 47b—56b). Cf. etiam supra p. 359.

294.

Inter 7. et 17. Ianuarii 1562.

Ex litteris Crispi vel archetypis Romamque missis vel ibidem eodem fere tempore ex archetypo transcriptis. Cod. „G. Ep. III" f. 86.

Epistula usus est *Sacchinus,* Can. p. 190.

Canisius Ingolstadii impetrat: ut pauperes litterarum studiosi et ibi et Monachii alantur; ut Ingolstadii Sociis in ecclesia ampla contionandi, confessiones excipiendi etc. facultas sit; ut Socii gratis promoveantur; ut collegium amplificetur. Idem de collegiis dotandis et de novo collegio Straubingae condendo etc. agit. Sociis cum parochis et Franciscanis iam bene convenit.

Georgius „Crispus" (Kraus) S. J. in litteris quadrimestribus collegii ingolstadiensis, Ingolstadio Kalendis Maiis a. 1562 datis, de Alberti V. ducis consiliariis illis, qui Canisium ineunte a. 1562 Ingolstadium arcessiverant (v. supra, mon. 293), haec scribit: Cum . . . mense Januario gratia reformandae huius Academiae ex mandato principis illi huc conuenissent, varia in utilitatem huius Collegij et promotionem cultus dei, publicique boni illis proposita fuere, et domino deo largiente satis facile obtenta, Primum fuit, vt tum hic, tum Monachij aliquot pauperes studiosi beneficio Principis alerentur, regimini et curae nostrorum subiecti, Deinde vt Collegium hoc facultatem habeat in aede sacra Diuae Virginis amplissima et pulcherrima et concionandi et confessiones audiendi, quod hactenus neque in hoc neque in altero Parochiali templo a pastoribus nunc depulsis, concessum fuit[1]. Adhaec quamuis nullis [altaribus][a] (quae in hoc templo sunt plurima) nunc arceantur nostri sacerdotes, tamen vnum ex sacellis cum altari in loco commodissimo illis est assignatum, aere publico ciuitatis crate ferrea muniendum, vbi etiam nostri fratres et simul pij homines communione sacra subinde pascantur. Huc iam translata est ex archiuo

[a] *Hoc supplendum esse et ex iis, quae proxime sequuntur, et ex eo patet, quod Crispus paulo infra de parochis ingolstadiensibus scribit: [Sacerdotum nostrorum] „opera pene quotidie vtuntur in faciendis sacris".*

[1] Sub id tempus et Georgius Theander, theologiae professor universitatisque vicecancellarius, parochia B. M. V., et Michael Wagner, et ipse theologiae professor (postea cathedralis ecclesiae frisingensis canonicus), parochia S. Mauritii cesserunt. Atque illam parochiam Georgius Lautherius, hanc Martinus Eisengrein administrandas susceperunt (*Mederer* l. c. I, 271. 272).

Vniuersitatis grandis arca ferrea, in qua supellex et ornamenta altaris asseruentur . Huius autem sacri loci possessio a nostris accepta initium habuit, quando nuper in die festo Annunciationis Virginis matris [1] nostri fratres ibi venerabile Christi corpus spectante, ac mirante populo perceperunt. Dubium non est quin istud publicum exemplum plaerosque Germanos per Dei gratiam ad frequentem communionem pertrahet etiamsi peruersa alioquin consuetudo refrigescente nimium charitate [2] omnibus pene suadeat velut nefas saepius quam semel quotannis Eucharistiae sacramentum sumere. Deinde authoritate Jllustrissimi Principis sancitum est, vt nostri gratuitam in artibus et Theologia promotionem adipiscantur, sic tamen vt promotoribus et ministris dictarum facultatum sua iura et stipendia ex aerario Vniuersitatis persoluantur [3]. Postremo impetratum est vt areae collegij et scholarum nostrarum lapidibus sternantur et cubicula complura in superiore parte nostrae habitationis partim restaurentur, partim de integro construantur, quae res non solum eo spectat, vt nobis et hospitibus (quos hac transeuntes crebro suscipimus) de huiusmodi locis commodius sit prospectum verumetiam propagando fratrum numero fiat quaedam praeparatio. Nam de dotatione horum Collegiorum [4] Princeps noster cum suis Consiliarijs serio cogitat, quam ita magnificam speramus, vt in hoc praesertim Collegio propter generale studium multo plures sint alendi. . . . Quin etiam iussu Principis cum P. nostro Prouinciali tractarunt Consiliarij de Collegio Strabingae [5] erigendo . . . [Princeps] praeclare interim secum agi putaret, si tum in iam nominata ciuitate tum in alijs quibusdam sibi subiectis oppidis paucos saltem operarios nostrae Societatis possit habere. Caeterum quod ad Clerum et religiosos huius ciuitatis attinet, optime (laus deo omnipotenti) nobis sunt omnes nunc conciliati, Nam vterque pastor patrum nostrorum atque adeo nostrae Societatis se syncerum amicum declarat, et multa beneficia a nostris patribus tum hic tum Viennae se accepisse libenter fatetur [6]. . . . Redijt Collegium nostrum in gratiam cum patribus Franciscanis qui nescio ob quas suspitiones et falsas delationes non sese ita benignos videbantur nostris exhibere.

---

[1] 25. Martii. [2] Matth. 24, 12.

[3] A senatu universitatis 12. Ianuarii 1562 ita decretum esse ostendit *Prantl* l. c. I, 228. Qui tamen minus recte affirmat, „für die Zöglinge des Jesuiten-Collegiums" id concessum esse; nam iis tantum, qui de Societate essent, concessum est.

[4] Ingolstadiensis et monacensis. [5] Straubing; vide supra p. 364. 385 etc.

[6] Martinus Eisengrein, stugartianus, nepos erat Iacobi Ionae († 1558), consilii aulici Ferdinandi I. caesaris vicecancellarii, qui ob egregia in Socios merita a S. Ignatio, Canisii opera interposita, omnium Societatis bonorum spiritualium particeps effectus erat. Eisengrein autem, sub a. 1554 in album universitatis vindobonensis relatus et paulo post Vindobonae a protestantismo ad catholicam ecclesiam reductus, ibidem ab a. 1554 vel 1555 usque ad a. 1562 universitatis professorem egerat (*Can.* Epp. I, 485. 503. *Aschbach* l. c. III, 180—183. *Hartl-Schrauf* l. c. p. 350 [14]).

295.

1561—1562.

Ex Crispi litteris vel autographis vel eodem fere tempore transcriptis. Cod. „G. Ep. III" f. 86ª.

Georgius, principis cuiusdam contionator, Societati per Canisium conciliatus in eaque mire constans, ab eodem Ingolstadium primum, deinde Romam missus est.

P. Georgius Crispus (Kraus) S. J. in collegii ingolstadiensis S. J. litteris quadrimestribus, Ingolstadio 1. Maii 1562 datis, de Canisio scribit: Missus est et huc ab eodem Patre [Prouinciali] sacerdos quidam nomine Georgius[1] vir et doctus et pius, concionator non uulgaris, quem a se auulsum aegerrime tulit is princeps, cui ipse a concionibus erat, quemadmodum manifeste docuerunt crebrae literae et nuncij ad ipsum reducendum missi, sed bonus spiritus, quem ipse ex commercio salubrique consilio iam commemorati patris diuina cooperante gratia aliquando hauserat adeo in sancto proposito firmum reddidit, vt magnifica promissa sui domini et amicorum affectus prorsus floccipenderet, Caeterum quo ab istis impedimentis liberior esset in vrbem[2] velut asylum et pietatis scholam vno ab hinc mense suadente P. Prouincialj missus est. Hic egregium specimen sui tyrocinij quamdiu apud nos egit, exhibuit, hoc vnum cum animi tristicia deplorans, quod longe antea mundanae conuersationi nuncium non remisisset.

296.

Inter 26. et 31. Octobris 1562.

Ex „Epistolis P. *Nadal*" II, 138.

Canisius Ingolstadii, dum collegium a P. Natale „visitatur", tres dies moratur.

P. Hieronymus Nadal S. J. Oeniponte 20. Novembris 1562 Lainio praeposito generali de collegii ingolstadiensis visitatione a se facta haec, praeter alia, scripsit: A Ingolstadio fuí con el P. Lannoy, que era venido á Augusta; no uino primero con nosotros el P. Canisio por su obligatión tan fuerte de sus prédicas : después vino, y no pudo estar sino tres días por la misma causa.

Natalis Augustam primum sub 19. Octobris advectus, inde Ingolstadium sub 22. Octobris abierat ibique fere 11 dies commoratus, sub 3. Novembris inde iterum Augustam erat profectus (vide supra, monum. 282, et infra, monum. 298). Ex altera parte constat, Canisium Augustae 18. et 25. Octobris, 1. et 2. Novembris contionatum esse (supra, Tab. chronol.). Quare eum sub 26. Octobris Ingolstadium ivisse indeque sub 30. Octobris Augustam redisse existimo.

297.

Exeunte m. Decembri a. 1562.

Ex apographo eodem tempore scripto. Cod. „G. Ep. III" f. 84ª.

Canisius adulescentem diu inter Lutheranos versatum Ingolstadium mittit; qui ibidem optimum se praebet Societatis novicium. Monasterium S. Catharinae augustanum.

---

[1] Rosenhaimer? Vide supra p. 390. 401. 419.

[2] Romam; vide supra p. 452.

P. Nicolaus Lanoius S. J., collegii ingolstadiensis rector, in eiusdem collegii litteris quadrimestribus Ingolstadio 31. Decembrris 1562 datis de adulescente quodam, diu inter Lutheranos versato (v. supra p. 613) scribit: Paucis ab hinc diebus ad societatis ingressum sese recipiendum[a] [?] obtulit, Missus is paulo ante fuerat a R. N. P. prouincialj Augusta (vbj apud sororem, quam in monasterio sanctae Caterinae[1] habet monialem deuotissimam, ad dies aliquot mansisset [*sic*]) vt de eius animj propensione ac voluntate faceremus periculum, vnde et in ministerijs inferioribus[b] nunc exercetur et in Catechistica doctrina alijsque salutaribus documentis cum alijs nouitijs eruditur, optimum sane hactenus exhibet in obediendi ac inseruiendj promptitudine tyrocinium.

D.

MONUMENTA LANDSBERGENSIA CANISII.

298.

9. et 10. Novembris 1562.

Ex cod. „Antiqu. Ingolst." f. 21[b].
Exstat etiam (ex eodem cod.) in Epistolis *P. Nadal* II, 138[3].

P. Natalis, collegio ingolstadiensi visitato, cum PP. Canisio et Lanoio Landsbergam ad Alberti V. Bavariae ducis consiliarios proficiscitur.

P. Nicolaus Lanoius S. J., collegii ingolstadiensis rector, de huius collegii visitatione a P. Natale instituta paulo post, ut videtur, in publico quodam collegii codice sua manu notavit: Jhesus. Anno domini 1562. Octobris [*sic*], R. in Christo Pater Dominus Hieronymus Natalis venit Jngolstadium visitaturus Collegium hoc nostrum Societatis Jesu in quo negotio occupatus mansit .11. dies plus minus . quibus euolutis Lantspergam ad Dominos Consiliarios Jllustrissimi ducis profectus [est] comitibus Canisio Prouinciali Germaniae et Lanoyo Rectore huius Collegij Jngolstadiensis et inde Oenipontum gratia visitandi eius Collegij perrexit, et ulterius Tridentum ad Patrem nostrum Generalem M. Jacobum Laynesium in Concilio versantem.

Canisius Augusta 24. Octobris 1562 Hosio scripsit: „Adfuit his diebus D. Natalis noster Augustae" (supra p. 516). Et Augusta 7. Novembris 1562 Kesselio: „Erat nobiscum R. p. Natalis, sed prope diem discessurus Oenepontum, cum charitatis tuae et m. rethij literas accepimus" (supra p. 524). Atque ipse Natalis Augusta 6. Novembris 1562 ad Kesselium litteras miserat, in quibus: „Substiti", inquit, „aliquot dies in hac domo. . . . Deinde ex officio ingolstadienses nostros inuisi: triduo

[a] *V. in ap. partim corruptum.* [b] menisterijs imferioribus *ap.*

[1] Monasterium hoc, ordinis Praedicatorum, Canisii maxime opera severiorem amplexum erat disciplinam; vide supra p. 614.

proficiscar Oenopontum, inde vero proficiscar Viennam" etc. (Epistolae P. *Nadal* II, 128). In codice autem collegii ingolstadiensis, quem supra dixi, *Indiculo rerum „Quae Dixit P. Natalis pro collegio ingolstadiensi" manu ignota scripto *Lanoius* sua manu adnotavit, eum „1562 mense Nouembrj" illa dixisse. Natalis igitur haud multo ante 24. Octobris Augusta Ingolstadium ivisse indeque cum Lanoio ante 6. Novembris Augustam redisse videtur. Ac cum Canisium Augustae diebus 8., 11., 15. Novembris contionatum esse constet (supra, Tab. chronol.), cumque 14. Novembris 1562 Lanoius Canisii nomine Lainio scripserit, idque, ut omnino videtur, postquam ipse Landsberga Augustam cum Canisio redierat et Natalis Oenipontem abierat (vide supra p. 541), Canisium 9. et 10. Novembris Landsbergae fuisse conicio. Atque hoc litteris Schwarzenbergii, quas proxime (monum. 301) ponam, confirmatur. Ex quibus etiam patet, Canisium dimidio fere die Augusta Landsbergam (Landsberg. Bavariae superioris oppidum) pervenire potuisse.

Landsbergam Otto Henricus liber baro de Schwartzenberg, unus e primis Bavariae magistratibus („Landhofmeister"), cum „regimine" ob pestilentiam, quae Monachium urebat, transmigraverat (*Goetz*, Beiträge p. 250); res religionis tunc praecipue curasse videntur Simon Thaddaeus Eckius, Ioannes Schwabbach, Onufrius Perbinger, Christophorus Elsenheimer, [Burchardus? vide *Can.* Epp. II, 244[4]] de Schellenberg etc. (*Goetz* l. c. p. 249[3]).

299.

9. et 10. Novembris 1562.

Ex „Epistolis P. *Nadal*" II, 138—139.

Quibus de rebus Natalis, Canisius, Lanoius Landsbergae cum Alberti V. ducis consiliariis egerint.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Oeniponte 20. Novembris 1562 ad Lainium praepositum generalem litteras dedit, ex quibus magis singulatim intellegitur, Landsbergae[1] *inter ipsum, Canisium, Lanoium, ducis consiliarios de collegiorum monacensis et ingolstadiensis dotatione, aedificiis, scholis et de Sociorum monacensium parte maiore in deserto illo monasterio Biburg, ordinis benedictini (v. supra p. 539*[5]*), donec pestilentia cessasset, collocandis actum esse:* A los primeros días que estuue en Augusta vino el rettor de Monachio, y . . . comunicó conmigo . . . lo que le pareçía sobre la fundación y casa, etc. . . . Determinóse de mudar la mayor parte dellos en algún conuento, lo que después en Lanspergia con aquellos señores se effetuó. A Ingolstadio . . . tomamos deseño del edificio y fundatión de aquel collegio. . . . Tomóse también deseño de los studios . . .: desto y de la fundatión trattamos en Lasperga con los consejeros del duque.

[1] *Polancus* nomine Lainii Tridento 15. Augusti 1562 ad S. Franciscum Borgiam, quid idem Lainius secum ex Belgio Tridentum proficiscens (cf. supra p. 558[1]) gesserit, referens: „Doppo d' essersi," inquit, „fermati alcun giorni in Ingolstadio, ci partimmo per Monachio . . ., et si trattò con li principali del conseglio ducale sopra l' accrescimento dell' intrata di questi doi collegij, in modo che basti per 30 persone inciascuno; et per l' assentia del duca, il quale staua lontano, non s' è potuto concluder niente et così restò per quando passerà il P. Maestro Natale" (Epistolae P. *Nadal* II, 138[1]).

300.

9. et 10. Novembris 1562.

Ex litterarum Lanoii apographo eodem fere tempore scripto. Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." f. 39 et sq. non sign.

PP. Natalis et Canisius Landsbergae ab Alberti V. consiliariis petunt, ut Societatis collegiis et plures homines et maiorem reditum et commodiora aedificia provideant.

P. Nicolaus Lanoius, collegii ingolstadiensis rector, et collegii sui et Natalis Canisiique nomine Ingolstadio exeunte Martio 1563 ad Alberti V. consiliarios litteras dedit, in quibus iis in memoriam revocat, „nuper Landtspergae" de Societatis collegiis „dotandis" quaedam iis fuisse „proposita"; ea tamen tunc „promissionem tantum accepisse, reiecta scilicet in aliud commodum tempus eius rei executione"; itaque se iterum rem proponere. Copiosius deinde explicat, in Societatis collegiis — id quod etiam Landsbergae „commemoratum" sit — praeter eos, qui cotidianam operam praestent, alios esse debere, qui in locum Sociorum mortuorum vel aegrotorum substitui possint; reditus in singulorum Sociorum sustentationem assignandos esse maiores; „commodiorum" quoque „aedificiorum" Sociis, maxime ingolstadiensibus, parandorum patres illos Landsbergae mentionem fecisse.

Litterae ipsae in huius operis volumine IV. suo loco ponentur.

Ad eandem Natalis et Canisii tractationem landsbergensem spectant, quae *Polancus* Lainii nomine Tridento 24. Novembris 1562 Oenipontem ad Natalem scripsit: „En lo dela fundacion delos collegios de Bauiera se mirara enlos capitulos de V. R. entre tanto lo hecho de parte de V. R. parece esta bien" [a] (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 57[b]. Cf. etiam Epistolas P. *Nadal* II, 138.

301.

OTTO HENR. LIBER BARO DE SCHWARTZENBERG

ceterique Alberti V. Bavariae ducis consiliarii etc. Landsbergae morantes [1]

CATHEDRALI CAPITULO AUGUSTANO.

Landsberga 13. Novembris 1562.

Ex archetypo (2°; 2 pp.; in p. 4. inscr. et sig. et aliqua apparent notata, de quibus vide infra, monum. 302), quod exstat Augustae Vindelicorum in archivo curiae episcopalis („Ordinariats-Archiv"), Fasc. „Dompraedicatur . Corresp. d. Card. O. Tr. d. Dompr. P. Can. betr." n. 10.

Alberti V. consiliarii Monachio Landsbergam cum ducis matre liberisque ob pestilentiam translati a capitulo petunt, ut Canisium singulis diebus Lunae Lands-

[a] lo hecho parece esta de parte de V. R. parece esta bien *ap.*

[1] De his vide supra p. 687.

bergae paenitentiae excitandae causa contionari sinant eiusque rei gratia officio Augustae iisdem diebus (per sacrum Adventum) contionandi liberent.

Vnnser freundtlich dienst vnnd geneigten gueten willen zuuor. Ehrwürdigen Edlen vnnd hochgelehrten. Besonnder lieben Herrn vnnd freundt. Nachdem der Allmechtig Got diser zeit an mer orten dess Fürstenthumbs Bayrn . sonnderlich aber zu München mit der erschrocklichen heimsuechung dess gächen sterbens angriffen . Derhalben wir sambt vnnd neben der Durchleüchtigen Hochgebornnen Fürstin . vnnserer allten genedigen frawen [1]. auch Junger genediger Herrschaft [2]. von dannen hieheer weichen müessen, So will vnns nit für vnleblich ansechen . die sachen nit allein vnder vnns selbs . sonnder auch bej gemeiner Burgerschaft dahin zustellen . damit menigclich dess Götlichen Zorens erinnert . vnd durch empsige Gotsdienst vnnd gepet zur andacht vnnd Puess geraitzt werde. Wie dann wochenlich alle Montag ain Christliche Procession . mit der Lithania Jn das werckh gericht , darbeij ein gotselige getrewe vermanung oder Puess Predig vil nutz schaffen möchte. Zu welcher wir den Würdigen Hochgelehrten . der Heiligen schrift Doctorn Petrum Canisium güetlich zuuermügen verhofft . also das er allwegen Sonntags abents alhie ankhemme . vnnd am Montag nach verrichter Predig seinen weeg widerumb auf Augspurg nemme, da Jme annderst solches . sonderlich zu eingeender Aduents Zeit [3], dar Jnn er wochenlich dreij Predigen thun solle, müglich [4]. Weil wir vnns aber zu euch frundlich getrösten, Jr werdet diss Christlich guet werckh, in so grosser noth ewers tails auch nit weniger zubefürdern berait sein . So glangt an euch vnnser frundlich Pitten . Jr wellet Jne Doctorem Canisium der dritten Predig Jm Aduent erlassen . Damit er alle wochen am Montag zu hochernannter vnnserer allten genedigen Fürstin, vnnd vnns alher kommen . vnnd ain Predig auf die Procession thun müge. Das raicht Jren .f. gnaden [5] vnnd vnns zu genedigem vnnd frundlichem gefallen, vnd beschicht daran ein guet Christlich werckh, Datum Landsperg den XIIJ^{n} Nouembris anno MDLXIJ.

Vnnsers genedigen Herrn Hertzog Albrechts in Bayrn etc. Landhofmeister Ottheinrich freijherr zu Schwartzenberg vnd hohen Landsperg etc. vnd andern Regenten vnd Rhete yetzt daselbsten.

---

[1] Iacoba, Philippi marchionis badensis filia, quae Guilielmi IV. Bavariae ducis uxor fuerat.

[2] Alberti V. liberi significari videntur: Guilielmus, Ferdinandus, Maria Maximiliana, Maria, Ernestus.

[3] Sacrum Adventus tempus eo anno 29. Novembris incipiebatur.

[4] Ex his verbis conieceris consiliarios, antequam capitulo scriberent, cum Canisio (sub 10. Novembris) coram locutos esse; cf. supra p. 686—688.

[5] Iacoba Canisium singulariter colebat; vide supra p. 109 et infra p. 691.

Den Ehrwürdigen Edlen vnd Hochgelehrten, Thumbpropst, Dechant, vnd gemeinem Capitl vnser lieben Frawen Stiffts zu Augspurg . vnsern besonder lieben Herrn vnd frunden.

302.

16. Novembris 1562.

Ex cod. monac. „Augsb. Domk." p. 89 (A).
Eadem manu antiqua notata sunt in pag. 4. epistulae supra p. 689 positae (B).

Capitulum augustanum, quomodo Canisius in contionum landsbergensium negotio excusari possit, cum ipso confert.

In actis cathedralis capituli augustani haec sunt:

Montag Othmary 16 Nouemb:

Anno 1562

Vff der Furstlichen Baierischen Landthoffmaistern[a] vnd Rath schreiben dem Canisio zuerlauben Jede wochn vff den Montag zu Landtsperg vor der procession ein bues predig zuthun, vnnd Jne derwegen denn Aduent der predig zu S. Johans[1] am Montag zuerlassen etc. Jst beschaiden mit Jme dem Canisio derwegen zu reden, wie man sich mit guetter gelegenheit entschuldigen mochte.

303.

17. Novembris 1562.

Ex epistulae commentario, quod exstat Augustae Vindelicorum in archivo curiae episcopalis, fasc. supra, monum. 301, notato.

Capitulum augustanum Canisium Landsbergae contionari non sinit. Infirmitates ab illo ex itineribus contractae.

Cathedrale capitulum augustanum Augusta 17. Novembris 1562 Landsbergam ad Ottonem Henricum liberum baronem de Schwarzenberg et ad Alberti V. consiliarios scripsit: Canisio permitti non posse, ut Landsbergam ad contionandum veniret. Nam ex eius profectionibus complura iam catholicis augustanis incommoda exorta esse; aliquotiens Canisium, qua esset corporis imbecillitate, itineribus hiemalibus debilem ac raucum effectum esse (Leibs bledigkait halben, zu schwachait vnd haisserkait gerathen), *ita ut per aliquod tempus contionari non posset. Atque sacro Adventus tempore praeter solitas contiones singulis hebdomadis tres alias ei habendas fore: Diebus Lunae, Mercurii, Veneris*[2].

---

[a] *2 vv. sqq. ex B transcripta sunt; A enim hoc loco obscurior est.*

---

[1] Haec prope ecclesiam cathedralem erat; cf. supra p. 619. 624.
[2] Ita Fridericus a Zollern, episcopus augustanus, a. 1505 in fundatione „beneficii praedicaturae" constituerat: vide *Can.* Epp. II, 843[1].

E.

MONUMENTA MONACENSIA CANISII.

304.

Sub m. Martium vel Aprilem a. 1561.

Ex litteris archetypis, Romam ad Lainium praepositum generalem missis. Cod. „G. Ep. II." f. 227[a].

Ursula Fuggera, Canisii in pietate discipula, collegium monacense invisit.

In „Litteris quadrimestribus" collegii S. J. monacensis, Monachio 1. Maii 1561 datis, haec narrantur: De principis Illust: matre, eiusque Illustriss: coniuge multa hic scribi possent, sed breuitatis gratia praetereo. Hoc vnum dixisse sufficiat diuino cultui vtranque esse deuotissimam, et ad Collegium hoc nostrum tantopere affectam, ut nunquam non earum experiamur beneficia, et crebro quidem ad nos mittunt, qui explorent, num re aliqua nobis opus sit. Accidit nuper vt cum Domina Fuggera Augustana, sanctissima et clarissima matrona, atque optime de nobis merita, quae Collegium nostrum visura accesserat, adessent illustres aliae matronae ex principum praedictarum aulis, quae rimantes diligenter singula, quae deessent domi, nobis inscijs vtrique principi omnia exposuerunt. At illae non ita multo post liberaliter nostrae vltro succurrere inopiae.

„Fuggeram" hanc fuisse Ursulam de Lichtenstein, Georgii Fuggeri uxorem, quae Canisii praeceptis et consiliis in pietate proficiebat, ex iis, quae et Canisius ipse et alii Socii de ea scripserunt, satis certum est; cf. supra p. 653. 654.

305.

Mense Aprili (post medium) 1561.

Ex litteris archetypis, Monachio Romam missis. Cod. „G. Ep. II." f. 224[a].

Monachii Canisius Socios ad pietatis studium excitat.

In „Litteris quadrimestribus" collegii S. J. monacensis Monachio 1. Maii 1561 datis de Canisio, quem inter 15. et 19. Aprilis 1561 Augusta Monachium profectum ibique quinque sexve dies moratum esse ex aliis fontibus intellegitur (supra p. 108. 131), haec referuntur: Mirifice inter caetera Reuerendi patris Prouincialis nostri praesentia in domino nos est consolata, qui, tametsi propter alia negotia huc uenisset, euocatus scilicet ab Illustriss: principis matre[1], pro sua tamen singulari in nos charitate, neutiquam ad omnimodam nos perfectionem excitare tum uerbo tum exemplo suo praetermisit.

In iisdem litteris narratur, a Canisio Monachii versante adulescentem quendam germanum in Societatem admissum esse ita, ut Vindobonae probari sive „novicium" agere deberet.

---

[1] Iacoba; de qua supra p. 109[1].

306.

Inter d. 16. et 29. Augusti 1561.

Ex litteris *Lindaueri* vel archetypis vel eodem tempore transcriptis, quae a. 1561 Monachio Romam missae sunt. Cod. „G. Ep. II.“ f. 232ª—233ª.

Collegium monacense a Canisio magno cum fructu „visitatum“. Novum collegii aedificium ab eo consecratum.

Fr. Christophorus Lindauer („Lyndaurus“, „Lindawer“) S. J., collegii monacensis magister (v. Can. Epp. II, 730), in eiusdem collegii litteris quadrimestribus, Monachio 1. Septembris 1561 datis, scribit: Mirum . . . in modum animos omnium in hoc sancto vitae instituto confirmauit annua illa, quae a P. Prouinciali iuxta regulas fit, Collegiorum visitatio [1]. Hac enim factum est, vt quae sui sunt officij plenius singuli intelligerent, scrupuli multis eximerentur, perturbationibus non leuibus nonnulli liberarentur et in meliorem multa ordinem redigerentur. . . . Nouo Collegij aedificio quod a fundamentis superiori anno auspicatum fuit, suprema iam manus accessit [2]. Curauimus autem illud a Reuerendo P. Prouinciali praecedentj mense solemnibus adhibitis ceremonijs benedici et iam bona eius pars a fratribus nostris coepta est habitari.

307.

Inter d. 16. et 29. Augusti 1561.

Ex *Theodorici Canisii* litteris autographis. Cod. „G. Ep. II.“ f. 236.

Canisius Peltanum Monachio mittit Coloniam, ut inde Socios adducat. Socios aliquot monacenses severe monet. Novam collegii sedem consecrat. Iuvenem hebraeum in collegium germanicum mittit. Alberti V. favor.

P. Theodoricus Canisius S. J., collegii monacensis rector, Monachio 2. Septembris 1561 ad P. Alphonsum Salmeronem S. J., Lainii praepositi generalis vicarium, scribit: P. Theodorus Peltanus . . . hebdomada superiori a patre prouinciali Coloniam missus est partim vt corpus exerceret, partim vt bonum fratrum numerum pro hac prouincia a Coloniensibus impetraret, possunt enim illi sua abundantia nostram hic supplere inopiam. Petiuimus pro hoc solo Collegio sex. . . . Scripseram superioribus literis de duobus patribus qui multum mihi negotij facesserent [3], sed meliora nunc spero. Videntur enim seuerae patris prouincialis admonitiones, quas in proxima visitatione (quae superiori hebdomada peracta est) ad eos habuit, pondus aliquod in eorum animis habuisse et vterque spiritualia a Rectore sumet exercitia. . . . Jllustrissimus princeps . . . dum adesset hic pater prouincialis integrum Collegio ceruum

---

[1] Inter 25. et 29. Augusti; vide supra p. 206 [4].

[2] Sociis, qui usque ad illud tempus in parte quadam monasterii Eremitarum ordinis S. Augustini habitabant, aedificium hoc Alberti V. principis expensis „in fundo monasterii“ ipsius exstructum est; vide *Can.* Epp. II, 870—873.

[3] *Theodoricus* Monachio 9. Iulii 1561 Romam *scripsit, iis — nomina non expressit — „in multis alioqui videri condescendendum“; at nimios eos esse in petenda facultate ad privatas aliquas domos adeundi — (ex autographo. Cod. „G. Ep. II“ f. 231ᵇ). Significari videntur PP. Ioannes Dyrsius et Martinus Stevordianus; vide supra p. 206.

dari iussit. . Aedificium quod anno superiori coeptum fuit, vsibus nostris commodum nunc esse coepit, solennibus illud cerimonijs pater prouincialis dum hic esset benedixit, et bona fratrum pars illud nunc inhabitat. . . . Superioribus diebus tres hinc ad Collegium germanicum isthuc missi fuerunt, quorum vnus, Leonardus nomine, nostrae scholae fuit aliquot mensibus discipulus [1]. . . . Secundus qui isthuc mittitur, ab Ingolstadiensibus est adiunctus, ex quibus eius indoles cognoscetur [2]. Tertius nomine Ieronymus natura hebraeus est sed ante quinquennium Francfordiae baptizatus, Casu is ad nos peruenit, Cum enim Coloniae a quodam baptizato Iudaeo [3] Catholico intellexisset, se apud Lutheranos a quibus baptizatus et institutus fuerat saluari non posse, Romam is aliquorum suasu pergere decreuerat, vt ibi absolutionem impetraret et rectius institueretur, Jnterim ad nos peruenit, quem cum bonae voluntatis esse cerneremus ad tempus eum alendum curauimus vt interea diligentius a nobis probaretur, et Catholicis simul disciplinis imbueretur, Oblata deinde occasione ista, qua Romam aliqui mittebantur, omnino putauit pater prouincialis hunc alijs adiungendum, propterea, quod melius isthic iuuari posset, et optima quaeque promitteret, adeoque nobiscum viuere optaret.

308.

Exeunte Augusto 1561.

Ex apographo partis litterarum Theodorici Canisii, eodem fere tempore in collegio vindobonensi ex archetypo exscripto et Romam misso. Cod. „G. Ep. II“ f. 324[a].

Canisius Socios quosdam monacenses serio monet, ne de Victoria rectore vindobonensi male loquantur.

P. Theodoricus Canisius S. J., collegii monacensis rector, Monachio 2. Septembris 1561 P. Ioanni de Victoria S. J., collegii vindobonensis rectori, scripsit: Dum esset hic pater prouincialis inter alia retulit mihi quo pacto Reuerentia t. Viennae apud eum conquesta sit de nostris fratribus, quoniam soleant illi aliorum qui isthuc proficiscuntur animos a Viennensi Collegio auertere, et nescio quo pacto absterrere. Peccatum esse in hac parte a nostris aliquando non me fugit, . . . acerrime etiam propterea non semel a me, et iam postremo a p. prouinciali sunt repraehensi. Solent autem, nescio quam insolitam in Reuerentia t. austeritatem, et in suspicando vehementiam, tenacitatem etiam nimiam, tum in alendis, tum vestiendis fratribus maxime peregrinis, accusare, et suis detractionibus (si tamen ita sunt appellandae) praetexere.

Ceterum ipse Canisius negare vix poterat, Socios vindobonenses a Victoria, viro ceteroquin optime merito, durius haberi; vide supra p. 224. 254. 255.

309.

Mense Decembri a. 1561.

Ex *Theodorici Canisii* litteris autographis. Cod. „G. Ep. II“ f. 242[a].

---

[1] In antiquissimo collegii germanici * *Catalogo* notatum est, „Leonardum Agricolam Frisingensem“ 4. Octobris 1561 in collegium receptum esse (Cod. rom. „All. coll. Germ.“ p. 15).

[2] „Christophorum Rastperger“ „Brixinensem“ (23. Novembris 1561 in collegium receptum) significari ex eodem * *Catalogo* (l. c. p. 16) et ex * litteris P. *Nicolai Lanoii*, rectoris ingolstadiensis, Monachio 27. Augusti 1561 ad Salmeronem datis (Cod. „G. Ep. II“ f. 234[a]) intellegitur.

[3] Ioanne Isaak, hebraicae linguae in ea universitate professore? Cf. *Ios. Hartzheim* S. J., Bibliotheca Coloniensis (Coloniae 1747) p. 182—183.

Canisius collegii monacensis rectorem ad germanice contionandum urget.

P. Theodoricus Canisius, collegii monacensis rector, Monachio 31. Decembris 1561 Alphonso Salmeroni, Societatis vicario generali, de Petro, fratre ex patre, haec, praeter alia, scripsit: Vrget me P. Prouincialis ad concionandum germanice, et intra octiduum apud rusticos forte auspicabor, Confiteor interim mea factum esse tepiditate vt parum hactenus in linguae huius proprietate profecerim.

Nescio an Canisius, sicut rectorem monacensem, ita etiam ingolstadiensem — is erat P. Nicolaus Lanoius, flander — ad germanicam linguam discendam incitaverit. In *Litteris certe quadrimestribus collegii ingolstadiensis Ingolstadio 3. Ianuarii 1562 datis *Georgius Crispus* S. J.: „Fiunt", inquit, „omni prope festo die a nostris in pagos vicinos excursiones, quarum fructus viciniae haereticorum apertius, quam nos ipsi, persentiscunt. Inter hos P. R. Noster non est postremus, qui etiam, vt facultatem germanici sermonis sibi paret, semel in hebdomade, dum collegium coenat, concionando sese exercere solet" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Litterae Quadrimestres . . . ex Anno 1561 in A. 1566". Coloniae in archivo ecclesiae parochialis B. M. V. in caelum assumptae).

F.

MONUMENTA OENIPONTANA CANISII.

310.

M. Februario a. 1561.

Ex harum litterarum apographo a P. *Al. Kröss* S. J. a. 1896 exscripto ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „An die Röm. Kays. Maj. 1561" f. 509—516.

Partem litterarum posuit *Kröss,* Canisius p. 144—145.

Oeniponte aedes lichtensteinianae in usum collegii Societatis emi haud facile possunt. Quae ne Canisio quidem omnino probatae sunt. Aliae quaedam emendae esse regimini videntur. Canisius omnia ipso initio paranda esse negavit.

Oeniponte 13. Febr. 1561 „Regimen" [1] *Ferdinando I. caesari scripsit:*

Aedes lichtensteinianas [2] *in usum collegii Societati Iesu destinati emi non convenit; nam Lichtensteinia vidua 8000 fl. eas indicat, quod pretium magnum est; ac regiminis praefectus [Georgius comes de Helfenstein], qui in iis aedibus habitat, non invenit, quo ex iisdem immigret. Atque* wie wir die tzwen Herrn Jhesuiten, Als sy Jünngstlich in besichtigung vilgemelten Liechtenstainerischen behausung hie gewesen [3], Angesprochen, wie Jnen soliche Behausung zu dem Collegio gefellig, haben Sy sich gleichwol vermerckhen lassen, Dieweil Euer M. enndtschlossen sein . an diss orts das Collegium zu richten, so haben Sy daran, anderst kainen fäl, oen allain das Sy ob nimium splendorem domus, vnnd des Prospects halben auf die OEnpruggen, etwas scheuchen tragen.

[1] Cf. supra p. 169 [3]. [2] Vide *Can.* Epp. II, 749—752. 881.

[3] Canisius et Lanoius inter 9. et 13. Novembris 1560 Oeniponte fuerant (*Can.* Epp. II, 882—883).

Fortasse autem novae aedes heredum hölzlianorum, quibuscum pulcher hortus coniunctus est, in usum collegii converti poterunt; 3000 fl. hae constant; quae licet satis amplae non sint, iidem tamen heredes horreum domunculamque habent, quae ipsis aedibus sunt contigua ita, ut suo tempore scholae in iis aedificari possint; ecclesia etiam valde vicina est. Atque ipse Canisius novam aedificationem initio necessariam esse negavit, sondern zuuor zusehen, wie sich das studium anlassen, vnnd zuenemen wolle.

311.

Mense Martio a. 1561.

Ex codice oenip. „Rait. 61" f. 112^{b}—113^{a}.
Partem posuit *editor*, Katechismen p. 129[3].

Ferdinandi I. caesaris filiae, libris precatoriis a Canisio donatae, eidem pecuniam mittunt.

Ioannes Schauber, „camerae tirolensis" (Austriae superioris; cf. supra p. 165[2]), quae Oeniponte erat, „magister" sive pecuniae dispensator, in publico codice dati et accepti ad a. 1561 pertinente ad diem 26. Martii 1561 de libris precum „reginis" Magdalenae, Margaritae, Barbarae, Helenae, Ioannae, Ferdinandi I. filiabus Oeniponte habitantibus, a Canisio missis haec adnotavit: Eodem die dem Kuchenmaister geben auf guet Raitung zwaintzig gulden . dieselben furter Herrn Doctor Petern Canisio . fur die zwelf Pettpuechlen . so Er den hochernennten meinen gnedigisten frawen zuegeschriben . geschickht vnd vereert hat. zuetzustellen vnd zugeben habe. Laut Beuelch vnd quitung. Jch .XX gulden.

Duodecim hi „libelli precatorii" reginis a Canisio „dedicati, missi, donati" 12 exempla fuisse opinor illius „Betbuch" (libri precatorii) germanice a Canisio conscripti, qui primum a. 1560 Dilingae ex officina typographica Sebaldi Mayer una cum Canisii „Parvo catechismo Catholicorum" germanice verso — et fortasse etiam separatim — prodiit (vide *Can.* Epp. II, 898—901), quemque magnatibus et maxime Ferdinando I. caesari placuisse in litteris quadrimestribus domus S. J. augustanae 8. Maii 1561 datis (v. *Can.* Epp. II, 900) refertur. Canisius autem, quoniam eo tempore librorum auctoribus non pecunia, sed eorundem vel aliorum librorum exempla pro mercede a bibliopolis dari solebant (*Kapp* l. c. p. 312—315), exempla haec pretii loco accepisse videtur.

312.

Mense Maio a. 1561.

Ex apographo litterarum Ferdinandi, eodem tempore scripto, quod est Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Von der Kay : Mt : 1561—1564" f. 82^{a}—83^{a}.

In eodem archivo earundem litterarum exstat commentarium, Fasc.: „Innsbruck Iesuiten 1560—1624" A vi. 1.

Canisius Oenipontem a „regimine" evocandus, ut cum eodem de aedibus collegio assignandis consilia conferat.

Ferdinandus I. imperator Vindobona 3. Maii 1561 haec — res ponuntur, non verba — scripsit Oenipontem ad „regimen" Austriae superioris: Proposuistis nobis, ut cum [Margarita] comitissa de Lichtenstein eiusque filiis[1] *de ipsarum domo in usum novae scholae tradenda, quod nimis molestas ferrent condiciones, agere desineremus huiusque loco domum hölzlianam in vico silliano („Sillgasse") sitam emeremus vel, si id fieri non posset, valetudinarium in usum scholae accommodaremus*[2]. *Haec nobis probantur. Statim tamen Canisio ad vos evocato et duabus istis domibus cum ipso inspectis earum simulacra ad nos mittite ac, quid et vos et Canisius ea de re sentiatis, ad nos referendum curate. Efficiemus, ut graduum academicorum conferendorum facultates Romae vobis concedantur.*

313.

Sub medium m. Iunium a. 1561.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. II." f. 110[b].

Canisius et Lanoius Oenipontem profecti.

P. Hurtadus Perez S. J. Ingolstadio[3] *13. Iunii 1561 Lainio praeposito generali scripsit:* Jl Padre Lanoy parti di qua il mercordi[4] per andarsi agiongere col Padre Prouincial (che hogi penso partira d' Augusta) nella strada d' inspruck . meno con seco vn puto per far Collegial à Vienna o Praga.

314.

17. Iunii 1561.

Ex apographo, a *Kröss* anno 1896 exscripto ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Gemeine Missiven 1561. p. I." f. 641[b].

Austriae superioris regimen et camera officialibus caesaris halensibus mandant, ut duos nautas, qui Canisium navi Vindobonam vehant, Oenipontem mittant.

Austriae superioris regimen et camera Oeniponte 17. Iunii 1561 Halam (Hall, oppidum Oeniponti vicinum) ad caesareos magistratus sive administratorem officialesque („An Verwalter vnnd Ambtleut") scripserunt: Jnnamen der Rö. Kay. Mst. Ist vnnser beuelch das Jr ain Vertrauten gueten erfarnen Schifman vnnd ain Schifkhnecht, welche den Herrn Doctor Canisium von hinnen auf ainer Zillen so hiesteet geen wienn hinab auf dem wasserstrang[5] fueren . hieher verordnet. Also das die morgen Abenndts zeitlichen hie sei[a] [?]. Was

[a] *Sic ap.; quod corrigendum videtur:* sein *vel* seien.

[1] Cf. *Hirn* l. c. I, 145. 146; II, 8. [2] Cf. supra p. 694. 695.
[3] Scripsit quidem Perez: „d' Augusta". At eum Ingolstadii tunc moratum esse, ex ipsa epistula liquet; cf. etiam supra p. 164. [4] 11. Iunii.
[5] Per Oenum et Danuvium.

zu der Zille zuezerichten von nötten . Dasselb verrichten vnnd volgundts vbermorgen frue . von dannen farn. Das fuerlon sollen Jr Jnnen aus dem Ambt bezallen.

Antiquo illi apographo manu eiusdem temporis ascriptum est: „Nota Jst Jnen auch ain frey fendl durch die Ambtleut verordndt worden . Actum 18. Junij 61ten."

315.

18. Iunii 1561.

Ex apographo, quod *Kröss* anno 1896 exscripsit ex antiquo apographo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „An die Röm. Kays. Maj. 1561" f. 706. 707.

Partem epistulae posuit *Kröss*, Canisius p. 145; cf. ibidem p. 146.

Canisius Oenipontem a regimine evocatus aedes quasdam angustiores atque incommodiores esse (cum Lanoio) affirmavit, quam ut in collegium converti possent, valetudinarium autem admittere paratus est, dummodo pauperibus alia ratione consulatur atque aedes quaedam hortusque adiungantur. Scholae. Tectus transitus. Canisius contionatorem urbi dabit.

Austriae superioris regimen Oeniponte 18. Iunii 1561 ad Ferdinandum I. caesarem scripsit:

Maiestas vestra die 3. Maii a. 1561 nobis permisit, ut aedes illas hölzlianas in usum collegii Societatis Iesu emeremus, ita tamen, ut prius Canisium quamprimum ad nos venire iuberemus cum eoque rem conferremus. Zu vnnderthenigister Gehorsame, solches E. Kay. M. Beuelchs haben wir Alspald den Herrn Doctor Peter Canisium in diser sachen zu vnns hieher erfordert. Dieweil aber ermelter Herr Canisius vmb der Eingefallen Vest[en der] Pfingsten, Trinitatis vnd Corporis Christi, durch die Acht tag hinumb dar Jnnen Er teglichs sein Predigambt, versehen, muessen, den funfftzehennden tag diss monats zu Abenndts vnd Doctor Nicolaus Lanoyus des anndern tag darnach hie ankhomen — —. Als wir nun zu der beratschlagung gegriffen haben, ermelter Canisius, vnd Doctor Lanoyus Erstlich in ainer kurzen schrifft, vnd darnach auch mundlich Jr gmuet eröffnet. *Ac Canisius sensit,* das die hötzlische newe behausung sambt dem daran ligenden Stadl vnnd Hauss zu den Herrn Jhesuiten Collegio vnd lectoriis nit allein zu Enng vnd klain, auch die gemach zu Jren den Herrn Jhesuiten notturfft vast vngelegenlich — —. Zum andern, Souil nun Eur M. Spital, als den andern weeg, vnnd der vnns hieuor auch am Rätlichisten angesehen, betrifft, Liessen Jnen die Herrn Jhesuiten solches Spital zu ainem anfanng gantz wol gefallen, aber haben dar Jnnen diss bemerkhen gehabt, das Jnen ganntz beschwerlich fallen welle, die Armen leut der orten, vmb Jren willen ausszetreiben[1]. Dagegen wir aber Jnen für gehalten, dieweil Eur M. diss Spital zuegehörig so wurde E. M. anderer ortten Jrenthaben genuegsame vnd

[1] 19 senes ibi alebantur; vide supra p. 166.

stattliche fursehung thuen lassen, damit Sy aller ding wie yetzo versehen vnd gehalten werden sollen. Derhalben Sy sich in diser transferierung der Armen leuth . mit ainicher beschwerligkait nit beladen sollen. Auf solches vnnser fürhalten, sein beede herrn Jhesuiten letstlich willig gewesen, wo die Armen leuth an ain anders orth transferiert, vnd Jnen das Spital eingegeben, das Sy sich an der behausung zu ainem Anfanng settigen lassen wellen. Doch also vnnd dergestalt. Dieweil vermueg Jungstes Vnnsers schreiben vom 13 tag Februarij an dem beruerten E. M. Spital, ain Stadl vnd ain Gartten steen, das dieselben auf vnnsern fürschlag dartzue erkhaufft, damit man darnach mit der weil, Jre wonung zu Jrer notturfft erweittern, vnd sy zu Jrer ergetzlichkait einen merern Platz zu ainem gartten haben mochten. *Hortus autem valetudinarii novo canonicorum collegio („Newes Stifft") contiguus est. Quod collegium cum una cum Canisio et Lanoio inspiceremus, scholas ibi invenimus maiestatis vestrae iussu, antequam ipsa Iesuitas huc evocare statuisset, exstructas; quae cum veteribus aedibus lichtensteinianis facile a canonicorum collegio separari et in Iesuitarum usum instrui poterunt; atque his, quo commodius ex valetudinario ad scholas accedant, tecta via fieri poterit. Cum autem a Canisio, ut Socii contionatoris munus apud nos administrandum susciperent, petissemus, hic primum quidem rem in magna esse difficultate affirmavit, sed tandem annuit.*

316.

18. Iunii 1561.

Ex apographo recenti, exscripto ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Cop. B. Embieten u. Bev. 1561" f. 359^b—360^a.

Regimen oenipontanum camerae mandat, ut Canisio et Lanoio collegii causa Oenipontem advectis Vindobonamque profecturis navis, nautae, viaticum dentur, atque ut cauponi, quae pro victu ipsis praebito postularit, solvantur.

Lieben herrn von der camer. Nachdem wir aus beuelch der Kay. M. doctor Petern Canisium hieheer erfordert, zu beratschlagung der Jhesuitten collegii paw, ist derselb am verschinen XV tag unnd doctor Nicolaus Lanoyus am XVI tag diss monats ankomen. unnd werden yetzo dem negsten mit vorfasten ratschlag zu der Kays. Maj. auf dem wasser faren. Demnach wollet ordnung geben, das inen ein schiff unnd schiffleut bestellt unnd betzalt, auch für zerung hieheer unnd gen Wienn vierunddreissig gulden unnd die zerung, so sy hie bey dem stuben wierdt Matheusen [1] gethan, von Tirolischer camer betzalt werde. Actum am XVIII. tag iuni anno etc. im LXI

Regierung. Christoff Klöckhler, Dr.
Canntzler in Tirolen.

---

[1] Mathias Reichart significatur; vide infra p. 699.

317.

18. et 19. Iunii 1561.

Ex codice oenip. „Rait. 61." f. 323[b]. 334[b].
Codice usus est *Kröss* l. c. p. 145.

Canisio collegii oenipontani gratia Augusta Oenipontem et Vindobonam eunti itineris expensae, victus etc. a caesare praebentur.

Ioannes Schauber, camerae tirolensis magister, in publico codice dati et accepti ad a. 1561 spectante notavit:

1. Se 18. Iunii 1561 Oeniponte patribus Petro Canisio et Nicolao Lanoio, S. J., qui eodem, ut de aedibus collegio Societatis assignandis consilia conferrent, evocati et iam navi Vindobonam profecturi essent, ut, quae ea de re constituta essent, caesari proponerent („vnd jetzo mit dem verfassten Ratschlag . zu der Kai. Maiestet auf dem Wasser gen Wienn faren werden"), ad itineris tum oenipontani tum vindobonensis expensas solvendas 34 florenos tradidisse.

2. Se 19. Iunii 1561 „Mathiae Reichart", civi et cauponi oenipontano, 9 florenos et 29 crucigeros solvisse, quos idem caupo sumptuum ratione camerae tradita sibi dari postulasset pro victu P. Petro Canisio cum tribus comitibus et uno equo apud se degenti praebito; praeterea se eidem cauponi 53 crucigeros solvisse pro victu duobus nautis praebito, qui Canisium navi Vindobonam ad caesarem vecturi essent („die zwen Schiffleut . die jne Herrn Canisium zu der Kai. Maiestet auf dem Wasser gen Wienn fueren"). Vide supra p. 698.

318.

Mensibus Iunio et Iulio a. 1561.

Ex apographo litterarum Ferdinandi, eodem tempore scripto, quod est Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Von der Kay : Mt : 1561—1564" f. 152[b]—155[a].

Canisius iuvenes in universitatibus alendos esse censet, qui postea Oeniponte canonicos agant.

Ferdinandus I. caesar Vindobona 4. Iulii 1561 haec — res, non verba pono — Oenipontem ad Austriae superioris „regimen" scripsit: Litteris 20. Iunii 1561 datis nobis proposuistis, ut iuvenes aliquot una cum ipsorum „superintendentibus" in aliquot universitatibus beneficiis annuis sustentaremus, ex quibus postea Oeniponte novum nostrum (canonicorum) collegium constitueremus[1]. *Ac cum iam patres Canisius et Lanoius nobiscum fuerint nosque utrumque consultationi vestrae interfuisse ac vobiscum sentire et ex ipsorum verbis et ex vestris litteris cognoverimus, ita, ut scripsistis, fieri iubemus.*

319.

3. Iulii 1561.

Ex brevi summa, in quam *Kröss* contraxit epistulam hanc, quae exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Geschäfft von Hof 1561" f. 167 ad 168.

---

[1] Cf. *Can.* Epp. II, 661—664. 881—883, et supra p. 166. 288.

Collegium Oeniponte quam primum parandum. Contionator.

Ferdinandus I. caesar Vindobona 3. Iulii 1561 Oenipontem ad Austriae superioris „regimen" scripsit, ut Sociis eo venturis omnia, quam primum fieri posset, pararentur, et ut ei, quem Canisius eius rei gratia Oenipontem missurus esset, semper et ad Blasium de Kuen, camerae praefectum, et ad Sebastianum de Zott, regiminis consiliarium, aditus pateret. Contionatorem autem ante proximam Quadragesimam a Canisio mitti non posse.

Dubitari non potest, quin Canisius, Vindobonae eo tempore degens, caesari, ut has litteras daret, auctor fuerit; cf. supra p. 192.

320.

Mense Augusto a. 1561.

Ex fasc. „Innsbruck Iesuiten 1560—1624" A VI. 1; vide supra p. 695.

Ferdinandus I. caesar, Canisius etc. oenipontanum collegium parant.

Ferdinandus I. caesar Vindobona 5. Augusti 1561 Oenipontem ad Austriae superioris praefectum [Georgium comitem de Helfenstein], „regentes", camerae consiliarios scripsit: P. Carolum „Grym" S. J., a P. Petro Canisio, ut Oeniponte Societatis collegium iam institui coeptum appararet instrueretque, delectum, Oenipontem modo a se mitti; praecipere se igitur, ut omnem ei opem ferrent.

Oenipontem Grim duobus fere hebdomadis post profectus esse videtur; vide supra p. 191. 203. 215.

321.

4. Octobris 1561.

Ex apographo, anno 1896 a *Kröss* exscripto ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Gemeine Missiven 1561 p. II" f. 1210.

Canisius Augustae libros curat caesaris impensis emendos, conglutinandos, Oenipontem mittendos.

Austriae superioris regimen et camera Oeniponte 4. Octobris 1561 Augustam ad Joachimum Jhennisch (Jhemisch) scripserunt: Caesaris nomine se ab ipso petere, ut doctori Petro Canisio 60 florenos daret, per camerae tirolensis magistrum sibi restituendos. Vnnd Nachdem der gedacht Herr Doctor Conisio etlich puecher davornen von solchen Sechzig gulden erkhauffen, bestellen, vnnd einpinnden lassen . vnnd volgenndts Euch dieselben. damit Jrs vleissig ainzemachen vnnd zeschlagen [1], vnnd hieheer zefüeren aufgeben khundt . Zuestellen wirdet. Demnach ist vnnser verer ersuechen an Euch. wann Er der Herr Conisio. Euch die Puecher zuestellen lassen, vnd wo die zuerheben sein . anzaigen wirdet . Jr wellet vmbeschwardt sein. dieselben wieuil dann deren sein werden, vleissig einmachen vnnd schlagen zelassen .

---

[1] Eo tempore libri in doliis portari solebant (*Kapp* l. c. p. 462).

vnnd durch den Steffan Kriegl . ordinari Augspuergerfuerman . nach der wag . wie gebreuchig mit ehisten herein zefueren . vnd vberanworten vnnd auftzegeben . vnnd was aber das fuerlan dauon betreffen wirdet . des Jr vnns berichten wellet . das wellen wier Jme alhie zuerlegen verordnen.

322.

30. Octobris 1561.

Ex apographo huius epistulae, quod *Kröss* anno 1896 exscripsit ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, „Cop. B. An die röm. Kay. Maj. 1560—1561. lib. 15." f. 891ᵇ—892ᵃ.

Austriae superioris regimen a Ferdinando I. caesare petit, ut Canisio et Lanoio mandet, quam primum contionatorem Oenipontem mittant.

Austriae superioris regimen Oeniponte 30. Octobris 1561 Ferdinando I. caesari scripsit: Tum propter ipsius filias, tum propter exteros cotidie Oenipontem venientes summi momenti esse, ut contionatoris aulici munus a prudenti doctoque homine administraretur. Cum autem eiusmodi homo neque praesto esset neque in vicinis regionibus inveniri posset, se a caesare petere, ut Canisio et Lanoio mandaret, quem ipsi ad id munus iam delegissent Socium, quam primum Oenipontem mitterent.

323.

5. Februarii 1562.

Ex apographo, anno 1896 a *Kröss* exscripto ex antiquo regiminis oenipontani registro, quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, „Gem. Miss. Pars I. et II. 1562", f. 168ᵃ.

Canisio a caesare pecunia datur ad libros emendos, qui Oeniponte „collegio novo" et collegio Societatis usui sint.

Austriae superioris regimen Oeniponte 5. Februarii 1562 Augustam Vindelicorum ad Ioachimum Jhennisch scripsit: „Jnnamen der Röm. kays. Mt. ist vnnser beger an Euch . das Jr Herrn Doctor Petter Conisio von dem Anlehen gelt so Jr beihannden habt zu einkhauffung puecher zu dem hirigen Stifft vnnd Colegio ein Suma gelts, sonil Er hierzue bedurftig sein wirdet, auf sein ersuechen gegen seinen ordenlichen Vrkhundt auf guet Raittung, die Er der hirigen Camer thuen solle . zuestellet."

324.

Inter m. Octobrem 1561 et Martium 1562.

Ex cod. oenip. „Rait. 61" f. 261ᵃ, et ex codice „Hannsen Schaübers . . Beschluss Raitung . . 1562" (qui et ipse Oeniponte in archivo praefecturae caesareae asservatur) f. 270.

Canisius collegio oenipontano libros emit.

1. *Ioannes Schauber*, camerae tirolensis magister, in publico codice dati et accepti ad a. 1561 spectante notavit: Se 9. Octobris 1561 camerae tirolensis nomine Ioachimo Jhennisch (civi augustano) 60 numerasse florenos P. Petro Canisio tradendos, quos Canisius pro libris in usum „caesarei" collegii (Societatis Iesu) Oeniponte constituendi iussu regiminis oenipontani coëmptis solveret.

Canisius hos libros ipso mense Octobri 1561 (Augustae in taberna libraria Georgii Willer? Vide supra p. 238[4]) coëmit; cf. supra p. 700.

2. *Idem* in simili codice ad a. 1562 spectante notavit: Se 20. Ianuarii 1562 Oeniponte eidem Jhennisch, civi augustano, pro vectura dolii, in quo libri a „domino doctore Canisio" in usum collegii oenipontani empti Oenipontem missi essent, 2 florenos et 43 crucigeros solvisse.

3. *Idem* ibidem notavit: Se 10. Martii 1562 eidem Jhennisch 140 florenos dedisse Canisio solvendos pro libris, quos hic collegio oenipontano, pecunia soluta, providisset.

325.

18. Martii 1562.

Ex apographo recenti, eoque exscripto ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, „Cop. Buch . Gemaine Missiven 1562. p. I" p. 374.

Pecunia pro libris in usum Oenipontanorum emptis Canisio data.

Austriae superioris regimen et camera Oeniponte 19. Martii 1562 Augustam ad Ioachimum Jhennisch scripserunt: „Wir haben Eur schreiben vom XX. tag verschinnen february mit sambt den dartzue gehorigen unnd darbey eingeschlossen schrifften am XXIII. tag desselben monatts emphanngen . darauf fuegen wier euch zuvernemen. . . . Die Quittung vom herrn Canisio umb die ainhundert vierzig gulden lauttendt, haben wir in eurer raittung fur guet angenomen, und dem camermaister auch richtig gemacht."

326.

4. Maii 1562.

Ex apographo, quod *Kröss* anno 1896 exscripsit ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Von der Kais. Mst. de anno 1561, 62, 63, 64. Lib. 13." f. 331.

Canisius (cum Lanoio) collegio oenipontano supellectilem, ligna, 50 florenos annuos pro singulis Sociis a caesare impetrat.

Ferdinandus I. caesar Praga 4.[a] *[?] Maii 1562 Oenipontem ad Austriae superioris regimen de Societatis collegio ibidem constituendo scripsit: Intelleximus,* Das Euch Doctor Canisius vnd Doctor Lanoyus auf Euer besprechen, zuerkhennen geben, wann das ganntz haushaben mit Peth, Pethgewandt, Tischtuechern, Kuchen vnnd Kellergeschirr vnd annderen hausnotturfft staffiert. auch Jnen das holtz, vnbezalt des holtz vnd Fuer von hof [*sic*] gegeben werde, wolten Sy sich Järlichen an Tausent gulden, das ist fünffzig gulden auf ain Person für alle vnnderhaltung benüegen lassen, welches dann vns vnd Euch für khain Vberfluss angesehen vnd lassen es derwegen nachmalen dabej berhuen.

---

[a] *Sic ap. recens.*

327.

AUSTRIAE SUPERIORIS REGIMEN FERDINANDO I. IMPERATORI.

Oeniponte 8. Maii 1562.

Ex apographo recenti eoque exscripto ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Cop. B. An die Kais. Maj. 1562" f. 195[b]—196[b].

Canisius Oenipontem advectus regimini proposuit, ut exeunte Iunio, missa in novo templo S. Crucis sollemniter cantanda orationibusque triduo habendis, scholae collegii aperirentur, adstantibus „regimine" et camera. Num caesari probatur, in ecclesia illa nondum consecrata sacrum fieri? Reliqua regimini placent. Quod litteris publicis caesaris nomine datis scholarum initium per Tirolim promulgat.

Allerdurchleuchtigister. Nachdem diser tag[1] der herr doctor Petrus Canisius, prepositus der gesellschafft Ihesu durch Germanien hieher komen, der sich unnder andern handlungen auch erboten und fürgenomen, dieweyl nu mer bis in acht personen von Jhesuiten, so pryester sein hie ankomen, die auch mit iren dienern alberayt unnderhalten werden und sollen in kürtz mer hie ankomen, und der Jhesuiten schuel auf nechstkunfftigen Sant Johanns tag[2] ainen löblich[a] [?] anfang zumachen also, das auf nechstem tag, nach Johannis in mayestät newen stifft paw im chor, der nu mer aller ding ferttig ain lob ambt von dem heyligen geyst super altare portatili[b][3] unnd nach enndung desselben, ain oration. Dessgleichen die zwen volgennden täg darnach, all tag wider ain oration gehalten wurde, dabey wir von E. M. regierung und camer auch erscheinen und also ainlöblich anfang gemacht werden möchte, darinnen er unnsers bedennkhens begert, darauf wir ime disen beschayd gegeben. Dieweyl wir nit wissen mügen, was E. M. hierinnen des chors in E. M. newen stifft paw für ain bedennckhen haben möchte und sonderlich ob E. M. gelegen sein wurde, ainiche mess vor der ordenlich beschehnen consecration dises newen gotzhaus halten zelassen[4], aber wir wolten die sach fürder-

[a] *Sic apogr. recens;* löblichen*?* [b] portatuli *ap. recens.*

[1] Kalendis Maiis; vide supra p. 421.

[2] Die 24. Iunii, nativitati S. Ioannis Baptistae sacro.

[3] Ipsius ecclesiae (Sanctae Crucis; de qua vide supra p. 167[1]) altaria — quae certe „fixa" futura erant — aut nondum instructa aut saltem nondum consecrata erant; cf. infra, adnot. 4.

[4] Iure canonico cautum est, ne missae sacrificium offeratur nisi locis Deo sacratis (c. 11. 12. 14. 15 dist. 1 de consecr.). Hoc autem templum a. 1563 per Georgium Drascovitium, episcopum quinqueecclesiensem, consecratum est (*Bucholtz* l. c. VIII, 363). Canisius tamen (nisi templi chorus iam tunc praevia quadam „benedictione" ex episcopi brixinensis auctoritate divino cultui destinatus fuerit) fortasse litteris apostolicis Roma 18. Octobris 1549 datis uti volebat, quibus Pau-

lichen an E. M. gelanngen lassen, sonnst weren wir seines christenlichen und gueten fürnemens, vonwegen haltung dess officii de spiritu sancto unnd der furgenommen orationen, so drey tag nach Johannis nach ainander gehalten werden sollen, wol zufriden.

Unnd dieweyl wir unns also des löblichen anfangs, diser E. M. newen Jhesuiten schuel auf Johannis, mit ime herrn Canisio entlich entschlossen, haben wir alsbald solches allenthalben in diser E. M. fürstlichen grafschafft Tyrol durch offenliche verkundungen unnd ermanungen unnder E. M. titl unnd secret publiciern lassen, die auch alberait durch unns allenthalben ausgeschickht sein [1], davon wir aber E. M. dannocht hiemit ain copey zueschickhen unnd thuen unns E. Kays. M. in unnderthenigkait bevelchen. Datum den VIII tag may. Anno etc. im LXII.

An die Rö. Kay. Maj. Regimendt.

Quid Ferdinandus I. regimini responderit, vide infra, monum. 330.

328.

12. Maii 1562.

Ex apographo recenti eoque exscripto ex apographo antiquo (eiusdem tem poris), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Cop. B. Embieten und Bevelch 1562" f. 304[b]—305[a].

Canisius a camera oenipontana impetrat, ut in usum collegii sacer quidam calix reparetur et sacra pyxis conficiatur atque 6 aliis Sociis vestes parentur.

In actis „camerae" Austriae superioris Oeniponte constitutae haec sunt:

Die camer hat des hofpawmaister ambts verwalters [2] schrifftlich antzaigen, so er der camer nach volgennder sachen halben auf herrn doctor Canisius beger gethan emphangen unnd vernomen.

Unnd souil erstlich den Kelch, so zu der capell in der Silbergassen gehorig unnd im poden zerprochen ist, das er rynnen thuet, belangt, hielt die camer darfur, er [a] (?) mechte ettwo mit zyn diss ortt der rynn wider verglet oder mit ainem schrauffen dermassen gepessert werden also, das er nit von newem gemacht und vergullt; sonnder der unkosten, so auf denselben von newem zemachen unnd zuvergulden . würdet erspart werden. Derhalben der camer bevelch, das berürter Uschall ainen hierauf verstenndigen goldtschmidt zu ime also erfordere unnd mitsambt ime darauf gedacht seye unnd erwege, wie solcher kelch, auf der obangetzaigten weg ainen, mit wenigisten cossten auf das nutzist unnd seuberist wider zugeprauchen, gepessert und gemacht werden mechte, unnd so er den wider

[a] *Sic ap. recens;* es?

lus III. Sociis, praeter alia, concesserat, ut „quocunque honesto, et congruenti loco, in altari portatili, cum debitis reuerentia, et honore, . . Missas, et alia diuina officia celebrare" ipsis liceret (*Litterae Apostolicae,* qvibvs Institvtio, Confirmatio . Et varia Priuilegia continentur Societatis Iesv [Romae 1615] p. 34).

[1] His tamen litteris publicis dies 12. Maii ascriptus est; vide infra p. 705.

[2] Pauli Uschall; qui a. 1568 Ferdinandi II. archiducis consiliarius („Raitrat") nominatus, a. 1570 mortuus est (*Hirn* l. c. I, 387).

also zu pessern fur guet befindt, ine alsdann furderlichen wider zuerichten und machen zelassen verordne.

Zum anndern sovil das begert silberin vergult cibory, das hochwürdig sacrament für ire Kranncklhen oder wann yemandts comuniciers zu behalten belanngt, ist der camer beuelh, das bemelter Uschall mit wenigisten cossten ain saubers cibori alhie machen lasse, unnd was des gesteen wirdet, auf die camer berichte, die betzalung darumben zu thuen wisse.

Zum dritten, sovil der herrn Jhesuiten beger inen noch auf sechs personen klaidung inmass wievor machen zelassen belanngt, ist der camer weitter beuelch, das mer angetzaigter Uschall inen noch auf sechs personen gleich des tuechs wie den anndern aus neme unnd die begerten sechs claidungen machen lasse, unnd so die verttig, alsdann die camer auch berichte die betzalung darauf zuverorduen habe. Actum am XII. tag may anno etc. im LXII

Camer. Dem hofpawmaisterambts verwalter zuegestellt worden.

329.

12. Maii 1562.

Ex apographo, a. 1896 a *Kröss* exscripto ex harum litterarum excusarum exemplo archetypo, quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, „Tabulatur v. Tirol. V. S. k. M. 1560—1564." f. 431—432.

Partes litterarum posuerunt *G. Tinkhauser*, Topographisch-historisch-statistische Beschreibung der Diöcese Brixen II (Brixen 1856), 197—199, et *Kröss* l. c. p. 148 ad 149. Litterarum brevem summam proposuit *Jac. Probst*, Beiträge zur Geschichte der Gymnasien in Tirol (Zeitschrift des Ferdinandeums 3. F. 7. H., Innsbruck 1858) p. 67—68.

Edictum Ferdinandi I. caesaris: Ipse catholicae religionis et Tirolensium amore motus, magnis impensis, insignem scholam Oeniponte constituit et, Canisii opera interposita, Sociis tradidit, proximo die S. Ioannis aperiendam. Qui quae docturi sint. Tirolenses omnes monet, ut filios, dummodo hi legere possint, scholae tradant gratis instituendos, atque edictum hoc ex omnibus sacris suggestibus promulgari consuetisque locis affigi iubet.

Mense Maio a. 1562 regiminis Austriae superioris iussu excusae sunt in foliis separatis ac per totam Tirolim sparsae litterae publicae ipsius Ferdinandi I. caesaris nomine germanice scriptae (incipiunt: „Wir Ferdinand von Gottes gnaden, Erwelter Römischer Kaiser" etc.) et Oeniponte 12. Maii 1562 datae (cf. tamen supra p. 704) cum hac subscriptione: „Commissio Domini Electi Imperatoris in consilio". In quibus litteris Ferdinandus scribit: Se considerasse, ex piorum doctorumque sacerdotum inopia maxime, ut Germania tam misere discinderetur, factum esse; atque etiam expendisse se, nobilitatis summum decus in probis moribus positum esse, qui quidem maximam partem ex recta iuventutis disciplina haurirentur, atque etiam plurimum referre, ut homines docti prudentesque instituerentur, qui et in monasteriis boni praelati esse, et in urbibus omnique republica tum animarum curam tum civilia officia recte administrare possent. Itaque se valde necessarium esse iudicasse, ut Oeniponte insignis quaedam schola constitueretur, hancque sibi visum esse magistris, qui de Societate Iesu essent, instruere. Darauf wir dann mit dem Ersamen gelerten vnserm lieben

Andechtige Petro Canisio, der heiligen geschrifft Leerer, als Preposito derselbigen gesellschafft Collegien in Teutscher Nation, gnediglich handlen lassen, vnd Jne dahin vermögt . Das er vns zu gehorsamen angenemen gefallen bewilligt, biss Jnn die zwaintzig Personen auss derselben gesellschaft hieher in angeregte vnser Schuel zuuerordnen. Welche täglich die Jugent, so der Lernung halben, solche Schuel besuechen, one ainiche belonung, die Jnen derwegen von solcher Jugent, vnd Jren Eltern gegeben werden solte, vnnd vmb sonst, Christenlich, getrewlich vnd fleyssig, Jnn gueten Künsten, Als in Literis, Linguis, Artibus, Philosophia und Theologia, Auch in gueten Sitten vnd Tugenden, Jnstituieren, vnderweysen vnd leren wurden. So wir nun auss Christenlichem wolmainendem gemüet, als ain Christenlicher Kayser, Lanndtsfürst, vnnd liebhaber der Alten Christenlichen, Catholischen Religion, aller Tugenden vnd Künsten, vnnd auss besonderer vätterlichen gnedigen naygung, so wir zu disem Lanndt vnnserer Fürstlichen Grafschaft Tyrol, vnnsern getrewen gehorsamen Lanndtsessen vnd Vnderthonen tragen, ain solche hochnutzliche, vnnd gemainem wesen, fürstendige ansehenliche Schuel allhie in diser vnsern Fürstlichen Stat Ynnsprugg, nit one vnsern sondern grossen kosten vnd darlegen, aufgericht, vnd hinfüro genedigklich vnd väterlich der notturfft nach zuerhalten gedenkhen, Welche wir mit frumen, Erbarn, gelerten, vnd geschickhten Catholischen Professorn, Leerern, vnd Preceptorn, auss gemelter Societet Jesu, allgerait statlich besetzt vnd dieselben in kürtze, vnd zum lenngsten auf Sanct Johanns des heyligen Tauffers tag negstkünfftig, mit dem Lesen, Leeren, vnd Profitieren, ainen statlichen Anfang machen werden. So haben wir Euch allen vnd Yeden, als vnsern getrewen gehorsamen Landtsässen vnnd Vnderthonen, diser vnserer Fürstlichen Graffschafft Tyrol, solches hiemit anzaigen vnd verkünden lassen, Vnd wellen Euch gantz gnedigklich vnd väterlich vermant vnnd ersuecht haben, Damit vnd das Jr Ewere Kinder, Jugent vnd verwandten, die doch zuuor des Lesens bericht seyen, Hieher zum Studiern vnd Lernung schickhen, dahin weysen vnd anhalten, Dise vnserere allhie aufgerichte Schuel, vnnd die Lectiones alda, mit embsigem fleyss zubesuechen . Damit dieselben Jnn gueten Künsten, Tugenden, vnd Leren vnderwisen, gelert, vnd auferzogen . Volgendts gemainer Christenhait vnd Jrem Vatterlandt zu Nutz vnd guetem , Jn Geistlichem vnd Weltlichem wesen vnd Regimenten fürgenomen, befürdert, verordnet vnd gebraucht werden mögen . Daneben beuelchen wir Euch den nachgesetzten Obrigkaiten, daz[a] [?] Jr diss vnser vermanung vnd ausschreiben, allenthalben in Ewrn Verwaltungen offentlich auf den Cantzlen verkunden, Vnd nachmals an die ordentlichen ort aufschlagen lasset, damit meniglich diser vnser gnedigisten fürsehung erinnert werde.

---

[a] *Sic ap.;* dass?

330.

20. Maii 1562.

Ex apographo, a *Kröss* anno 1896 exscripto ex archetypo, quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, Fasc. „Innsbruck Iesuiten 1560—1624“ A VI. 1 Earundem litterarum apographum eodem tempore scriptum exstat ibidem, cod. „Von der Kay: Mt: 1561—1564“ f. 320b—321a.

Ferdinandus I. caesar collegii oenipontani scholas ea, quae a Canisio et regimine proposita est, sollemnitate aperiri iubet easque suo nomine promulgatas esse probat.

Ferdinandus I. imperator Praga 20. Maii 1562 Oenipontem ad Austriae superioris regimen et cameram scripsit: „Welchermassen[1] der Ersam, Gelert vnnser lieber Andechtiger Doctor Petrus Canisius Prepositus der Gesellschaft Jesu durch Germanien verschiner tag in vnnser Statt Ynssprugg ankhommen vnnd sich vnnder andern Hanndlungen auch auf Ewer eruordern erpotten, vnnd furgenommen der Jhesuiten Schuel auf negstkhunfttigen Sannct Johannes tag ainen löblichen anfang zemachen. Also das auf den negsten tag nach Johannis in vnnserm neuwen Stifftpau ain Lob Amt von dem heyligen Geist super altare portatili vnd nach endung desselben ain oration gehalten wurde. Darbej Jr vnnser Regierung vnnd Camer auch ercheinen vnnd also ain löblicher anfang gemacht werden möchte. Das alles haben wir auss Ewern schreiben vnns vom Achten tag diess ablauffenden monats zugethan. weitleuffiger verstanden. Hierauf geben wir Euch gnediglichen zuuernemen. Das wir vnns solch Christenlich vnnd gut furnemen von wegen Haltung des offitii de spiritu sancto vnnd der furgenommen Orationen, so drej tag nach Johannis nacheinander gehalten werden sollen. gnedigist wil[a] [?] gefallen lassen. Welches Jr also zugeschehen in alweg verordnen sollet. Das Jr auch solchen anfang der Jhesuiten Schuel allenthalben in vnnser furstlichen Grafschaft Tyrol, durch offentliche verkhundigungen und ermannungen vnnder vnnsern Tittl vnnd Secret vermug der vberschickhten Abschrifft publiciren lassen. Daran habt Jr auch Recht vnnd wol gethan. Solches alles wolten wir Euch auf beruert Ewer schreiben zu gnediger Antwort nit verhalten.“

331.

A 25. ad 28. Iunii 1562.

Ex litteris archetypis, a *Lanoio* ipso subscriptis. Cod. „G. Ep. III“ f. 43b—44a.

Scholarum collegii oenipontani initium, reginis, senatoribus, multis aliis adstantibus, in templo S. Crucis per triduum caerimoniis sacris et sermonibus celebratum. Canisius ibidem primus omnium sacrum fecit. Scholae schedulis affixis promulgatae.

P. Nicolaus Lanoius S. J. in collegii oenipontani litteris historicis sive quadrimestribus, Oeniponte 1. Septembris 1562 datis: Nunc, *inquit,* ad scholas uenio, quibus dies proxime sequens S. Joh: Baptistae festum[2], initium hoc modo et ordine dedit, in choro istius noui templi[3], quod caesar cum sumptuoso splendidoque collegio canonicis nouis destinato magnis sumptibus exaedificauit. Reuerendus Pater Prouincialis[4] paulo post quintam sacrum illic fecit omnium primum

[a] *Sic ap.;* wol? wellen? wollen?

[1] Vide supra p. 703—704. [2] Dies 25. Iunii.
[3] Sanctae Crucis; cf. supra p. 703[3].
[4] Canisius 23. Iunii Tridento Oenipontem venisse videtur; vide supra p. 462.

(scilicet ante quem nullus,) sequutum est mox et aliud sacrum magno apparatu et solemnitate decantatum, quod antecessit hymnus ille de spiritu sancto, Veni creator spiritus[1], et orationes ad impetrandum diuinitus foelix initium et foeliciorem huius noui Gymnasij progressum . Finito autem hoc sacro unus professorum nostrorum orationem habuit in eodem loco partim de primordijs et successu nostrae societatis, partim uero de laudibus bonarum artium; post cuius orationis finem adhibitis ut prius organis decantata est diuina et solemnis laus Te deum laudamus, concentu ad unius fere horae spatium pertracto . postremo in eodem [templo] celebratum est submisse tamen tertium et ultimum sacrum, cui ut et reliquis duobus interfuerunt quinque iste Illustrissimae Reginae[2], cum Dominis Senatoribus iam dictis[3], et alijs nobilibus uiris atque satis magna scholarium ac plebeorum hominum caterua . Postridie eodem ordine ac numero missarum seruato (nulla tamen cantata) oratio habita est de dignitate et usu necessario philosophiae. Similiter et die sequenti sed a prandio ijsdem quoque auditoribus recitata est oratio de praestantia et utilitate eloquentiae . Hoc autem praeludium secuta est die proxime sequenti (qui dominicus erat) schedulis per loca publica affixis intimatio scholae, diebus mox sequuturis apperiendae.

Ex his litteris (cf. etiam supra p. 703) intellegitur, *Agricolam* (l. c. I, Dec. 3, n. 47), *Fel. Jos. Lipowsky* (Geschichte der Jesuiten in Tyrol [München 1822] p. 14), *Probst* (l. c. p. 68), *Jos. Siebinger* (Geschichte des Gymnasium zu Innsbruck [Innsbruck 1858] p. 6), *Boero* (Canisio p. 250), *Riess* (l. c. p. 334) lapsos esse, cum 24. Iunii 1562 (Lipowsky: 1561) collegii oenipontani ludum litterarium sollemniter apertum esse scriberent[4]. Qui error in ipsa etiam antiqua illa **Historia* collegii oenipontani (cod. „Jnitium et progressus Collegij Societatis Jesv Oenipontanj") saeculo XVI. vel certe XVII. incohata comparet (p. 2) atque inde fortasse in Agricolae aliorumque libros transiit. Quod autem aliqui in ecclesia Franciscanorum sollemnia illa acta esse scribunt, notandum est, Ferdinandum caesarem ecclesiam Sanctae Crucis sive aulicam, cum canonicos saeculares, quibus eam traderet, frustra quaesisset, a. 1563 ordini Minorum tradidisse (*Hirn* l. c. I, 228. 248).

Siebinger (l. c. p. 6. 9) asserit, Canisium triduo illo celebrato collegii discipulos in 4 distribuisse scholas sive classes hisque haec fuisse nomina: „Elementa latinitatis, Grammatica, Syntaxis, Rhetorica." Similiter scribit *Probst* l. c. p. 29. Quae unde hausta sint, nescio.

332.

8. Iulii 1562.

Ex apographo recenti, eoque exscripto ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Cop. B. Embieten und Bevelch 1562" f. 416[a].

---

[1] Notissimum illum hymnum dicit, qui in Breviario romano positus est Dominica Pentecostes, in vesperis.

[2] Magdalena, Margarita, Barbara, Helena, Ioanna, Ferdinandi I. caesaris filiae.

[3] „Dominos de regimine" et „de camera" dicit; vide supra p. 703. 707.

[4] Cf. etiam *„Der Kunstfreund"*. Neue Folge. 6. Jahrg. (Bozen 1890) p. 26.

Camerae tirolensi placet, ut Canisius et Resch secretarius cum Kirchpuchlero de veteribus ipsius libris in usum collegii emendis agant et ad cameram referant.

Austriae superioris camera Oeniponte 8. Iulii 1562 ad Georgium Resch secretarium has litteras misit: „Auf hiebeyligende verzaichnug [a] [?] der puecher so Petrus Kurchpichler [1] zu notturfft des newen aufgerichten collegii [2] alhye khaufflichen dargeben wolte, last ir die camer gefallen, das der herr Canisius unnd secretarius Resch [3] dieselben puecher besichtigen, unnd darumben mit ime Kirchpuchler aufs negst uberhaubt, unnd dermassen uberkhumen, damit die nit zu hoch, sonnder in ain zimlichen leydennlichen gelt darumben sy wol anzenemen seyen angeschlagen werden. Dann nachdem es alte hin unnd wider zusamen gebrachte puecher sein, sollen die umb sovil wolfailer dargeben werden. Jnn bedenckhung, da man die hoch betzalen sollte, das man die notturfft von newem bestellen khöndte, unnd wie sy es befinden, das sollen sy die camer mit irem rat unnd guetbedunckhen ehe sy mit Kirchpuchler beschliessen berichten. Actum den VIII. tag julii anno etc. im LXII."

333.

15. Iulii 1562.

Ex apographo recenti eoque exscripto ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Von der Kay: Mt: de Anno 1561—1564" f. 440[a]—441[a].

Caesar Sociis oenipontanis iam 71 esse discipulos gaudet ac, quod Canisius et Lanoius 1000 florenis annuis 20 Socios sustentari posse negarunt, eos recte iudicasse censet et, quam ipsi proposuerunt reditus amplificandi rationem, probat.

Praga 15. Iulii 1562 Oenipontem ad Austriae superioris regimen datae sunt litterae a „D. V. Rost" caesaris mandatu scriptae, quibus ipse Ferdinandus I. nomen subscripsit et Georgius Sigismundus Seld vicecancellarius nomen ascripsit. In quibus imperator: Wir haben, *inquit,* euer unnderthenig schreiben vom 7. tag diss [b] ablauffenden monats empfanngen und daraus, was massen die Ihesuiten der schuel und lectionen ein anfanng gemacht unnd nunmer schon biss in LXXI auditores bekhommen. Gleichfals was ir auch mit D. Canisio und Lanoio ir iärlichen unnderhaltung halben gehandlt nach lenngs angehört und verstanden. Und sovil erstlichen den gemachten anfanng der schuel beruert, das sy auch alberait schon auditores bekhomen, haben wir mit sonndern genedigen gefallen vernomen und wellen ungezweifelter hoffnung sein, es solle und werde durch solche schuel allgemainem wesen vil nutz und guetes geschafft werden mögen. Was dann belanngt, daz [c] [?] sy vermainen, sy werden mit den iär-

[a] *Sic ap.;* verzaichnung*?* verzaichnuss*?* [b] dits *ap.* [c] *Sic ap.;* dass*?*

[1] Petrus Kirchpuchler (Kurchpichler, Kirchpichler, Kirchpüchler) famoso illo Ioanne Reuchlino usus erat hebraicae linguae magistro; vide infra p. 711.

[2] Societatis collegium oenipontanum significari ex monumento proximo (infra p. 710) patebit.

[3] Georgius Resch postea Ferdinandi II. archiducis et principis tirolensis secretarius et consiliarius fuit. Qui etiam genealogiam principum habsburgensium composuit (*Hirn* l. c. I, 353).

lichen deputierten ain tausent gulden auf die 20 personen nit wol geraichen mögen, halten wir selbs darfür, daz[a] [?] sy sich bey der theurung, so in allen dingen in Tyrol verhannden, damit gantz beschwerlichen erhalten und hinbringen werden mügen und lassen uns demnach ir erbietten mit haltung der raittung auf ain iar lanng, genedigclichen wolgefallen, mitler zeit khan man beyleuffig und darnach zu ausgang des iars in irer raittung sehen, was inen alsdann dess iars auf ain person durch unns für ain deputat zuraichen verordnet werden mechte. *Addit caesar, quae supra p. 467 posita sunt, ac regimini mandat, ut ita cum Sociis agant et, quae constituerint, ad se referant.*

334.

16. Iulii 1562.

Ex apographo recenti eoque exscripto ex apographo antiquo (eiusdem temporis), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Cop. B. Embieten und Bevelch 1562“ f. 449b—450a.

Camera tirolensis a Kirchpuchlero 110 florenis multos emit libros, quos Canisius et Resch secretarius viderunt et in album quoddam rettulerunt. Canisius Socium mittere iubetur, qui una cum architecto caesareo eosdem libros accipiat in collegium Societatis transferendos.

Austriae superioris camera Oeniponte 16. Iulii 1562 Paulo Uschall („an Paulsen Uschall“), qui munus architecti caesarei tunc administrabat, hoc misit mandatum: „Nach dem die camer mit Petern Kirchpuchler, umb die puecher, so er Kirchpuchler bey hannden hat, unnd der herr Canisius unnd secretari Resch, vermug hyebeyligennder verzaichnus besichtigt unnd beschriben haben, des khauffs, als für alle, wie sy verzaichnet sein umb ain hundert zehen gulden uberkhomen, welche ainhundert zehen gulden ime Kirchpuchler, so er die buecher also innhalt der verzaichnus dargibt, von der camer zugeben verordnet werden sollen. Darauff ist der camer bevelch, das Paul Uschal paumaisterambtsverwalter, solches gedachtem herrn Canisio anzaige, unnd daneben an ine begere, das er yemandts aus den seinigen, neben ime Uschal, zum Kirchpuchler hinauff ordnen wölle, damit solche puecher nach vermug benennter verzaichnus von ime Kirchpuchler alle ordennlich, wie sy nacheinannder in der verzaichnus beschriben sein, zu gedachts Uschals hannden ubernomen, unnd khaine dahinden gelassen werden, unnd so bald nun solche puecher, von gedachtem Kirchpuchler ubernomen worden sein, so solle gedachter Uschal dieselben vonstund an unnd so bald die zu sein hannden uberandtwurt worden, herabtragen oder fuern, unnd den herrn Ihesuiten in das collegii uberandtwurten unnd zuestellen, unnd volgendts dieselben alle auch ordennlich in des collegii inventari, wie sy in der verzaichnus[b] nacheinannder gestelt sein, einschreyben lassen, unnd wie gedachter Uschall verrichten wirdet, das solle er die camer berichten. [auf das die] Bemelten Kirchpuchler alsdann die ainhundert zehen gulden zuverordnen wisse, gedachter Uschal solle auch obbenennte verzaichnus, so er solches in das inventari eingeschriben, wider auf die camer ubergeben, auf das alsdann des bey der camer auch eingezaichnet werden möge. Actum den XVI. tag iulii anno etc. im LXII.“

Librorum indicis, qui cum hoc mandato ad Uschallium missus est, exemplum eodem tempore scriptum exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Cop. B. Embieten und Bevelch 1562“ f. 421a—428b. Inscriptum est: „Herren

---

[a] *Sic ap.;* dass? [b] *Vel* verzaichnung; verzaichnug *ap.*

Jesuiter buecher von Petro Kirchpuchler erkauft." Sequuntur plus quam 100 libri vel potius volumina; multa enim volumina complures libros continent; omnia fere volumina conglutinata sunt; singulis, paucis exceptis, pretium adnotatum est. Totum indicem ponere longum est; aliqua pono ex apographo recenti, ex archivo oenipontano ad me misso. Incipit: „Sacri libri in Haebrea lingua." Deinde hi sequuntur libri: „Sacra Biblia et Haebrea Venetiis impressa (4 fl.). — Dictionarium Hebreaicum Joan: Reuchlini (2 fl.). — Dictionarium trilingue Sebastiani Munsteri in folio, viginti quaterniones continens (1 fl.). — De accentibus et orthographia linguae Hebraicae Reuchlini libri tres; una cum Psalterio a Felice interprete ad verbum translato in membrana (30 crucigeris). — Rabi Mose Kimhi, Grammatica Hebrea, Item Rudimenta Haebraica Mosi Kimhi a Johanne Kochenstain cum introductorio. Eiusdem Erotemata Chrisolorae Graece[a] [?] cum alio introductorio (30 cruc.). — Proverbia Salamonis iuxta Haebraicam veritatem translata et annotationibus illustrata (30 cruc.). — Grammatica Rabi Mosi Kimhi iuxta Haebraismum per Sebastianum Munster versa una cum commentario Heliae Leuitae in eandem. Item Compendium Hebreae Chaldeaeque Grammatices (30 cruc.). — De Haebreis Urbium, locorum, populorumque nominibus e Veteri Instrumento congestis (20 cruc.). — Rudimenta Hebraica Mosche Kimhi revisa a Reuchlino interpretata et a P. Kürchpichlero ab eodem excepta. Quibus adiuncta sunt multa et varia scholia in Genesim, Psalterium et libros Haebreos alios, a Reuchlino et Bachfeldio dictata et praelecta (pretium ascriptum non est). — Theodorii Fabricii Institutiones in linguam sanctam cum eius tropis loquendique proprietatibus (12 cruc.). — Institutiones grammatices in Hebream linguam fratris Sebastiani munasterii Minoritae, una cum Iona propheta in quatuor linguis (30 cruc.)." Similis fere generis hi sunt libri, qui in indice hoc multo infra ponuntur: „Iohannis Reuchlini de arte caballistica." — „Rabbi Joseph Hisoppens poëta Judeorum a Reuchlino versus." — „Io: Reuchlini caput capitis cum comment." — „Petrus Brutus contra Judaeos." Sequuntur libri ad sacram Scripturam spectantes, opera scriptorum veterum, quos classicos vocamus, graeca (pauca) et latina, libri quidam Ioannis Vicleffi, „Sebastiani Prant carmina", „Subtilissimus liber Averrois, qui dicitur Destructio destructionum" (40 cruc., non conglut.), Conradi Summenhart „commentaria in summam physicae Alberti Magni", Gregorii Reisch O. Cart. „Margarita philosophica", libri Duns Scoti ac Stephani Bruleferi, O. Min., Francisci Lycheti, Francisci de Mayronis O. Min., Scotistarum; ex Thomistis vix unus; Georgius Trapezuntius et Ioannes Argyropolus, Aristotelis interpretes; complures Neoplatonici vel platonizantes, ut Jamblichus, Proclus, Marsilius Ficinus, Bessarion; multi ex iis, quos „humanistas" vocamus, maxime itali, ut Ioannes Bocacius (Genealogiae deorum), Pomponius Laetus, Laurentius Valla, Franciscus Philelfus, Beatus Joannes Baptista Mantuanus O. Carm., Philippus Beroaldus („Commentaria in Asinum aureum Apuleii"), Ioannes Reuchlin, Erasmus („Aliquot epistolae"; „de duplici copia"), Rudolphus Agricola.

335.

23. Iulii 1562.

Ex „regesto" a *Kröss* anno 1896 extracto ex codice „Causa Domini 1556—1562" (f. 664) eodem tempore scripto, qui exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae.

Austriae superioris regimen Oeniponte 23. Iulii 1562 constituit, ut, quoniam Canisius librorum collegio oenipontano emendorum indiculum composuisset, Lambertus Awer[b] *[?] ipsos emeret.*

---

[a] *Vel* Graeca; Graecae *ap.* [b] *Obscurius scriptum.*

Quoniam ex monumento proximo liquet, a regimine constitutum esse, ut Francofurti ad Moenum hi libri emerentur, P. Lambertum Auer, collegii S. J. moguntini rectorem, qui tirolensis erat, Moguntia Francofurtum ad librorum nundinas autumnales eius rei gratia proficisci iussum esse conieceris; cf. supra p. 532.

336.

Exeunte Iulio 1562.

Ex apographo recenti eoque exscripto ex „Catalogi" exemplo antiquo (vel archetypo, vel eodem tempore transcripto), quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Cop. B. Embieten und Bevelch 1562" f. 429ᵃ—432ᵃ.

Qui libri Canisio visi sint collegii S. J. oenipontani bibliothecae caesaris impensis esse addendi, ad theologiam, philosophiam, astronomiam, litteras graecas latinasque, historiam etc. pertinentes. Libri a Belgis, maxime a lovaniensibus (Titelmanno, Tappero, Latomis, Driedone etc.), et ab Italis (Catharino, Aug. Nipho, Sigonio etc.) scripti. Commentarii in Aristotelem, Livium, Ciceronem, Vergilium etc. Durandus a S. Porciano O. Pr. Iavellus O. Pr. Regiomontanus. Apianus. Ceporinus zwinglianus. Ioannes Sturmius. Ramus. Aonius Perionius. Cassander.

Canisius, cum iam ineunte a. 1562 Augusta Societatis collegio Oeniponte instituendo libros caesaris nomine satis magna pecunia emptos misisset hisque m. Iulio a. 1562 Oeniponte eiusdem impensis plus 100 volumina ex bibliotheca Kirchpuchleri empta addidisset (vide supra p. 700—702. 710), paucis diebus post ibidem regimini caesareo indicem tradidit librorum, qui praeterea eidem collegio emendi essent, atque, ut regimen eosdem emi iuberet, impetravit. Cuius indicis superest exemplum sic inscriptum: „Catalogus librorum, qui emendi sunt Francfordiae pro P. Jesuitis ad collegium novum Oenipont." Atque hic catalogus notatu certe dignus est, tum quia primarum S. J. bibliothecarum catalogi fere perierunt, tum quia ex hoc catalogo cognoscitur, quos libros Canisius Sociis et iis maxime, qui iuventutem instituerent, vel necessarios vel, aliqua saltem ratione, utiles esse duxerit. Quia autem in catalogo illo multi scriptores librique brevius vel etiam, si nostrae aetatis rationem bibliographicam spectamus, neglegentius notati sunt, eum non ad verbum refero, sed partim quidem in compendium redactum, partim vero magis explicatum propono. Ex quo haec, nisi fallor, patebunt: Canisius libros petit multos pretiososque; in rebus theologicis eos maxime, qui ad sacram Scripturam atque ad theologiam patristicam et polemicam pertinent; in philosophicis commentarios in Aristotelem tum veteres tum recentes; in humanitate, praeter multa alia, commentarios in scriptores, quos classicos vocamus; in omnibus litterarum generibus, praeter antiquos illos quasi fontes, libros ab aequalibus suis, imprimis a Lovaniensibus aliisque Belgis atque, si humanitatem spectamus, etiam ab Italis scriptos; protestantium scripta catholicorumque libros minus probatos haud prorsus excludit; scientiae etiam naturalis atque historiae tum sacrae tum profanae aliquam rationem habet.

In theologia: „Concordantiae Bibliorum Genuenses". „Lexicon Bibliorum". Multa SS. Patrum opera. Athanasio, editionis erasmianae, opinor, excludendae gratia adnotatum est, emendam esse „ultimam editionem" (latinam, Basileae apud Frobenium a. 1556 in 4 tomis factam, cum versione Petri Nannii, professoris lovaniensis). „Catena Graecorum authorum praecipue in novum Test." Iacobi Perez (a Valentia) O. Er. S. Aug. († 1490) commentarius in Psalterium et „Opuscula". Adnotationes in N. T. ab Ioanne Gagnaeo universitatis parisiensis cancellario († 1549) et a Nicolao Zegers O. Min. bruxellensi († 1559 Lovanii) scriptae. Francisci Titelmanni belgae († 1537), O. Min. Conv., dein Cap., commentarii in Psalmos, in evangelia Matthaei et Ioannis, in Epistulam ad Romanos (adversus Erasmum). Ambrosii Catharini O. Pr. († 1553) commentarii in Epistulas paulinas (Venetiis 1551). Sanctis Pagnini O. Pr. († 1541) Lexicon hebraicum. Eliae Levitae iudaei († sub 1547) Grammatica hebraica.

Ioannis Isacii Levitae, e iudaismo conversi, professoris universitatis coloniensis († 1577) „Opuscula" (Grammatica hebraica, Coloniae 1557 etc.; Physica Hebraea Rabbi Aben Tybbon [1] etc.). Durandi a S. Porciano [2] O. Pr. († sub 1333) commentarius in Petri Lombardi Sententias (Parisiis 1508 etc.). Chrysostomi Javelli O. Pr. († post 1537) „Opera in theologia". Ioannis de Turrecremata O. Pr. cardinalis († 1468) Summa „de ecclesia" (Romae 1489, Venetiis 1561). Thomae Netter sive Waldensis O. Carm. († 1430) libri „contra haereses" („Doctrinale" contra Viclefitas, Husitas etc.). Ioannis Driedonis brabantini, parochi lovaniensis († 1535) „Opera" (dogmatica et polemica, Lovanii 1533). Jacobi Latomi belgae († 1544), professoris universitatis lovaniensis, „Opera" (contra Lutherum, Oecolampadium, Erasmum etc. scripta). Ruardi Tapperi hollandi († 1559), cancellarii universitatis lovaniensis, „Controversiae" (i. e. „Explicationes" etc. Lovanii 1555 editae).

In philosophia primo loco ponuntur „Commentaria Lovaniensium in Logicam Aristotelis" et „Commentaria D. Thomae in totum Aristotelem". Quae proxime sequuntur „Opera Javelli in philosophia", atque aliquanto infra nominatim petitur „Iavelli epitome" [3]. Petuntur etiam: „Boetii opera". „Theophrastus" (Aristotelis discipulus). Praeterea ex Aristotelis commentatoribus: „Alexander Aphrodiseus" (saec. II. exeuntis), „Themistius" (Euphrades, saec. IV.), Simplicius (saec. VI.), Ammonius (Hermiae, saec. VI.), Avicenna (saec. X. ineuntis), Averroes (saec. XII.), „Eustracius" metropolita nicaenus (saec. XII.) „in Ethicam Aristotelis", Walterus „Burleus" (saec. XIV. ineuntis), Offredus „Apollinaris" cremonensis (saec. XV.), Franciscus Vimercatus („Vicomercatus", saec. XVI.), Bernardinus „Donatus" veronensis († sub a. 1530) „in Ethica" Aristotelis. Atque etiam: „Alberti magni opera philosophica". „Catena aurea in Logicam". „Titelmanni", de quo supra p. 712, „Dialectica et Physica". Augustini „Niphi" itali, averroistae mitigati († 1546) „opera" in Aristotelem, Averroem etc. scripta (Venetiis 1535. 1559). Ioachim „Perionii" O. S. B. († sub a. 1560) „Dialectica". Gerardi Mathisii „Geldriensis", philosophiae in universitate coloniensi professoris et „regentis" gymnasii montani († 1574) commentarii „in Porphyrium et praedicamenta" Aristotelis.

In re mathematica et physica: Praeter „Archimedis" et „Ptolomei opera" ac veteres illos et antiquitus in scholis adhiberi solitos libros: „Sphaeram" Ioannis Halifax de Sacro Bosco († 1256) „cum commentariis", „Theoricas planetarum" Gerardi Cremonensis († 1184), „Perspectivas Communes" sive opticam Ioannis Peckham O. Min. († 1292) et perspectivas „Vitelionis" thuringi (saec. XIII. exeuntis) nominantur: „Mappa mundi cum arithmeticis". „Opera Joannis de Monte Regio" (Ioannis Müller Regiomontani, † 1476). „Joannis Stofler" (Stöffler, professoris universitatis tubingensis, † 1531) „Astrolabium". Petri „Appiani" (Bienewitz, professoris universitatis ingolstadiensis, † 1552) „Opera" (Astronomicum caesareum, Ingolstadii 1540; Instrumentum Sinicum, Norimbergae 1541, etc.). Scripta quaedam Reinerii „Gemmae Frisii" († 1558), medicinae professoris in universitate lovaniensi.

---

[1] Rabbi Sam. Aben Tibbon Averrois aristotelici arabicos in libros VIII φυσικῆς Ἀκροάσεως commentarios hebraice verterat; quae versio sub a. 1560 Rivae (Riva) in Tiroli excusa esse videtur (*Io. Christoph. Wolfius*, Bibliotheca Hebraea I [Hamburgi et Lipsiae 1715], 19—20).

[2] Notum est, hunc compluribus in rebus doctrinae S. Thomae Aquinatis valde adversatum esse.

[3] Complures conscripsit „Epitomes" in libros philosophicos Aristotelis et Platonis. Iavellum ob suam de praedestinatione sententiam alii laudant (cf. *Ger. Schneemann* S. J., Controversiarum de divinae gratiae liberique arbitrii concordia initium et progressus [Friburgi Brisgoviae 1881] p. 113), alii in Semipelagianismum devenisse affirmant („Scriptores Ordinis Praedicatorum" rec. ab *Iac. Quétif* et *Iac. Echard*, O. Pr., II [Lutetiae Parisiorum 1721], 104).

In litteris graecis: „Homerus cum commentariis". „Fabulae Aesopi graece et latine". „Orationes Isocratis graece et latine". „Demosthenes graece et latine". „Aristophanes". „Opera Luciani graecolatina". „Dialogi Luciani et [?] cum commentariis, si exstant" [a]. „Orationes aliquot Chrisostomi graece". „Suidas" [b]. Grammaticae graecae „Urbani" Bolsamii († sub 1545) O. Min. (Parisiis 1543) et Iacobi „Caeporini" (Wiesendanger) zwingliani, a. 1525 Tiguri (Zürich) mortui. „Syntaxis" linguae graecae a Ioanne Varennio [c] mechliniensi († sub 1536) scripta.

In litteris latinis: „Titus Livius in maiore forma cum Glareani" (Henrici Loriti, professoris universitatis friburgensis, † 1563) „castigatione". „Commentarii" in Sallustium, Ovidium, Horatium. „Vergilius cum commentariis Seruii" (Mauri Servii Honoratii) „et aliorum". Petrus „Ramus" (gallus, Aristoteli inimicus, a. 1562 Calvinismum professus, † 1572) „in Bucolica" Vergilii. „Ciceronis opera philosophica cum commentariis". „Castigationes" Marii „Victorini" rhetoris „in opera Ciceronis". Iacobus Ludovicus „Strebeus" gallus (saec. XVI.) in Ciceronis libros rhetoricos. Commentarii et adnotationes in Ciceronem scriptae a Bartholomaeo Latomo luxemburgensi († 1570) et a famoso illo Ioanne Sturmio calviniano, gymnasii argentoratensis rectore († 1589). „Thesaurus Ciceronis".

Praeterea in re rhetorica et grammatica: „Aristotelis Rhetorica cum comment." Petri „Rami" (de quo supra) „Observationes in Quintilianum et Aristotelem". „Georgii Cassandri" erasmiani († 1566) Tabulae breves in praeceptiones Rhetoricas (Coloniae 1550 etc.). „Audomari Rhetorica cum Georgii Arasii partitionibus". „Cornelii Valerii" (ultraiectini, professoris universitatis lovaniensis, † 1578) „Tabula Rhetorices". Christophori „Longolii" mechliniensis († sub 1522) „orationes" (in „Luterianos" etc.). „Aonii Palaearici" (Palearii, itali, a. 1570 Romae ob haeresim, retractatam tamen, occisi) „orationes". „Andreae Navagerii" (veneti, † sub 1529) „orationes et carmina". Bernardini „Parthenici" (Parthenii, friulensis, saec. XVI.) „orationes pro lingua latina". Caroli „Sigonii" mutinensis († 1584) „orationes". „Jacobi Brocardi" (Grocardi?) „partitiones oratoriae" [1]. „Gerardus Buccolianus de inventione et amplificatione oratoria". Antonius „Mancinellus" italus (saec. XV. exeuntis) „de schematibus". Perionius O. S. B. (de quo supra p. 713) „de optimo genere interpretandi". Grammatica latina Ioannis Despauterii flandri († sub a. 1526) „integra Lugdun". Grammatica latina Helii Antonii „Nebricensis" (Nebrissensis, hispani, † sub a. 1522). „Calepinus postremo recognitus" (i. e. „Cornucopiae" Ambrosii Calepini bergomatis, Ord. Er. S. Aug., Regii 1502, Venetiis 1506. 1513 etc., Basileae 1512 etc. in lucem emissae, a quibus latinum illud lexicon forcellinianum originem accepit).

In historia, archaeologia etc.: Polybius. Diodorus Siculus. Dionysius Halicarnasseus (cuius „Ῥωμαϊκὴ ἀρχαιολογία" Parisiis a. 1530 per Robertum Stephanum primum edita erat). Strabo . Eutropius . Procopius (Caesarcensis, partim editus per Beatum Rhenanum [† 1547]). Nicephorus (Callisti, cuius Historia ecclesiastica Basileae a. 1553 primum typis exscripta erat). „Berosi Historia" (liber sub nomine Berosi Chaldaei [saec. III. a. Chr.] ab Annio Viterbiensi O. Pr. [† sub 1502] evulgatus). „Fenestella" (liber de magistratibus et sacerdotiis Romanorum sub nomine L. Fenestellae [† 19 p. Chr.] a Flocco [† saec. XV.] editus). Flavii Blondi itali († sub 1463) „Historia" romana. Sigonii, de quo supra, „Fasti" et „de nominibus Romanorum". Guilielmi Budaei sen., galli († sub 1540), „opera in Pandectas". „Coelii Rodogini collectanea" (Ludovici Caelii Richerii rhodigini [platonici itali, † sub 1520] „Antiquae Lectiones" de rebus theologicis, iuridicis, historicis, criticis). Chronica Sigeberti

[a] exstat *ap.* [b] Smidas *ap.* [c] Varemio *ap.*

[1] Nescio num hic sit idem ac „Iacobus Brocardus" italus ille, quem „prophetica" quaedam et mystica scripsisse et post a. 1593 vita cessisse asserit *Paquot,* Mémoires etc. [cf. supra p. 211[1]] II, 617.

Gemblacensis. „Christiani Massei“ (cameracensis, † sub 1546) „Chronica“ mundi. Ioannes Trithemius O. S. B. († sub 1516) „de scriptoribus ecclesiasticis auctus“ (a Balthasare Werlino. Coloniae 1546).

337.

Inter m. Maium et Augustum 1562.

Ex litteris archetypis, a *Lanoio* subscriptis. Cod. „G. Ep. III“ f. 44[a].

Oeniponte caesaris filiae Canisii contionibus, colloquiis, sacris precibus etc. ad sanctius vivendum et ad multa beneficia (ut templi ornatum) in Socios conferenda incitatae sunt.

P. Nicolaus Lanoius S. J. in litteris historicis (quadrimestribus) collegii oenipontani, Oeniponte 1. Septembris 1562 datis, postquam de sacris sermonibus a P. Hermete Halbpaur inde a proximo sacri Adventus tempore coram 5 illis „Reginis ac tota ciuitate“ habitis disseruit: Fructus autem, *inquit,* quem Jllustrissimae Reginae tum ex his, tum ex Reuerendi Patris Prouincialis concionibus eiusque familiaribus quae cum illis subinde habuit colloquijs, tum ex sacris orationibusque nostrorum, quibus illae sese assidue commendant, ac in domino ijsdem non parum iuuari sentiunt, decerpsere, manifestior apparet, quemadmodum, quae ab ipsis nunc quam antea longe illustriora et uberiora palam fiunt: Verum etiam quorundam aulicorum testimonia (qui rationem uiuendi in melius mutatam iam uident,) aperte loquuntur; Quanta[a] porro nos benignitate prosequantur Reginae istae Virgines, docent luce meridiana clarius diuersi generis beneficia, quibus nos quotidie tantum non obruunt, et suum erga nos amorem, fauorem, ac sollicitudinem plusquam maternam declarant. Huc etiam pertinet quod ipse in augmentum cultus et gloriae Dei nostrum templum[1] ornatu plane regio ac magnifico illustrarunt, Nam praeter ornamenta altarium miro artificio ipsarum manibus elaborata, et uestes sacras multum preciosas in usum sacrorum nostrorum paratas: donauerunt his diebus capsam argenteam inauratam, administrando et conseruando uenerabili altaris sacramento accommodatam, et basin arculae instar ex eadem materia fabrefactam.

338.

7. Augusti 1562.

Ex codice „Hannsen Schaübers . . . Beschluss Raitung . . . 1562“, de quo supra p. 701, f. 267[a].

Canisius Oeniponte Augustam redit.

[a] Quanto *archet.*

[1] Sacellum illud „in der Silbergasseu“ [Sillgassen?] dicere videtur; de quo supra p. 704.

Ioannes Schauber, camerae tirolensis magister, in publico codice dati et accepti ad a. 1562 spectante notavit: Se Oeniponte 7. Augusti 1562 Canisio Augusta, ut iussus esset („auf eruordern"), Oenipontem indeque Tridentum atque iterum Oenipontem profecto et inde Augustam reversuro ad itinerum impensas compensandas 24 florenos tradidisse.

Haec praesertim si cum iis, quae supra p. 469. 474 posita sunt, conferantur, satis clare ostendunt, Canisium 7. vel 8. Augusti, paulo postquam Lainius Oenipontem advenerat, ipsius iussu Augustam profectum esse. Quem eo advenisse ante diem 15. Augusti ex eo constat, quod illo die eum in cathedrali aede augustana iterum contionari coepisse, in codice contionum eius notatum est; vide supra p. 618. P. *Ignatius Agricola* S. J., provinciae Societatis Iesu Germaniae Superioris historicus, postquam Canisium post Pascha a. 1562 Augusta evocatum Tridentum ad concilium adisse narravit, sic pergit (l. c. I, Dec. 3, n. 78): „Reversus post duos menses . . . Oenipontum venit, quo Caesar post electionem Maximiliani filii in Regem Romanorum Francofurto accesserat, ut Concilio Tridentino propior esset: Canisium quoque huc evocandi causa erat, quod Caesaris nonnulli Ministri . . . in librum bene magnum capita contulerant, . . . quae cum Caesar sanctiori Theologorum consilio examinanda tradidisset, Canisium quoque consultationi interesse voluit"; ac Canisium ecclesiae, maxime pontificis, iura apud imperatorem strenue defendisse, atque eodem illo anno 1562 et Augustae post reditum canonicorum cathedralium animos a Societate alienos expertum esse et inde in Suebiam excurrisse et iterum Augustam reversum, cum pestilentia urbem invasisset ob eamque canonici Faucenam (Füssen), alii alio discessissent, magna constantia diligentiaque — hoc ex Agricola posuit etiam *Janssen* l. c. V, 208 — aegrotis opem tulisse (l. c. n. 79—89); atque ita Agricola, plurimis rebus posteriore anni 1562 parte a Canisio gestis praetermissis et duobus Canisii itineribus oenipontanis in unum confusis, ex aestate a. 1562 in initium a. 1563 transilit. Nam anno 1563 et Ferdinandum Francofurto Oenipontem advenisse (cf. supra p. 574[4]) et theologorum illum conventum ibidem habitum esse iam notissimum est; atque etiam certo constat eodem anno 1563, non 1562, Canisium partem Suebiae lustrasse, canonicos Faucenam migrasse (*Sacchinus,* Can. p. 202. *Riess* l. c. p. 335—336).

De animorum autem aversione illa vide supra p. 677. Atque ita etiam corrigenda sunt, quae scribit *F. I. Lipowsky,* Geschichte der Jesuiten in Schwaben I (München 1819), 46—49; qui hoc quoque addit, Canisium, cum Tridento per Oenipontem Augustam reverteretur, ex itinere Faucenae aliquamdiu, ut pestilentia laborantes curaret, substitisse eodemque eiusdem rei gratia Socios aliquot Landsberga arcessivisse; quae unde hausta sint, ignoro; Landsbergae certe Socii tunc erant nulli.

339.

A Iunio 1561 ad Ianuarium 1563.

Ex iis, quae *Kröss* excerpsit ex harum litterarum apographo eodem tempore scripto, quod exstat Oeniponte in archivo praefecturae caesareae, cod. „Missiven an Hof 1563" f. 86[b].

Pecunia ab Austriae superioris regimine pro collegii S. J. oenipontani aedificiis, calefactione, supellectile, libris, victu etc. soluta.

Austriae superioris regimen Oeniponte 1. Martii 1563 Ferdinando I. caesari scripsit: Se, re cum P. Natale, Societatis visitatore, collata, constituisse, ut collegio oenipontano quotannis 1500 flor. caesaris nomine tribuerentur. Iam autem a regimine pro eodem collegio haec soluta esse:

1. A m. Iunio 1561 usque ad eiusdem anni exitum	104 fl.	59	cruc.
2. A. 1562 pro victu	1 524 „	10	„
pro libris	606 „	10	„
pro supellectile et vestibus	2 410 „	20	„
pro vino et butyro (Schmalz)	385 „	20	„
pro calefactione	36 „		
pro aedibus emptis (cum fenore)	2 100 „		
in aedificiorum sumptus	1 000 „		
pro horto Lanngii	275 „		
pro horto Ioannis Burkhart	250 „		
pro scholarum et collegii exstructione	1 438 „		
universa	10 129 fl.	59	cruc.

340.

22. Decembris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62“ f. 116[a].

Collegium oenipontanum Canisio praeposito provinciali subesse iubetur.

Polancus, cum Tridento 18. Decembris 1562 Lainii praepositi generalis nomine rectoribus vindobonensi, tyrnaviensi, pragensi scripsisset, ut in posterum, donec P. Natalis visitator advenisset, ea, quae ad collegia regenda spectarent, ad ipsum Lainium referrent ita, ut Canisius praepositus provincialis ea sollicitudinis parte liberaretur (vide infra, monum. 424), eiusdem Lainii mandatu Tridento 22. Decembris 1562 P. Ioanni Dyrsio S. J., collegii oenipontani rectori, scripsit: „Collegium AEnipontanum immediate a Patre Prouinciale Canisio gubernabitur.“

G.

MONUMENTA PRAGENSIA CANISII.

341.

Inter m. Ianuarium et Maium a. 1561.

Ex apographo eiusdem temporis Romam ad Lainium misso. Cod „G. Ep. II.“ f. 281[b].

Ferdinando archiduci libri a Canisio missi valde placent.

P. Henricus Blissemius S. J., Ferdinandi II. archiducis contionator aulicus et theologiae, linguae hebraicae, mathematices in collegio pragensi professor (Schmidl l. c. I, 149), in litteris quadrimestribus eiusdem collegii Praga 4. Maii 1561 datis de eodem archiduce, Ferdinandi I. caesaris filio, qui Bohemiae regnum tunc administrabat, haec, praeter alia, scripsit: Libri quidam Germanici, quos R. Pater Prouincialis Sereniss: Principj miserat ita placuerunt, ut diceret seipsum gratias pro tam gratissimis muneribus acturum.

Canisium Ferdinando vel libri precum germanicarum a. 1560 primum (Dilingae) a se editi exempla complura vel unum cum aliis libris misisse, ex iis coniectare licet, quae de eodem libro precatorio sub idem tempus „magnatibus admodum, praesertim vero Imperatori“ probato et eiusdem (ut videtur) 12 exemplis Oenipontem ad „reginas“ a Canisio missis relata sunt (*Can.* Epp. II, 900 et supra p. 695).

342.

Ab 11. ad 15. Iulii 1561.

Ex *Hoffaei* autographo. Cod. „G. Ep. II." f. 285.
Eo usus est *Sacchinus*, Can. p. 186.

Canisius collegium pragense visitat. Socios quosdam rusticari iubet. Vota excipit. Noricii. Convictus pauperum. Ferdinandus II. archidux.

P. Paulus Hoffaeus S. J., collegii pragensis rector, Praga 29. Julii a. 1561 Romam scripsit: Stiamo hora in Praga 14 persone. . . . Oltra li 14 mandassimo per ordine del R. P. Prouinciale Il D. Henrico, M. Ludouico [1] et Vrbano Bohemo, che uenne col Padre da Vienna [2], in Oybin per recreatione et che Vrbano expedisse sue cose nel Paëse . Jtem per conto della sanita anda anche M. Wolffgango [3] al Paese suo. . . . Jl Padre Prouinciale uenne di Vienna col P. Lannoyo à 11 di questo et sene partette à 15 del medesimo, dando li S. Altezza [4] un cocchio fin' Agosta . Stando qua il Padre Jl D. Henrico et jo facessimo li Voti semplicj delli professi [5] et Alexandro fratello di nostro M. Valentino che sta in Roma fece anche li uoti [6]: tutto con consolatione . Riceuette il Padre un giuouene nella Compagnia chiamato Vincentio di buono talento: et 3 altri del Collegio nouo [7] (et fra tanto s' aiunse il quarto) uolsero esser riceuuti ma il Padre gli fece anche expettare, come fanno. Jl Padre ordinò le cose di casa, et li Maestri per le classe, et il modo di procedere nella Chiesa per il auenire [8]. Ordino anche che per il septembre mandassimo à Roma

---

[1] P. Henricum Blissemium et P. Ludovicum Bacretium; vide supra p. 186. 188.

[2] „Vrbanus Frentzel Lusatianus annorum 25 . . . Jn Societate per 5 annos, in votis vltra 4. Corpore non valde robustus, temporalis coadiutor, licet iam infimae Classi praesit": *Blissemius* in *Catalogo collegii pragensis sub 3. Ianuarii 1562 scripto (Cod. „G. C. 67" p. 433). In **Catalogo* vindobonensi m. Augusto 1559 dato idem „Vrbanus Franzel Budicinensis" (Budissina, Bautzen, in Lusatia superiore, nunc regni Saxoniae) vocatur (l. c. p. 318).

[3] „Wolfgangus Maria Thinensis", Thina (Bischofteinitz in Bohemia) ortus; vide supra p. 151[5]. 186. [4] Ferdinandus II. archidux.

[5] Haec Hoffaeus et Blissemius, qui 16. Martii 1561 Pragae in manibus Scribonii praepositi 4 illa sollemnia professorum vota emiserant (*Schmidl* l. c. I, 155—156), coram Canisio emiserunt 13. Iulii 1561; hunc enim diem *Blissemius* iisdem votis sua manu scriptis et Romam missis ascripsit.

[6] Alexander Voyt (vide supra p. 188) simplicia scholasticorum vota nuncupavit eaque, ut videtur, eodem illo die 13. Iulii (quae dominica tunc erat). Plura vide infra p. 720.

[7] In hac domo collegio Societatis vicina sub Sociorum disciplina iuvenes litterarum studiosi partim suis expensis partim stipe sustentabantur; quorum numerus 1. Februarii 1561 ad 26 pervenerat (*Schmidl* l. c. I, 148. 152. 153).

[8] *Blissemius* in *litteris quadrimestribus Praga 25. Augusti 1561 datis asserit, „praeter lectiones, repetitiones, disputationes, et declamationes consuetas nouas uidelicet linguae Hebraicae, Mathematicae, Logicae atque Ethicae, lectiones ad futuram studiorum innouationem esse auspicandas"; iam enim collegii discipulos „inferiorum disciplinarum difficultates superasse" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „G.

M. Stephano con Sigismundo[1] che uol esser nostro, et un altro giouane Rhetorico buono per il Collegio Germanico[a]. Ci espedisse anchora alchune cose appresso S. Altezza che erano necessarie per il Collegio nostro et il Nouo[2].

Quae Hoffaeus de Canisio scribit: „Ordinò le cose di casa, et li Maestri per le classe, et il modo di procedere nella Chiesa per il auenire", confirmantur et aliqua ratione explicantur complenturque iis, quae Canisius ipse Augusta 9. Augusti 1561 P. Madridio de hac collegii pragensis visitatione scribit: „Habbiamo dato ordine quanto alle classi, il quale si ha di esseguire alla renouatione delli studij" (supra p. 188). Iam vero antiquissimi cuiusdam „Ordinis scholarum" sive rationis iuvenes ad litteras et pietatem instituendi (inscripta est: „Offitium praefecti scholae" etc.), cui tamen nec tempus nec locus ascripta sunt, apographum eodem fere tempore scriptum exstat in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 80^{a}—84^{b}; ex quo primum typis exscriptum est a *Pachtler*, Ratio Studiorum I, 155—172. Cum autem in codice illo fere ordo temporum servetur, ex ipsis monumentis, quae in eodem „ordinem" hunc antecedunt et sequuntur, conici posse omnino videtur, ordinem hunc post a. 1561 conscriptum non esse; id quod etiam *Pachtler* l. c. p. 154—155 notavit. Atque ex eo, quod („in classe minore grammatices") „Cato et breuiores Ciceronis epistolae" „tam latine quam bohemice uel germanice declarari" et „epistolarum themata" „bohemice et germanice" tradi iubentur (l. c. p. 166), facile patet, ordinem hunc, proxime saltem, pragensibus Sociis destinatum esse[3]. Considerandum est praeterea, in ordine eodem de Sociis, qui „in utroque collegio" litteris operam dent, agi et praeceptores sic moneri: „E scholis non mittent nec auocabunt quemquam de Collegio nouo absque magna necessitate" (l. c. p. 157. 160). Hoc autem „Collegium nouum", in quo adulescentes tam nobiles divitesque quam pauperes sub Sociorum aliquot disciplina versabantur, anno 1559 (ut videtur; cf. *Can.* Epp. II, 365. 716) incohatum, anno 1560 propriam domum, quae a Societatis collegio haud longe aberat, incolere coepit (*Schmidl* l. c. I, 148. 152). Quare „ordinem" hunc ante a. 1560 constitutum esse negaveris. Scholae tandem, quarum in ordine eodem mentio fit: sacrae Scripturae, rhetorices, „humanioris literaturae", „maior" et „minor grammatices", infima, omnes, nec plures, in * Catalogo hominum et officiorum collegii pragensis sub 3. Ian. 1562 a P. *Henrico Blissemio* S. J. scripto (cod. „G. C. 67." p. 432—439) comparent[4]; quae in * Catalogo pragensi „pro mense Nouemb." anni 1560 a *Hoffaeo* scripto (cod. „G. C. 67." p. 429—431) vel non inveniuntur omnes, vel saltem haud ita perspicue memorantur. Cum vero ex altera parte fieri vix potuerit, ut Canisius paucis illis diebus, quibus a. 1561 Pragae moratus est, tam prolixum conscriberet „scholarum ordinem", cumque hic ordo ipso etiam sermone sive scribendi genere a Canisii scriptis discrepet, equidem suspicor, Canisium haec praecepta, quae fortasse Roma missa aut

[a] *Ab H. correctum ex* Collegio Nouo.

Ep. II" f. 286^{a}). At ex *Catalogo hominum et officiorum collegii pragensis ab ipso *Blissemio* sub 3. Ianuarii 1562 scripto et Romam misso colligendum esse videtur, eas scholas vel saltem aliquas earum tunc institutas non esse (Cod. „G. C. 67" p. 432—433. 438—439).

[1] Stephanum Liberium cum Sigismundo Dominatio; vide supra p. 187. 231 etc.

[2] Vide supra p. 188.

[3] Confer etiam, quae de precibus „flexis genibus", „quando pulsus auditur pro pace", recitandis dicuntur, cum *Can.* Epp. I, 772[1].

[4] P. Christianus Rivius in hoc catalogo primo loco ponitur et „professorem agere" dicitur, sacrae certe Scripturae vel theologiae, quam antea Vindobonae tradiderat (*Can.* Epp. II, 473. 640).

ab Hoffaeo collegii pragensis rectore conscripta erant, a. 1561 Pragae recognovisse, emendasse, confirmasse, observari iussisse. Eadem tamen etiam in aliorum collegiorum usum conversa esse ex hoc ipso intellegitur, quod in codicem „Antiqu. Ingolst.", collegii ingolstadiensis usui destinatum, transcripta sunt.

343.

Inter 11. et 15. Iulii 1561.

Ex apographo litterarum Blissemii, eodem tempore Pragae scripto et Romam misso. Cod. „G. Ep. II" f. 286ª.

Canisius collegium visitavit, novicium ante usitatum tempus ad vota admisit, alia quoque vota excepit, Socios, ut pro ecclesia et maxime pro Gallia orarent paenitentiasque susciperent, excitavit. Elvanga.

P. Henricus Blissemius S. J. in litteris quadrimestribus collegii pragensis, Praga 25. Augusti 1561 datis, Lainio scribit: Ex fratribus ... septem spiritualia Societatis exercitia tanto fructu quanta diligentia nuper absoluerunt, quorum unus licet suae probationis biennium nondum omnino transegisset, eo tamen in hac uocatione progressus est, ut sensu quam aetate maturior existat, ac proinde, quod uehementer desiderauerat, a R. P. Prouinciali sit consequutus, ut emissis uidelicet simplicibus uotis arctius cum Christo in hac Societate coniungeretur[1]. Idem quoque beneficium diuina gratia .R. P. Rectori et mihi licet omnium indigniss: contigit, cum uota nostra simplicia nobis in R. P. Prouincialis manibus cum summa et communi omnium consolatione Deo licuerit offerre . Caeteri denique fratres cum uirtutibus omnibus, tum ea praesertim uiuendi ratione, quam haec postulat Societas plurimum et quasi certatim adiuante Domino proficiunt, adeoque communem Ecclesiae causam et statum, sed praecipue grauissima illa Catholicae religionis negotia, quorum gratia Summus Pontifex R. P. V. in Gallias misit, non precibus modo sed quotidianis etiam corporum macerationibus Deo commendant, ne peccatis hominum tantus tantae legationis fructus impediatur . Haec aliaque similia eo certe maiori

[1] Alexander Voyt (vide supra p. 718), in Societatem 17. Februarii 1560 admissus, m. Iulio (die 13., ut videtur; vide supra p. 718[6]) 1561 „vota scholasticorum" (vide supra p. 188) nuncupavit. Decreverat quidem *S. Ignatius*, ne quis ante tirocinii biennium expletum ad vota scholasticorum admitteretur; attamen notaverat: „Con esto, como el alargar, así acortar éste término en algunos casos y por causas importantes, á juicio del Prepósito General (de quien será el poder dispensar) será lícito: pero raras veces debrá usarse": Constitutiones S. J., Ex. c. 1, n. 12; c. 4, n. 16; P. 5, c. 1, n. 3 C (Constitutiones latinae et hispanicae p. 7. 23. 171). Quam facultatem Lainius cum Canisio communicasse videtur. Alexander Voyt († 1592) postea collegium pragense diu rexit, multos adulescentes litterarum studiosos in pauperum contubernio stipe corrogata sustentavit, primoribus et imprimis Rudolpho II. caesari valde gratus, Pragam aliaque Bohemiae loca contionibus, etiam bohemice habitis, excoluit, Canisii catechismum aliosque libros bohemice edendos curavit (*Schmidl* l. c. I, 641—643. *Alfr. Hamy* S. J., Galerie illustrée de la Compagnie de Jésus VIII [Paris 1893], 124).

alacritate et feruore praestant omnes, quo R. P. Prouincialis ea nobis diligentius, quanti nimirum sint momenti, declarauit [1]. Cuius licet paucorum dierum praesentia nobis omnibus ac nostris patronis et amicis ita grata et utilis tamen extitit ut tam cito non fuisset hinc discedere permissus, nisi magna quaedam negotia, quae nomine Illustriss: Cardinalis Augustani susceperat, alibi expedienda uel omnibus inuitis eum hinc auulsissent [2].

344.

Exeunte a. 1561.

Ex litterarum Blissemii apographo eodem tempore in collegio S. J. pragensi, ut videtur, scripto. Cod. „G. Ep. II“ f. 271ᵇ.

Litteris usus est *Schmidl* l. c. I, 158.

Fuggera quaedam, Canisii contionibus incitata, collegio pragensi sacras vestes donat.

P. Henricus Blissemius S. J., collegii pragensis rector, in eiusdem collegii „Litteris quadrimestribus“ 2. Ianuarii [1562] [3] *datis refert:* Augustana quaedam et magnifica domina Fuggera . . . inter alios, hunc etiam fructum e concionibus R. P. Prouincialis reportasse uidetur, ut cum alijs in Germania collegijs nostris, tum huic Pragensi uestes sacras, et quidem praeciosissimas ad peragendum Missae sacrificium comparatas nuper, dicauerit.

„Fuggeram“ illam vel Sibyllam de Eberstein vel Ursulam de Lichtenstein fuisse, ex iis satis certum efficitur, quae de harum in Socios augustanos, ingolstadienses etc. liberalitate supra p. 156. 558 [1]. 598. 663. 679 etc. scripta sunt.

345.

Ineunte m. Decembri 1562.

Ex *Schmidl* l. c. I, 167.

Canisius collegio pragensi libros mittit.

P. Ioannes Schmidl S. J., provinciae bohemicae Societatis Iesu historicus, postquam l. c. domum collegio pragensi contiguam 8. Decembris 1562 a Sociis emptam esse narravit, sic pergit: „Quatriduo ante hanc emptionem accessit Collegio insigne donum, vas videlicet libris refertum, a R. P. Canisio Augusta Pragam submissum“. *Hoc autem Schmidl ex domesticis collegii S. Clementis pragensis memoriis accepisse videtur; neque enim in eiusdem litteris quadrimestribus a me inventum est.*

---

[1] *Hoffaeus* in *litteris supra p. 718—719 memoratis: „Facciamo alla intentione di V. P. ogni di le discipline con le letanie etc.“

[2] Contiones ei habendae erant Elvangae, quibus protestantes ad ecclesiam reducerentur; vide supra p. 678—679.

[3] Annus quidem his litteris ascriptus non est; sed quae in iis de Hoffaeo Praga Vindobonam translato, P. Luca [Molitore] mortuo etc. referuntur, ipsas ineunte a. 1562 datas esse ostendunt.

H.

MONUMENTA TRIDENTINA CANISII.

346.

Mense Iunio a. 1561.

Ex *Aug. Theiner* Congr. Or., Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae gentiumque finitimarum historiam illustrantia II (Romae 1861), 622.

Pontifex quattuor theologos germanos suis impensis in concilio alere vult. Num Vicelius, Lindanus, Staphylus, Canisius eo mitti possint? Canisii virtus. Germania virorum doctorum inopia laborat.

Stanislaus Hosius, episcopus varmiensis et nuntius apostolicus apud Ferdinandum I. caesarem, Vindobona 17. Iunii 1561 cardinalibus concilii tridentini praesidibus scripsit: Quod de duobus Germanis Theologis Illustrissimus Cardinalis Borromeus scripsit, acceperam idem ante menses aliquot ex litteris Illustrissimi Cardinalis Tridentini [1], qui decrevisse Pontificem scripsit quatuor Germanos Theologos alere suo stipendio in Concilio [2], et dare singulis centum coronatos in sumpto [a] [?] itineris: nominaverat autem Staphylum et Vicelium [3], duos alios a me nominari cupiebat, simul de duobus iis, quod esset meum iudicium, quaerebat . Ego, quos praeterea duos nominarem, non habebam . De Vicellio [b] [?] cognoveram, quod esset is quidem acer admodum in Lutherana doctrina confutanda, sed haberet nihilominus opiniones quasdam suas proprias, in quibus ab Ecclesiae Catholicae consensu dissideret. Lindanus [4] Catholicus est citra dubitationem ullam, verum tam obscurus in iis quae scribit, ut obscuritate hac me a legendis libris suis deterruerit [c]. Ad Staphylum scripsi, cuius litteras Illustrissimis Dominationibus Vestris mitto, ut sententiam ipsius ex illis cognoscant [5]. Videtur iam is operam suam Caesareae Maiestati addixisse: quod idem dicitur de Canisio quoque [6], cuius huc adventum in horas expecto, qui vir est et pius et doctus . Magna est in

---

[a] *Sic Thein.; sed legendum videtur* sumptus *vel* sumptum.
[b] *Sic Th.;* Vicelio? [c] deteruerit *Th.*

---

[1] Christophori Madrutii.

[2] Nova a *Prospero ab Arco,* caesareo apud Pium IV. oratore, Roma ineunte Februario 1561 ad Ferdinandum I. caesarem missa: „Intendo che S. Santita scrivera al nontio Vormiense che procurri che li migliori theologi d'Allemagna si transferiscano in Trento, dove sarano intertenuti del danario proprio di S. Santita" (*Sickel,* Trient p. 167). [3] De Georgio Vicelio vide *Can.* Epp. I, 588[3], et supra p. 211.

[4] De libris a Guilielmo Lindano (cf. *Can.* Epp. II, 71[3]) scriptis vide *M. A. H. Willemsen,* De werken van Wilhelmus Lindanus, in „Limburg's Jaarboek II (Roermond 1895), 203—536.

[5] Quibus de causis nec Lindanus nec Staphylus pontificis theologum Tridenti agere voluerit, exponitur apud *Steinherz* l. c. p. 269—273.

[6] De Canisio id haud recte dicebatur; vide supra p. 107. 118. 215.

Germania virorum solide doctorum penuria, etsi Theologorum nusquam sit maior copia: omnes enim hic Theologi sunt, sed tanto plerique magis rudes in Theologia, quanto sibi doctiores videntur: neque vero soli Catholici, verum etiam haeretici magna doctorum virorum penuria laborant.

347.

Mense Decembri a. 1561.

Ex *Steinherz* l. c. p. 340; qui haec (ut ibidem asserit) ex actis consilii sanctioris („geheimer Rath") Ferdinandi I. caesaris, quae Vindobonae in archivo aulae caesareae asservantur, hausit.

Ferdinandi I. caesaris consilium sanctius Canisium Brusio, caesareo in concilio tridentino oratori, theologum adiungere cogitat.

Antonius Brus a Muglitz, archiepiscopus pragensis et episcopus vindobonensis, num caesaris oratorem in concilio tridentino agere paratus esset, interrogatus, litteris quidem 25. Novembris 1561 ad Seldium vicecancellarium datis se paratum esse affirmaverat; at cum his litteris tum alteris paulo post datis petierat, ut quaedam sibi concederentur, quae ad id munus obeundum sibi utilia fore censeret (Sickel, Trient p. 229; Steinherz l. c. p. 339—340). Quibus rebus intellectis in Ferdinandi I. caesaris consilio sanctiore 6. Decembris 1561 sic constitutum est: Super petitionibus episcopi Viennensis ei respondeatur, non fore consultum ut aliquis canonista ex Italia vocetur, sed cum efficere debeant cum Hungaris unum corpus[1], utantur Quinqueecclesiensi qui etiam semper scribat relationes et consilia ad cesarem. theologus nullus est in promptu, videtur tamen agendum cum Canisio, in reliquis remittetur episcopus ad cameram.

348.

15. et 28. Decembris 1561.

Ex *Sickel*, Trient p. 245—246. 249 Is (ut ibidem scribit) litteris Giengeri archetypis et commentario litterarum Ferdinandi I. usus est; quae monumenta Vindobonae in archivo aulae caesareae inter acta sive monumenta concilii tridentini asservantur.

Ferdinandus I. caesar eiusque consiliarii oratoribus ad concilium profecturis theologos adiungere cupiunt; at idoneos praesto non esse iudicant, Canisium et Lanoium „duriusculos" esse censentes.

Doctor Georgius Gienger, e Ferdinandi I. caesaris consilio sanctiore, eidem caesari Vindobona 15. Decembris 1561 scripsit: S. Maiestatis V. literas de 10 praesentis una cum instructionis formula pro oratoribus S. Maiestatis V. ad concilium Tridentinum expediendis ea qua par

---

[1] Nicolaum liberum baronem de Pollweiler una cum Brusio Ferdinandi I. ut caesaris, Georgium Drascovitium, episcopum quinqueecclesiensem, eiusdem ut Hungariae regis vices in concilio gerere volebant; vide supra p. 332[2].

est reverentia nudiustertius sub noctem humiliter accepi, quibus S. Maiestas V. clementer mihi demandare dignata est ut eidem primo super praefatae instructionis formula . . . opinionem meam quantocius perscribam. . . . Unum saltem atque alterum est de quibus circa instructionem S. Maiestatem V. humiliter admonendam duxi, nempe . . . an non S. Maiestas V. oratoribus suis unum vel plures, non tamen nimis pertinaces nec superciliosos, ut plerumque esse solent, theologos adiungere velit, quorum opera et consilio[a] in rebus ecclesiasticis tamquam amanuensibus pro tempore uti possent, quando horum in instructione nulla fit mentio.

Ad haec Ferdinandus Praga 28. Decembris 1561 Giengero rescripsit: Quia humiliter mones an non velimus oratoribus nostris unum vel plures theologos adiungere, quorum opera et consilio in rebus ecclesiasticis pro tempore uti possent, nolumus equidem te latere quod hoc quod scribis de theologis apud nos iam dudum in consultationibus ventilatum fuerit et a nobis ac consiliariis nostris hoc tempore nobiscum existentibus semper iudicatum pro re valde commoda et necessaria . . . sed piam hanc voluntatem nostram impedit summa talium hominum penuria, neque enim ignoras nobis non esse copiam theologorum qui sint vel magni nominis apud exteras nationes vel alioquin ad tam ardua negocia idonei . inter Jesuitas est quidem Canisius, est etiam Nicolaus Lanoius, sed videntur ambo esse plus quam satis sit duriusculi in quibusdam concedendis[1] et fortassis ad urgendam reformationem R.[2] curiae futuri remissiores quam necessitas requirat . hic vero Lanoius, quem Canisio in scientia theologiae praeferunt, non est ita absolute in potestate nostra ut ad omnem libitum nostrum opera eius uti queamus[3]. *Addit Ferdinandus, ne Staphylum quidem vel Vicelium mitti posse, ac tandem statuit, ut „Ioannes Colosmonostrensis“ (de Kolosváry) O. Pr., episcopus „chanadiensis“ (Csanád in Hungaria),* partes theologi inter ipsos oratores et deputatos nostros sustineat, donec alium doctiorem aut magis idoneum nanciscamur.

Ferdinandus fortasse, quam diligenter Canisius m. Martio a. 1562 ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu communionem sub una specie defendisset et calicis „usurpationem“ reprobasset, certior factus erat; vide supra p. 642. Atque de concilio idem cum Canisio coram egisse videtur Vindobonae sub initium m. Iulii 1561; vide supra p. 170.

---

[a] *Ita legendum esse omnino videtur;* concilio *Sick.*

---

[1] In sacro calice laicis, matrimonio sacerdotibus concedendis etc.

[2] I. e. Romanae. *Ferdinandus* in „instructione“ oratoribus suis tridentinis Praga Kalendis Ianuariis 1562 data monuit: „Rigorosa et canonica reformatione morum in utroque hominum statu et praecipue ecclesiastico . . . Italiam et ipsam quoque Romanam curiam perinde ac Germaniam et reliquas nationes christianae reipublicae vehementer opus habere“ (*Sickel* l. c. p. 258—259).

[3] P. Nicolaus Lanoius collegii ingolstadiensis, ab Alberto V. Bavariae duce instituti, rector erat.

Quod autem ipse his litteris asserit Lanoium „Canisio in scientia theologiae praeferri", nescio num hic ab alio ita praelatus sit, atque a P. Ioanne de Victoria, rectore vindobonensi. Qui vir, Ferdinando valde gratus, eo tempore Lanoio quidem amicior, in Canisium vero animo valde averso erat; cf. infra, monum. 382.

Licet autem facile fieri potuerit, ut caesar anno proximo de Canisio aequius iudicare inciperet, *Boero* certe rei actae modum excedit, cum de Canisio a. 1562 Tridenti versato scribit: „L'oratore Cesareo gli era di continuo attorno, avendo avuto stretta commessione da Ferdinando di comunicare col Canisio i suoi affari e trattati, e non dipartirsi un dito dai suggerimenti e dalla direzione del prudentissimo uomo" (Can. p. 249).

349.

STANISLAUS CARDINALIS HOSIUS,

unus ex concilii tridentini praesidibus, episcopus varmiensis,

omnium concilii praesidum nomine

OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG,

cardinali et episcopo augustano, Romae degenti.

Tridento 17. Decembris 1561.

Ex *Boero,* Can. p. 240—241. Qui scribit, se has litteras (quas unde hauserit, non significat) italice vertere; quare dubitari non potest, quin latine ab Hosio scriptae sint.

Epistulam gallice versam posuit *Michel* l. c. p. 254—255. Eadem usus est *Sacchinus,* Can. p. 188—189, et Hist. S. J. II, l. 6, n. 75.

Concilii praesides omnes Canisium Tridentum venire cupiunt. Eius messis augustana. Usque ad Pascha Augustanis eius opera concedenda est. Fortasse constituetur procurator cardinalis Augustani. Huius arbitrio negotium omne permittitur.

Non ho potuto fare a meno, di significare a V. R. illustrissima, che già più volte si è trattato tra gl' illustrissimi Legati [1] di chiamare qui il P. Canisio . E quantunque da principio varii fossero i pareri, giudicando alcuni che non si dovesse rimuovere da quella città, ove egli raccoglie gran frutto di anime [2], e volendo altri, che assolutamente sia chiamato per la sua dottrina e per la grande esperienza che ha degli affari della Germania, con tutto ciò, bilanciate le ragioni pro e contra, finalmente convennero tutti, che si chiamasse. Imperciocchè parve a molti dover l' opera sua riuscire più utile al Concilio, che non quella del Lindano e di non so quale altro [3]. Io poi confesserò a V. S. illustrissima che fui uno di quelli che giudicarono doversi chiamare. Aggiunsi però, che per mio avviso ciò

---

[1] Tridenti tunc praeter Hosium hi morabantur cardinales praesidum sive „legatorum" concilii officio fungentes: Hercules Gonzaga sive Mantuanus, Hieronymus Seripandus, Ludovicus Simonetta. Marcus autem Sitticus, cardinalis ab Altaemps, 10. Novembris 1561 eodem munere ornatus, Tridentum nondum advenerat (*Le Plat* l. c. VII², 164. 168). [2] Cf. supra p. 44. 74. 229.

[3] Friderici Staphyli? Georgii Vicelii „senioris"? Vide supra p. 722.

non si facesse prima delle prossime feste di Pasqua [1], non essendo conveniente, che si allontanasse da Augusta nella quaresima: ma passate le feste, potrebbe venire qui senza grave incomodo. Perocchè in quel tempo dell' anno egli suole andare ad Inspruch e in altri luoghi, e stare alcuni mesi fuori di Augusta visitando i Collegi della sua Compagnia. Per tanto tutto quel tempo che spende nella visita dei Collegi, potrà restare qui senza grande pericolo della città di Augusta . Ho detto ancora di avere udito, che V. S. illustrissima aveva desiderio, ch' egli fosse qui in sua vece [2]. Le quali cose tutte avendo io esposto ai Legati, non vollero essi statuire nulla, se prima non ne fosse fatta consapevole V. S. illustrissima. La prego per tanto a compiacersi di farmi nota la sua volontà, e si persuada, che senza il suo consentimento non si prenderà alcuna risoluzione sul P. Canisio . Desidero che Dio la conservi per molto tempo; e me le raccomando di cuore. Da Trento 17. Decembre 1561.

Cardinalis Otto rescripsit Roma 3. Ianuarii 1562.

350.

21. Decembris 1561.

Ex contionis commentario a *Canisio* dictato posteaque recognito. Cod. „Can. X. T." f. 9ᵇ. 10ᵃ.

Canisius ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu exponit: Quid concilium generale sit quantique faciendum. Principibus aliisve laicis suffragii lationem in eo non esse. Cuius rei gratia laici ad concilium admittantur.

Canisius in contione Augustae in templo cathedrali 21. Decembris 1561 habita: Quid est, *inquit,* et intelligitur per Concilium? Congregatio praecipuorum capitum Ecclesiae et Rectorum, cum illj in Christj nomine et ex graui causa ordinarie coeunt . Capita dico prelatos et spirituales pastores, qui semper locum habuerant in Concilijs post Papam . . . Nunquam autem legimus de principibus et regibus quod uocem habuerint consultiuam, et definitiuam in Concilio et extra, sed bene legimus de Osia rege punito lepra, quod uellet incensum offerre, et munus sibi usurpare Sacerdotum. 2 Paralip. 26 [3]. . . . Laici presertim principes et Docti Concilio intersunt et admittuntur ad disputationes, 2º ad testimonium 3º ad protectionem et directionem 4º ad executionem decretorum, non tamen ad determinationem et definitionem. . . . Nullibi magis quam in Concilio adest Spiritus sanctus cum omnj genere gratiarum.

---

[1] 29. Martii.

[2] Cf. supra p. 215. 255. 344.

[3] De Ozia haec narrantur 2 Par. 26, 16—23.

351.

OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG,

cardinalis et episcopus augustanus,

STANISLAO HOSIO,

uni ex cardinalibus concilii tridentini legatis etc.

Roma 3. Ianuarii 1562.

Ex *Sacchino*, Can. p. 189—190. Qui litteras quidem unde exscripserit, non significat; eas tamen „ad verbum" a se referri scribit.

Eandem epistulam in *Pogiani* Epistolis III, 1—2 *Hier. Lagomarsinius* S. J. posuit ex apographo saeculi XVI., quod in codice epistularum Iulii Pogiani, Alberti Staniewskii manu scripto et ab Ant. Maria Gratiano, qui eas edere volebat, emendato (cf. *Pogiani* Epistolas II, LXV—LXVII) invenerat.

Eandem epistulam posuerunt: (gallice) *Io. Dorigny* S. J., La Vie du Reverend Pere Pierre Canisius (A Paris 1707) p. 202—204; (in compendium latinum redactam) *Petr. Python* S. J., Vita R. P. Petri Canisii S. J. (Monachii 1710) p. 189 ad 190; (italice) *Boero,* Can. p. 242; (gallice) *Michel* l. c. p. 255.

Canisium cum et caesar suum in concilio oratorem et ipse cardinalis procuratorem constituere cogitassent, Augustanorum necessitas et capituli studia Augustae retinuerunt. Qui tamen post Quadragesimam ad breve tempus legatis concilii concedi poterit.

Deliberatio vestra de accersendo Patre[a] [?] Canisio non paruam dubitationem habet: pieque, ac sapienter veriti estis, ne, si Tridentum is euocetur, magnam in eius discessu iacturam faciat non solum Augustana Ciuitas, sed et illae Iesuitarum sodalitates, quae sunt in Germania, quibus is operam dat pro Magistro Societatis[1]: et multi praeterea mortales, quos partim praesentia sua tuetur, partim reducit in viam. Quae etiam fuit[b] causa Collegio Augustanorum Canonicorum, cupiente[c] [?] Caesare[d] [?] ipsum Canisium Legatum de Concilio Tridentum mittere, repugnandi, vehementerque obsistendi, ne inde moueretur[2]. Eadem me ratio de sententia deduxit, cum hominem isto venire mea causa peruellem[3]: quod postea munus Montalcinensium Episcopo[4] viro optimo delegaui. Sed quoniam tanti interest illum in istis actionibus interesse, recte eius euocatio differetur in id tempus, quod scribit Amplitudo tua[e]. Non enim potest is Augusta sine maximo multorum, vt leuissime dicam, incommodo abesse Quadragesimae

---

[a] *Lag. hoc v. non posuit.* [b] fuit etiam *L.*
[c] cupienti *L. (ita fortasse emendatum a Grat.)* [d] caesari *L. (Grat.?)*
[e] quod scribis *L. (ex Gr., ut videtur).*

---

[1] Domus provinciae S. J. Germaniae Superioris, quibus Canisius praepositus erat.
[2] Cf. supra p. 74. 97. 107. 134. 588—590. 601.
[3] Cardinalis igitur Otto Canisium suum in concilio „procuratorem" constituere cogitaverat. Cf. supra p. 215.
[4] Francisco Mariae Piccolomineo (Piccolomini, † 1599). Mons Alcinius sive Ilcinius (Montalcino) urbs est Etruriae.

tempore: qui ne diutius quidem mihi videtur istic postea retinendus, sed quam breuissime poterit, remittendus in illam Domini messem, vbi eius est opera necessaria. Sed quid optimum factu sit pro vestra sapientia vos statuetis, quorum prudentissimo iudicio non solum aequissimo, sed etiam libentissimo animo assentiar: idque et vtile, et salutare semper iudicabo, quod ipsi tum hac in re, tum in aliis praeterea decernetis. Amplitudinem tuam cupio valentem, et incolumem esse, quam Deus seruet[a]. Roma Tertio Nonas Ianuarij, 1562.

Epistulam hanc cardinalis Ottonis mandatu scripsit Iulius ille Pogianus sunensis († 1568), litterarum humanitatisque peritissimus, qui tunc quidem Ottoni a latinis litteris scribendis erat, postea autem ad Sanctum Carolum Borromaeum transiit ac Sancti Pii V. iussu cum alia, tum maxime, una cum quattuor theologis, Catechismum Romanum conscripsit (*Ant. Maria Gratianus*, Epistula ad Io. Franc. card. Commendonum, in *Pogiani* Epistolis II, v—LIV).

352.

A m. Octobri 1561 ad Ianuarium 1562.

Ferdinandus I. Seldii vicecancellarii aliorumque suasu oratores suos in concilio id agere iubet, ut ab aliquot concilii patribus summa quaedam doctrinae christianae conscribatur, ad plebem et ad iuventutem instituendam (vel loco „Summae canisianae" vel praeter eam) adhibenda.

Georgius Sigismundus Seld, aulae caesareae vicecancellarius, 20. Octobris 1561, cum caesaris iussu, quae oratoribus a caesare ad concilium mittendis potissimum mandanda esse sibi viderentur, notaret, haec inter alia proposuit: Curandum ipsis esse, „das . . was die christlich unwandlbar religion belangt, ain solch gewisz und stattlich corpus christiane doctrine aintweders summarie oder plenarie oder auf baid weg, wie es für gut angehn[b] [?] werden möcht, verfast und publiciert würd, damit alle doctores, pfarrer und predicanten auf das wenigst an den catholischen orten sich desselben in irem leern und predigen behelfen, darauf fussen und sich gegen den widerwertigen leern aufhalten" (*Th. Sickel*, Das Reformations-Libell des Kaisers Ferdinand I., in „Archiv für österreichische Geschichte" XLV [Wien 1871], 35). Haec cum *Georgio Gienger*, consiliario caesareo, cui Ferdinandus I. 10. Decembris 1561 Seldii commentarium recognoscendum miserat, vel probata vel saltem non improbata essent (*Sickel*, Trient p. 244—249), in institutione sive „Instructione" Antonio Brus et Sigismundo a Thun, caesareis apud concilium oratoribus, Pragae 1. Ianuarii 1562 a *Ferdinando* data sic repetita atque amplificata sunt: „Quod . . attinet ad . . christianae et catholicae religionis nostrae articulos qui stabiles et perpetuo firmi esse debent nec in ullam partem flecti aut moderari sine salutis periculo possunt, oratores nostri apud patres agent ut in ipso concilio corpus quoddam doctrinae christianae vel summarie vel plenarie vel utroque modo prout patribus consultissimis[c] [?] videbitur componatur et publice in lucem edatur, ad quod nimirum doctores parochi concionatores ac magistri et rectores scholarum in locis ubi adhuc religio nostra catholica viget existentes sese accomodare eique in instituenda plebe et iuventute tam pro suggestu et in contionibus quam in scholis contra adversarios catholicae religionis et reprobata dogmata insistere et inniti queant (*Sickel*, Trient p. 258).

---

[a] praeterea decernetis. Vale. *L. Atque ita Gr. vv. mutasse videtur.*
[b] *Sic Sickel; sed legendum esse videtur:* angesehn *vel* angsehn.
[c] *Sic S.;* consultissimum?

Ceterum Ferdinandus I. iam a. 1551 ab universitate vindobonensi et a Societate petierat, ut et catechismus et theologiae compendium vel compendia in usum theologiae studiosorum et parochorum componerentur. Quos libros cum Socii scribendos suscepissent, catechismum tantum, compluribus impedimentis, ne plus praestarent, interpositis, perfecerant; vide *Can.* Epp. I, 402. 411. 412. 472. 485[3]. 502. Atque cum Canisii „Summa doctrinae christianae" a. 1555 primum Ferdinandi auctoritate Vindobonae in lucem prodisset, idem *Ferdinandus* Vindobonae 10. Decembris 1560 alterum signaverat diploma, quo edicebat: Se librum illum „magno vbique doctorum et procerum quoque Catholicorum applausu exceptum" iamque a Canisio „denuo recognitum" non solum rursus excudi, sed etiam „pro rudiorum captu in quoddam compendium redigi" iussisse atque Canisii catechismum „solum, nullumque alium" in provinciarum suarum scholis „publice aut priuatim" adhiberi velle (*Can.* Epp. I. 751—754). Atque ipso 1. Martii 1562 *Canisius* Hosio scripsit: „Caesar iubet nunc meum [Catechismum] recudj cum nouo diplomate" (supra p. 384). Attamen hoc fieri poterat, ut Ferdinandus sub initium a. 1562, sicut ipsum Canisium, consiliariis quibusdam ad connivendum protestantibus husitisque propensioribus aures praebens, „plus quam satis sit duriusculum in quibusdam concedendis" existimabat (*Sickel,* Trient p. 249), ita etiam eius catechismum „in articulis iuris positivi, in quibus aliquid concedi posset" (verba sunt „Instructionis" modo memoratae), ut in calice laicorum et matrimonio sacerdotum, tenaciorem esse iudicaret. Quamquam mihi veri similius esse videtur, caesarem non tam novum pro iuventute catechismum loco canisiani, quam catechismum pro parochis scribi voluisse; cf. infra p. 732. Ceterum ipse Canisius iam m. Ianuario a. 1561 Lainio significaverat, optare se, ut melior catechismus pro totius Europae iuventute conscriberetur; vide supra p. 21.

353.

23. Ianuarii et 21. Februarii 1562.

Ex litterarum capituli augustani et cardinalis Ottonis apographis, saeculo XVI. Augustae scriptis. Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 79—83. 84—86.

Canisium, Tridentum evocatum, capitulum augustanum Augustae retinere vult, Otto cardinalis ad breve tempus concilio concedit.

Cathedrale capitulum augustanum Augusta 23. Ianuarii 1562 Romam ad Ottonem cardinalem Augustanum germanicas dedit litteras, in quibus, praeter alia, haec dicuntur: Cardinalem quidem Hosium Canisio scripsisse, ut Tridentum ad concilium veniret; at summam ecclesiae augustanae necessitatem utilitatemque exigere, ut Augusta minime avocetur; id igitur cardinali vel apud pontificem vel apud Societatis praepositum efficiendum esse.

Ad quae *Otto* Roma 21. Februarii 1562 capitulo (germanice) rescripsit: Canisius, cum post Pentecosten collegium oenipontanum inviserit, inde ad 14 paulove plures dies Tridentum ibit. Quem si patres concilii diutius secum retinere conabuntur, cardinalis iis obsistet.

354.

Sub finem m. Ianuarii a. 1562.

Ex epistulae romanae apographo eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 37[b].

Cum Canisii, quem Hosius Tridentum venire cupit, labores augustani curiae romanae valde probentur, ipse et ab eadem et a Sociis Augustae manere iubetur.

Socius aliquis romanus Roma 27. Ianuarii 1562 iussu Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis Societatis, in Galliam ad Iacobum Lainium,

eiusdem praepositum generalem, haec, praeter alia, scripsit: Per gli alegati capitoli jntendera V. Paternita il fruitto che il Padre canisio[a] fa jn augiusta dil quale questa corte[1] sta molto edificata: e per questo rispeto aquesti Padri[2] glie paruto che non si muoua di la neperlo concilio per el quale lo dimandaua vuarmiense[3] neper altra parte: et del medesimo parere e il cardinale de augiusta[4] il quale per auentura gli hauera scritto per parte dil papa che non siparta.

E „brevibus capitibus" Roma cum hac epistula ad Lainium missis pars illa litterarum 3. Ianuarii 1562 a Canisio ad cardinalem Ottonem datarum fuisse videtur, quae posita est supra p. 352—353.

355.

Mense Aprili 1562.

Ex archetypo, quod est Vindobonae in archivo aulae caesareae („k. k. Haus-, Hof- und Staatsarchiv"), „Tridentina" 1562 Apr.

Integram epistulam ex eodem archetypo primus evulgavit *Sickel*, Trient p. 294—296.

Dubitant, qui „catechismi maior et minor" (Canisii?) a Paulo IV. proscripti sint. Concilio, caesaris etiam nomine, proponere volunt, ut novus a patribus catechismus, reliquis explosis, conscribatur. Cui catechismi canisiani maxima pars inseri poterit.

Die 28. Aprilis 1562, cum ad Ferdinandum I. caesarem ipsius in concilio oratores (Antonius Brus, archiepiscopus pragensis, et Georgius Drascovitius, episcopus quinqueecclesiensis, ac Sigismundus a Thun) communes dedissent litteras (de iis Sickel l. c. p. 296), his Antonius Brus, qui e patribus ad „Indicem" Pauli IV. reformandum delectis (v. supra p. 449[3]) erat vel potius, ut videtur, ipsis praeerat, alteras addidit, in quibus haec, praeter alia, ad Ferdinandum rettulit: Licet in communibus nostris literis S. Caes: Maiestati Vestrae ea perscripserimus, quae his diebus hic in concilio acta sunt, tamen cum apud me in aedibus meis saepe congregationes fiant eorum Patrum, qui mecum ad indicem Romanum reuidendum et moderandum deputati sunt, et in hesterna priuata illa congregatione nostra, talia mihi occurrerint, quae Maiestati Vestrae omnino significanda humiliter operepraetium esse duxi. Eo in nostra inquisitione uentum est, ut in tanta uarietate et multitudine librorum, quos Catechismos uocant, haereamus ualde ancipites, cum Romanus index et obscure et confuse fere omnes explodere uideatur, nec certo constet quos reijciat. Nam in uno loco maior et minor catechismj notantur, quos autem uelit non satis assequimur, placuit itaque nobis, patribus proponere in

[a] canittio *ap.*

[1] Curia romana.
[2] Salmeronem vicarium eiusque consultores („Padri della consulta") significari ex iisdem litteris intellegitur. [3] Cardinalis Hosius. [4] Otto Truchsess.

Concilio, ut hic a quibusdam doctis Patribus certa et authentica Christianae doctrinae summa seu catechismus conscribatur, qui ex sacro concilio prodeat, et ab omnibus passim tradatur, explosis reliquis, eius tantum ratione habita, quem Maiestas Vestra Viennae publicari iussit, cuius maxima pars dictae summae poterit inserj. Hoc cum hisce diebus a deputatis concilio proponi debet, uideo nobis occasionem datam esse, ut nos Oratores ex nostra agendi forma[1] nomine S. Maiestatis V. idem petamus, scilicet ut corpus doctrinae Christianae, ad quod se catholicj tam in cathedris quam scholis accomodent, componatur, et sacra synodus intelligat sanctam religionem Vestrae Maiestati uere cordj esse.

Ex eo, quod Brus de „maiore et minore catechismis" scribit, suspicari licet, ipsum collegasque dubitasse, an Canisii „Summa" et „Catechismus parvus" in Pauli IV. Indice proscripti essent. Hi enim nonnumquam illis nominibus significabantur, ut in Ferdinandi diplomate illo 10. Decembris 1560 dato (vide supra p. 729). Ac Paulum IV. haud ita amico in Ferdinandum I. animo fuisse constat. Neque omni prorsus fundamento carere dixeris, quae *Sarpius* in Historiae concilii tridentini libro V. de Canisii Summa a. 1554 (1555) edita scribit: Quod liber Ferdinandi, non pontificis vel episcoporum illius provinciae nomine editus esset, id Romae „piaculo affine putatum esse" (l. c. p. 350). Attamen Paulus IV. in hac re, sicut in multis aliis, inquisitores venetos secutus esse videtur, qui in Indice Venetiis a. 1554 edito complures catechismos ex Conradi Gesneri „Partitionibus theologicis" Tiguri a. 1549 excusis exscripserunt ita, ut librorum tantum titulos, auctorum nominibus resectis, ponerent, atque inter hos Leonis Iudae zwingliani, unius ex Helvetiae „reformatoribus", „Catechismum majorem et minorem" (*Reusch*, Index I, 240. 268).

356.

10. Maii 1562.

Ex epistulae commentario, quod exstat Vindobonae in archivo aulae caesareae, „Tridentina" 1562 Mai.

Ferdinandus I. oratorem suum in novi catechismi (cui maxima catechismi canisiani pars inseratur) a concilio tridentino petendi consilio confirmat.

Ferdinandus I. ad epistulam Tridento 28. Aprilis 1562 ab Antonio Brus ad se missam respondit litteris Praga 10. Maii 1562 datis; in quibus haec sunt: Lubenter cognouimus ex ea inquisitione prohibitorum librorum, quae tibi et alijs quibusdam Praelatis demandata fuit propaediem oblatum iri occasionem in Concilio nomine nostro petendj, ut isthic corpus doctrinae Christianae componatur, ad quod se Catholici tam in cathedris quam in scholis accomodent, nec dubitamus te dictosque Collegas tuos tam necessarium tamque utile opus pro commodo totius Christianitatis iuxta tenorem mandatorum nostrorum summo studio promoturos esse.

Ferdinandus, licet in his litteris catechismi canisiani nullam faciat mentionem, ipso tamen silentio, quae de eo in novum illud „corpus doctrinae christianae" inserendo a Brusio scripta erant, sibi haud improbari significat.

---

[1] Cf. supra p. 728.

357.

22. Maii 1562.

Ex *Io. Georg. Schelhornii* libro „Amoenitates historiae ecclesiasticae et literariae" I (Francofurti et Lipsiae 1737), 548—565.

Ex Schelhornio haec transcripsit *Le Plat* l. c. V, 252—255.

Ferdinandus I. in „Libello reformationis" Tridentum misso concilio commendat, ut catholicae doctrinae summam edat, a parochis omnibus usurpandam, et ut in puerorum scholis vel Canisii catechismum vel similem semper adhiberi iubeat. Canisii catechismus a concilio neque perspicue approbatur, neque aboletur. „Catechismus Romanus" pro parochis.

In famoso illo „Libello reformationis" sive „Consultatione Imperatoris Ferdinandi I. jussu instituta" ab Urbano Austriaco, Georgio Sigismundo Seldio, Georgio Giengero, Francisco a Corduba, quae, a Friderico Staphylo (Marco Singkhmosero iuvante) adornata, 22. Maii 1562 Tridentum ad oratores caesareos missa ab iisque 7. Iunii 1562 praesidibus concilii tradita est (Sickel, Archiv [v. supra p. 728] XLV, 96 et Trient p. 313. 331. Turba l. c. III, 210[3]*), „Deputati" illi, postquam multa ecclesiae commendaverunt remedia, ut calicem laicis, matrimonium clericis concedenda, sic pergunt:* Principio . . . valde necessarium videtur, ut concinna quaedam extet Catholicae doctrinae summa, praecipua complectens capita eorum articulorum, qui nunc potissime in controversia agitantur. Quod doctrinae compendium populari stylo contextum esse, et perspicuum oporteret, omissis subtilioribus Theologorum spinis, sed plane ejuscemodi, quod congrueret captui indoctorum Parochorum. *Operae quoque pretium esse videtur, ut concilii patres postillam ab aliquot doctis controversiarumque peritis theologis conscribi iubeant. Atque etiam nova quaedam Agenda componatur, necesse est.* Haec talia scripta authoritate Concilii, et Romani Imperatoris, caeterorumque Catholicorum Principum (quippe ut metu horum minus resisteretur) edi oporteret, et tradi in cunctis provinciis Catholicorum Principum, singulis Parochis, sive isti Catholici sint, sive Sectarii, sive Schismatici, et tradi quidem cum hac severitate, ne in expositionibus illi per latum (quod dici solet) unguem recederent in disceptatione controversiarum a praescripta summa Catholicae doctrinae, in concionibus a praescripta Postilla" *etc. Interea autem sive donec sufficiens praesto sit numerus parochorum idoneorum, praeter complura alia a „Deputatis" commendatur, ut in parochorum parum eruditorum usum „publica authoritate" auctorum catalogus edatur, qui vel totam theologiam vel eius aetatis controversias breviter complexi sunt, vel postillas scripserunt, ut Petrus Lombardus, Roffensis [Beatus Ioannes Fisher], Clichtoveus, Pighius, Eccius, Dominicus Soto.* Ac cura Ludimagistris adhibenda, ne quid docerent, vel in sacris vel prophanis autoribus, quod a Catholicae fidei regula discreparet. Extant multi diversorum autorum Catechismi, ut Reverendissimi Mers-

purgensis [1], ut Jesuitarum [2], ut Gropperi [3], et similium. Ex his unus aut alter quasi ordinariae institutionis in puerilibus scholis semper proponi deberet, nec alii citra consensum ordinariorum usquam admitti.

In brevi „Libelli reformationis" summa, quae a *Sarpio* (in Historiae concilii tridentini l. 6. [in edit. gorinch. saepius memorata p. 465—467]) et a *Raynaldo* (in Annalium eccl. T. XXI. P. 2. in a. 1562 n. 59) edita est, „Postillae" tantum et „Agendae" fit mentio; in copiosiore autem illa „Summa articulorum", quae in Ven. Bartholomaei a Martyribus, unius ex patribus tridentinis, libris primum edita, a *Le Plat* (l. c. V, 266—268) iterum excusa est, etiam „catholicae doctrinae summa", quae „perspicua pro captu etiam indoctorum parochorum" esse parochisque „praescribi" debeat, memoratur; catechismum vero novum loco canisiani illius vel similium auctoritate concilii iuventuti dandum esse, in nulla ex his summis significatur. Atque similiter, nisi fallor, interpretemur oportet verba illa „Fidei doctrinae catholicae fiat quaedam summa" illius „Syllabi praecipuorum postulatorum" Ferdinandi I. (*Schelhornius* l. c. I, 591; *Le Plat* l. c. V, 260—261), quem *L. v. Ranke* nescio an pro ipso „Libello reformationis" duxerit (Die römischen Päpste I [2. Aufl. Berlin 1838], 331—332), alii vero vel sub exeuntem a. 1562 vel anno 1563 scriptum esse existimant (*E. Reimann*, Ueber die Consultatio Imperatoris Ferdinandi I. etc., in „Forschungen zur Deutschen Geschichte" VIII [Göttingen 1868], 178. *H. Loewe*, Die Stellung des Kaisers Ferdinand I. zum Trienter Konzil vom Oktober 1561 bis zum Mai 1562 [Bonn 1887] p. 33—34) [4]. Neque etiam catechismi mentio fit in commentario, quo concilii legati, quaenam libelli illius capita concilio proponi posse non viderentur, caesari explicuerunt (*Le Plat* l. c. V, 384—388; *Raynaldus* l. c. in a. 1562 n. 62).

Concilium tridentinum neque Canisii catechismum, id quod ipse aliquando, modestissime tamen, se desiderare significaverat (supra p. 384. 394), approbavit, neque alium ei praeferendum vel in eius locum substituendum esse indicavit; sed cum „catechesim", quam parochi exponere deberent, a patribus quibusdam conscribi iussisset (Sessio XXIV. c. 7. de ref.), tandem rem summo pontifici commisit terminandam et evulgandam (S. XXV.). Atque ita, doctissimis quibusdam viris a Pio IV. opus perficere iussis, insignis ille „Catechismus ex decreto Concilii Tridentini ad parochos Pii V. iussu editus" Romae a. 1566 primum prodiit; ad quem ex latino sermone in germanicum transferendum etiam ipsum Canisium operam suam contulisse suo loco ostendetur. Neque „Catechismus Romanus" sive „Tridentinus", quippe qui parochis ad docendum, non pueris ad discendum destinatus esset, impedimento fuit,

---

[1] Michael Helding (1506—1561), episcopus tit. sidonius (et suffraganeus moguntinus), postea merseburgensis, praeter ampliorem illam „Institutionem ad pietatem christianam, in concilio provinciali [moguntino] promissam" (Moguntiae 1549. Parisiis 1550), conscripserat „Brevem institutionem ad christianam pietatem (Moguntiae 1549. 1550. 1552. 1561. Antverpiae 1555. 1558. 1565), quae etiam germanice (Moguntiae 1555. 1557) edita est (*N. Paulus* in „Der Katholik" 47. Jahrg. II [Mainz 1894], 427—429). [2] Canisii.

[3] Ioannes Gropper (1502—1559), canonicus coloniensis et praepositus bonnensis, praeter copiosum illud „Enchiridion Christianae institutionis" (Coloniae 1537) conscripsit „Institutionem compendiariam doctrinae christianae" (Coloniae 1538) et „Capita institutionis ad pietatem" (Coloniae 1546), quae „Capita" a. 1547 Coloniae etiam germanice evulgata sunt (*Can.* Epp. I, 204 [5]. 205 [1]. *Christ. Moufang*, Katholische Katechismen des sechzehnten Jahrhunderts in deutscher Sprache [Mainz 1881] p. 243).

[4] *Mich. Ign. Schmidt*, ubi hunc libellum germanice versum et nonnihil contractum proponit, ea, quae de „catechismis" dicuntur, prorsus omittit (Neuere Geschichte der Deutschen III [Frankenthal 1785], 169—188).

quominus Canisii catechismus deinceps quoque ac per plus quam duo saecula in plurimorum puerorum manibus esset et ab ipsis summis pontificibus, ut Pio IX.[1] et Leone XIII.[2], egregie commendaretur. Haec qui consideraverit, facile diiudicabit, quid recte, quid minus recte affirmaverit *Ioannes Christophorus Koecher,* theologiae protestantium professor in universitate ienensi, cum Canisium, ut catechismus suus Tridenti approbaretur et totius ecclesiae velut publicus catechismus esse iuberetur, optasse scriberet ac deinde sic pergeret: „Alleine der gedachten Synode gefiel es, einen andern gemeinnützigen Catechismum für ihre Kirchen aufsetzen zu lassen. Dem ungeachtet ist die Ehre eines allgemeinen catholischen Catechismi, welche man dem Catechismo des Canisii versaget, ihm dennoch von seinen Glaubensgenossen in der That selbst zur Gnüge erwiesen worden" (Catechetische Geschichte der Paebstischen Kirche [Jena 1753] p. 74—75). Ac *Gerardus de Zezschwitz,* theologiae protestantium professor in universitate erlangensi: „Die römische Kirche machte die energischsten Anstrengungen, Luthers Katechismus zu überbieten und unschädlich zu machen. Leistungen wie die von Wicel und Canisius gehören in der That zu den hervorragenden in formeller Hinsicht, und gelang es den Jesuiten nicht, dem Katechismus des Canisius die exklusive Privilegierung durch das Tridentiner Konzil zu erringen, so beherrscht derselbe doch als ‚catechismus catholicus' den ganzen römischen Volksunterricht, während der catechismus Romanus nur Lehrbuch für die Pfarrer, der Bellarmins aber speziell als Missionskatechismus von Bedeutung ist" („Katechetik" in „Real-Encyklopädie für protestantische Theologie und Kirche" VII [2. Aufl. Leipzig 1880], 592).

358.

23. Maii 1562.

Ex *Pogiani* Epistolis III, 67—68.

Cardinalis Augustanus Canisium Tridentum ire, quoniam Hosio id videtur, ad tempus tamen, iubebit.

Otto cardinalis Augustanus Roma 23. Maii 1562 Tridentum ad Hosium (per Iulium Pogianum; v. supra p. 728) scripsit: Agam . . . cum Canisio, ut ad id tempus, quod scribis, in viam se dare velit: quem tamen a tanta messe unum [omnium maxime utilem operarium abesse][a] non oporteret . sed, quando id tibi videtur, cujus mihi judicium est antiquissimum, vocemus hominem Tridentum; ita tamen, ut, navata istic, quam requiris, opera, redeat ad institutum.

Cf. supra p. 725—728. Nesciebat Otto, haec cum scribi iuberet, Canisium iam 14. Maii Tridentum advenisse; vide supra p. 442.

---

[a] *Ita fere hunc locum, in antiquis apographis certe depravatum, supplendum esse censet Lagomarsinius, Pog. Epp. III, 68g.*

---

[1] In „Brevi Beatificationis" Canisii 2. Augusti 1864 dato (apud *Boero,* Canisio p. 513, et *Riess* l. c. p. 558) et in litteris a *Franc. Mercurelli* pontificis nomine Roma 27. Martii 1867 ad *J. B. Reiser* datis (in eiusdem libello „B. Petrus Canisius als Katechet" [2. Aufl. Mainz 1882] p. 71).

[2] In „Epistola Encyclica" 1. Augusti 1897 „De memoria saeculari B. Petri Canisii" data (Romae 1897) p. 8—9.

359.

30. Maii 1562.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 48[a].

Socii colonienses pro Canisio Tridentum ire coacto orare iubentur.

Socius quidam romanus nomine *Sancti Francisci Borgiae*, vicarii Societatis Iesu, eiusque consultorum P. Leonardo Kessel S. J., collegii coloniensis rectori, Roma 30. Maii 1562 scripsit: „Penso che hauera gia inteso la Reuerentia V. che sua sautità ha mandato al Concilio il Padre N. Preposito et il padre maestro salmeron faceñdo ad ambe due molti fauori: ui è andato anche il padre D. Canisio chiamato molte uolte et quasi forzato dalli Jllustrissimi legati. La Reuerentia V. preghi et facci pregar il signore per lorò."

360.

30. Maii 1562.

Ex *Pogiani* Epistolis III, 70.
Partem germanice posuit *Riess* l. c. p. 304[3].

Canisius brevi Tridento Augustam redeat necesse est, ubi ex eius absentia et cleri aliorumque querelae et religionis damna oriuntur.

Otto cardinalis Augustanus Roma 30. Maii 1562 (per Iulium Pogianum) Tridentum ad Hosium scripsit: Canisii desiderium jam augustani sacerdotes ferre non possunt, multo minus absentiam pietas ac religio; cujus studia, ex quo tempore ille Augusta est profectus, nescio quomodo refrixerunt; ut verendum sit, ne, quod ille aedificium extruebat tanta cura ac diligentia, si diutius abfuerit, corruat, multis disturbantibus . ac meae profecto calent aures querelis multorum, ipsum Canisium prope necessario revocantium . quare velim, ut primo quoque tempore, confecta re, quamobrem isto fuerat accersitus, domum redeat . ut enim is tridentinas actiones valde juvet, tamen non tantum boni esse potest istic in ejus praesentia, quin plus Augustae fiat in ejusdem absentia mali.

Canisius exeunte m. Aprili (post 24.) Augusta discesserat. „Quis", inquit *Lagomarsinius* (l. c. III, 70[d]), „non miretur, maji mensis tricesimo hoc die, quo scripta est haec epistola, perlatas jam Augusta Romam fuisse ad Truchsesium litteras, quibus et de religionis periculis ex Canisii non multorum certe dierum absentia, et de augustanorum sacerdotum ob eamdem maerore ac querelis cognoverit? Nimirum, quemadmodum ex hac ipsa re possumus intelligere, et admirandam utilitatem religionis rebus, et incredibilem voluptatem illis hominibus Canisii praesentia afferebat."

361.

Sub m. Iunium 1562.

Ex epistula archetypa. Cod. goth. „E. H. 2" f. 36—37.
Epistulam primus edidit (ex archetypo) *Cyprianus* l. c. p. 234—235. Eandem (ex apographo) evulgavit *Lagomarsinius* l. c. III, 98—103.

Canisius suadet, ut a synodo „canonibus", quibus errores damnantur, expositio verae doctrinae praeponatur. Quod consilium probatur.

Otto cardinalis Augustanus Roma 14. Iulii 1562 Tridentum ad Stanislaum cardinalem Hosium, unum ex concilii praesidibus (per Iulium Pogianum) scripsit: Probatur mihi et Reuerendissimae D. T.[a], et Canisij ratio docendi prius, quam execrandi, neque id impedire debet aliquot dierum mora . Habet enim res aequitatem, et utilitatem, proderit ad reconciliandos animos multorum, non est praeferenda uirgae austeritas, sed spiritus[b] benignitatis, et mansuetudinis[1], cum erudiueritis ut Patres, institueritis ut Magistri, tum denique ad illud accedendum est, quod necessitatem magis, quam uoluntatem habere uideatur. In hac opinor esse sententia Sanctissimum D. N.[c][2]. Agam cum eius sanctitate[d], item cum Cardinale Borromeo.

Cum de quinque illis „articulis" ad communionem sub utraque specie et ad communionem parvulorum spectantibus theologi minores a die 10. ad 23. Iunii 1562 disputassent, ex iis, quae inter illos convenerant, compositi sunt et 24. (23.) Iunii in congregatione generali patribus propositi 4 „canones", quibus totidem haereticorum errores solita illa brevique forma damnabantur: „Si quis dixerit . . . anathema sit" [3] (*Massarelli* Acta apud *Theiner,* Acta II, 39. Acta *Paleotti* ibidem II, 562). De quibus *Hosius reliquique concilii praesides* Tridento 29. Iunii 1562 Romam ad S. Carolum Borromaeum, cardinalem et Pii IV. nepotem, scripserunt: „Domani cominciaremo ad ascoltare quel che si vorrà dire sopra i canoni proposti; . . . ci è stato ricordato, essere necessario, per conformarsi con gli altri concilii di Trento [4], d' accompagnare i canoni con qualche dottrina; non bastando l' anatematizatione solamente, se non vi è un poco di dottrina inanzi, la quale faccia i canoni più chiari" (*Lagomarsinius,* Pogiani Epistolae III, 98[d]). Canisius sane 15. Iunii 1562 in congregatione theologorum minorum de eucharistiae usu disserens optare se, ut a concilio „traderetur explicatio hujus sacramenti", significaverat (infra, monum. 367). Ac valde probabile est, eum idem Hosio etiam singulariter, vel Tridenti coram (m. Maio vel Iunio), vel litteris Oeniponte missis commendasse. Certe iam ante 3. Iulii Hosius et Simonetta legati cum aliquot aliis patribus eiusmodi „doctrinae" conscribendae curam susceperant (*Lagomarsinius* l. c.); quae cum concilio proposita ab eoque excussa et reformata esset (*Massarelli* et *Paleotti* Acta l. c. II, 45—55. 564—571), tandem 16. Iulii in sessione XXI. sollemniter probata et „canonibus" praeposita est.

---

[a] Probatur mihi et tua *Lag.; qui archetypum videre non potuit.*
[b] spiritu *L.* [c] sententia pontificem maximum *L.*
[d] cum eo *L.*

---

[1] 1 Cor. 4, 21.
[2] Concilii quoque patribus omnibus id placuisse affirmat *Pallavicinus* l. c. l. 17, c. 7, n. 11.
[3] *Ios. Mendham* ad verba illa: . . . „docendi prius, quam execrandi" adnotat: „The execrandi . . signifies the canons with their anathema. How coolly do Romanists talk of cursing those whom they esteemed heretics!" (Memoirs of the Council of Trent [London 1834] p. 227*). At sententias fidei contrarias a patribus tridentinis damnatas non esse, antequam diu, diligenter, nonnumquam etiam ferventius excussae essent, ipsa concilii acta ostendunt.
[4] Quia concilium tridentinum et a. 1547 et a. 1552 interpellatum intermissumque et postea rursus instauratum est, legati de eo tamquam de pluribus conciliis loquuntur.

362.

M. Maio et Iunio 1562.

Ex *Klem. Borový*, Antonín Brus z Mohelnice, Arcibiscup Pražský (V Praze 1873) p. 240—242. Borový hanc epistulam Pragae in archivo archiepiscopali exstare scribit.

Canisius et Salmeron efficiunt, ut P. Ioannes Curillonius S. J., orator cum Paumgartnero ad concilium ab Alberto V. Bavariae duce missus, eo munere abdicato, theologum tantum Tridenti agat.

Ad Antonium Brus, 10. Iunii 1562 Tridento, ut vindobonensi episcopatu se abdicaret et pragensis archiepiscopatus administrationem susciperet, profectum (Sickel, Trient p. 331), Nicolaus Cromer, iuris utriusque doctor, qui ei ab epistulis erat[1]*, tribus diebus postquam Augustinus Paumgartner, Alberti V. Bavariae ducis orator tridentinus, primum coram concilio sollemniter „comparuerat" (in congregatione generali 27. Iunii 1562 habita), Tridento 30. Iunii 1562, haec de P. Ioanne Cuvillonio S. J., una cum Paumgartnero Tridentum ab Alberto misso, scribit:* Cavilonius, qui pro collega adiunctus erat oratori Bauaro, noluit in conspectum patrum venire, ut oratorem decuit, neque amplius vult pro oratore haberi, sed pro theologo; non dubium est Salmeroni et Canisii suasu eum id facere.

Scribunt quidem plerique (ut *Riezler* l. c. IV, 512), ab Alberto V. legatum sive oratorem ad concilium missum esse Paumgartnerum, eique theologum additum esse Cuvillonium. At *Canisius* Augusta 11. Aprilis 1562 Hosio scripsit: „Cuvillonius . . . legatus mittitur [Tridentum] a Principe Bauariae" (vide supra p. 408). *Qui* in litteris Monachio 14. Aprilis 1562 datis, quibus Paumgartnerum et Cuvillonium concilio commendat (apud *Le Plat* l. c. V, 335), hos duos suam „personam repraesentare" et „plenissimam potestatem" a se accepisse scribit ac — quamquam haud omnino clare — Cuvillonium non theologum tantum, sed simul etiam oratorem suum Tridenti agere debere significat. Christophoro autem Wurttembergae duci *Albertus* Monachio 29. vel 30. Aprilis 1562 scripsit: Se Tridentum iam duos legatos, theologum et iuris peritum, misisse (*Goetz*, Beiträge p. 246). Atque ineunte Maio 1562 Tridentum advenisse Paumgartnerum et Cuvillonium „oratores illustrissimi D. ducis Bavariae ad hoc sacrum concilium" in Diario *Pholae* refertur (*Le Plat* l. c. VII², 180). Neque aliter tres caesaris legati sensisse videntur [2]. Sed ecce Paumgartner, cum in congregatione generali 27. Iunii 1562 habita Alberti litteras modo memoratas exhibuisset (*Massarelli* Acta apud *Theiner*, Acta II, 39. *Fieleri* Diarium apud *Le Plat* l. c. VII², 312. 321), in concilii sessione XXI. (V. sub Pio IV.) 16. Iulii 1562 habita novum „mandatum" proposuit, quod antea cum concilio non communicaverat, idque Monachio 14. Maii 1562 ab Alberto V. datum, in quo solus Paumgartner ducis „orator" ab eoque „plenissima potestate" ornatus dicitur, cui oratori Cuvillonius theologiae doctor adiunctus sit [3] (apud *Le Plat* l. c. VII², 322).

---

[1] Nicolaus Cromer, praeclari illius Martini Cromer frater, postea archiepiscopi pragensis vicarius generalis (1564), cathedralis ecclesiae olomucensis canonicus, infulatus abbas welegradensis (1569) fuit (*Eichhorn*, Kromer p. 15).

[2] De his *Sickel* (Trient p. 296): „Am 5. Mai [1562] berichten sie ferner, dass vor drei Tagen die bairischen Oratoren Dr. Augustin Paumgartner und der Theolog Cavillo Soc. J. eingetroffen sind."

[3] In huius mandati extrema parte sermo vel a librario vel ab editore nonnihil corruptus est. Spes iam facta est, brevi fore, ut in „Monumentis Tridentinis" ab

Cuius facti *Ioannes Baptista Fickler*, archiepiscopi salisburgensis secretarius, qui cum huius oratoribus Tridenti tunc versabatur, hanc in „Diario" suo tridentino (apud *Le Plat* l. c. VII², 322—323) profert causam: „Primum mandatum spectabat utrumque, Baumgartnerum scilicet et Covillonium: sed cum in mandatis haberent, ut non solum communionem utriusque speciei, sed et sacerdotia inter [a] [?] conjugatos conferri peterent, a nonnullis Covillonius ne id faceret commonitus est; quare ut hujus officii ipsum immunem faceret a suo principe impetravit, et Baumgartnero ut solus oratorio munere fungeretur concessit, eamque ob causam alterum hoc misit, ut perlegeretur [b] [?] in sessione mandatum, quod et factum est." Accedit quod Albertus et cum Venetis et cum Helvetiis de „praecedentia" acriter litigabat (cf. supra p. 450 [1]. 562 [3]). Ac Paumgartner in oratione 27. Iunii 1562 ad concilium ducis nomine habita non solum calicem laicorum et matrimonium sacerdotum petebat, sed etiam Bavariae „sacerdotes" monachosque vehementissime accusabat atque ipsos etiam praelatos aliqua ratione carpebat (*Le Plat* l. c. V, 335—345. *S. Sugenheim*, Baierns Kirchen- und Volks-Zustände im sechszehnten Jahrhundert [Giessen 1842] p. 55—56. *Riezler* l. c. IV, 512—513). Quae cum ita se haberent, mirum non est, nec Salmeroni nec Canisio visum esse convenire, ut Societatis homo oratoris bavari munus teneret, atque in Ficleri relatione ea vera certaque esse dixeris, quae de „commonitione" illa Cuvillonio facta affirmat. De mandato vero illo, quo dux et „communionem sub utraque" et matrimonium sacerdotum Tridenti peti iubebat, valde notanda sunt, quae *Socius aliquis romanus* (P. Franciscus Petrarcha?) Roma 8. Augusti 1562 ad collegii S. J. ferrariensis rectorem *scribens de Cuvillonio affirmat: „Non gli fu detto cosa alcuna che si hauese a fare simile dimande . . . quando lo Imbasciatore gli manifestò tal cosa egli non si uolse puonto impaciare . . . non è intriuenuto in ciò come si sa apertamente donde non è degno di taccia" (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „Epistolae Italiae 1562. 1563. 1564" f. 22ᵇ).

363.

6. Iunii 1562.

Ex *Paumgartneri* litteris autographis, quae exstant Monachii in archivo regni bavarici, cod. „Acta Conc. Trident. Tom. II" f. 180—181.

Canisius praesidum concilii responsum quoddam ad Bavariae ducis oratores defert.

Bavaris et Venetis Tridenti, utris priore loco in concilio ire fas esset, litigantibus (Albertus V. Bavariae dux quintum inter principes locum postulasse videtur) *Augustinus Paumgartner*, orator bavarus, Tridento 8. Iunii 1562 Monachium ad Simonem Thaddaeum Eckium cancellarium haec, praeter alia, scripsit: Die 5. Iunii se et P. Ioannem Cuvillonium S. J. [cf. supra p. 737] omnes cardinales concilii praesides, quos ipso illo die congregationem habituros esse audivissent, adisse ab iisque, ut tandem controversiam illam dirimerent, petisse; a cardinale autem Mantuano [qui inter legatos primum locum tenebat] sibi dictum esse, postridie legatos responsum ipsis esse missuros. „Darauf den 6 Junij, Petrus Canisius, de Societate Jesu, disen beshaidt, in vnser behausung, in namen der Cardineln gebracht, wier sollten die Zuekhunfft oratoris principum apud .S. P. Doctor Viechauser mainendt [1],

[a] *Sic Le Plat;* in? [b] *Sic L. Pl.;* praelegeretur?

„Instituto historico" romano Societatis Iosephi Görres nomine insignitae edendis Diarium Ficleri emendatius evulgaretur (Jahresbericht der *Görres-Gesellschaft* für 1898 [Köln 1899] p. 49).

[1] Sigismundus Viehauser, eiusdem anni 1562 die 23. Februarii Monachio, 7. Martii Tridento profectus, 22. Martii Romam advectus, 1. Iunii inde discessit et

erwarten, der wurde onh Zweifel, von Pebstlicher Heiligkhaidt, ain Resolution, den Patribus Concilij bringen." Neque tamen se (Paumgartnerum) eo acquievisse responso („nit daran ersettigen lassen"), quippe quod sibi datum esset a Canisio homine privato („von ainer priuat person, die also dauon zureden, nit membrum concilij").

364.

OTTO TRUCHSESS CARDINALIS AUGUSTANUS

STANISLAO CARDINALI HOSIO,

uni ex concilii tridentini praesidibus et episcopo varmiensi.

Roma 6. Iunii 1562.

Ex *Pogiani* Epistolis III, 75—77.
Partem posuit (italice) *Boero,* Can. p. 250.

Se litteris opprimi Augustanorum, Canisium sibi reposcentium. Maius Augustam ex eius absentia incommodum quam Tridentum ex praesentia commodum capere. Eum a Deo Augustam missum esse. Eius reditum etiam a Sociis romanis atque ab ipso etiam Canisio desiderari.

Clamant et conqueruntur assidue pii homines augustani, ut me vehementes eorum voces et lamentationes excrucient, laborare se fame ac siti divini verbi[1]; vereri, ne, hac occasione et absentis educatoris sui[2], et diuturnae inediae, se venenati cibi praebitores[3] insinuent: qua peste domini grex[4] correptus intereat . cur istic retinetur Canisius, proprius augustanae messis operarius? an, ut in ejus salutari semente pestiferum adversarius semen inspergat?[5] non est ea tua mens, non id consilium collegarum, a quibus Tridentum is est evocatus publicae salutis causa . verum, puto, jam isti muneri satisfecit; aut, si quid adhuc est, quod hominem Tridenti moretur, nihil tanti esse potest, quo magister a discipulis, parens a filiis, quos domino peperit et erudivit[6], diutius divelli posse videatur . majus omnino est augustanum incommodum, quam commodum tridentinum; ut religioni habendum esse statuam non remittere hominem in eum locum, quo missum eum a domino fuisse, fructus, quem is inde incredibilem tulit, ostendit . opprimor ego illinc literis augustanorum meorum, hinc querelis jesuitarum sodalium; qui omnes summam Augustae jacturam fieri affirmant in absentia Canisii . quare, quaeso, extrudatur istinc aliquando, vel summa potius sua voluntate dimittatur . non enim ignoro, quanto cum dolore illinc absit vir optimus, et in illorum hominum salutis cura et cogitatione defixus . erit igitur

---

23. Iunii per Tridentum rediit Monachium (*Knöpfler* l. c. p. 99). De cuius legatione vide supra p. 380.

[1] Michael Dornvogel, episcopus suffraganeus, qui Canisii loco in ecclesia cathedrali contionari debuerat, morbo correptus erat; vide supra p. 459. [2] Canisii.

[3] Contionatores protestantium. [4] Ier. 13, 17. Zach. 10, 3. 1 Petr. 5, 2 etc.

[5] Cf. Matth. 13, 24—28. [6] Cf. 1 Cor. 4, 15.

tuae singularis pietatis ac religionis, nisi jam profectus est, efficere, ut primo quoque tempore proficiscatur . maximam ea in re inibis a Deo gratiam, mihi gratissimum facies, socios jesuitas magno quodammodo beneficio tibi devinxeris, plurimorum Augustae hominum salutis causa fueris . non debeo pluribus tecum, praesertim in eo, quod et ad Dei gloriam, et ad multarum animarum fructum uberrimum pertinet . Cupio, te bene valentem esse; quem Deus nobis salvum et incolumem servet. Romae . VIII. id. junii . M. D. LXII.

Epistulam hanc Ottonis mandatu scripsit Iulius ille Pogianus; de quo vide supra p. 728.

365.

8. Iunii 1562.

Ex archetypo, quod est Monachii in archivo regni bavarici, cod. „Acta Conc. Trident. Tom. II" f. 56—59.

Canisius ut theologus pontificius de communione sub utraque specie et de communione parvulorum sententiam dicet.

Franciscus Maria Piccolomineus (Piccolomini; de quo vide supra p. 727), episcopus montalcinensis, Tridento 8. Iunii 1562 ad Albertum V. Bavariae ducem de patrum concilii „congregatione generali" 6. Iunii 1562 habita haec, praeter alia, scripsit: Illustrissimi Legati proposuerunt quinque articulos, qui quidem a Patribus probati fuerunt, decretumque est ut super his primum Theologi, deinde ipsi Patres dicant sententias suas; quibus dictis, conficiatur decretum super ijsdem in proxima sessione publicandum . Quorum articulorum exemplar mitto cum his litteris Ampl: Tuae [1]: . . . Pater Alfonsus Salmeronus, dominus Franciscus Torres, Frater Petrus de Soto, et pater Petrus Canisius erunt primi, tanquam theologi pontificij, qui dicent sententias suas, quo ad articulos propositos . Post eos loquentur theologi Regij, deinde Episcoporum, et postremi erunt Theologi Religionum.

Notandum est, postremis hisce Piccolominei verbis ordinem quidem loquendi exhiberi illum, qui tunc in theologorum „minorum" congregationibus tridentinis (cf. supra p. 443 [4]) fere observari consueverat; id quod ex Massarelli et Paleotti relationibus intellegitur (l. c. I, 9; II, 562); nisi quod idem Massarellus addit, temporis quoque, quo quisque ad doctoris vel magistri gradum promotus esset, habitam esse rationem. Ceterum de ipsis congregationibus 5 illorum articulorum excutiendorum gratia a 10. ad 23. Iunii habitis *Pallavicinus* scribit: „Dietro al Salmerone spiegarono lor senso gli altri teologi mandati dal papa, dall' imperadore, da' re, o in qualunque maniera assistenti al concilio; non serbandosi però nell' ordine una perfetta corrispondenza alla dignità" (l. 17, c. 6, n. 5). Id quod actis a Massarello concilii secretario conscriptis confirmatur; nam e. g. ante Franciscum Torres (Turrianum) et Petrum de Soto O. Pr. Ferdinandus de Bellosillo, a Philippo II. Hispaniae rege missus, atque Aloysius (Ludovicus) Sotomaior O. Pr. et Melchior Cornelius, a

---

[1] Piccolomineus articulos hosce, qui de communione sub utraque specie facienda et de communione parvulorum erant, in folio separato scriptos his litteris adiunxit. Articulos vide supra p. 463—464.

Sebastiano Lusitaniae rege missi. dixerunt (l. c. II, 37). Quare haud ita mirum esse potest, Canisium tandem 22. loco disputasse; post quem fere 40 alii disseruerunt.

Hoc in Piccolominei verbis maxime notatu dignum est: Canisium in theologorum concilii pontificiorum numero habitum esse. Id quod etiam in anonymo quodam concilii **Diario* expressum repperi; cuius auctor, cuius quisque nomine, iussu etc. Tridentum theologus venerit, diligenter accurateque referens, 15. Iunii post prandium primo loco dixisse scribit: „Maestro Pietro Canisio Germano cler. secolare [1] mandato da S. Santità della Compagnia di Gesù" (Bibliotheca vaticana. Cod. Ottob. 2352 f. 64[b]).

Quia autem Canisius a. 1562 (sicut a. 1547; vide *Can.* Epp. I, 245—252. 680—685) brevi tantum tempore concilio tridentino interfuit, eius nomen in plerisque, quod equidem sciam, theologorum tridentinorum catalogis omissum est, ut in eo, qui a *Michaële Iustiniano* Romae a. 1674 primum typis exscriptus, in appendice tomi IV. operis pallaviciniani (Istoria del Concilio di Trento) a. 1833 Romae denuo editi iterum excusus est, et in eo, qui in „Actis Conciliorum" ab *Harduino* editis (tom. X. [Parisiis 1714], 417—437) exstat.

366.

10. et 20. Iunii 1562.

Ex *Pogiani* Epistolis III, 79—82. 87.

Cardinalis Augustanus, ut Canisius e concilio Augustam redire tandem sinatur, apud Hosium vehementer urget.

Otto Truchsess, cardinalis Augustanus, Roma 10. Iunii 1562 (per Iulium Pogianum) Tridentum ad Hosium scripsit: Canisium jam Tridento profectum puto: sin minus, demiror; nec, qui ei sunt in mora, extra culpam jam esse possunt; cum propter ejus absentiam multum augustana religio accipiat detrimenti . mitto, quod Sotus noster [2], et Salmeronus, optimi ac doctissimi viri, praesentes istic, faciunt, ut Canisius non magnopere retinendus esse videatur. Laynius etsi venturus dicitur, tamen nolim ullo pacto, Canisium Tridenti esse usque ad illius adventum . omnino torqueor in singulas horas expectatione ejus discessus.

Atque idem Truchsess Roma 20. Iunii 1562 (per eundem) Hosio: Canisium, quia jam in itinere esse arbitror, prosequor ad suum munus redeuntem optimis ominibus.

Franciscus Maria Piccolomineus, episcopus montalcinensis (vide supra p. 727) et Ottonis in concilio procurator (*Massarelli* Acta apud *Theiner,* Acta I, 3. 12), Tridento 15. Iunii 1562 Alberto V. Bavariae duci scripsit: „Pater Petrus Canisius infra biduum proficiscetur Augustam uersus, ita enim mandatum est ei a Illustrissimo et Reuerendissimo Domino Cardinali Augustano domino meo" (ex archetypo, quod est Monachii in archivo regni bavarici, cod. „Acta Conc. Trident. Tom. II." f. 62—63).

---

[1] De hac appellatione vide infra p. 743—744.

[2] Petrus a Soto O. Pr.

367.

15. Iunii 1562.

Theologorum congregationes tridentinae. Congregationes de usu eucharistiae; sermones copiosi et insignes. Canisius 15. Iunii per 2 fere horas dicit; sermonis summa brevis haud ita diligenter a Massarello concilii secretario conscripta et a Theinero evulgata. Qua ratione Canisius „clericus saecularis" Tridenti vocatus sit. Canisius demonstrat neque eucharistiae communionem parvulis, neque utriusque speciei sumptionem adultis omnibus necessariam esse. Calicem Bohemis, ut ad ecclesiam revertantur, et catholicis quibusdam concedendum esse censet. Optat, ut Christum in capite VI. evangelii S. Ioannis de eucharistia loqui neque plus gratiae utriusque, quam alterius speciei sumptione accipi a concilio pronuntietur. Cur id factum non sit.

Angelus Massarellus (Massarelli), episcopus telesinus († 1566), qui concilii tridentini fere ab initio usque ad finem secretarium egit, in suo „Ordine celebrandi concilii tridentini", eiusdem concilii actis praeposito, scribit (n. 9): „Cum de dogmatibus fidei agendum est, primum colliguntur articuli, qui super dogmate ipso ex libris haereticorum habentur; proponunturque disputandi ac discutiendi theologis minoribus, dato eis prius per aliquot dies ipsorum articulorum exemplo . Quod a theologis dicitur super materia eis proposita, adnotatur per secretarium, et etiam suas sententias aliqui in scriptis proferunt. Deinde iimet articuli una cum ipsorum theologorum judicio proponuntur examinandi patribus: postea super eis, juxta ipsorum patrum et theologorum sententias, decretum ab iis, quibus ea cura incumbit, concipitur. Quod deinde examinatur" etc. (l. c. I, 11). Quae theologorum „minorum" (vide supra p. 443[4]. 464) congregationes „sub Pio IV.", ut idem *Massarellus* ibidem (n. 6.) narrat, Tridenti „in ecclesia s. Mariae majoris in theatro ad id de lignis constructo" habebantur [1], „ubi pulpitus, ex quo loquebantur, ut facilius audirentur, in commodiori loco dispositus erat" (l. c. I, 9). Atque ad hos conventus, ut *Gabriel Paleottus,* concilii sub Pio IV. „auditor", in actis tridentinis affirmat, „cunctis omnium ordinum viris liber patebat accessus" (l. c. II, 531).

In his igitur coetibus ut excuterentur, 6. Iunii 1562 theologis propositi sunt 5 „articuli" ad communionem sub utraque specie et ad communionem parvulorum spectantes; quos vide supra p. 463—464. De quibus a die 10. ad 23. Iunii 21 habitae sunt congregationes, ac *Paleottus* (*Theiner* l. c. II, 562. *Mendham,* Acta p. 146) quidem „fere 70" theologos, *Pallavicinus* (l. c. l. 17, c. 6, n. 1) 73 dixisse asserunt; sed 60 tantum dixisse et *Phola* (*Martène* l. c. VIII, 1270) et *Sarpius* (l. c. l. 6; in ed. memorata p. 471) scribunt; et *Fickler* totidem recenset (Diarium apud *Le Plat* l. c. VII[2], 309—312); ac, quod maximum est, *Massarellus* secretarius in actis concilii, ubi, qui quando dixerint theologi, narrat, 61 tantum nomina ponit (l. c. II, 37—38). Atque hos fere omnes valde copiose abundanterque dixisse et a *Pallavicino* (l. c.) plane affirmatur, et ex *Massarelli* actis conici potest; qui in singulis paene conventibus per quaternas fere horas disputatum esse significat (l. c. II, 7—35). In quibus disputationibus, ut ait *Paleottus* in actis sive memoriis, quas in ipso concilio plumbo scripsit (de quibus *S. Merkle* in „Römische Quartalschrift" [cf. supra p. 455] XI, 333—429), „multi ex iis magnum doctrinae ac ingenii specimen omnibus summa eorum cum laude ediderunt" (haec R. P. *Petr. Tacchi Venturi* S. J. ex archetypo, Bononiae in archivo comitum Isolani posito [nr. 79, fasc. 2] exscripsit mecumque communicavit).

Cum igitur in conventibus a die 10. Iunii (post meridiem) usque ad meridiem 15. Iunii habitis 21 theologi disseruissent, in congregatione eodem die 15. Iunii post meridiem habita Canisius et post hunc Franciscus Orantes hispanus ex ordine Mi-

---

[1] *Torellus Phola* nominatim has de usu communionis congregationes in ea ecclesia habitas esse ac „publicas" fuisse testatur in Diario (*Martène* l. c. VIII, 1270).

norum Observantium (procurator episcopi palentini, postea episcopus ovetensis) sermones habuerunt eosque fere ab h. $3^1/_4$ usque ad $7^1/_4$ sive „H. 19—23", ut in actis concilii *Massarellus* (l. c. II, 16) notavit, more Italorum eius temporis, qui 24 diei horas numerabant, pridie eius diei a solis occasu numerationem incipientes (*Theiner* l. c. I, XI). „Finitur hora septima", inquit *Fickler* in Diario (*Le Plat* l. c. VII², 310). Itaque Canisius per duas fere horas, si non diutius, dixisse videtur, praesertim cum ex concilii monumentis (*Theiner* l. c. II, 17—18) probabile sit, Orantem minus copiose, quam Canisium, disseruisse.

Canisium ore, non scripto, sententiam protulisse (cf. supra p. 742), ex eo deduxeris, quod in *Massarelli* actis Franciscum Torres ad articulos 2.—5. „legisse ex scripto responsum" notatum, de Canisio nihil eiusmodi relatum est (I. c. II, 9. 16—17). Sermonis autem canisiani in iisdem actis valde brevis exstat summa, ab ipso, ut omnino videtur, *Massarello* inter ipsam congregationem vel conscripta vel saltem adumbrata. „Massarellus", inquit *Hartm. Grisar* S. J., „solebat illa summaria, dum ipsae orationes habebantur, conficere vel saltem eo tempore animadversiones necessarias conscribere; profecto id quidem non semper cum eadem attentione eodemque successu" (Jacobi Lainez Disputationes Tridentinae II [Oeniponte 1886], 57*). Atque hoc ex ipsa illa canisiani sermonis summa patet, Massarellum tunc quidem haud ita accurate, sive res, sive verba spectes, egisse; id quod homini occupatissimo, qui iam mane illius diei per 4 vel 5 horas theologorum disputationes adnotaverat, nemo vitio vertet. „Annotavit, prout percipere potuit", ut ipse *Massarellus* sermonem quendam Lainii in acta sua referens, de se affirmat (l. c. I, 490).

Canisii sermo paene ignotus erat, donec a. 1874 *Theinero* curante „Acta genuina Concilii Tridentini ab Angelo Massarello conscripta" Zagabriae typis evulgata sunt; in cuius libri tomo II. p. 16—17 sermonis brevis illa summa apparet. Atque ego, Theinerum ab aliquibus [1], quod in libris edendis nonnunquam haud ita versatus esset accurate, notatum esse non ignorans, a. 1890 et 1891 Romae ipsum Massarelli codicem nancisci cum eoque Theineri librum conferre serio, sed — nescio quo pacto — frustra conatus sum. Quem tamen conferendi laborem ineunte a. 1899 reverendissimus dominus Doctor *Stephanus Ehses*, instituti romani societatis görresianae praeses, rogatu meo humanissime in se suscepit ac Theinerum compluribus locis, prout infra apparebit, vel emendavit vel complevit; ex quo etiam accipio, a Theinero exemplum huius sermonis adhibitum esse, quod nitidius scriptum exstat in archivi vaticani codice „De concilio 120" f. 399—400, atque hoc exemplum ex actis ipsius Massarelli manu scriptis, quae in eiusdem archivi codice „De conc. 127" f. 355 exstant, exscriptum esse tam accurate, ut duo illa exempla non solum ad verbum, sed fere ad litteram eadem sint.

Unum superest explicandum. *Massarellus*, cum Canisium loquentem inducit, eum Societatis Iesu clericum „saecularem", non „regularem" appellat. Neque calami lapsu id factum est; nam etiam P. Ioannem Cuvillonium S. J. Massarellus, cum eum 28. Iulii inter theologos dixisse refert, „clericum saecularem societatis Iesu" vocat (l. c. II, 67); sicut *Ficlerus* „Petrum Canisium, clericum saecularem, missum a societate Jesuitica" 15. Iunii dixisse scribit (Diarium apud *Le Plat* l. c. VII², 310), et ipsi *concilii praesides* in litteris Tridento 20. Augusti 1562 ad S. Carolum Borromaeum datis de Lainio asserunt: „È prete secolare" (*Pogiani* Epistolae III, 81). Qua in re notandum est, Societatem et ab iisdem praesidibus in litteris publicis

---

[1] *Steph. Ehses*, Römische Documente zur Geschichte der Ehescheidung Heinrichs VIII. von England (Paderborn 1893) p. XV. *Grisar* l. c. II, 56*. *„Historisches Jahrbuch"* etc. XVII [München 1896], 225. *Nic. Nilles* S. J., Symbolae ad illustrandam historiam ecclesiae orientalis in terris coronae S. Stephani (Oeniponte 1885) p. 980³. *A. v. Druffel* in „Sitzungsberichte der philosophisch-philologischen und historischen Classe der k. b. Akademie der Wissenschaften" Jahrg. 1875, II (München 1875), 426—456.

Tridento 1. Novembris 1562 datis „approbatam religionem“ sive ordinem, et ab ipso *concilio* tridentino, diebus 3. et 4. Decembris 1563 in sessione XXV. multa „de regularibus et monialibus“ constituente „religionem clericorum societatis Iesu“ nominatam esse (*Pogiani* Epistolae l. c. p. 82. *Conc. Trident.* S. XXV. de regul. c. 16). Quare propterea tantum Societatis homines Tridenti dicti esse videntur „clerici saeculares“ [1], quod „hujus societatis religiosum institutum“, ut concilii tridentini praesides in diplomate modo memorato loquuntur, esset „praesbyterorum et non monachorum“ (ut Benedictinorum, Cisterciensium etc.). Atque similiter *Benedictus XIV.* postea SS. Ignatium de Loyola et Franciscum Xaverium „ex Clero Saeculari eo sensu, quo id accipiendum declarat Cardinalis de Luca Miscell. Eccles. disc. XXXX.“ esse scripsit (De Servorum Dei Beatificatione etc. l. 1, c. 36. § 4, n. 6). Ac *Ioannes Baptista de Luca* in „discursu“ XL. a Benedicto XIV. memorato Socios in ordine quidem „hierarchico“ „de Clero saeculari“ esse dicit; sed simul eos „Regulares ac veros mendicantes“ esse asseverat; atque „id“, inquit, „procedit ad effectum privilegiorum, non autem ut mutetur ordo“ servari solitus „in processionibus aliisque functionibus“; nam etiam „Canonici Regulares Lateranenses“, licet veri regulares sint, inter clerum saecularem recensentur, cum „in functione solemni“ eo habitu, „qui Clericis, non autem monachis, vel aliis Religiosis congruit“ sive „cum cotta, seu rochetto, et bireto“ incedant etc. (Theatrum Veritatis et Justitiae. Tom I. Tract. 3. P. 4. d. 40 [Coloniae Agrippinae 1689] p. 114).

Iam ipsam Massarelli summam pono: Petrus Canisius, germanus cler. saecul. [2] soc. Jesu, accepit V. art. discutiendum, an scilicet parvulis, id est, infantibus, necessarium sit hoc sacramentum [3]. Resp. negative. Nam Joan. VI. n i s i m a n d u c a v e r i t i s [4] etc. videtur contrarium statuere, quod [a] intelligit Aug. lib. I. cap. II. in Julianum [5], et lib. I. cap. XX. de peccat. remiss. [6], idem affirmat [b] scilicet [c] ad parvulos pertinere etiam et Hier. apud Jul. [7] et Cyp. lib. III. cap. XXV.

---

[a] *Supple:* etiam de parvulis. *Mass. non tam ipsam orationem, quam brevia quaedam eius capita, memoriae iuvandae gratia, ponit.*

[b] *Quae sequuntur, usque ad proximum* et *excl., a Theiner omissa sunt.*

[c] *Supple, ut ipsa res docet, vel:* hunc locum, *vel:* illa verba, *vel aliquid simile.*

---

[1] *Alexander VII.* in litteris apostolicis 30. Augusti 1661 datis Ioannem Paulum Olivam, qui paulo ante Societatis vicarius generalis „cum iure succedendi“ electus erat, „Presbyterum Regularem ipsius Societatis“ vocavit (*Institutum* Societatis Iesu I, 183). Ceterum cf. Gregorii XIII. bullam „Ascendente Domino“ in *Bullario* Romano VIII (Neapoli 1883), 457—465. [2] Vide supra p. 743. [3] Vide supra p. 464.

[4] „Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis“: Io. 6, 54.

[5] *Augustinus* libro quidem 1. cap. 2. contra Iulianum nihil ea de re scribit; at in eiusdem libri c. 4, n. 13 de S. Innocentio I. papa asserit: „Parvulos definivit, nisi manducaverint carnem Filii hominis, vitam prorsus habere non posse“ (*Migne,* PP. LL. XLIV, 648). Ceterum notandum est, multa veterum scripta olim aliter ac nunc per capita etc. distributa fuisse.

[6] *Augustinus* l. 1 de peccatorum meritis et remissione c. 20, n. 26. 27 de verbis illis „Nisi manducaveritis“ etc.: „An vero quisquam etiam hoc dicere audebit, quod ad parvulos haec sententia non pertineat, possintque sine participatione corporis hujus et sanguinis in se habere vitam . . .? Si non manducaverint carnem filii hominis, nec ipsi habebunt vitam“ (*Migne* l. c. 123—124).

[7] Exstant quidem Hieronymi duae epistulae „ad Iulianum“ datae (Epp. 6 et 118, alias 73 et 34); neque tamen in iis hoc argumentum tractatur. Neque Hiero-

ad Quirinum [1]. Dionys. lib. II. de cel.[a] hier.[b] [2] et Graeci idem faciunt, et semper fecerunt. Cypr. serm. V. de lapsis, de puella illa[c] [3]. Conc. Carth. III.[d] et Toletanum XI.[e] freneticis dabatur[f] [4]: sed contrarium

---

[a] *Sic; Th. correxit:* eccles. *Cf. infra, adnot. 2.*
[b] *Supplendum fortasse:* eucharistiam infantibus dari scribit; *vel aliquid simile.*
[c] *Supplendum fortasse:* idem narrat, *vel:* idem factum esse narrat; *cf. infra, adn. 3.* [d] *Sic; sed scribendum fuerat:* IIII; *vide infra, adn. 4.*
[e] *Supplendum fortasse:* ostendunt, quod eucharistia. [f] *Th. perperam:* dabitur.

---

nymus duobus illis locis, quibus eucharistiam statim post baptismum fidelibus dari consuevisse significat (Dialog. adv. Pelagianos l. 3, n. 15, et [obscurius] Dialog. adv. Luciferianos n. 21), verborum Io. 6, 54 mentionem facit. Quare nescio an Massarellus vel memoriae vel calami lapsu „Hieronymus apud Iulianum" posuerit pro „Innocentius apud Augustinum" et Canisius hoc loco verba illa, quae theologi de communione parvulorum agentes neglegere non solent, protulerit *Innocentii I.* papae ad patres concilii milevitani scribentis (adversus Pelagianos): „Illud vero quod eos vestra Fraternitas asserit praedicare, parvulos aeternae vitae praemiis etiam sine Baptismatis gratia posse donari, perfatuum est. Nisi enim manducaverint carnem Filii hominis, et biberint sanguinem ejus, non habebunt vitam in semetipsis." Quae Innocentii verba Augustinus protulit in libro 2 contra duas epistolas Pelagianorum c. 4, n. 7 (*Migne,* PP. LL. XLIV, 576). Integra autem Innocentii epistola exstat inter Epistolas Augustini (ep. 182, alias 93. *Migne* l. c. XXXIII, 783 ad 786). De Innocentii sententia vide *Jak. Hoffmann,* Geschichte der Laienkommunion bis zum Tridentinum (Speyer 1891) p. 118—119.

[1] „Ad regnum Dei nisi baptizatus et renatus quis fuerit, pervenire non posse. In euangelio secundum Iohannem: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum Dei . quod enim natum est de carne caro est, et quod natum est de spiritu spiritus est. Item illic: Nisi ederitis carnem filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis. Parum esse baptizari et eucharistiam accipere, nisi quis factis et opere proficiat. In epistula apostoli Pauli ad Corinthios prima: Nescitis" etc.: *Cyprianus* ad Quirinum (Testimoniorum) l. 3, c. 25. 26 (Opera ed. *Guil. Hartel* I [Vindobonae 1868], 140—141. *Migne,* PP. LL. IV, 781).

[2] *Pseudoareopagita* in libro quidem De coelesti Hierarchia scripto hac de re nihil dicit; at in libro De ecclesiastica Hierarchia cap. 2, p. 2, § 7, ubi baptismi sollemnitatem describit, novum christianum aquae ter immersum et veste congrua indutum rursus ad pontificem adduci dicit. „*Ὁ δὲ τῷ θεουργικωτάτῳ μύρῳ τὸν ἄνδρα σφραγισάμενος, μέτοχον ἀποφαίνει λοιπὸν τῆς ἱεροτελεστικωτάτης Εὐχαριστίας.*" Et in eodem libro, cap. 7, § 8, refert, „*καὶ παῖδας, οὔπω τὰ θεῖα συνιέναι δυναμένους, τῆς ἱερᾶς μετόχους γίγνεσθαι θεογενεσίας, καὶ τῶν ἱερωτάτων τῆς θεαρχικῆς κοινωνίας συμβόλων*". Et aliquanto infra scribit: „*Μεταδίδωσι δὲ τῷ παιδὶ τῶν ἱερῶν συμβόλων ὁ ἱεράρχης, ὅπως ἐν αὐτοῖς ἀνατραφείη, καὶ μηδὲ σχοίη ζωὴν ἑτέραν, εἰ μὴ τὴν τὰ θεῖα θεωροῦσαν ἀεὶ, καὶ κοινωνὸν αὐτῶν ἐν προκοπαῖς ἱεραῖς γιγνομένην*" (*Migne,* PP. GG. III, 396. 565. 568).

[3] *Cyprianus,* De lapsis c. 25, mirum quoddam factum narrat „paruulae filiae", rationis usum nondum adeptae, cui, se sacrificante, diaconus sanguinem Christi pro more obtulerit bibendum (Opera, ed. *Hartel,* I, 255. *Migne,* PP. LL. IV, 499—500).

[4] In actis quidem concilii III. carthaginensis 28. Augusti 397 habiti (apud *Io. Dom. Mansi,* Sacrorum Conciliorum Nova Collectio III [Florentiae 1759], 915 ad 937) nihil, quod ad hanc rem pertineat, apparet, sed in „*Statutis* ecclesiae antiquis" post medium saeculum V. in Gallia (ut videntur) conscriptis (*Fr. Maassen,* Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts etc. I [Gratz 1870], 382—394), quae sub nomine decretorum concilii carthaginensis IV. (a. 398 habitum esse opinabantur) apud Pseudo-Isidorum comparent (Decretales Pseudo-Isidorianae,

putat esse verum, scilicet parvulis hoc sacramentum non esse necessarium. Nam Christus ait, Accipite, bibite[1] et alibi, caro non prodest quicquam[2], sed fide opus est[3] et probatione ut Paulus ait[4], et adorandus est in eucharistia, quae non possunt convenire, neque praestari a parvulis. Carthag. IV. id prohibuit[5], et Lateran. sub Innoc. III.[a] teneri cum ad annos discretionis pervenerint[6]. Et alias baptismus non esset necessarius, quod falsum est[7]. Resp. ad superius adducta, fatetur, fuisse in primitiva ecclesia hanc consuetudinem, sed non propterea esse de jure divino, quia non in universali, sed in particulari ecclesia erat. Ad Augustinum respondit[b] intelligi de spirituali manducatione in baptismo per fidem Christo incorporati[c][8]; item[d] manducat in ore sacerdotum, qui, ut Chrysostomus

---

[a] *Supplendum fere:* statuit, fideles ad eucharistiam suscipiendam.

[b] *Supple:* Io. VI. Nisi manducaveritis etc. ab eo*; nam a C. ipso ea vv. de eucharistica manducatione intellecta esse, extrema huius orationis pars ostendit.*

[c] incorporari *Th.* [d] *Supple:* parvulus carnem Christi.

---

ed. *Paul. Hinschius* [Lipsiae 1863] p. 301—306), can. LXXVI. (etiam in Corpus *Iuris canonici*, Decret. 26, q. 6, c. 8, relato) haec sunt: „Is qui poenitentiam in infirmitate positus petit, si casu, dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt et accipiat poenitentiam; et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem et infundatur ori eius eucharistia. Si supervixerit“ etc. (ita *Hinschius* l. c. p. 305. Eadem fere sunt apud *Mansi* l. c. III, 957). In concilii autem *Toletani XI.*, a. 675 habiti, can. 11 haec sunt: „Quicumque ergo fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus, eucharistiam perceptam rejecerit, in nullo ecclesiasticae damnationi subjaceat. Similiter nec illos cujusquam punitionis censura redarguet, qui talia tempore infantiae faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, quid fecerint ignorare videntur“ (*Mansi* l. c. XI, 144). De sacra eucharistia infantibus et rationis usu destitutis olim praeberi solita scripsit *Iul. Corblet,* Histoire du Sacrement de l'Eucharistie 1 (Paris 1885), 304—309. 336—338.

[1] Matth. 26, 26. 27. Luc. 22, 17. 1 Cor. 11, 24.

[2] Io. 6, 64. [3] Cf. Io. 6, 61—70. [4] Cf. 1 Cor. 11, 28.

[5] Neque, quod eo tempore „concilium carthaginense IV.“ dicebatur (v. supra, p. 745, adn. 4), neque quod vere IV. erat (a. 399), id prohibuisse videntur; cf. *Hefele,* Conciliengeschichte II, 68—77.

[6] In decreto XXI. concilii lateranensis IV. sive synodi generalis XII. a. 1215 habitae constituitur, ut „omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit“, saltem semel singulis annis peccata confiteatur, „suscipiens reverenter ad minus in Pascha eucharistiae sacramentum“ (*Mansi* l. c. XXII, 1007—1009).

[7] Canisius sic fere dixerit: Eucharistia, si esset panis vitae parvulis necessarius, iisdem, quia gratiam semel acceptam in ea aetate amittere non possunt, ad ipsam vitam gratiae primum accipiendam, sive ad primam iustificationem, quam vocant, necessaria esset. Quae vita si per eucharistiam iis tribueretur, iam baptismus non esset necessarius.

[8] *Augustinus* in verba illa Io. 6, 54: „Nisi manducaveritis“ etc.: „Hunc itaque cibum et potum societatem vult intelligi corporis et membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia in praedestinatis et vocatis, et justificatis, et glorificatis sanctis, et fidelibus ejus“: In Ioann. tract. 26, c. 6, n. 15 (*Migne,* PP. LL. XXXV, 1614). Cf. etiam *Augustinum* de peccatorum meritis et remissione l. 3, c. 4, n. 8.

ait, sunt os[a] [?] et stomachus ecclesiae[1]; et Augustinus[b], ep. 23 et . . .[c], qui exemplo nutrimenti in utero, sic parvulos nutriri[d] cibo ecclesiae spirituali[2]: Et ecclesia pro loco et tempore veteres[e] consuetudines mutare potest, propterea non est tantum innitendum antiquae consuetudini, cum ea mutata est ab ecclesia, ut multa etiam in aliis mutavit. Ad I. art. resp. non esse ex praecepto divino omnes Christi fideles utramque speciem sumere, cum nullibi habeatur; et Joan. VI. licet loquatur de eucharistia, nullibi tamen fit mentio de calice vel de genimine vitis, et in fine[f] epilogat, qui manducat hunc panem, vivet[3], nam in corpore sanguis sumitur et ad, bibite ex hoc omnes[4], et, hoc facite in mei commemorationem[5], resp. XII. apostolis loqui, quibus triplicem tribuit potestatem ut conficerent, sumerent et aliis distribuerent, quae ad laicos referri non possunt, sed tantum ad sacerdotes, et ad Cor. XI.[6] resp. Paulum referre tantum historiam institutionis hujus sacramenti, non autem aliquod dare praeceptum; et Gelasius et Innocentius statuerunt sub utraque communicandum[g][7], et Leo id[h] etiam statuit propter Mani-

---

[a] *Sic; sed Massarellum, cum paulo ante* in ore sacerdotum *scripsisset, hic perperam verbum* os *repetisse puto loco verbi* cor; *vide infra, adn. 1.*

[b] *Quae sequuntur, usque ad* qui *excl., a Th. omissa sunt. Post* Augustinus *fortasse supplendum:* similiter.

[c] *Post* et *haec fere supplenda esse puto:* lib. 2. et 4. de Symbolo. *Vide infra, adn. 2.* [d] *Supple:* dicit *vel:* scribit. [e] *Th. omittit* veteres.

[f] *Supple:* Christus. [g] communicantes *Th.* [h] idem *Th.*

(*Migne* l. c. XLIV, 190). Similiter S. Augustinum explicavit *S. Thomas*, Summa Theologica III, q. 73, a. 3 ad 1, q. 80, a. 9 ad 3.

[1] In spurio illo „*Opere imperfecto* in Matthaeum“, quod olim S. Ioannis Chrysostomi esse putabatur, quodque latine tantum circumfertur, haec sunt (homil. 38, n. 10): „Quemadmodum medicus, quando primum ingreditur ad infirmum, statim de stomacho ejus interrogat, et eum componere primum festinat, quia si stomachus sanus fuerit, totum corpus validum est . . . ita si sacerdotium integrum fuerit, tota Ecclesia floret . . . Cor autem et stomachus sacerdotes intelliguntur . . . Et sicut cor sapientiae locus est, ita sacerdotes sunt receptacula sapientiae spiritualis“ etc. (*Migne*, PP. GG. LVI, 839).

[2] *Augustinus* in epistula, quae antea 23. erat (apud Maurinos et Migne 98.), ad Bonifacium episcopum de infantibus baptizatis scribens, „Tota“, inquit, „hoc ergo mater Ecclesia, quae in sanctis est, facit, quia tota omnes, tota singulos parit“ (*Migne*, PP. LL. XXXIII, 362). Atque in libri sive sermonis 2. „*de Symbolo*“, qui antea Augustini esse censebatur, exordio catechumenis dicitur: „Sacramentorum rationem . . . exponendam suscepimus Sanctitati vestrae . . . Accipite itaque vos qui fide desideratis verbum Dei, tanquam competentem cibum . . . Per crucis signum in utero sanctae matris Ecclesiae jam concepti estis. Agat itaque haec mater congruis alimentis prius pascere quos portat, ut post partum laetetur se tales suscepisse quos spiritualiter nutriat.“ Similiter in pseudoaugustiniano illo libro sive sermone 4 (c. 1, n. 1) ad Catechumenos (*Migne*, PP. LL. XL, 637. 659—661).

[3] Io. 6, 59. [4] Matth. 26, 27. [5] Luc. 22, 19. 1 Cor. 11, 24. 25.

[6] Cf. 1 Cor. 11, 23—26.

[7] *Gelasius I.* papa (492—496) Maiorico et Ioanni episcopis de Manichaeis quibusdam (cf. *Caes. Baronium,* Annales ecclesiastici Tom. V. in a. 496, n. 19—21)

chaeos[1], quod ritus[a] [?] contrarius mutavit[b] [2], et conc. Constantiense[c] [3]; quae mutatio ab ecclesia fieri potest. Fuit in antiqua ecclesia mos communicandi sub utraque, et ut ipsimet[d] sumerent, et domi etiam conservarent, ut Cyprianus serm. V. de lapsis[4], et alii multi asserunt, sed sub[e] una specie conservabant; itaque sub utraque, et sub una

---

[a] *Nescio an Mass. scribere voluerit:* usus *vel potius:* quem ritum usus. *Cf. infra, adnot. 2 et 3.*

[b] *In emendato exemplo meo vv.* quod ritus contrarius mutavit — *a Th. prorsus omissa — ante* et Leo *posita sunt; quae ante* et conc. Constantiense *ponenda esse res ipsa ostendit; vide infra, adn. 1 et 3.*

[c] *Supplendum fortasse:* id confirmavit; *vide infra, adn. 3.*

[d] *Supple:* laici eucharistiam. [e] *Th. omittit* sub.

---

scripsit: „Comperimus autem, quod quidam . . . sumpta tantum corporis sacri portione a calicis sacri cruore abstineant. Qui procul dubio quoniam nescio qua superstitione docentur obstringi, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur" (*Andr. Thiel,* Epistolae Romanorum Pontificum I [Brunsbergae 1868], 451—452. *Migne,* PP. LL. LIX, 141). Quodnam autem Innocentii (I., ut videtur) statutum Canisius dicat, nescio; nisi forte ad hanc rem referre voluit, quae ad patres concilii milevitani ab Innocentio scripta esse supra p. 744[7] rettuli. Fortasse autem Massarellus „Innocentius" perperam vel intellexit vel scripsit pro „Iulius" vel „Iulius primus"; exstat certe in Corpore *Iuris canonici* (De consecr. Dist. 2, cap. 7) sub nomine *Iulii I.* papae (337—352) decretum (reapse est concilii bracarensis IV. sub a. 675 habiti capitulum 2.), in quo, qui „intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigunt", vituperantur, quod in evangelio „seorsum panis, et seorsum calicis commendatio memoretur" (*Migne,* PP. LL. VIII, 969—970). Certe *Martinus Chemnitius* in „Examine Concilii Tridentini" haec „Iulii I." verba una cum Gelasii I. et Leonis I., quos Canisius hic memorat, locis ad communionem sub utraque specie defendendam profert (Examen, ed. *Ed. Preuss* [Berolini 1861], p. 349).

[1] *Leo Magnus* in sermone IV. de Quadragesima habito de Manichaeis: „Cum", inquit, „ad tegendam infidelitatem suam nostris audeant interesse conventibus [*vel:* mysteriis], ita in sacramentorum communione se temperant, ut interdum, ne penitus latere non possint, ore indigno Christi corpus accipiant, sanguinem autem redemptionis nostrae haurire omnino declinent. Quod ideo vestrae notum facimus sanctitati, ut vobis hujuscemodi homines et his manifestentur indiciis, et quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio, a sanctorum societate sacerdotali auctoritate pellantur": Sermo XLII, alias XLI, c. 5 (*Migne,* PP. LL. LIV, 279—280).

[2] Consuetudine, non scripta lege communionem sub una specie in ecclesiam inductam esse fatetur etiam *Iul. Smend,* theologiae protestantium professor: Kelchversagung und Kelchspendung in der abendländischen Kirche (Göttingen 1898) p. 5.

[3] *Concilium constantiense* in sessione XIII., 15. Iunii 1415 habita, pronuntiavit, „consuetudinem" esse „rationabiliter introductam", quod sacramentum eucharistiae „a laicis tantummodo sub specie panis susciperetur", eamque „habendam esse pro lege" (*Mansi* l. c. XXVII, 727).

[4] „Cum quaedam arcam suam in qua Domini sanctum fuit manibus inmundis temptasset aperire, igne inde surgente deterrita est ne auderet adtingere . et alius qui et ipse maculatus sacrificio a sacerdote celebrato partem cum ceteris ausus est latenter accipere, sanctum Domini edere et contrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus invenit": *Cyprianus,* De lapsis c. 26 (Opera [ed. *Hartel*] I, 256. *Migne,* PP. LL. IV, 500—501).

communicabant, quod et refert conc. Basileense[1]. Ad II. art. resp. non expedire, ut de facili usus calicis concedatur. Ad III. resp. haereticis non est concedendus calix, ne sanctum detur canibus[2]. Sunt aliqui nutantes, qui circundati sunt ab haereticis, sed alias catholici sunt, hoc tantum petunt, ut calice uti eis liceat, non videretur denegandus, cum alias in religione et officio retineri non possunt: quod valde considerandum proposuit. De Bohemis autem, qui ob absentiam pastorum in varios errores inciderunt, proposuit considerandum convenire, ut concedatur, ut ad fidem in omnibus aliis revertantur. Cuperetque tradi explicationem[a] hujus sacramenti[3], et inter caetera[b] Joan. VI. loqui de eucharistia, quem ita intelligendum comprobavit, ut Chrysost. docet[4], cum ibi Christus de pane, de manducatione et bibitione loquatur, cum si de fide voluit intelligere, sufficisset dicere id explicite uno verbo, et improbavit opinionem eorum, qui intelligunt de spirituali[c][5], praesertim cum dicitur non fuisse eo tempore hoc sacramentum institutum[6][d], non obstare cum[e] admoneat de instituendo, ut Joan. III. facit de baptismo[7]; et aliud[f] decerni[g], tantum sub una[h], quantum sub utraque contineri de fructu et gratia.

---

[a] explicatio *Mass. (ita saltem et Th. et emendatum ap. meum).*

[b] *Supplendum esse omnino videtur:* cuperet a Synodo declarari*; sicut Mass. de Salmeronis sermone iisdem de articulis habito notavit: „cuperet a Synodo declarari hoc caput [Io. VI.] loqui de Eucharistia" (Le Plat l. c. V, 277). Vide, quae infra p. 750 notabuntur.* [c] *Supple:* manducatione.

[d] *Supplendum fortasse:* id dicit.

[e] *Supple:* Christus.

[f] *Supple:* quoque cupit *vel:* etiam cuperet *vel aliquid simile.*

[g] *Supple:* scilicet *vel:* videlicet.

[h] *Vel hic vel post* utraque *supplendum:* specie eucharistiae.

---

[1] *Concilium basileense* in sessione XXX., 23. Decembris 1437 habita: „Laudabilis", inquit, „consuetudo communicandi laicum populum sub una specie, ab Ecclesia et sanctis patribus rationabiliter introducta, et hactenus diutissime observata, et a doctoribus divinae legis sacrarum scripturarum atque canonum multam peritiam habentibus, jam a longaevo tempore commendata, pro lege habenda est, nec alicui licitum est eam reprobare, aut sine auctoritate Ecclesiae ipsam immutare" (*Mansi* l. c. XXIX, 158).

[2] Matth. 7, 6.

[3] Vide, quae sub ipsum hunc sermonem dicentur.

[4] Maxime in homiliis 46. et 47. (alias 45. et 46.) in Ioannem, quibus Io. 6, 41 ad 54 exponit (*Migne,* PP. GG. LIX, 257—270).

[5] Ita, Caietanum potissimum secuti, Io. VI. interpretati erant, qui ante Canisium in concilio disseruerant, theologi Antonius Solisius, Camillus Campegius O. Pr., Ioannes de Ludenna (Ludegna) O. Pr. (*Massarelli* Acta l. c. II, 8. 10. 16). Plura vide sub ipsum hunc Canisii sermonem.

[6] *Ludenna* mane eiusdem diei dixerat: Sumptio eucharistiae „in Joan. VI. non praecipitur, neque sub una, neque sub altera [specie], praecipitur, cum jam sacramentum hoc non erat institutum, cujus non datur praeceptum antequam instituatur" (*Massarellus* l. c. II, 16).

[7] Cf. Io. 3, 3—8.

Quae Canisius hoc sermone pronuntiavit: parvulis eucharistiae communionem necessariam non esse; nequaquam omnes fideles ex divino praecepto utramque eucharistiae speciem sumere debere; penes ecclesiam antiquae sub utraque specie eucharistiam sumendi consuetudinis immutandae potestatem fuisse; convenire, ut explicatio aliqua sacramenti illius (praeter errorum condemnationem) a synodo traderetur: haec omnia, cum reliqui etiam theologi atque ipsi patres in eadem consensissent, a concilio 16. Iulii 1562 in sessione XXI. (V. sub Pio IV.) probata, explicata, definita sunt. Aliqua vero, quae Canisius eadem oratione petierat, synodo non visa sunt praestanda esse.

Ac primum quidem Canisius Christi de „pane vitae" sermonem, qui in capite VI. evangelii S. Ioannis proponitur, de altaris sacramento esse affirmavit; qua affirmatione nescio an totum sermonem, non tantum posteriorem eius partem, quae a v. 48. incipit, complexus sit; ac nominatim verbis Io. 6, 54 „Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis" eucharistiae sumptionem sive sacramentalem manducationem significari asseruit; quam manducationem ita amplificasse videtur, ut eos quoque comprehenderet, qui „voto", ut theologi dicunt, vel suo vel ecclesiae, cum aliter non possent, sacramentum sumerent. Atque optare se Canisius significavit, ut concilium authentica, ut dicimus, interpretatione Christum de eucharistia loqui pronuntiaret atque ita eos saltem repelleret, qui caput illud ad solam referrent manducationem „spiritualem" sive ad unionem, qua quis per fidem Christo iungeretur ac passionis mortisque ipsius particeps efficeretur; quae sententia eo tempore, nisi fallor, auctoritate cardinalis *Caietani* (Thomae de Vio O. Pr. † 1534) potissimum fulciebatur; qui, ut unum exemplum afferam, in „Tractatu" de communione sub utraque specie etc. adversus Lutheranos ad Clementem VII. quattuor capitibus scripto hoc, praeter alia, suscipit demonstrandum (c. 1.): Verba „Nisi manducaveritis" etc. (Io. 6, 54) „non esse secundum genuinum sensum intelligenda de vsu Eucharistiae, imo nec posse intelligi salua Christiana fide de cibo et potu sacramentali" (Opuscula omnia [Lugduni 1558] p. 348). Atque inter theologos tridentinos Canisii collegas „alii dixerunt", ut *Massarellus* notavit (Acta l. c. II, 35), verba: Nisi manducaveritis etc. „intelligenda esse de manducatione sacramentali: alii dixerunt, intelligenda esse de manducatione spirituali tantum. Alii de utraque", et inter eos alii aliter alteram cum altera iunxerunt; similiter patres in congregationibus generalibus dissenserunt; atque pro manducatione spirituali S. Thomas Aquinas, S. Bonaventura, Alexander de Hales, alii stare ab aliquibus dicebantur. Quare, etsi Salmeron et Torres, theologi pontificii, ut Christum sermone illo de eucharistia locutum esse definiretur, vehementissime instabant (*Paleottus,* apud *Theiner* l. c. II, 570. *Pallavicino* l. c. l. 17, c. 11, n. 9—13), idque in prima forma doctrinae eucharisticae a patribus ad id delectis synodo proposita perspicue enuntiabatur (*Theiner* l. c. II, 46), concilium tandem hoc solum adversus haereticos constituit, ex eo sermone haud recte colligi, utriusque speciei eucharisticae communionem a domino praeceptam esse, iisque verbis, urgente Petro Guerrero archiepiscopo granatensi, haec addidit: „utcumque iuxta varias sanctorum patrum, et doctorum interpretationes intelligatur" (Sessio XXI, cap. 1 de comm.).

Optabat etiam Canisius, ut, quod S. Bonaventura aliique docuerant: non plus gratiae per utriusque, quam per unius tantum speciei eucharisticae sumptionem accipi, a concilio definiretur, idque motus fortasse ipsis rationibus, quas et Hosius et Drascovitius proferebant: Periculum esse, ne complures nationes, calicis cupidae, si neque is iis concessus, neque eadem gratiae mensura definita esset, ab ecclesia separarentur praetendentes, fideles ampliore quadam gratia per calicis prohibitionem fraudari multis theologis in concilio visum esse (*Paleottus*, Acta l. c. II, 564. *Pallavicino* l. c. l. 17, c. 7, n. 10). Ac maxima quidem pars patrum, ut *Paleottus* (l. c.) testatur, eam doctrinam probabat et a concilio confirmari cupiebat; sed cum complures rem apud doctores in controversia esse monuissent et archiepiscopus granatensis praeter Alexandrum ab Hales ipsum S. Thomam contrariam sententiam tenere contendisset, synodus, concilii constantiensis exemplo, definitione

supersedit, hoc tantum (S. XXI, c. 3. de comm.) statuens: „Fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia, necessaria ad salutem, eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt" (*Massarellus* l. c. II, 40—44; *Paleottus* l. c.; Acta *Mendozae*, apud *Döllinger*, Berichte II, 75—76).

Quod autem a theologis quaesitum erat, num, si cui nationi calix concedendus visus esset, aliquibus cum condicionibus id fieri deberet, et quaenam illae essent: complures calicem concedendum esse prorsus negarunt; alii eam concessionem sibi haud multum probari significaverunt; plerique, ut aliquibus populis calix vel certis cum condicionibus concederetur, vel saltem „permitteretur", commendarunt. Haec tamen omnia ita dixerunt, ut cardinalis Mantuanus, primus concilii praeses, cum de eorum disputationibus 27. Iunii 1562 in congregatione generali ad patres referret, haec affirmaret: „Ita varie loquuti sunt, ut vix percipi possit, quid ipsi . . . sentiant"; ac *Massarellus* in Actis: „Ad hunc articulum", inquit, „pauci admodum responderunt ad propositum" (l. c. II, 7—36. 40. *Sickel*, Trient p. 338). Ac si canisiani sermonis brevem summam a Massarello positam legeris, ne Canisium quidem ea de re clare diligenterque dixisse iudicaveris. Attamen graviter eum dixisse multorumque animos eius verbis commotos esse, cum ex ipsius Canisii litteris Tridento 18. Iunii 1562 datis, quibus orationis „successum ab aliis commendari" et „Dominum adfuisse" sibi ad Sanctum Franciscum Borgiam rettulit (vide supra p. 462), conicere licet, tum maxime ex aliorum, qui concilio intererant, luculentis testimoniis colligitur; quae proxime ponentur.

368.

16. Iunii 1562.

Ex totius epistulae apographo, quod exstat Pragae in bibliotheca universitatis, cod. „I C. 18", n. 84; qui codex inscribitur: „Connotationes Legationis et Actorum SS. Concilij Tridentini per Georgium Comitem Drasskovitz Episcopum Quinque Ecclesiensem, ad idem Concilium, ut Legatum Regium Regni Hungariae conscriptae, e Manuscriptis R. P. Gabrielis Hevenessi Soc: Jesu desumptae Anno 1716".

Canisii de calice oratio laudatur.

Georgius Drascovitius, episcopus quinqueecclesiensis et Ferdinandi I., ut Hungariae regis, apud concilium orator, Tridento 16.[a] *Iunii 1562 ad Maximilianum Bohemiae regem de Canisio scripsit: In congregatione theologorum* heri dixit doctissime Patrumque animos ad calicis usum concedendum proniores aliquantulum reddidit.

369.

16. Iunii 1562.

Ex litteris archetypis, quae exstant Vindobonae in archivo aulae caesareae, „Tridentina 1562" Jun. F. IV. 37.

Epistulam primus edidit *Sickel*, Trient p. 330—331.

Canisii de calice concedendo oratio laudatur.

Sigismundus de Thun, unus ex caesareis apud concilium oratoribus (Antonius Brus, qui alter erat orator caesareus, paulo ante ad tempus

---

[a] *Ita corrigendum esse ap., quod* 14. *habet, res ipsa ostendit; v. supra p. 742.*

abierat) et Drascovitius in communibus litteris ad Ferdinandum I. Tridento 16. Iunii 1562 datis affirmarunt: Jam dogmatum tractatio in[a] eo uersatur, ut nunc quotidie Theologos . . . disceptantes audiamus. . . . Quoniam uero omnes isti Theologi fere Hispani sunt, et rerum et difficultatum, quae extra haec regna sunt, parum gnari et scientes, ita disputant, ac si res integrae adhuc essent, et[b] aut nullae, aut exiguae religionis perturbationes existerent. Solus Canisius heri ualde ad propositum dixit: Patrumque animos ad calicis concessionem inclinatiores quodammodo reddidit.

370.

23. Iunii 1562.

Ex libello manu scripto eoque archetypo (4°; 9 pp.), qui exstat Vindobonae in archivo aulae caesareae, „Tridentina 1562" Iun.

Sickel, Trient p. 338, libellum memoravit, sed non posuit.

Canisius calicem laicorum Tridenti vehementer petisse traditur.

Drascovitius Tridento 23. Iunii 1562 Ferdinando I. scripsit: „Hisce diebus disputatum est satis copiose et subtiliter a theologis de articulis propositis, et hodie tandem eorum discussio finem habuit . volui autem Maiestati V. S. eorum qui dixerunt nomina et sententias descriptas mittere . . . video quidem patrum animos magna ex parte eo propendere, ut concedendum putent calicis usum, sed vereor ne quis eos ab hac sententia deducat . nullus fere theologorum, ex patribus paucissimi sunt qui regnorum Maiestatis V. S. aliquem usum habeant" (Sickel l. c. p. 337). Atque in libello manu scripto, his litteris adiuncto, haec, praeter alia, de sententiis a theologis, cum de calice laicis concedendo ageretur, prolatis referuntur: Primo loco Alphonsus Salmiron hispanus Jesuita Theologus Pontif: multis cum argumentis et allegationibus defendit partem negatiuam . de non concedendo. *Loco autem* 22[1] Petrus Canisius Jesuita Flander, cum magna instantia multisque rationibus pecijt ut concederetur.

Libelli auctorem, cum ita de Canisio scriberet, rei actae modum aliquantum excessisse, et ex iis, quae Canisius paulo post ipse scripsit (supra p. 471. 499 ad 513), et ex Massarelli actis (supra p. 749) facile patet.

371.

A mense Maio ad Augustum a. 1562.

Ex *Eldereni* autographo (A). Cod. „G. Ep. IV." f. 129[a].

Ibidem f. 131[a]—132[a] alterum exemplum idque eodem fere tempore ab ignoto scriptum (B) exstat.

---

[a] *Sickel omittit* in. [b] *S. omittit* et.

---

[1] Cf. supra p. 740—741.

Canisius caesaris iussu Oeniponte collegio instituendo operam dedit. Ad concilium ab Hosio evocatus, apud eundem habitavit, patribus gratus, a praesidibus liberaliter habitus. Ab Augustanis ad contiones ardenter repetitus est.

P. Guilielmus Elderen S. J. in domus augustanae S. J. litteris semestribus Augusta 2. Ianuarii 1563 datis Lainio haec narrat: Abfuit superioribus mensibus Pater noster D. Canisius, partim ob Caes. Mai. decretum, quo fuit OEnipontum ad nouum illhic collegium instituendum euocatus, qua in re bonam certe nauauit operam ille; partim propter Jllustrissimi Cardinalis Vuarmiensis[1] literas, quibus idem sacri Concilij Praeses Patrem serio Tridentum euocauerat : quem uenientem summa quidem humanitate non solum excepit, sed etiam domi suae detinuit, et inter Theologos de re Eucharistica disserere[a] iussit . Fuit eius tunc oratio simulque praesentia, quamdiu Tridenti mansit, grata certe Patribus ut intelleximus: cum et Jllustrissimi Cardinales in synodo Praesides[2] singularem erga illum tum beneuolentiam, tum munificentiam reipsa declararint. Augustani quo[b] tulerunt molestius suum abesse concionatorem tribus mensibus, eo laetioribus animis reditum eiusdem Patris excipere, et ad conciones eius audiendas frequentius conuenire uisi sunt. Nouit pietas tua, quam serio et ardenter urserint Patricij et Canonicj, ut ne diutius abesset ille, cuius audiendi desiderio tam multi tenerentur.

372.

1. Iulii 1562.

Ex *Pogiani* Epistolis III, 93.

Canisius Tridenti muneri satisfecit. Cuius reditum Augustani valde urserunt.

Otto cardinalis Augustanus Roma 1. Iulii 1562 Tridentum ad cardinalem Hosium (per Iulium Pogianum) scripsit: Bene de Canisio: totumque etiam ex prudentia tua et ex charitate in illos homines, qui eo non facile carebant . nisi enim ejus reditum vehementer ursissent, non fuissem ego nimis molestus literis de ipso meis . is quod istic suo muneri satisfecerit, mirifice laetor, et Deo gratias ago . rem Deus exitu comprobet.

Tridento quidem Canisius (20. Iunii, ut videtur; vide supra p. 462) abierat Oenipontem; Augustam autem redire, id quod cardinalis vehementer optabat, ante initium m. Augusti ei non licuit; vide supra p. 474. 618.

Paulo Drews si credimus, Canisius Tridento profectus Oeniponte diutius subsistebat neque ita facile Augustam redire poterat eo, quod Augustae ei non bene conveniebat cum clero neque hic eum ecclesiae cathedralis suggestui restitui volebat.

---

[a] *Ita B;* dissere *A.* [b] *Ita B;* quoque *A.*

---

[1] Hosii.
[2] Gonzaga, Seripandus, Hosius, Simonetta, Sitticus; vide supra p. 455[1].

„Schon 1562 musste Laynez auf seiner Reise nach Trient [zu Augsburg] dem abwesenden Canisius durch persönliche Verhandlungen gewissermassen den Boden zurückerobern.“ Et paulo infra: „Wir entsinnen uns, dass ja Canisius dort so schwere Konflikte heraufbeschworen hatte, dass Laynez persönlich eingreifen musste“ (Petrus Canisius p. 98. 109). Id quod Drews (l. c. p. 98. 154[36]) ex Canisii litteris Oeniponte 3. Augusti 1562 ad Hosium datis (supra p. 474, et apud *Cyprianum* l. c. p. 240—241) probat; ubi Canisius de rebus augustanis haec, neque plura, scribit: „Breui Augustam rediturus uideor. Nam cum esset Augustae Praepositus noster, hoc impetratum audio, ut cito cathedrae restituerer.“ At longe aliter haec verba interpretanda esse, Drews ex Ottonis Truchsessii epistulis, quas modo posui quasque a Lagomarsinio in Pogiani Epistolis olim evulgatas ipse noverat (*Drews* l. c. p. 154. 155 etc.), facile intellegere potuerat. Affirmat enim Truchsessius, suas „calere aures querelis multorum [Augustanorum], ipsum Canisium prope necessario revocantium“ atque „opprimi se literis augustanorum suorum“, „eius reditum vehementer urgentium“; et perspicuis verbis „augustanos sacerdotes“ magno Canisii desiderio teneri asserit (supra p. 735. 739. 753). Quae duobus factis confirmantur, quae sub exitum eiusdem anni acciderunt: Capitulum cathedrale Canisium Landsbergam ad contionandum expetitum, eo ire non sivit; idem capitulum eidem eiusque sociis ampliores aedes promisit; v. supra p. 690. 675. Cf. etiam supra p. 753. Quare facillime credi possunt, quae *Sacchinus* refert: „Mira Lainium Augustanorum Catholicorum excepit benignitas: sed omnium eo conspirauere preces, vt Canisium ipsis suum primo quoque tempore restitueret: adeoque contendere, vt cogerent polliceri protinus redditurum . Itaque vbi primum Oenipontum peruenit, missa omni alia cura redire protinus Augustam iussit“ (Can. p. 194; similiter Hist. S. J. II, l. 6, n. 74).

373.

18. Septembris 1562.

Ex *Bucholtz* l. c. IX, 699; quem hanc epistulam Vindobonae in archivo aliquo caesareo vidisse conicio.

Exstat etiam apud *Schelhornium* l. c. II, 560, ubi is „Excerpta“ quaedam ex his litteris inter Friderici Staphyli chartas a se inventa evulgat. Ex Schelhornio „Excerpta“ illa exscripsit *Le Plat* l. c. V, 503—505.

Canisius de calice laicorum sententiam Lainii sententiae contrariam in concilio protulisse traditur.

Ferdinando I. imperatori Tridento 18. Septembris 1562 Georgius Drascovitius et Sigismundus a Thun, eius apud concilium oratores, scripserunt: Quod ad calicis negotium attinet . . . Doctor Laynes Jesuitarum generalis, . . . non satis habuit longa oratione, licet infirmissimis argumentis[a], nobis, etiam pungentibus uerbis aduersari, sed antea multos Episcopos, ut idem facerent inducere conatus est; quod suum propositum . . . retinuit, cum antea Canisius eiusdem societatis plane contrarium[b] senserit, et publica etiam oratione hanc suam sententiam testificatus sit.

Schelhornius, cum in „Excerptis“, ut videtur, „cum antea Canisius ejusdem societatis plane senserit“ repperisset, ante „plane“ censuit supplendum esse „idem“,

---

[a] *Buch. hic* (?) *addit; quo signo non lectionem hanc, sed rem ab oratoribus relatam ut dubiam notare velle videtur; apud Schelh. hoc signum non est.*

[b] idem plane *Sch.; vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.*

quod Canisium de calice laicis concedendo idem ac Lainium sensisse ex *Sacchino*, Hist. S. J. II, l. 7 (n. 44—47), constaret. Verum quae Sacchinus eo loco scribit, ad a. 1563 pertinent, quo tempore Canisius sententiam nonnihil iam mutaverat. Ac Bucholtzium recte legisse, et ex superioribus oratorum epistulis, et ex *M. Ign. Schmidt*, qui in veteribus monumentis vindobonensibus eandem lectionem repperit, intellegitur[1]. Ceterum confer, quae libello a Drascovitio 23. Iunii 1562 ad caesarem misso adnotata sunt supra p. 752.

Quod autem Canisius, erga calicis concessionem antea haud ita propensus (cf. supra p. 642), Tridenti eam pro Bohemis aliisque tam serio petiit, suasionibus precibusque oratorum Ferdinandi I., quibus ipse familiariter utebatur, ac fortasse etiam Paumgartneri, oratoris bavari, id effectum esse existimo; neque ignorasse videtur Canisius, ipsius summi pontificis animum ad eam concessionem inclinari (*Sickel*, Trient p. 350. 367). Ceterum Canisius haud multo post ad priorem fere sententiam rediit. Synodus calicis negotium in sessione XXI. (16. Iulii) in aliud tempus reiecit, in sessione XXII. (17. Septembris) ad summum pontificem rettulit. Ac Pius IV. Bohemis, Austriacis, Bavaris, aliis calicem concessit; ex qua re commoda, quae exspectabantur, consecuta non esse iam in comperto est.

Haec omnia ostendunt, *Ernestum Salomonem Cyprianum* haud ex aequo iudicare, cum in „Tabulario Ecclesiae Romanae" scribit: „Inprimis Canisii laudes amplificatae sunt diligentissima opera, quam concilio Tridentino cum anno CIↃIↃXLVIII. Bononiae, tum anno CIↃIↃLXII. Tridenti praesens, absensque postea consiliis plurimis dedit, calicisque vsum, a se e Bavaria propulsatum, enixissime dissuasit. Intelligitur eius de hac re sententia ex literis, quas iam edimus, vt hoc exemplo discant partium semel electarum amore capti, quantopere etiam summa ingenia delirare possint, cum purpurissum pro pulchritudine habere incipiunt, vnique veritati studere desinunt" (l. c. p. 33).

Sacchinus (Historia S. J. II, l. 6, n. 75) asserit, Canisium a. 1562 Tridenti „sententiam suam inter Theologos . . . aliquoties dixisse", et *Boero* (Can. p. 248) addit, de eucharistiae sacramento eum locutum esse. Verum in publicis omnium theologorum congregationibus semel tantum eum dixisse ex concilii actis certum efficitur; facile tamen fieri poterat, ut ad unam alteramve ex „particularibus", quas vocabant, patrum „deputationibus" sive congregationibus, quae ad decreta adumbranda aliaque negotia gerenda nonnumquam instituebantur (*Massarellus* l. c. I, 10), adire ibique sententiam dicere iuberetur. Immo eum ad patres theologosque „Indici" Pauli IV. recognoscendo delectos dixisse satis certum est; cf. supra p. 449.

I.

MONUMENTA VINDOBONENSIA CANISII.

374.

Sub m. Aprilem 1561.

Temere recentes quidam historici affirmant, Canisium universitati vindobonensi contumeliosum scriptum adversus Georgium Tannerum iurisconsultum proposuisse.

Georgius Tanner († sub 1581) emersdorfensis (Emmersdorf in Austria inferiore), iuris utriusque doctor et grammaticae litterarumque graecarum in universitate vindobonensi professor, qui „Novellas" graecas Venetiis ex codice vetere a se exscriptas typis evulgare volebat (*Aschbach* l. c. III, 279—289), „D. Bonifacio Amerbachio,

[1] „Da zuvor Canisius aus der nämlichen Gesellschaft in einer öffentlichen Rede ganz einer andern Meinung gewesen" : Neuere Geschichte der Deutschen III (Frankenthal 1785), 216.

Jurisconsulto" et reipublicae basileensis procuratori, Vindobona „ex aula Universitatis" 6. Maii 1561 scripsit: „Quidam Gelrensis proposuit nuper consistorio huius Gymnasii contumeliosum prolixum scriptum quo mihi vanitatem inter alia convicia incredibili acerbitate exprobrat: me hactenus vana spe juris candidatos tanta Novellarum ostentatione lactasse: atque tantum abesse, ut Novellas pristino nitori restituerim, ut etiam *αὐτόγραφα* nunquam viderim" (*R. v. Stintzing*, Georg Tanners Briefe an Bonifacius und Basilius Amerbach [Bonn 1879] p. 54).

Ad quae verba *J. de Wal* in „Opmerkingen en gissingen naar aanleiding van een der onlangs uitgegeven brieven van Georg Tanner" haec adnotat: „Natuurlijk rijst hier de vraag op, wie die quidam Gelrensis kan geweest zijn? . . . Geen ander kan hier bedoeld zijn dan Petrus Canisius van Nijmegen. . . . De schranderheid van Canisius, die van de zwakke zijde zijner tegenstanders uitnemend partij wist te trekken, treedt ook hier in een helder daglicht" (Verslagen en mededeelingen der koninklijke akademie van wetenschappen. Afdeeling letterkunde. Tweede reeks. 8. Deel. [Amsterdam 1878] p. 364—366). Atque *Aschbach*: „Mit Recht erkennt De Wal . . . in dem Quidam Gelrensis den Wiener theologischen Professor Petrus Canisius aus Nimwegen in Geldern" (l. c. III, 284[2]). At ex litteris monumentisque in huius operis voluminibus II. et III. positis certo constat, Canisium, plurimis negotiis distentum, iam a. 1556, si non prius, in universitate vindobonensi theologiam docere desiisse. Neque ex eo, quod Tannerum protestantibus favisse constat (*Aschbach* l. c. III, 284. *De Wal* l. c. p. 364), deduci potest, Canisium eum singulariter, idque hac ratione, insectatum esse; hoc enim tempore in Germania haud paucos universitatum catholicarum professores animis fuisse in protestantium dogmata inclinatis compertum est. Canisius vere a. 1561 Augustae degebat neque ante exeuntem m. Iunium Vindobonam, idque ad breve tempus, venit (vide supra p. 170); accedit, quod in Canisii et Sociorum vindobonensium epistulis a. 1561 datis, quae adhuc exstant, nihil eiusmodi (quod equidem viderim) relatum est.

Neque (quod equidem norim) in alia re, quam in Tanneri de „Quodam Gelrensi" illo verbis, inniti videntur, quae *Aschbach* (l. c. p. 284) scribit: Ex Tanneri voluntate ad protestantismum propensa explicari posse, „dass die Jesuiten, namentlich Petrus Canisius, bei der Regierung ihren Einfluss dahin zu benützen versuchten, dass Tanner nicht eine Professur des römischen Rechtes übertragen wurde, ihn sogar selbst verdächtigten, dass er dazu nicht die ausreichenden Kenntnisse besässe" etc.

Immo etiam nescio an Tanner paulo post a Sociis vindobonensibus adiutus sit. P. *Paulus Hoffaeus* S. J. certe, collegii vindobonensis rector, in eiusdem collegii *Litteris quadrimestribus, Vindobona 26. Aprilis 1562 datis: „Virj," inquit, „alioqui insignes, ac nobiles per R. P. Victoriam S. C. Maiestati non raro commendari cupiunt, quod sciant eius commendationes magni apud S. C. Maiestatem ponderis esse solere: cuius rej etiam hoc non obscurum exemplum esse potest, quod cum exercitatissimus quidam Iuris Doctor, sed apertus alioqui Societatis nostrae hostis, ac praecipuus Lutheranorum fautor, a Caesare ob legitimas causas in Carcerem conijciendus esset, quamprimum accessit ad alium quendam uirum illustrem, quem magnum Societatis nostrae fautorem esse non ignorabat, eique conquestus est perijsse se, ac plane desperare, neque quicquam auxilij ab vllo hominum se sperare posse, quam a solo deo et Patribus de Societate, quos multum apud S. C. Maiestatem posse se scire affirmabat, ac proinde se illis ab eodem magnifico Patrono nostro diligenter commendarj impense admodum rogauit" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „G. Ep. III" f. 11[a]).

375.

P. IOANNES DE POLANCO,

secretarius Societatis Iesu,

nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis,

P. IOANNI DE VICTORIA S. J.,

rectori collegii vindobonensis.

Roma 19. Aprilis 1561.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „Vienna Padre Vittoria." Salutationi „Pax Christi" a librario ascriptum est: „Soli" [i. e. Victoriae soli haec epistula destinata est]. Cod. „Germ. 1559" f. 322ᵃ.

Victoriam suaviter hortatur, ut Canisii, praepositi provincialis, collegium vindobonense „visitaturi", studiosius, quam fecerit, et voluntatem et iudicium sequatur. In difficilioribus rebus Lainium consuli posse. Collegii vindobonensis prosperitatem et Canisio et Lainio curae fore.

Jhesus.

Pax Christi .etc.

Charissimo Padre creo quel Padre Prouincial uisitara ese collegio, y encomiendasele el cuidado que conuiene del aumento del[1]; y de la consolacion delos que ay en el . V. Reuerentia por amor de christo procure quitarse todas sombras de su animo; y de aclararse y unirse mucho en su coraçon con el Padre Prouincial . y no solamente en la uoluntad (que abria menos que hazer) pero aun en el entendimiento[2], en manera que con la perfetta obedientia, y humildad, y charidad, idem sapiant, idem dicant[3], y despues que V. Reuerentia le huuiere dado sus razones quietese, y haga de buena uolontad lo que a el pareciere pues que donde ubiese difficultad en resoluerse se puede consultar .N. Padre general. El qual se consolaria de uer en las letras mas segnales de conformidad en los pareceres dela que vey. V. Reuerentia podria confessarse con el dicho Padre Prouincial, y hazer en sus manos la profession, sinola huuiese hecho antes[4]. y finalmente por todas uias procure ganarle mas la uoluntad, aun que no dudo que esta ganada de entrambas partes quanto ala portion superior. Enlo demas tenga por cierto que essa obra de Vienna sera siempre muy encomendada à N. Padre y ella lo merece por lo que Dios N. S. sesirue della, y se spera se seruira . y de aca sedaran

---

[1] Vide supra p. 118. 120.

[2] De hac „oboedientia intellectus" vide supra p. 132⁵.

[3] „En cuanto sea posible idem sapiamus, idem dicamus omnes, conforme al Apóstolo" [2 Cor. 13, 11. Phil. 2, 2 etc.]: *S. Ignatius*, Constitutiones S. J. P. 3, c. 1, n. 18 (Constitutiones latinae et hispanicae p. 93). Cf. „Summarium Constitutionum" reg. 42.

[4] Victoria 20. Aprilis 1561 in manibus Drascovitii episcopi eam emisit; vide supra p. 143¹.

las ayudas que sepodran de gente y lo demas: por que tambien ay para ello particular razon, dando se de alla la ayuda que seda y la que seprocura, aun por uia de gratitud. No dire mas en esta sino que N. Padre y todos nos encomendamos mucho enlas orationes y sacrificios de V. Reuerentia. De Roma .19. d' Abril[a] 1561.

Eodem die Polancus Augustam ad Canisium scripsit, Lainii nomine eum rogans monensque, ut Victoriam, quantum posset, sibi devinciret, eius conatus adiuvaret etc. Vide supra p. 120—121.

376.

17. Maii 1561.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. II“ f. 44[b]—45[a].

P. Victoria, rector vindobonensis, Lainio promittit, se Canisio, collegium visitaturo, animum aperturum et libenter oboediturum esse, prout etiam antea saepe fecerit.

P. Ioannes de Victoria S. J., collegii vindobonensis rector, ad litteras Roma 19. Aprilis 1561 datas, quibus Polancus et suo et Lainii nomine eum ad plenam perfectamque oboedientiam Canisio collegium „visitaturo“ praestandam adhortabatur (vide supra p. 757), Lainio respondit: Venendo [il Padre Prouinciale] si trattarano con lui molte cose, et quando vorra domandare il parer nostro, o ver sentirlo hor sia diuerso hor non dal suo, o dall' altri osseruaremo quello che .v. Reuerentia scriue, il che pur si ,e, sempre inteso cosi et osseruato, cio ,e, lasciato à lui libera, et alegramente la resolutione, et non sapiamo esser fatto altro, et con questo, et con hauerme confessato spesse volte col padre prouinciale, qui, in Straubing, et in Augusta, et altri luoghi, et esser preparato in confessione et fuori di confessione aprirle tutto mio cuore, come anche ho fatto per lettere, et à boca speso, et come farei à .V. Reuerentia Jstessa, o al Reuerendo Padre Polanco spero satisfaro in parte al debito mio et desyderio di .V. Reuerentia, et hauero risposto alla poliza che da se come padre mio, che so quanto mi ama., il R. P. M. Polanco mi scrisse de mente della R. V. et sua sopra questo.

377.

Inter 22. Iunii et 7. Iulii 1561.

Ex apographo litterarum P. Elderen, eodem tempore Augustae scripto et Romam misso. Cod. „G. Ep. II“ f. 118[a].

Hac litterarum parte usus est *Sacchinus*, Can. p. 186.

Canisius collegia „visitavit“ et cum caesare de variis rebus egit.

P. Guilielmus Elderen S. J. in litteris quadrimestribus domus S. J. augustanae, Augusta m. Septembri 1561 datis, de Canisio haec, praeter alia, scribit: Hoc quidem proximo quadrimestri tempore . . . D. Lanoyo

---

[a] *A librario correctum ex* de Hebrero.

comitatus, Austriam et Bohemiam peragrauit, Viennensis et Pragensis Collegij fratres inuisit, et quae opus erant pro instituti nostrj ratione constituit, quemadmodum in Bauaria quoque Monachij fecit, ut iam hisce Collegijs bene consultum uideatur [1]. Cum Viennae esset, tractauit multa cum Caesare, qui ad res uarias et graues illius iuditium et scripta uoluit adhibere, quo cum transacta etiam res est, de fundando mox Collegio Oenipontano. Eius rei gratia nunc Pater Carolus [2] Vienna profectus Oenipontum peruenit.

378.

Inter 22. Iunii et 7. Iulii 1561.

Ex apographo litterarum Petri Hollandi, eodem tempore in collegio S. J. vindobonensi scripto et Romam ad Societatis vicarium generalem misso. Cod. „G. Ep. II" f. 65[b]—67[b].

Litteris usus est *Kröss* l. c. p. 137.

Canisius litanias concilii tridentini causa cantari iubet; collegium vindobonense „visitat"; caesari in re litteraria operam navat; sacerdotem ad anabaptistas delapsum iuvat; Canisius et Hosius.

Fr. „Petrus Holandus" S. J. [3] *in litteris quadrimestribus collegii S. J. vindobonensis, Vindobona 1. Septembris 1561 datis, haec, praeter alia, scribit:*

Cantabantur antea laetaniae, diebus quidem Dominicis et festis post Vesperas, Sabbatinis vero atque Sanctorum vigilijs ante nocturnam Salutationem Angelicam, eandem ob causam [4] praecipue, quod etiam nunc non sine augmento feruoris Christiani populi obseruatur . Sed tamen visum hoc tempore fuit Reuerendissimo superius dicto Legato [5], ac R. P. Prouinciali, qui tunc forte pro more uisitaturus collegium hoc nostrum aderat [6], vt die Lunae post rem sacram quam studiosi omnes nostri Collegij de more quottidie [audiunt][a], hoc idem ad destinatum aliquod tempus fieret[b]. Quamobrem, donec aliud nobis ab eodem P. Prouinciali significetur, sanctum hoc institutum mordicus retinemus [7]. . . .

---

[a] *Vel:* frequentant. [b] fiere *ap.*

---

[1] Plura de his „visitationibus" vide supra p. 692—693. 718—721. Cf. etiam infra, monum. 406. [2] Grim. Cf. supra p. 700.

[3] De hoc in * „*Catalogo* patrum ac fratrum qui sunt Viennae .6 Augusti 1559" dicitur: „Est 20 annorum . 4. cito anni erunt ex quo se Societati resignauit, Studiosus est Rhetorices, natura, habitu, tarditate atque ingenio Philosophus . docuit vno atque altero anno pueros, in graeca lingua profecit satis." In * *Catalogo* autem vindobonensi 1. Ianuarii 1561 dato asseritur, eum e „Philosophis secundi anni" esse; „ianitorem iuuat frequenter"; „repetit hebraicam Gramm: cum alijs indoctioribus" (Cod. „G. C. 67" p. 307. 345).

[4] I. e.: „Concilij Oecumenicj causa." [5] Cardinali Hosio.

[6] Aderat inter 22. Iunii et 7. Iulii 1561; vide supra p. 170. 193.

[7] „Adolescentes noui .collegij" sive convictus iuvenum studiosorum, Sociis

Prouinciali huius collegij absoluta visitatione, M. Carolus Grim Tyrolensis trium quidem votorum solemnem, Saluator uero Subminister, Gratianus, atque Ramus [1] coadiutorum, quos formatos vocamus, temporalium professionem [2], Reuerendo Patre Prouinciali rem sacram celebrante, pro more ac instituto Societatis fecerunt, non absque uberi spiritus, religionis, atque pietatis incremento. M. autem Cornelius, iam diu Romae, quatuor votorum professione [a], in Societatem professam cooptatus [3], eodem die in templo nostro, cum alijs quatuor praememoratis, vota, fieri solita ab ipsis professis, simplicia emisit [4].

Egit Reuerendus Pater Prouincialis eo tempore nobiscum quindecim, aut amplius, diebus, nosque omnes officijs humilioribus, seruiendo [b] mensis ac exhortationibus tum comunibus tum priuatis, ut ad honestissimarum virtutum perfectionisque apicem, quod nostrum a nobis institutum iure optimo exigit [5], contenderemus impellere uisus est. Fuit pergratus eius aduentus Caesari imprimis ac alijs deinde primariae conditionis hominibus.

Dedit illi Maiestas ipsius Caesarea tunc temporis negotium quoddam literarium, ut laboriosum, ita, quemadmodum speramus, non inutile

---

[a] professionem *ap.; cf. infra adn. 3.* [b] seuiendo *ap.*

---

aliquot „iuuantibus atque dirigentibus“ eas cantasse ex ipsis his **Litteris* quadrimestribus intellegitur. Nescio autem, utrum significentur litaniae Omnium Sanctorum, an litaniae aliquae B. Mariae Virginis. Lauretanas a. 1560 in collegii pragensis ecclesia, „Canisio Provinciali probante“ „pridie Sacrorum dierum post meridiem“ a discipulis cantari coeptas esse affirmat *Schmidl* l. c. I, 144—145 (qui ibidem scribit, 2. Iunii 1560 ibidem iisdem diebus missam quoque [Canisio probante] „modulate cantari coeptam“ esse).

[1] De P. Carolo Grim vide supra p. 106. 77 [2]. Reliqui erant: Salvator de Vagune hispanus, arte sutor, fere 26 annorum; Gratianus Ligminus (Ligurinus?) italus, fere 33 annorum, „in rebus coquinae, tum in murario atque carpentario . . negocio“ versatus; Iacobus Ramos hispanus, fere 46 annorum, arte sartor (* *Catalogus* vindobonensis. Cod. „G. Ep. II“ p. 317—322). Gratianus 13. Octobris 1563 in collegio vindobonensi, dum pestilentia infectis operam dat, caritatis victima obiit (*Socher* l. c. p. 105).

[2] Hi tres e numero „coadiutorum temporalium“ sive laicorum illorum erant, qui in Societatem admittuntur, ut in rebus domesticis eam adiuvent, quique „formati“ dicuntur, postquam ultima paupertatis, castitatis, oboedientiae vota nuncuparunt; quae ipsorum vota publica quidem, sed non sollemnia sunt (*Constitutiones* S. J. Ex. c. 1, n. 9; c. 6, n. 1; P. 2, c. 1, A n. 5).

[3] P. Cornelius Brogelmannus Romae 10. Februarii 1556 in Lainii manibus eam professionem emiserat (*Monumenta* historica S. J. Ann. 5, Fasc. 49. [Madrid 1898] p. 40 [1]). Is „totius collegij Confessarius“ erat (*Petrus Holandus* in ipsis his *litteris [Cod. „G. Ep. II“ f. 64 [a]]. Cf. Catalogum collegii autumno a. 1561 Vindobonae excusum, apud *Sommervogel,* Les Jésuites etc. f. C3 [a]).

[4] De his votis vide supra p. 92 [2]. Die 2. Iulii (quo festum „Visitationis Beatae Mariae Virginis“ agitur) 1561 haec facta esse ex *votis intellegitur, quae *Brogelmannus* sua manu scripta olim Romam misit, quaeque nunc exstant in Corpore quodam votorum germanicorum, parte 2.

[5] *Constitutiones* S. J. P. 6, c. 1, n. 1; P. 10, n. 2.

futurum; cui, ante quam hinc discederet, finem imposuit. Suscepit illud Jmperator grato animo post discessum P. Prouincialis, ac uicissim librum cuiusdam quasi haeresiarchae nostrorum censurae subiecit.

Caeterum, cum adhuc nobiscum .R. P. Prouincialis ageret, quemdam Sacerdotem anabaptistam apud Reuerendissimum Hosium, tunc Apostolicum Nuntium, consilio, iuuit, atque fauore, ut ad Catholicam fidem rediret. Is, cum deposita Sacerdotis dignitate, lanificium apud illos aliquamdiu maiori credo studio uirtutis (non tamen secundum scientiam[1]) quam impij illi ferre poterant, exercuisset, resipuit tandem Diuina gratia ille: atque fucos, imposturas, impietatemque Anabaptistarum aperte satis agnoscens, capta, aut potius oblata a Deo occasione, quas diutius quam debuisset traxerat, moras dissoluit, atque ad nos confugit . Confessus est, ut uirum Christianum decet, de peccatis in collegio nostro, ac abiurata haeresi, humillime sumpta a Reuerendissimo praememorato Hosio imposita poenitentia, in gratiam redijt Seruatoris, rigore canonum prudenter temperato . Aegerimo animo tulerant illi quod Italo cuidam catholico ad mortem decumbenti opem tulisset. . . . Seruit iam pauperibus in Xenodochio.

379.

Mense Iunio vel Iulio 1561.

Ex *Victoriae* litteris autographis. Cod. „G. Ep. II" f. 303.

Canisius litteras quadrimestres collegii vindobonensis emendat.

P. Ioannes de Victoria S. J., rector collegii vindobonensis, Tyrnavia 30. Iulii 1561 Romam ad P. Christophorum Madridium, Lainii praepositi generalis vicarium, de Canisio haec scripsit: Le quadrimestre che .V. R. domanda il padre Prouinciale ha hauuto vno exemplare ben che erano fatti dieci pero non hanno seruito, et cosi lui ha pigliato il assumpto di reformarle et farle racopiare.

Victoria collegii vindobonensis litteras quadrimestres significat, quae m. Maio Romam mitti debuerant; vide supra p. 56. 74. 202.

380.

M. Iulio 1561.

Ex *Aurifabri* autographo, quod est Francofurti ad Moenum in bibliotheca urbana, Epp. mss. ad Beyerum, fascic. epp. Aurifabri.

Rumores de Canisio aliisque Vindobonam evocatis.

Ioannes Aurifaber (Goldschmid) „Vinariensis" (1519—1575), qui Lutheri famulus fuerat et postea eius libros ac maxime „Colloquia" excudenda curavit, Vimaria (Weimar), ubi Ioannis Friderici II. Saxoniae ducis contionatorem agebat, „die Iovis post Margarethae" (17. Iulii?)

[1] Rom. 10, 2.

1561 Francofurtum ad Moenum Hartmanno Beyer, contionatori lutherano, scripsit: Canisius Staphilus et parochus Ingolstadiensis etiam Viennam vocati sunt, et dicuntur mira pro concilio consultare, quanquam multi ferant, eos ad convertendum Regem Maximilianum illuc profectos esse.

Constat quidem, Fridericum Staphylum Ingolstadio a Ferdinando I. caesare evocatum, Vindobonae m. Augusto a. 1561 cum Antonio Brus, episcopo vindobonensi, Michaele Helding, episcopo merseburgensi, Georgio Sigismundo Seld, imperii vicecancellario, Georgio Gienger, caesaris consiliario, de rebus concilii ac de monasteriorum austriacorum reformatione consilia contulisse (*Steinherz* l. c. p. 292. 297 ad 302). Atque hoc quoque aliqua ratione verisimile est, Ferdinandum optasse, ut cum Staphylo Ingolstadio Vindobonam veniret Georgius Theander, universitatis vicecancellarius et theologiae professor, qui ibidem etiam parochiam B. M. V. administrabat; is enim et a. 1558—1559 ecclesiarum et monasteriorum bavaricorum „visitationi" interfuerat (*Knöpfler* l. c. p. 45 [1]), et m. Maio 1561 Hosio, theologos germanos, qui ad concilium mitterentur, quaerenti, ab eodem Staphylo commendatus erat (*Steinherz* l. c. p. 270). At venisse non videtur. Neque Canisius m. Augusto 1561 in Austria erat; quem tamen, cum sub ineuntem Iulium a. 1561 Vindobonae Ferdinandum adisset (vide supra p. 170), ab hoc etiam de concilio, de Maximiliano II. etc. consultum esse, et per se probabile est, et per P. *Guilielmum Elderen,* Canisii socium augustanum, confirmatur, Canisium eo tempore Vindobonae a caesare „de rebus uariis et grauibus" consultum esse scribentem; vide supra p. 759. Ac fortasse his Canisii responsis Ferdinandus inductus est, ut m. Decembri a. 1561 scriberet, Canisium et ad quaedam (calicem laicorum, matrimonium sacerdotum) concedenda duriorem et ad romanae curiae reformationem urgendam fortasse remissiorem videri; vide supra p. 724.

381.

Ineunte m. Novembri 1561.

Ex *Victoriae* litteris autographis. Cod. „G. Ep. II" f. 85b.

P. Lanoius Vindobonam ad res collegii componendas a Canisio, non sine Victoriae rectoris offensione, missus.

P. Ioannes de Victoria, collegii vindobonensis rector, de P. Nicolao Lanoio, collegii ingolstadiensis rectore et praepositi provincialis „admonitore", a Canisio Vindobonam ad res collegii componendas misso (vide supra p. 272) Vindobona 7. Novembris 1561 ad P. Alphonsum Salmeronem, Societatis vicarium generalem, scripsit: Fu mandato qua dal Padre Prouinciale il detto Padre D. Lannoy questi giorni, con certe lettere la copia delle qualle mandaro forsse con queste . vero, e, che lui ci ha consolato con sua virtu, etc. pur et in Jngolstadio, secondo che ci ha riferito D. Hermete [1] che passo di la, lascio admiratione di sua subita partita per Vienna et qua mosse quasi tutti à variae suspicioni la sua insperata venuta. Stete qua pochi giorni, et poi si ritorno in pace non senza fatica corporale al suo Collegio, vedendo che qua non erano le cose in si pericoloso stato come la si imaginauano non so perche . o m n i a m u n d a m u n d i s [2].

---

[1] Winghenius; cf. supra p. 272. 287. [2] Tit. 1, 15.

382.

Mense Novembri 1561.

Ex apographo litterarum Victoriae, ipsius iussu vel rogatu a P. *Hurtado Perez* S. J. in collegio vindobonensi scripto et ab ipso Victoria ipso m. Novembri 1561 Romam ad P. Alphonsum Salmeronem, Societatis vicarium generalem, misso. Cod. „G. Ep. II" ff. 86[a] et 86[b].

Epistula usi sunt: *Boero,* Can. p. 414. *Michel* l. c. p. 257. *Kröss* l. c. p. 138.

P. Victoria, collegiorum vindobonensis et tyrnaviensis „superintendens", de Canisio apud Lainium praepositum generalem conqueritur: Temere P. Lanoium a Canisio modo Vindobonam missum esse. Se et Lanoium de Societatis necessitatibus inter se disserentes in has convenire sententias: Ab ipsis Societatis hominibus atque etiam superioribus multa bona impediri. Canisium ad praepositi provincialis officium ineptum esse; eum bona quidem voluntate, sed imprudenter multa aggredi: contiones (ad quas parum se praepararet), scriptionem, reformationes etc., periculosa quadam doctrina prolata et fundatione collegiorum impedita. Quare aut praepositi provincialis munus alteri conferendum, aut provinciam ita esse dividendam, ut caesaris collegia alteri subessent. Cuius divisionis multas esse causas: Provinciam nimis amplam, Canisium apud Maximilianum regem invidiosum, eius sedem ab Austria remotam etc. Novum praepositum provincialem etiam constitui posse, qui germanice non loqueretur; eum tamen Maximiliano regi gratum ac collegiorum magis quam episcopatuum augendorum studiosum esse debere etc.

Canisius praepositus provincialis, quia et ipse collegii vindobonensis „minister" sive „vicerector", et alii Socii vindobonenses de P. Ioanne de Victoria collegii rectore vehementer conquesti erant, exeunte m. Octobri 1561 P. Nicolaum Lanoium, „admonitorem" suum et „consultorem" ac collegii ingolstadiensis rectorem, Vindobonam miserat, ut quo loco collegium illud esset, videret eiusque res tranquilliores redderet (vide supra p. 252. 254. 262. 272). Quo Vindobona profecto, Victoria, qui paulo ante litteris romanis se a Lainio — id quod ipse saepe petierat — rectoris munere liberatum esse edoctus ac collegiorum vindobonensis et tyrnaviensis „superintendentem" agere iussus erat[1]*, Vindobona 11. Novembris 1561 Parisios ad eundem Lainium, praepositum generalem, litteras (earum exemplo etiam Romam ad Salmeronem, Societatis vicarium generalem, misso) dedit, quibus, praeter alia, haec scripsit*[2]*:*

Pax Christi etc. Hauiendo estos dias escritto lo que se offrecia à Roma[3], agora parece sea necessario por esta via de aca escreuir esta mandando por via de Roma la copia para mas cumplimiento.

---

[1] Harum *litterarum 18. Octobris 1561 datarum apographum eodem tempore scriptum exstat in cod. „Germ. 1561" f. 26[b].

[2] Inscriptio, quam vocamus, harum litterarum non exstat; at eas ipsi Lainio, non Salmeroni a Victoria destinatas esse, et prima earum verba (quae supra posita sunt) et postrema ostendunt, quibus „enlas oraciones de v. r. y del R. P. Polanco" se commendat; Polancus enim cum Lainio in Gallia erat (supra p. 177).

[3] Quid Victoria in his litteris, 7. Novembris 1561 ad Salmeronem, vicarium generalem Societatis, datis, de Canisio scripserit, vide supra p. 762.

Estuuo aqui quatro o cinco dias[a] el P. D. Lanoy inuiado aca alo que humanamente parecia eneste tiempo harto fuera de proposito, donde assi en Jngolstadio su repentina partida, como aqui su venida subita no esperada nj imaginada dio que dezir alos maestros . omnia munda mundis[1]. Considerando pero su venida mas intrinsecamente se puede collegir no hauer sido sin diuina disposicion, porque, aunque no hallo aqui las causas, por las quales dezia hauer sido mandado, tratando delas necessidades della compañia por aca y de las causas donde podian proceder, hallamos que aunque[b] nunca desto nj de palabra ni por letras nos hauiamos comunicado, que los conceptos eran los mesmos casi[2].

Muchas vezes he dicho, y pensado con cuidado, que la causa principal era vn effecto de nuestras culpas, hoc est, el azote de dios nuestro senor, el qual me ha parecido siempre ser muy grande viendo, que los mesmos nuestros y aun los principales, y de quien menos esto hauia de ser, sin quererlo[c] (asi es razon de sentir) impiden à vanderas desplegadas muchas vezes el bien por aca, para la promocion del qual todos los dela compañia estamos aca. Pero dexando esta causa, secretior, vna delas principales parecia al P. Lanoy, delo qual la experientia da testimonio ser assi, que era el P. Prouincial, no tener el talento necessario à tal officio, allende que encima desto toma otros pesos no tan necessarios, mas à los quales el es mas inclinado y apto. Como es allende de los sermones, alos quales se apareza mal segun el mesmo D. Lanoy certifico sin ruminarlos, mas solo dictando à vno lo que le viniere muchas vezes con poca examinacion ala boca, y enel tiempo que habria de cumplir mas principalmente con su officio[3], el escreuir muchas cosas, y de poco fruto algunas, tratar por letras con varias personas de reformaciones etc. conuersar con varias personas delo mesmo[4] y de otras supra captum nostrum, y aun, como en alguna cosa notablemente se ha uisto, con alguna peligrosa doctrina[5], y con

[a] *Ab Hurt. ipso correctum ex* Escriuo aqui quatro o cinco cosas.
[b] *Sequitur* desto, *ab ipso H. oblitteratum.*
[c] *Sequitur* (casi, *ab ipso H. oblitteratum.*

[1] Tit. 1, 15.
[2] Probabile quidem est, Lanoium quoque his de rebus Lainio scripsisse; at nunc eiusmodi litterae non exstant. Lanoium autem idem ac Victoriam sensisse vix crediderit, qui Lanoii epistulas in hoc volumine, maxime p. 243—252, positas et ea legerit, quae P. Pisanus haud multo post ad Lainium scripsit (infra, monum. 383); qui se a Lanoio de rebus vindobonensibus certiorem factum esse affirmat. *Canisius* Lainio 3. Februarii 1558 scripsit: „P. Victoria zelum quidem habet, sed ut P. Lanoyus queritur non secundum scientiam" (*Can.* Epp. II, 195). Cf. etiam *Kröss* l. c. p. 138. [3] Vide, quae sub ipsam hanc Victoriae epistulam dicentur.
[4] Reformationes monasteriorum etc. dicere videtur; cf. supra p. 614. 762.
[5] Quam doctrinam Victoria significet, equidem nescio.

impedimento, de fundacion de collegios dela compagnia aunque de todo es de esperar que por su buena voluntad, Dios nuestro Señor sacara frutos de su gloria por sola su bondad y virtud, que de nuestros males sabe sacar como le plaze bienes. Dexando pero à parte las cosas, que parecen ser accusaciones, y todas las passadas en este y otros muchos casos, mayormente en cosas de gouierno, ha parecido ser necessario para descargar nuestras consciencias; auisar à v. r. que importa grandissimamente, y mas que podemos por letras agora explicar, que se haga vna de dos cosas, o que se de el cargo à otro mas apto, y que se allegue mas al espiritu que los otros mayores dela compañia tienen enel gouernar y al modo, o que al menos (que es loque parecia menos inconueniente, y mas frutuoso), se diuida la prouincia, dando à estos Collegios del emperador otro Prouincial que fuesse etiam grato al Serenissimo Rey [1], y à el dandole alguna buena ayuda para la suya.

Para hazer esta diuision, allende de algunas tacitas, y que por ventura se podran collegir delas expressas, occorrian 24. o 25. razones, las quales por ventura se inuiaran con esta, pero las principales, y de quienes algunas delas otras nacen, parecen ser, la falta del talento sufficiente, la complexion, o modo diuerso del acostumbrado enla Compañia. Las occupaciones de parte del predicar etc. El ser la prouincia muy derramada. La gran necessitad que tienen los collegios de presentes ayudas del prouincial y frequente inspection. Jl pericolo [2] et incommodo col quale li Rettori discorreno, o con lui, o in nome suo piu uolte, lasciando li proprij Collegij . Jl non esser grato al serenisimo Re [3], che se tiene per cosa de importancia, aunque lo sea al emperador [4], no solo por su virtud, mas porque sigue su Magesdad en esto el Juyzio que parece haze la compañia del sobre los otros, que aca tiene. El no tener su mas cierta habitacion donde esta la corte, ni en ninguno delos Collegios de su Magesdad . mas antes en domjnio ageno y lugar remoto destas [5], y mas propinquo à otros, casi que la compañia tenga el postremo cuydado destos .etc. Destas casi nazen todas las otras razones puestas por este caso.

Quanto alas personas que aca v. r. tiene para este officio, (aunque entrasse en cuenta el D. Lamberto [6], en cuyo lugar se podria enuiar con fructo el D. Christiano [7], el qual tiene mas enel ser que muestra) no ay que tratar, pues las tiene todas conocidas, solo esto se puede dezir, que aunque no tuuiesse la lengua tudesca, no importaria tanto para este officio, como para aquel del Rector, y seria de grande importantia alo que se vee, que fuesse o pudiesse ser

[1] Maximiliano II.
[2] Hic Victoria paulisper a castellano sermone ad italicum errat.
[3] Vide, quae sub ipsam epistulam dicentur. [4] Ferdinando I.
[5] Augustae Vindelicorum. [6] Auer, collegii moguntini rector. [7] Rivius.

grato al serenisimo Rey, y tuuiesse talento de doctrina, y virtud christiana, prudentia en tratar o gouernar, y alguna destreza y vrbanidad conueniente con presentia para tratar con estos principes, y con aquellos que comunmente son personas que puedan fundar Collegios, y que tenga mas intento à aumentar por aca las cosas y Collegios dela compañia que à multiplicar o aumentar obispos y obispados [1] porque parece negocio este alos que mas penetran la cosa muy de poco fruto en estos tiempos, donde ay tanta necessidad de ser los hombres instituidos en letras y costumbres, como por la diuina bondad lo haze la compañia antes, que vengan a obispar, y ay tan pocos, que puedan receuir tales dignidades, y curas fructuosamente, que es de marauillar [2].

Ex his litteris satis elucet, Victoriam hoc tempore valde aegro fuisse animo; nec mirum est, eum, ut ea aegritudine levaretur, illos animi medicos adisse, quos Deus ipse ei offerebat: supremos dico ordinis praefectos. Cum praeterea — ut ipsi quidem tunc persuasum erat — collegii vindobonensis, immo totius illius provinciae incolumitas periclitaretur, eum, cum has litteras scriberet, non clandestina in Canisium consilia struxisse, sed iure suo usum esse, immo officio satisfecisse dixeris. Complura sane ex iis, quae Victoria in his litteris affirmavit, suo nequaquam carebant fundamento: Contionatoris ordinarii munus, quod Canisio administrandum erat, cum officio praepositi provincialis haud ita bene congruebat; at praesidum iussu Canisius utrumque onus in se susceperat; quibus occupationibus ut alios labores adderet, partim procerum aliorumque importunitate, partim immenso, quo flagrabat, divinae gloriae dilatandae studio permovebatur. Vere etiam Victoria asseruit, Canisium Maximiliano regi invidiosum esse; Canisius enim a. 1555 Ferdinandum eius patrem, in quantum fidei discrimen Maximilianus per Phauserum apostatam, Lutheri doctrinas e suggestu disseminantem, similesque homines adduceretur, per litteras graviter monuerat, ac Maximilianus discidii inter se et patrem ob religionis res orti Canisium praecipuum (ut videtur) putabat esse auctorem (vide *Can.* Epp. I, 524—535. 732; II, 194). Nec perperam Victoriam, ut provincia illa superioris Germaniae in duas divideretur, proposuisse, ex eo cognoscitur, quod idem paulo post a P. Alphonso Pisano, professore ingolstadiensi et provinciae consultore, commendatum et a. 1563 a P. Hieronymo Natale, Societatis visitatore, effectum est (cf. infra, monum. 383).

At parum recte Canisius a Victoria incusatur, quod ad sermones sacros „male se praeparet“; ex ipsis enim, qui adhuc exstant, codicibus contionum eius patet, eum contiones partim quidem dictasse, partim autem sua manu scripsisse, atque etiam dictata diligenter recognovisse suaque manu correxisse et auxisse; vide *Can.* Epp. II, 844—845 et supra p. 615—651. Atque m. Decembri a. 1561 P. *Theodoricus Canisius* testatus est, eum, quotiescunque ei contionandum esset, „bonam noctis partem traducere insomnem“ (vide supra p. 600).

Atque licet in codicibus illis contiones complures haud ita expolitae vel etiam sat mancae compareant, ex suggestu tamen Canisium bene, immo etiam praeclare dicere solitum esse, ex hoc ipso concludendum est, quod auditores ei plurimos fuisse horumque animos vehementer commotos esse et amicorum et adversariorum testimoniis confirmari videmus; vide *Can.* Epp. II, 856—857. 859. 862. 863—865, et

---

[1] Victoria, praeter alia, archiepiscopatus pragensis instaurationem significare videtur; de qua vide, quae sub ipsam hanc epistulam scribuntur.

[2] Sequuntur relationes quaedam minoris momenti, quae ad hanc rem non pertinent.

supra p. 589—599. 606—608. Quod autem Victoria Canisium episcopatibus potius quam collegiis augendis operam dare significavit, id eo factum esse videtur, quod Canisius, sicut romani totius Societatis moderatores (*Can.* Epp. II, 486. 578. 588, et supra p. 46. 350. 439), ea tantum collegia, quibus et Societatis vires pares essent et reditus necessarii suppeterent, admitti volebat; nam ceteroquin eum Societatis amplificandae studiosissimum fuisse ex eius epistulis clarissime apparet; quod autem archiepiscopatus pragensis — hunc enim Victoria potissimum significare videtur — instaurationem commendavit et adiuvit, rem adiuvit, quae Bohemiae, tanto tempore episcopis destitutae, quam maxime necessaria et utilis erat.

Vir certe erat Victoria virtutis haud exiguae, laborum multorum, studiorum optimorum. At homini hispano, qualis ipse erat, haud ita facile erat, inter medios versari Germanos. Accedebat corpus morbis afflictatum, animus variis negotiis distractus (vide supra p. 247. 251), studia, ut recte scribit *Sacchinus,* „interdum ardentiora, extraque id temperamentum, quod Canisij vellet modestia, cui declinandae offensionis antiquissima cautio erat" (Can. p. 330) [1]. Quare cum identidem, quod Victoriae probabatur, Canisio displiceret, idem, quod olim compluribus viris sanctis accidisse constat, quodque paulo post inter Claudium Aquavivam, Societatis praepositum generalem, et Paulum Hoffaeum, eius „assistentem", futurum erat (*B. Duhr* S. J., Paulus Hoffaeus, in „Zeitschrift für katholische Theologie" 23. Jahrg. [Innsbruck 1899] p. 617), tunc quoque contigit: Discordia quaedam orta est inter Canisium et Victoriam; atque hic suspicionem vel potius persuasionem est ingressus, Canisium sibi minus favere; qua persuasione a. 1562 eo tandem deductus est, ut P. Alphonsus Pisanus Romam scriberet, eum et publice et privatim Canisio obloqui, utque rector collegii pragensis, in quo tunc morabatur, dubitaret, num homini tantopere adversus superiorem concitato iratoque absolutionis sacramentalis beneficium impertiri liceret; vide supra p. 430, et infra p. 769.

Victoriae ad has litteras neque a Lainio neque a Salmerone, eius vicario, (quod equidem noverim) responsum est [2]. Victoria ad praepositi provincialis munus ineptum esse affirmavit Canisium. Hic autem, quamvis saepe, ut eo officio liberaretur, instaret, usque ad a. 1569 illud administrare a Lainio et a Sancto, qui ei successit, Francisco Borgia iussus est, tanto videlicet tempore, quantum ex omnibus, qui usque in praesens provinciam eandem rexerunt, nemo excessit, unus tantum (Hoffaeus) paene assecutus est [3]. Victoria vero paulo post a supremis Societatis moderatoribus internis collegii vindobonensis, quod rexerat, rebus se ingerere plane vetitus (v. supra p. 333. 425) neque umquam postea, quod equidem sciam, ulli Germaniae collegio praepositus est; in Italia tamen inde ab a. 1565 varia eaque gravia munera administravit; vide infra, monum. 421.

---

[1] **Madridius* Lainio Roma 16. Augusti 1561: Victoria Tyrnavia scripsit, sibi eius civitatis curam parochialem, saltem ad tempus, a Sociis suscipiendam videri. „Mi pare chel Padre Vittoria abbracci troppe cose." Et **Salmeron* Lainio Roma 8. Decembris 1561: „Tutta uia il P. Vittoria dimostra il suo largo animo in abbracciar sempre nuoue imprese, perche scriue ultimamente ch' li pareua ad ogni modo si douesse incominciare in Vienna anchor casa de professi" (ex harum epistularum apographis eodem tempore scriptis. Cod. „Italia 1560. 1561. 1562" f. 202^{b}. 262^{a}).

[2] „Il P. Laynez, che conosceva a fondo la santità e la prudenza del P. Canisio e s' era accorto di quello che era, non fece alcun caso di quelle invettive": *Boero,* Can. p. 414.

[3] Horum catalogum posuit *Pachtler,* Ratio Studiorum I, xv—xvi.

383.

P. ALPHONSUS PISANUS S. J.,

theologiae professor in universitate ingolstadiensi et provinciae S. J. Germaniae superioris consultor,

IACOBO LAINIO, Societatis praeposito generali, et ALPHONSO SALMERONI, eiusdem vicario generali.

Ingolstadio 24. Martii 1562.

Ex autographo (2°; 1¼ pp.; in p. 2. inscr. et pars sig.). Cod. „G. Ep. III" f. 80.

Canisius et Victoria inter se discordant, neutrius quidem culpa, sed Victoria, ut videtur, auctore. Qui in professione nimio apparatu usus est; rectoratu se levare importunius studuit; subditos durius tractat; Canisio etiam palam obloquitur; de Oibino translato perperam queritur; nimia collegia instituere vult; factis quibusdam et caesarem et Cromerum aliosque proceres offendit; in Germania degere gravatur. Quare aut provincia dividenda, aut Victoria, ut Canisio magis oboediat, monendus, aut ex Germania discedendi venia ei tribuenda.

ihesus.

Molto Reuerendo in Christo Padre.

Pax Christi etc.

Per sodisfare al officio che la .S. obedienza m' ha jmposto di Consultore prouinciale [1] scriuo la presente, et forsi faranno il medesimo li altri che hanno il medesimo obligo [2] se ben sia lo scriuere extraordinario [3].

Non conuengono bene tra se il Reuerendo Padre Prouinciale, et il Reuerendo Padre Victoria, penso che nissuno di loro habbia colpa, ma ben penso insieme che alcuno e la causa, cioe il padre Victoria, benche non vorria giudicare, essendo che, io non ho sentito le due parti, se non solamente quella del Reuerendo padre prouinciale, benche la parte del padre Victoria ho sentita per le lettere del rectore di Vienna [4], et del syndico del padre Victoria [5]. Altre cose intendo per relatione del Reuerendo padre Rectore nostro, il padre Lanoyo.

---

[1] Do hoc officio vide *Can.* Epp. II, 753⁵, et supra p. 99. 102.

[2] Praeter Pisanum PP. Nicolaus Lanoius et Ioannes Cuvillonius id munus tunc gerebant (vide supra p. 51¹); qui et ipsi — ac praeter ipsos unus pluresve collegiorum rectores — scripsisse videntur; vide supra p. 411.

[3] In antiquis illis **Regulis consultorum* (quae postea nonnihil mutatae sunt) praecipitur: „Singulis annis semel scribent generali consultores Prouincialis quid sentiant de Patre Prouinciale, nisi res magni momenti urgeat crebrius scribere . et obsignatas mittant literas, quas praedictus Prouincialis non uideat" (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 85ᵇ—86ᵃ).

[4] P. Pauli Hoffaei.

[5] Hic quis fuerit, nescio. „Haya un Síndico en casa, cuyo oficio sea mirar por todos los particulares en lo que toca á la honestidad y decencia exterior, andando por la iglesia y casa, notando lo que no conuiene, y avisando al Superior, ó al mesmo que falta, si tal autoridad se le da, para más ayudar en el Señor Nuestro":

Sono adonche alcune cose fatte dal padre Victoria dal tempo della sua professione [1] in qua, che pare necessario che la Reuerenda P. V. le sappia.

Prima nella sua professione fece certe ceremonie insolite alla compagnia per le quali si scandalizo grandemente il Reuerendissimo Osio, come che fussero pompose etc. [2]

2ª Procuro di ussire dal rectorato di Vienna quasi per forza, et scrisse al padre prouinciale se extorquere omnino cupere, ut ab eo liberaretur, et non bene accepit consilia quae circa hoc fuerunt ei data a patribus [3].

3ª Conqueruntur multi fratres et subditi saepe quod rigidius cum illis agat, et alcune cose particolare hanno mostrato chiaro rigore et non consueto nella compagnia, come, alli fratelli che si mandano fuora [a] de vn collegio a vn altro, hauergli tolte le corone, et li suoi scritti [4].

4° non porta debita reuerentia al suo prouinciale, anzi in secreto, et in publico parla contra di lui notandogli d' imprudentia, et inconstantia [5].

5ª va dicendo che la translation del monasterio de Oybin estara causa de perdere molti scudi la Compagnia essendo che prima haueua la Compagnia mille et 400 fl., et adesso l' Imperatore da doi mille, o piu [6].

6ª Wuole fundare molti Collegij giudicando il padre prouinciale a pena potersi sustentare quelli che hauemo accettati [7].

7ª Excitauit tragoedias, opponendosi contra l' Imperatore, et contra il Regimen, a non voler permettere che certo nouitio parlasj col suo padre [8], et che a vn giouene segli rendessi il deposito [9], per la qual cosa etiam li amici della Compagnia si sono alienati, et il Signor Cromero ancora, et si e fatto (dicono dal Signor Cromero) un pasquillo contra la Compagnia etc. [10]

8ª Intendo che il Reuerendo padre Victoria non sta volontieri in Alemanna.

---

[a] *6 vv. sqq. a P. supra versum scripta sunt.*

S. Ignatius, Constitutiones S. J. P. 3, c. 1, n. 16 (Constitutiones latinae et hispanicae p. 93).

[1] Hanc 20. Aprilis 1561 Vindobonae emisit; vide supra p. 116.

[2] Vide supra p. 116. 130. 143. [3] Vide supra p. 214. 225. 253.

[4] Cf. supra p. 218—221. 225. 225 [7]. 236. 252. 262 etc.

[5] Cf. supra p. 429—430.

[6] Ferdinandus I. 28. Ianuarii 1562 bona oibinensia Zittaviensibus ad 20 annos locaverat. Ceterum etiam P. *Ioannes Schmidl,* provinciae bohemicae S. J. historicus, mutationem illam collegio pragensi nocuisse censet (l. c. I, 161). Cf. supra p. 387. 401.

[7] Cf. supra p. 251. 416. 765. 766. 767. [8] Vide supra p. 367—370.

[9] Vide supra p. 395—397. 473.

[10] At Martinus Cromer is non erat, qui eiusmodi libellos famosos scriberet.

Tre modi occorreno per remediare questo, l' vno diuidere la prouincia d' Alemanna, superiore, et che il padre Victoria, o vn altro hauessi cura di Vienna, Bohemia et Tirnauia, et il Reuerendo Padre Canisio del Resto . il 2° che la P. V. dassi ordine come il Reuerendo Padre Victoria fusse piu conforme et subjecto al Padre N. Canisio . 3° che poi che non sta volontieri in Alemanna il padre Victoria, se gli concedessi questo desiderio . La P. V. ordinera il meglio. il 3° remedio pareua piu facile, se il Reuerendo Padre Victoria non valessi tanto appresso a Caesare, benche questa causa pare esser tolta, dopo che l' imperatore et li Signori del regimen si sono scandalizati del padre victoria per conto di li sopradetti gioueni. et hanno fatto decreti contra la Compagnia, piu presto che in fauore. Per queste cause, et senza quelle desideriamo la venuta della P. V. in queste bande, o veramente del Reuerendo padre Natale . d' Ingolstadio Fer. 3ª Hebdomade Sancte 1562.

Filius jndignus in Christo
† Alp. pisa † .

Ihesus. Al molto Reuerendo in Christo Padre, il padre Magistro Jacomo Laynez preposito generale della Compagnia di Jesu, jn Roma.

Salmeron quidem, cui haec epistula Romae tradita est, in PP. Lainium et Natalem ex Gallia in Germaniam brevi venturos harum controversiarum compositionem reiecit (vide supra p. 411—412); nec tamen sibi temperare potuit, quin Victoriam de querelis ob Oibini commutationem effusis reprehenderet; in *litteris enim Roma 11. Aprilis 1562 ad ipsum datis: „Jl negocio di oibin," inquit, „intendiamo per lettere de altri esere statto bene espeditto: et se bene fusi il contrario la R. V., gia che la cosa era fatta et conciusa. non doueua fare tanto rumore ne dentro di casa ne fuora con persone seculare poi che poteua pensare che sarebe senza fruto: ma saria stato meglio auisare V. Reuerentia il Padre Prouinciale del suo parere et rimetere la cosa alui" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1562" f. 43).

384.

30. Maii 1562.

Ex totius epistulae apographo eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 49ª.

A S. Francisco Borgia Victoria de collegii vindobonensis typographia vel Canisium vel Lainium consulere iubetur, atque ipsum Canisii potestati subiectum esse denuo repetitur.

Socius aliquis romanus (P. Franciscus Petrarcha?) nomine S. Francisci Borgiae, vicarii generalis S. J., et consultorum eius Roma 30. Maii 1562 ad P. Ioannem de Victoria S. J. haec de collegii vindobonensis typographia (cf. supra p. 262. 269) ac de ipsius Victoriae officio scripsit: Nel negocio della stampa di quà nonsi da altra risposta per che il Padre Prouinciale basta per conciuderlo et a lui si deue far capo in questo; ò ueramente al Padre Generale che stara nel Concilio . Parimente potrà lei scriuere àdetto nostro Padre sopra quel

che desidera sapere, cio è inqual luogo deue fermarsi; et in che negocij debbia attendere, benche molte uolte è stato gia scritto che V. Reuerentia procurasse et che hauesse superintendenza delli collegij di Vienna, Praga et Tirnauia nelle cose temporali sotto l' ubbidientia però del prouinciale.

P. *Paulus Hoffaeus* S. J., collegii vindobonensis rector, in *Relatione de rebus collegii ab 1. Ianuarii 1562 ad 20. Martium 1563 gestis scripta, quam supra p. 368 dixi, scribit: „Negocium Typographicum ob varias molestias ac contentiones cum Typographis susceptis prorsus sopitum est. Jmpressa tamen sunt quaedam ex Demosthene, Jsocrate, omnes familiares epistolae Ciceronis, aliquot libri Aeneidos Vergilij, Grammatica et Syntaxis Despauterij."

385.

Ineunte m. Novembri 1562.

Ex apographo totius epistulae, eodem fere tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 28b—29a.

Integra epistula ex eodem apographo posita est in „Epistolis P. *Nadal*" II, 119—121.

Inter Canisium et Victoriam non convenit. Qua in re utrobique peccari Polancus censet. Victoriam Lainius in Germania retineri vult, dummodo is vel cum Canisio in gratiam redeat vel, provincia divisa, alii subsit.

P. Ioannes de Polanco, Societatis secretarius, Tridento, ubi cum Lainio praeposito generali concilio intererat, ineunte m. Novembri a. 1562 ad P. Hieronymum Natalem S. J., qui tunc Societatis „visitatorem" in Germania superiore agebat, haec, praeter alia, Lainii iussu scripsit: Esta lleua el Padre Vittoria que uino aqui à Trento . . .; le parece que el Padre Canisio, no tiene por buena cosa alguna que haze, ni le declara su uoluntad, ni el puede acertar ahazer la, y otras cosas sesiguen de aqui, y pienso yo que dela una parte y dela otra ay alguna falta . V. Reuerencia lo entendera mejor quando meta la mano enlos pechos y uea las cosas decerca . por la auctoritad que tiene el Victoria con el Emperador y por el talento para muchas cosas, parece util para Alemaña donde ay pocos praticos para el gouierno. Pero si nose hallase modo para concertarse con el superior que ay, ò que tuuiese otro superior diuidiendose la prouincia, nose quam util sera alla su presentia, porque tiene muy dentro metida esta impresion, que no puede hazer cosa que agrade al prouincial etc. remitome enlodemas aloque V. Reuerencia iuzgare conuenir despues informarse etc.

Ex hac epistula, praesertim si cum Polanci litteris 2. Novembris 1562 ad Canisium datis (supra p. 521—523) confertur, facile patet, vel Natalem vel Canisium vel utrumque Lainio, ut P. Victoriam statim e Germania evocaret, commendasse.

De Victoria, qui has litteras Oenipontem usque (vide supra p. 521. 522) secum attulit, *Polancus* in altera *epistula sub idem fere tempus data Natali scripsit: „El cauallo que el Padre canisio compro lleua el Padre Vittoria a Hispruch porque

aqui hazia costa en la hosteria, y el no hallara cauallo alquilado, si no muy caro" (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „V. P. 62" f. 29ᵃ; tota epistula ex eodem codice posita est in Epistolis P. *Nadal* II, 122—127).

K.

MONUMENTA LITTERARIA CANISII.

386.

Inter medium a. 1559 et m. Maium a. 1561.

Ex apographo epistulae P. Elderen, eodem tempore scripto. Cod. „G. Ep. II" f. 108ᵃ.

Canisius id agit, ut catholici libri a Staphylo, Cromero etc. edantur. Cromeri Dialogos Parisiis et (ut videtur) librum „Kleinot der Seelen" Dilingae edendum curat. Typographis catholicis familiariter utitur.

P. *Guilielmus Elderen* S. J., Canisii socius augustanus, in primis domus augustanae S. J. litteris historicis, Augusta 8. Maii 1561 datis, quibus Sociorum augustanorum res inde ab a. 1559 gestas complectitur, haec, praeter alia, scribit: „Solet . . operam dare Pater, vt Catholici libri in lucem aedantur, ac veteres quidam probe concinnati recudantur . Ad quam rem doctis alijs, vti .D. Cromero, et .D. Staphylo, nec non Catholicis Typographis vtitur familiariter . Nam Augustae quidem Typographia nulla est, quae libros aedere Catholicos uelit."

Staphylus — id quod Canisius m. Martio a. 1561 non sine eius laudatione Romam scripsit — edidit: „Christlicher gegenbe- | richt an den Gottseligen gemai- | nen Layen, | Vom rechten waren verstand des Gött- | lichen worts, Von verdolmetschung der Teutschen | Bibel, vnd | Von der ainigkait der Lutherischen Pre- | dicanten. | Authore Friderico Staphylo D. *Non sint inter uos Schismata . Sitis autem per- | fecti in eodem sensu , & in eadem sententia* | 1 *Cor.* I. *Mittebat eis (summus pontifex) Prophetas,* | *quos illi PROTESTANTES* | *audire nolebant,* 2. *Paralip.* 24. | *Dominus immiscuit in medio eorum spiritum uer* | *tiginis, & immisit illis operationem erroris. Esaiæ* 19.2 . *Thess.* 2. | Gedruckt im 1561. Jar, cor- | rigiert, vnd gebessert." (Versus 1. 2. 3. 10. 20. 21 rubri sunt.) Sine loco; 4° min.; 148 ff. non sign. (addito tit.); f. A 2ᵃ—D 4ᵇ epistula dedicatoria Staphyli ad Martinum de Schaumberg, episcopum eystettensem, data. Libri exemplum exstat Luxemburgi in bibliotheca domus scriptorum provinciae S. J. Germaniae superioris.

Hic liber latine quoque, opera Laurentii Surii O. Cart., evulgatus est Coloniae 1561 et iterum 1563. Cui Iacobus Schmidelinus (Andreae), qui iam a. 1558 „Responsionem ad Frid. Staphyli confictas Lutheranor. antilogias" ediderat, 1561 opposuit „Antwort auff den lesterlichen gegenbericht Judae Jscariots, so sich Frider. Staphylum nennt, vom rechten verstand Gottes Worts" etc. Respondit ei Staphylus in „Vortrab zu Rettung des Gegenberichts wider Jakob Schmidle" (Ingolstadii 1561). Qui Tubingae a. 1562 in lucem emisit: „Abfertigung dess Vortrabs Staphyli." Hunc autem librum Staphylus refutavit libro eodem anno Ingolstadii edito: „Nachdruck zu Verfechtung des Buchs vom rechten wahren Verstand des göttlichen Worts und von der deutschen Bibel Verdolmetschung wider Jacob Schmidlin, Prädicanten." „Vortrab" et „Nachdruck" a. 1563 a Laurentio Surio Coloniae latine editi sunt. Schmidelinus tandem edidit „Antwort auff den Nachtruck Frid. Staphyli" (*Hartzheim* l. c. p. 220. *Hurter* l. c. I, 7. *Janssen-Pastor* l. c. V, XLIII. 378; VII, 613². *Io. Valent. Andreae,* Fama Andreana reflorescens [Argentorati 1630] f. S 11ᵇ, T. 2).

Hos igitur Staphyli libros Canisius significasse videtur, cum Augusta 4. Decembris 1561 ad Hosium de Staphylo scriberet: „Hortor illum, ut quemadmodum magna cum laude coepit, ita porro pergat Schmidelino respondere" (supra p. 320).

Quod autem ad *Martinum Cromerum* attinet, P. *Henricus Somalius* S. J., philosophiae professor in collegio coloniensi, Colonia 7. Septembris 1561 P. Ioanni Rethio S. J. „Francfordium vel Moguntiam" haec, praeter alia, *scripsit: „R. P. Canisius aestate superiori ad me literas dedit, quibus petijt D. Cromeri opus in galliam mitti, ut illic correctum et emendatum ab eodem autore in lucem prodiret. Misi igitur Parisios ad Alexandrum, qui annum et amplius Coloniae in pingui Gallina [1] egit, ut suis typis excuderet, quod factum sit necne, sum dubius. Quare rogo T. P. ut eundem tota Frankfordia quaerat, ut ei nostrae literae tradantur, quibus sarcinae ad eum missae commonefiat" (ex autographo. Cod. colon. „Epp. ad Reth." f. 130). Missam autem in Galliam tunc esse non Cromeri „Epistolam ad Regem" existimo, quam a. 1564 Parisiis apud Nivellium in lucem prodisse affirmat *K. Estreicher* (Polnische Bibliographie des XV.—XVII. Jahrhunderts [Krakau 1883] p. 53), sed Dialogos sive Colloquia de falsa et vera religione, qui polonice primum, deinde latine Dilingae a. 1559 et 1561 ac Coloniae (inscripti „Monachus") apud Maternum Cholinum a. 1568 evulgati sunt. Certe Cromeri „De Falsa Lutheranorum, Sive Evangelicorum nostri temporis, Et Vera Christi Religione Libri Duo Primi de Quatuor" polonice ante 8 vel 9 annos scripti, modo autem latine versi, Parisiis a. 1560 in lucem emissi sunt cum litteris dedicatoriis ad Ottonem cardinalem Augustanum datis (*Theod. Wierzbowski*, Bibliographia Polonica XV ac XVI ss. Vol. I [Varsoviae 1889] p. 44).

Ac mihi quidem probabile est, eiusdem Canisii suasionibus effectum esse, ut *Adam Walasser* (de quo infra p. 791—792) a. 1562 Dilingae per Sebaldum Mayer denuo excudendum curaret veterem libellum „Ein edel Kleinot der Seelen. Von der ordnung unnd betrachtung der alten Christlichen Kirchen, an den fürnemsten zeiten und Festen des gantzen Jars" (12°; ff. IV et 284; liber denuo ex eadem officina prodiit a. 1568); in litteris enim dedicatoriis Dilinga 2. Martii 1562 ad Raymundum Fuggerum datis Walasser de libro scribit: Es „hat ein ehrwürdiger, hochgelehrter und weltberühmter Herr mir dasselbige zugeschickt, dass ich dem alten Deutschen helfe und in jetziger Zeit bräuchliche deutsche Sprache verändern solle" (*N. Paulus,* Adam Walasser, ein Schriftsteller des 16. Jahrhunderts, in „Der Katholik" 75. Jahrg. II [Mainz 1895], 455—456). Certe Walasser paucis hebdomadis ante (m. Ianuario vel Februario 1562) in Martyrologii germanici litteris dedicatoriis Dilinga ad Georgium et Marcum Fuggeros datis affirmavit, a Canisio, qui „der ehrwirdig vnd hochgelehrt herr Doctor P. Canisius" ab eo vocatur, se in eodem Martyrologio edendo plurimum adiutum esse; vide infra p. 792. Atque idem Walasser, cum contiones aliquas sacri Adventus tempore a Canisio habitas evulgaret, in praefatione ipsis praeposita Canisium non solum „Ehrwürdig vnnd Hochgelert", qui tituli communiores sunt, sed etiam „wolbekannt" et „bey den Catholischen weit berhümpt" vocavit (Christenliche vnd wolgegründte Predig von den vier Sontagen im Aduent . . Durch . . . Herrn D. Petrum Canisium . . . [Dilingen 1570] praef.). Facile autem fieri poterat, ut Canisius veterem illum librum ab Ursula Fuggera, in Socios beneficentissima, acciperet; de qua ipse Augusta 20. Septembris 1560 ad cardinalem Augustanum scripsit: „Jn libris ueteris pietatis colligendis est sedula" (supra p. 653; cf. etiam supra p. 654).

Inter „catholicos typographos", quibus Canisium „familiariter uti" Elderen affirmat, praecipui erant Sebaldus Mayer dilinganus et Maternus Cholinus coloniensis; vide supra p. 24. 43. 393. 408 et infra, monum. 389. 390. 393. 399. Ex eodem numero erant heredes Arnoldi Birckmann (cf. *Can.* Epp. II, 678), qui tunc officinam typographicam tabernamque librariam habebant Coloniae „in pingui gallina"; hoc

---

[1] Vide, quae in extrema huius paginae parte dicuntur.

enim utebantur signo typographico; ex quo, ut videtur, totus vicus, in quo eorum domus erat, etiam nunc „Unter Fettenhennen“ vocatur; in eodem autem vico tunc similes officinas habebant Gymnici, in domo monocerotis („zum Einhorn“), et Maternus Cholinus, in domo torquis aurei („zum goldenen Halsband“); qui quidem multos Cromeri et Hosii libros excudit (*Kapp* l. c. p. 101. 106. *F. Hipler,* Die deutschen Predigten und Katechesen der ermländischen Bischöfe Hosius und Cromer [Köln 1885] p. 137—138).

387.

Anno 1561.

Canisii „Summa“ a. 1561 Lovanii et latine (cum libello Prateoli) et a Petro Calentino vlamice versa evulgatur.

1. Anno 1561 in lucem prodiit: „SVMMA | DOCTRINAE | CHRISTIANAE. | In vsum Christianae pueritiae per quae- | stiones recens conscripta, et nunc denuò | aedita. Iussu et authoritate Sacratissi- | mae Rom. Hung. Bohem. etc. Regiae | Ma. Archiducis Austriae etc. | Accessit plurium locorum, ex sacra scri- | ptura, ad orationis Dominicae, Symboli | Apost. et Decalogi, explicationem: pluri- | mum conducentium, collectio. | LOVANII | Apud Ioannem Bogardum Sub | Bibliis Aureis. 1561.“

16°; ff. sign. 248; praeterea in fine 1 et in initio 16 non sign., e quibus 2 vacua sunt, reliqua censuram Tapperi (vide *Can.* Epp. II, 36[4]), edictum Ferdinandi I. a. 1554 datum (vide *Can.* Epp. I, 752—754), duos indiculos continent. Catechismus terminatur f. 137[b]; ubi: „Lovanii Ex officina typographica Stephani Valerii Typog.“; f. 138 incipit „Plurium locorum e divina Scriptura excerptorum, ad orationis dominicae, articulorum fidei, et decem praeceptorum legis interpretationem non parum conducentium collectio. Per G. Prateolum Marcossium“ (de quo vide *Can.* Epp. II, 745[1]); in f. ultimo „Errata“ et: „Lovanii Typis Stephani Valerij Typogr. Iurat.“

Librum vidi Coloniae in bibliotheca seminarii archiepiscopalis et Londini in museo britannico.

Editionem posuit *Sommervogel,* Bibl. II, 621.

2. Eodem anno eadem „Summa“, a M. Petro Calentyn vlamice versa, Lovanii a Petro Sangre typis exscripta est: „Een ghemyn Christelijck onderwijs om die ioncheyt bequamelyck te onderwysen, desen tyt . . . noode. Ghemaect by den Eer. Heere Petrum Canisium doctoor inder Godtheyt ende Religioes van den soeten naem Jesus. Nu ouergheset wt de latyne in nederlants duytsche by M. Peeter Calentyn. Gheprent tot Louen by Peeter Sangre inde fonteyne M. D. LXI.“

8°; paginae numeris signatae non sunt; imago una: Christi cruci affixi figura in lignum incisa. Libri „approbatio“ subscripta est sic: „Petrus Curtius pastor S. Petri Lovanien. 12 Martij, An. 1561.“ — Ita *Sommervogel,* Bibl. II, 632.

388.

Anno 1561.

Codretti grammatica latina, a Canisio 1556 edita, denuo editur.

Grammatica illa latina P. *Hannibalis Codretti* S. J. (vide *Sommervogel,* Bibl. II, 655—656), quam Canisius aliquantulum in Germanorum usum accommodatam

anno 1556 cum titulo „Principia Grammatices" Ingolstadii edendam curaverat (*Can.* Epp. I, 592[2]), anno 1561 Dilingae in lucem prodiit sic inscripta: „PRINCIPIA | GRAMMATICES, | LIBELLVS AD EIVS ARTIS | rudimēta plenè tum tradenda, tum per- | cipienda, ut nullus ferè alius, ma- | ximè commodus iuuentuti. | *[Sequuntur 2 poemata.]* Anno Dñi M. D. LXI." In extremo libro: „DILINGÆ EXCVDEBAT | SEBALDVS MAYER." 8° min.; ff. 42 (addito titulari) numeris non signata. In folii titularis pagina aversa Codretti praefatio exstat. E germanicis illis verbis, quae in editione ingolstadiensi ipsi orationi intextae sunt, aliqua omittuntur, reliqua in margine ponuntur. In fine libri orationes quidem mane, vesperi, ad mensam dicendae, non vero minimus ille Canisii catechismus cernitur, qui in editione ingolstadiensi comparet.

Editionis exemplum exstat Monachii in bibliotheca regia, L. Lat. 666.

Editionem hanc Canisio probante ac fortasse etiam adiuvante factam esse ex eo conicere licet, quod ipse in litteris 9. Septembris 1561 ad P. Ioannem Rethium S. J., gymnasii trium coronarum coloniensis „regentem", datis inter libros, qui in scholis provinciae S. J. Germaniae superioris adhiberentur, haec quoque „Principia" nominavit; vide supra p. 210.

389.

Anno 1561.

1. Canisii „Parvus catechismus Catholicorum", ab auctore recognitus, Vindobonae in collegio Societatis denuo excuditur, additis Scripturae locis adversus protestantes adhibendis et „oratione S. Thomae"; qui liber a collegio Ioannis Trautson, supremi marescalci aulae caesareae, filio dedicatur, quod et ipse et pater Canisii (cuius virtus laudatur) amantissimi sint. 2. Idem liber, a Canisio correctus, Coloniae iterum editur cum praefatione, in qua Canisius alios quoque catechismos adhiberi posse affirmat, ac quantum Socii parvulos ament et cur ipse catechismo iam nomen suum apponat, exponit. 3. Idem liber Antverpiae denuo in lucem prodit cum Officio aeternae Sapientiae, meditationibus de virtutibus Christi etc. Idem similisve liber excuditur 4. Cameraci et 5. Cracoviae ac fortasse 6. in Gallia. 7. Parvus (vel minimus) Canisii catechismus P. Possevino curante impensis ducis Sabaudiae Vercellis, Genuae, Venetiis excuditur et per Sabaudiam disseminatur.

1. Anno 1561 Vindobonae Canisii „Parvus catechismus Catholicorum" (de quo vide *Can.* Epp. II, 890—892), ab ipso auctore paulo ante iterum, Lainio praeposito generali adiuvante (vide supra p. 3. 9), recognitus, denuo excusus est.

Folium titulare in uno illo, quod equidem nactus sum, libri exemplo deest; 16°; ff. non sign. 12 (addito titulari); deinde ff. sign. 48. In primis 4 ff. (post titulare) litterae dedicatoriae a „*Gymnasio* Caesareo Societatis Iesu Viennae Austriae" „Viennae anno Domini 1561 .4. Idus Iulij" datae ad adulescentem Ioannem, filium Ioannis liberi baronis de Trautson, qui comitatus tirolensis „marescalcus hereditarius", aulae Ferdinandi I. supremus „marescalcus", eidem caesari a consilio sanctiore erat. Sequuntur indiculus rerum (10 pp.) et „errata" (3 pp.). Catechismus ipse est in f. 1—41; deinde „Testimonia Scripturae sacrae, contra haereticos in promptu semper habenda"; 3 sententiae S. Augustini; „Oratio beati Thomae, quam ipse quotidie solebat recitare. Concede mihi, quaeso omnipotens et misericors Deus, quae tibi placita sunt, diligenter et ardenter concupiscere . . . gaudiis tuis in patria frui per gloriam." De qua oratione agitur in *editoris* „Katechismen" p. 125. Liber magnis elegantibusque typis exscriptus et 6 figuris in lignum incisis — singulae dimidiam fere paginae partem occupant — ornatus est.

In litteris dedicatoriis dicitur, Ferdinandum I. iam ante complures annos „Catechesim" („Summa" Canisii significatur) et conscribi et adhiberi iussisse. „Hoc

opus, ne esset difficilius adolescentibus Christianam doctrinam mandare memoriae, aliquanto deinde compendiosius non solum in Austria, uerumetiam in alijs regnis est expressum. . . Iam postremo ab autore suo Reuerendo Patre Petro Canisio S. Theologiae D. et Societatis IESV, per Germaniam, et Boemiam praeposito Prouinciali recognitum, concinnius, et paulo iam auctius ac prius idem Compendium Typis excusum est. Qua de causa non existimauimus potiori cuiquam" illud dedicandum esse, „quam tibi patrono omnium studiosorum singulari, tum quod tu et Illustris ac Generosus parens tuus singulari beneuolentia Doctorem Canisium uirum summa doctrinae, uitae innocentia, ac integritate conspicuum, fidei propugnatorem, Germaniaeque studiosissimum prosequimini, ipseque uicissim uos mutua charitate complectitur. Tum quod in te spem patriae ob ingentes fortunae, animique dotes, uel quiuis facile agnoscat, positam, plurimumque te ab ineunte aetate optimis quibusque recte institui retulerit." Deinde, quantum super gentilium philosophiam fidei christianae doctrina immineat, demonstratur, et Ioannes adulescens vehementer monetur, ut eandem patris, „Christi athletae" illius, exemplo et verbis et factis alacriter profiteatur. Quibus verbis hoc adnotare iuverit: Comes de Luna, Philippi II. apud Ferdinandum I. orator, sub hoc tempus regi rettulit, Trautsonium plus quam reliquos consiliarios omnes apud caesarem valere (*Fuensanta*, Colección etc. XCVIII, 310).

Dubium esse vix potest, quin collegium vindobonense, sicut a. 1559 (*Can.* Epp. II, 892), ita a. 1561 hunc catechismum in suis aedibus suaque typographia excuderit; cf. supra p. 26.

Librum vidi in bibliotheca monasterii Sion (Strahov), ordinis praemonstratensis, prope Pragam siti, B B X. 53.

Editionem posuerunt *Sommervogel* l. c. II, 635 et *editor*, Katechismen p. 123.

2. P. *Leonardus Kessel* S. J., rector collegii coloniensis, Colonia 29. Iulii 1561 Moguntiam ad P. Ioannem Rethium scripsit: „Catechismus p. Canisii iam imprimitur denuo a Materno a Canisio correctus. Quam primum excussus [*sic*] fuerit, mittemus tibi aliquot exemplaria et unum bene ligatum pro reverendissimo Moguntino[1]. Iam maior catechismus etiam a p. Canisio corrigitur, ut imprimatur" (*Hansen* l. c. p. 411[5]). Descriptionem minoris illius catechismi pono, a reverendo P. *Henrico Chérot* S. J. mihi missam: „PARVVS | CATECHIS- MVS CATHOLICORVM, | NVNC PRIMVM INTEGRITAti suæ restitutus, et singu- lari authoritate Sac. | Cæs. Maiest. | editus. | CONSILIVM ET DIPLO- | ma Cæs. Mai. quod accessit minori | huic, et quem paulò post dabimus, | maiori quoque Catechismo, | sequenti mox pagina | declaratur. | Coloniae, | Apud Maternum Cholinum | M. D. LXI." 8⁰ min.; 90 pp. numeris non signatae. Titulum sequitur praefatio („Petrvs Cani- | sivs theologus Christiano Lectori S. D. P. Exiguum est opus hoc . . . M. D. LXI. Mense Maio"), deinde „Diploma Caes. Maiestatis . die decima mensis Decembris" 1560 datum.

„Diploma" illud, Vindobona 10. Decembris 1560 datum, quo Ferdinandus I. se „catechismi maioris" (Summae) a Canisio suo iussu conscripti et ab eodem „denuo recogniti" atque etiam „catechismi minoris" sive „compendii", in quod maior catechismus iussu suo „redactus" esset, editionem Materno Cholino „demandasse" edicit

---

[1] Daniele Brendel.

eidemque privilegium ad decem annos tribuit atque Canisii catechismum solum in omnibus provinciis sibi subiectis adhiberi iubet, vide in *Can.* Epp. I, 752—754. Praefationem autem Canisii integram hic pono ex libro „Parvus Catechismus Catholicorum . . . Auctore D. Petro Canisio . . . Accessere Preces Horariae . . . Coloniae, Apud Maternum Cholinum. Anno 1564" f. A 2ᵃ—A 2ᵇ: „PETRVS CA- | NISIVS THEOLO- | gus Christiano Lectori. | S.P.D. | Exiguum est opus hoc, nec satis elaboratum fateor: tum eius argumenti, quod a multis, vt ita dicam, Catechistis iam antea saepe et cum laude tractatum extat. Legantur, et praeferantur alij, non impedio, neque dissuadeo: dummodo salutari commodoque lacte paruuli Christi fruantur [1]. Horum salutem amamus, curamus et promouemus libenter, quotquot in hac ipsa nominis Iesu societate uersamur, ad iuuentutem quidem cum docte tum pie instituendam ex professo nos accommodantes, quantum Christi gratia consequi possumus. Ego vero cupiebam hoc quicquid est laboris, citra nominis mei mentionem in lucem prodire, vt iam antea prodijt saepe: sed quando aliter visum est maioribus, et Caesar ipse prodit auctorem, Domini voluntas fiat [2], cuius honori et gloriae per infamiam et bonam famam [3] in vita et morte [4] volumus, si possumus, Christo fauente semper inseruire. Vale pie Lector, bonique consule studium nostrum, praesertim si quibusdam in locis haec editio non congruat cum prioribus, quas nobis etiam inscijs amici sparserunt [5]. Augustae Vindelicorum M.D.LXI. Mense Maio."

Libri exemplum exstat Parisiis in bibliotheca nationali (D 27757).

3. Eodem anno prodiit: „CATECHISMVS | CATHOLICVS | IVVENTVTI FORMAN- | DAE hoc saeculo quam maximè | necessarius. Autore D. Petro | Canisio Doctore Theologo | Societatis Iesu. | *ACCESSERE. Preces Horariae de æterna Dei sapi- | entia Iesu Christo Domino nostro, | cum pijs quibusdam & Chri- | stianis exercitationibus.* | *ANTVERPIAE* | Apud Ioannem Bellerum. | M. D. LXI."

16°; ff. 60 non sign., addito titulari; in cuius pagina altera:

„CHRISTIANORVM
pueris.

Frustra Christicolae Puer vsurpabis honorem:
Ni benè cognoscas, quae docet iste liber,
Ni pietate flagres, et relligeonis [*sic*] amore:
Non potest [*sic*] aetherei scandere regna poli.
Alma fides literis, probitas societur auita:
Illustris virtus praemia larga feret."

F. Aɪɪ: „Typographvs Christianorvm pueris S."; sequitur praefatio (cui tempus ascriptum non est); f. B XIᵇ terminatur catechismus et sequitur „Tetrastichon de nomine Iesu"; f. B XIIᵃ—D ɪɪɪjᵇ „Preces horariae de aeterna Dei Sapientia Iesu Christo Domino nostro" (de his vide *Can.* Epp. II, 721¹); f. D Vᵃ—Eᴠɪɪjᵇ „Meditationes quotidianae", quibus praefatio praeposita est (singulis hebdomadae diebus aliqua virtus Christi proponitur consideranda, addita precatione aliqua); sequuntur preces mane et vesperi recitandae et oratio, quam S. Thomam Aquinatem antequam litteras tractare inciperet, recitare consuevisse ferunt. De quibus meditationibus precibusque, hic primum, quod sciam, Canisii catechismo additis, agitur in *editoris* „Katechismen" p. 124—126. 171.

Librum vidi Monachii in bibliotheca regia, Catech. 92 (2); qui etiam exstat Vindobonae in bibliotheca palatina, 18 ʒ 69.

---

[1] Cf. 1 Cor. 3, 1. 2. [2] Act. 21, 14. Cf. Matth. 6, 10 etc.
[3] 2 Cor. 6, 8. [4] Cf. Phil. 1, 20. [5] Cf. *Can.* Epp. II, 606⁴. 681¹. 704.

Editionem posuit *Sommervogel,* Bibl. II, 621—622.

Lucas Osiander in libro „Warnung vor der falschen Lehr, vnd Phariseischen Gleissnerey der Jesuiter" a. 1569 (quo Lutheranorum contionatorem Stugartiae ad S. Leonardi agebat) Tubingae edito, p. 6—8 de hac editione scribens, in extremo libro hanc approbationem (latine) positam esse asserit: „Diss Bůch ist Gottselig, Catholisch, vnnd werth, dass es getruckt werd, diss bezeuge ich Joannes von Fint, Pfarrer zů Antorff." At in monacensi quidem illo exemplo haec non vidi.

4. Liber: „Parvus catechismus in gratiam pueritiae christianae, secundum ordinem catechismi caes. Majest. digestus et in formam dialogi per interrogationes atque responsiones eleganter compositus, cum gratia et privilegio domini Maximiliani a Bergis, episcopi et ducis cameracensis . Cameraci, Franc. Brassart 1561" (8⁰), si non plane idem est ac „Parvus catechismus" Canisii, certe magnam partem ex eo exscriptus est.

Ita quidem „*Analectes* pour servir à l'Histoire ecclésiastique de la Belgique" XVII (Louvain 1881), 319[1]; ego librum non vidi.

Hic catechismus quasi praecursor fuisse videtur hominum Societatis, qui iterato Maximiliani a Bergis episcopi postulatu, m. Maio a. 1563 Cameraci ludum litterarium aperuerunt (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 7, n. 55).

5. Upsalae in bibliotheca universitatis Canisii „Institutiones Christianae pietatis" Cracoviae 1561 evulgatas exstare, amicus quidam ex Suecia ad me rettulit. Constat autem, nomine illo „Institutiones" etc. postea saepe Canisii „Parvum catechismum Catholicorum" appellatum esse; cf. *Sommervogel,* Bibl. II, 635—643. Cracoviae etiam a. 1560 Lazarus Andreae excuderat Canisii „Parvum catechismum Catholicorum"; atque iam a. 1558 Canisii catechismus in Poloniae scholis adhibebatur; vide *Can.* Epp. II, 830.

Editionis mentionem fecerunt *Sommervogel,* Bibl. VIII, 1976, et *editor* l. c. p. 124.

6. P. *Ioannes de Polanco* S. J. Roma 27. Maii 1561 nomine Iacobi Lainii praepositi generalis P. Ioanni Pelletario S. J. (de quo vide *Can.* Epp. I, 130[2]) in Gallia moranti scripsit: „Non so qual Doctrina christiana intenda la Reuerentia V. che ha fatto stampar dilà . insino adesso quella del Doctor Canissio si reputa più al proposito che altra et credo che anche in Francia ce ne siano etiam in Francese, una fece grande et altra sumaria tutte due buone. Se andara qualcuno dilà forse seli mandera" (ex apographo eodem fere tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 3). Nescio autem, num Canisii catechismus tunc (1561) in Gallia editus sit; nam exstat quidem (Lugduni, in bibliotheca quadam privata, Ag² 14bis) „Petit Catechisme Catholique . Composé par M. Pierre Canisius . . . Et depuis mis en François, avec le Latin correspondant l'un à l'autre. A Toulouse, Chez Pierre Robert" in 16⁰, anno non ascripto, editus, cum Canisii praefatione a. 1561 data (vide supra p. 777); at librum saeculo XVIII. evulgatum esse, ipsum Petri Roberti nomen (cf. *Sommervogel,* Bibl. VIII, 163) prodit.

7. P. *Franciscus Sacchinus* S. J., Societatis historicus, in a. 1561 (Hist. S. J. II. l. 5, n. 87) refert: P. Antonium Possevinum S. J., ut calvinianismum per Sabaudiae ducatum grassantem coerceret et reprimeret, praeter quadraginta ex Ligurum et Mediolanensium coenobiis lectos contionatores per certa loca cum suis comitibus dispositos „Vercellis, Genuae, Venetijs vim immensam Catechismorum Canisij, et

magnorum foliorum, in quibus descripta erant opportuna monita ad cauendas haereses, impensa [Emmanuelis Philiberti Sabaudiae] Ducis edendam typis" curasse. „Ex quo", inquit, „sacro instrumento copia ingens ad concionatores distribuenda missa Ludimagistris, et singulis discentium donati Catechismi. In templis, xenodochijs, diuersorijs, et publicis alijs locis propositae tabulae agglutinatis folijs."

Haec narratio aliqua ratione confirmatur tum eo, quod Canisius 1561 a Lainio iussus est catechismum suum Genuam mittere (supra p. 9), tum *Possevini* *Antobiographia, ex qua intellegitur, Possevinum, cum a. 1559/60 Roma in Sabaudiam iret, Canisii catechismum legisse et, ut idem in Sabaudia usurparetur, efficere voluisse, tum Michaelis Iovii praefatione, infra monum. 398, n. 2 ponenda, quae Canisii catechismum sub id tempus in subalpinarum terrarum gymnasiis Sabaudiae ducis iussu adhibitam esse ostendit. Utrum autem Possevino curante „Parvus catechismus Catholicorum" Vercellis etc. excusus sit, an minimus ille catechismus Canisii, de quo *Can.* Epp. I, 592²; II, 885 etc. dictum est, ex Sacchini quidem verbis non elucet; ego tamen „parvum" excusum esse dixerim, non minimum; hic enim eo tempore haud multum notus neque umquam, quod sciam, extra Germaniam excusus erat. Veneta autem illa, quam Sacchinus dicit, editio fortasse eadem est atque illa, quae cum nomine P. Dovitii a. 1562 vulgata est; vide infra, monum. 397.

Atque ita etiam consilium illud Lainii mutatum esse puto, de quo Roma 5. Octobris 1560 eius iussu ad Socios genuenses scriptum est: „Praelegere catechismum P. Canisii in scholis Genuensibus non videtur Patri Nostro conveniens, quippe, cum urbs haeresi infecta non sit, non videntur simplicibus dogmata reddere dubia oportere" (*F. H. Reusch*, Archivalische Beiträge zur Geschichte des Jesuitenordens, in „Zeitschrift für Kirchengeschichte", herausgegeben von *Th. Brieger* und *B. Bess* XV [Gotha 1895], 102).

390.

Inter m. Iulium et Septembrem a. 1561.

Canisio curante, adversus Gallorum protestantium apud Carolum IX. „Supplicationem" a. 1561 Norimbergae germanice editam Dilingae eodem anno editur versio germanica catholicae apud eundem regem „Supplicationis", a nobilitate gallica libello illi protestantium oppositae.

P. *Guilielmus Elderen* S. J., Canisii socius augustanus, in *Litteris quadrimestribus domus S. J. augustanae, Augusta Vindelicorum m. Septembri 1561 datis, scribit: „Sparserant Aduersarij scriptum seditiosum Haereticorum qui causam suam Regi Galliae comprobare studuerunt; Curauimus edj uicissim scriptum Catholicorum, qui apud eundem Regem pro tuenda Religione Catholica zelum tuendae Religionis eximium declarant" (ex litterarum apographo, eodem tempore vel Augustae vel Romae scripto. Cod. „G. Ep. II" f. 118ᵇ).

Protestantes igitur Augustae et alibi sparsisse videntur libellum: „*SVPPLICATION.* | Carolo dem Neündten, König in Franckreich, am neündten Tag | des Brachmonatz, dises Einundsechtzig- | sten Jars vbergeben, von den geordneten | der Christlichen versamlung, so hin vnd | wider durch gantz Franckreich zer- | strewet, vn̄ nach dem Euan- | gelion vnsers Herren | Jesu Christi zu- | leben be- | geren. | Gedruckt zů Nürnberg, durch | Christoff Heußler, | 1561." (4°; fol. titulare et 3 folia non paginata; ultima pagina vacua est). Qui libellus versio est (licet in ipso libello id nullo modo significetur) libelli: „LA REQVESTE | PRESENTEE | AV ROY | Le IX. de

Iuin, M. D. LXI. | Par les deputez des Eglises | esparses parmi le Royau- | me de France. À PARIS, | M. D. LXI." [1] (12°; f. titul. et 3 ff. non paginata). In hoc autem libello „delecti" illi, multis blandisque verbis Caroli IX. regis clementiam laudantes eique oboedientiam, preces, alia promittentes, se maioris Gallorum partis (de „la pluspart de voz treshumbles et tresfideles subiets") vice fungi hosque — protestantes ab iis significari facile patet — immerito sediciosos et haereticos vocari asserunt; deinde a rege petunt: Ut in doctrinam vitamque suam et „Confessionem", quam ei iam tradant, inquiri eaque ex „verbo Dei" iudicari iubeat; ut omnes, qui ob protestantismum, maxime ob protestantium ministrorum contiones auditas, in carceribus sint, ex iisdem educendos curet; ut contionum in publicis ecclesiis habendarum potestatem sibi concedat; ut iudicibus omnibus et civilibus et ecclesiasticis, ne ipsos violent, interdicat etc.

Adversus hunc igitur libellum Canisio eiusque sociis curantibus Dilingae editus est libellus: „SVPPLICATION | Der Catholischen vom | Adel in der Cron Franckreich an jren | König . Carolo dem neundten ꝛc. | in disem einvndsechtzigsten | Jar vbergeben. | ROMAN. 16. spricht der Haiden Lehrer. | Ich bitt euch, lieben Brůder, daß jhr auffsehet | auff die, die da zertrennung vnd ergernuß anrich- | ten wider die (Catholische) lehr, die jr gelernt habt, | vnd weichet von denselben, dann solche dienen nit | dem Herrn IESV CHRISTO, sondern jrm | bauch, vnd durch süsse wort vnnd wolsprechende | Rede verfüren sie die hertzen der vnschuldigen" (sine loco et anno. In extremo libello: „Getruckt zů Dilingen | durch Sebaldum | Mayer." 4°; ff. 4, addito titulari, non paginata; postrema pagina vacua est). Hic autem libellus versio est (licet in ipso libello id non significetur) libelli: „REMONSTRANCE | PAR LA NOBLESSE | Catholicque, du Royaume de | France, au Roy treschre- | stien leur souuerain | Seigneur. | † A PARIS, | 1561." (sine nomine typographi; 16°; 8 pp. [incl. titul.] non signatae; incipit: „AV ROY. | SIRE, les Seigneurs & Gen- | tilzhommes, qui sont en ceste | ville de Paris, & à vostre suit | te," etc.; terminatur: „Et vous ferez bien. | A Dieu.") Qui libellus fere ad verbum germanice versus est, parvis rebus nonnullis mutatis; ut pro „sainct Charlemaigne, et sainct Loys" interpres vel editor ponit „Kayser Carln den grossen, vnd Kůnig Ludwig den heyligen"; et ubi Carolo IX. a Gallis dicitur : „[Vous] auez . . . par la grace de Dieu, ceste . . . vertu . . . de guerir des escrouelles", in versione eidem explicatius dicitur: „Wie dann E. May. . . . auss den gnaden Gottes . . . erlangt haben, das sie die Kranckheit der vnhailsamen halssgeschwer, allein durch aufflegen vnd anrůren jrer hand haylen vnd genesen mögen" (Remonstrance f. A 2ᵇ. Supplication f. 11).

---

[1] Postea evulgatae sunt etiam: „La seconde reqveste presentee Au Roy le XVII. de Iuin, M. D. LXI. Par les deputez des Eglises esparses parmi le Royaume de France . M. D. LXI." (sine loco) et „La troisieme reqveste presentee au roy. Par les deputez des Eglises esparces parmy le Royaume de France. M. D. LXI." (sine loco). *Hosius* Vindobona 15. Iulii 1561 cardinalibus concilii tridentini praesidibus scripsit: „Libellum, qui Christianissimo Regi fuit oblatus ab haereticis, legi" etc. (*August. Theiner*, Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae . . . historiam illustrantia II [Romae 1861], 626).

Hoc igitur scripto nobiles Galli Parisiis versantes regi dicunt: Se, maioris partis nobilitatis gallicae partibus fungentes, audivisse, a protestantibus „Supplicationem" nuper ipsi traditam eandemque typis exscriptam et rumorem sparsum esse, quo totam Galliae nobilitatem doctrinis lutherana, zwingliana, calviniana inquinatam esse affirmaretur. At maiorem nobilitatis gallicae partem probe catholicam esse; in ea religione regis maiores, inter quos maximus ille Carolus imperator et sanctissimus ille Ludovicus sint, vixisse, „reges christianissimos" vocatos, strumis medendi potestate a Deo ornatos esse. Protestantes autem sediciones movisse, adversus ipsum regem libellos contumeliosos scripsisse et disseminasse, catholicis et in contionibus et in libris multa convicia facere, rege inscio pecunias collegisse, quibus milites congregent catholicosque valde vexent. Quare a rege petunt, ut subditos omnes ex sanctae ecclesiae catholicae et romanae legibus vitam instituere iubeat et protestantium ministros ex Gallia expellat et, quicquid a Francisco I. et Henrico II. regibus de religione constitutum sit, servandum atque etiam non solum aliquorum ecclesiasticorum, sed etiam aliorum magistratuum vitam turpem reformandam tollendamque curet („das nit allein etlicher Kirchendiener, sonder auch anderer Amptleut ergerlich leben Reformiert vnd abgestelt werde"), quo omnis querelarum causa protestantibus praecidatur (Supplication f. I[b]. II[a]. III[a]).

Quam partem Canisius in libello hoc evulgando habuerit, num eum verterit, num plagulas emendaverit, num libellum gallicum Parisiis mittendum curaverit et, ut verteretur, monuerit, nescio. Certe *Sacchinus* (Can. p. 181) et *Boero* (Can. p. 235) perperam interpretati sunt verba P. Guilielmi Elderen — neque enim ex alio fonte hausisse omnino videntur —, cum ille catholicum hoc scriptum „haud dubie conditum ab ipso" Canisio esse affirmat, hic de eodem scribit: „Mandò pubblicare una sua opposta scrittura, piena di profonda dottrina e di sacra erudizione."

Libellum „Supplication der Catholischen" etc. neque ex Canisii biographis neque ex Societatis Iesu bibliographis vidit quisquam. Ne in grandi quidem opere *J. Lelong*, „Bibliothèque historique de la France", ubi (Nouv. édition par *F. de Fontette* II [A Paris 1769], 236—243) n. 17 795—17 901, quae eiusmodi scripta a. 1561 et 1562 composita vel edita sint, refertur, vel libelli „Remonstrance", vel libelli „Supplication der Catholischen" fit mentio. Uterque autem a clar. Dr. *Nic. Paulus* tandem repertus mecumque humaniter communicatus est.

„Supplication der Catholischen" exstat Monachii in bibliotheca regia, „Eur. 339/22."

391.

1557—1562.

Canisius in locum editionis Cypriani ab Erasmo curatae emendatiorem substituere vult; cuius rei gratia in bibliotheca vaticana plurimas colligit lectiones variantes. Cur consilium hoc tandem omittit?

In Canisii litteris 5. Aprilis et 3. Maii 1561 datis haec referuntur: Canisius, quo tempore Romae versabatur, in bibliotheca vaticana Cypriani opera typis exscripta cum codicibus manu scriptis contulerat, exemplo usus P. Martini Olavii S. J.; ac quamquam ne dimidiam quidem operum partem conferre per tempus ei licuerat,

fere 1000 emendationes collegerat. Anno autem 1561, cum saepe, ut Cyprianum ederet, rogaretur, in Germania novam eius editionem, Erasmi nomine deleto et rebus aliquot additis, excudendam curare cogitabat eiusque rei causa Olavii exemplum Roma ad se mitti et, quae cum romanis codicibus collata nondum erant, Romae conferri cupiebat (vide supra p. 110. 134). Ita quidem epistulae illae. Martinus igitur Olave, doctor sorbonnicus et Caroli V. in concilio tridentino theologus, qui Societatem a. 1552 ingressus, a. 1556 in collegio romano obierat (*Can.* Epp. I, 298[3]), Cypriani opera ab Erasmo Roterodamo edita (quae editiones post principem, a. 1520 Basileae factam, saepe repetitae atque eo tempore usitatissimae erant) habuisse iisque adnotationes quasdam addidisse videtur. Quem librum Canisius, qui iam a. 1546 SS. Cyrilli Alexandrini et Leonis Magni opera in lucem emiserat (*Can.* Epp. I, 176—188. 215—222), vel a. 1557 vel 1558 vel utroque anno, cum Romae negotiorum Societatis causa per aliquot menses moraretur (*Can.* Epp. II, 84. 274—297), cum codicibus manu scriptis bibliothecae vaticanae contulerat; inter quos illum, qui nunc quoque ibidem exstat, signatus „Vatic. 199" (saec. XV.), fuisse satis certum est (S. Thasci Caecili Cypriani Opera omnia. *Ed. Guil. Hartel* I [Vindobonae 1871], XLVII. LXXX); reliqui autem qui fuerint, non constat; exeunte quidem saeculo XVI., cum Rainaldi inventarii bibliothecae vaticanae tomum primum conscribendum curarent (1594—1613), Nr. 195—204 ad Cyprianum pertinebant (*Fr. Ehrle* S. J., Zur Geschichte der Katalogisierung der Vaticana, in „Historisches Jahrbuch" XI [München 1890], 724). Atque valde probabile est, Canisium novam illam Cypriani recensionem in locum erasmianae, quae et satis vitiosa (*Hartel* l. c. I, LXXVII ad LXXIX, et supra p. 283) et in Indice Pauli IV. proscripta erat (vide supra p. 119), substituere voluisse opera Sebaldi Mayer, typographi dilingani. Sed ex huius quidem officina exeunte anno 1561 Canisio curante Hieronymi Epistulae selectae prodierunt (vide infra p. 784); Cypriani vero, quam Canisius parabat, editio in lucem numquam est prolata. Id quod *C. A. Witz* eo factum esse censet, quod Cyprianus „reformationis" adversariis valde fuerit incommodus, quippe qui romanorum episcoporum primatum non admisisset etc. (Petrus Canisius, der erste deutsche Jesuit, und die evangelische Kirche [Wien 1897] p. 10—11). At Canisius Cyprianum in copioso illo commentario 23. Octobris 1562 ad Ferdinandum caesarem misso (vide supra p. 511. 512) ad romani pontificis primatum illustrandum adhibuit; et Lainius, Societatis praepositus generalis, litteris Roma 19. Aprilis et 24. Maii per Polancum ad Canisium datis et novae huius editionis in Germania faciendae consilium probavit et se operam ad eam collaturum promisit (vide supra p. 119. 152). Sed sub idem tempus Venetiis Romam evocatus erat praeclarus ille Paulus Manutius typographus, ut sacram Scripturam, sanctos Patres, similes libros ibidem excuderet (vide supra p. 160). Inter quos ut Cyprianus quoque in lucem prodiret, S. Carolus Borromaeus, cardinalis Pii IV. nepos, vehementer optabat (Sancti Caecilii Cypriani Opera, recogn. a *Steph. Baluzio,* absolvit unus ex Monachis Congregationis S. Mauri [Parisiis 1726] Praef. p. III), similiter *Hosius* Vindobona 27. Aprilis 1561 Romam ad Ottonem cardinalem Augustanum de eadem typographia *scripsit: „Vellem . . . primo loco edi Cyprianum, quem habet Faërnus noster emendatissimum" (ex totius epistulae commentario vel apographo eodem tempore scripto, quod est Cracoviae in bibliotheca universitatis. Cod. „160. 1—79", fasc. VI, f. 3[b]); iam etiam vir doctissimus Latinus Latinius Romae Cypriano restituendo operam navabat; sic enim *Latinius* Roma 26. Aprilis 1585 Iacobo Pamelio novam Cypriani editionem paranti scripsit: „Studeo, ne quid tibi desit ex ea diligentia, quam in conferendis, obseruandisque vetustorum codicum varijs lectionibus ante annos pene vigintiquinque sedulo collocaram"; nam „minutissima quaeque a me olim in varia Cypriani operum lectione obseruata" sunt: Latini Latinii Viterbiensis Epistolae, a *Dominico Magro* collectae I (Romae 1659), 293—294; cf. ibidem I, 283—286. 293—295. 300—309. Atque iam 6. Decembris 1561 idem *Latinius* Roma ad Andream Masium scripserat: „Manutius noster propediem aliquid excusum dabit, putoque Cyprianum plurimis locis in integram lectionem restitutum aditum ad maiora molienda patefacturum." Et *idem*

eidem Roma 1. Martii 1562 scripsit, se „in restituendo Cypriano, si quid sibi liberi temporis relinqueretur, collocare". Et Roma 11. Decembris 1562: „Laboratum est a me diligenter, ac summa fide, multa restituta sunt, additus etiam poene iustus epistolarum liber" (l. c. II [Viterbii 1667], 100. 109). Anno tandem 1563 Romae a Manutio Cyprianus „innumeris locis emendatus et ad genuinam formam redactus", adhibito etiam veronensi codice autiquo, in lucem emissus est; quamquam Latinius, cui in seligendis lectionibus etc. satisfactum non erat, nomen suum ascribi passus non est (*Gior. Mercati,* D' alcuni nuovi sussidi per la critica del testo di S. Cipriano [Roma 1899] p. 4—7). Secutae sunt editiones a Guil. Morelio (Parisiis 1564) et a Iacobo Pamelio (Antverpiae 1568 etc.) curatae. Ac *Pamelius,* cathedralis ecclesiae brugensis canonicus, in libri sui litteris dedicatoriis, Brugis Flandrorum 1. Iunii 1568 ad Viglium Zvichemum datis, asseruit: „Iam ante annos plus minus octo statueram, si non auctiorem, certe emendatiorem aliquando D. Cyprianum in lucem emittere": D. Caecilii Cypriani Opera, cum adnotationibus Iacobi Pamelii. Ed. altera (Parisiis 1603) f. a ij[a]. Omnino igitur credendum est *Sacchino* affirmanti: Canisium Cypriano emendando destitisse eo, quod alios in eam rem incumbere audisset (Can. p. 179).

392.

Exeunte anno 1561.

Ex litteris *Eldereni* archetypis ac partim etiam autographis iisque Romam missis; partem quam hic pono ipse scripsit. Cod. „G. Ep. III" f. 33[a].

Canisius S. Hieronymi epistulas in usum vulgarem evulgat.

P. *Guilielmus Elderen* S. J., Canisii socius augustanus, in litteris quadrimestribus domus S. J. augustanae, Augusta 5. Ianuarii 1562 datis: „Pretereo", inquit, „quibus quantisque curis ac negotijs subinde Pater Prouincialis noster impediatur, ut Prouinciae huius Collegia rite administret, ut magnatum uotis et litteris frequentibus satisfaciat, ut quaedam in publicum aedenda conscribat aut corrigat. Edidit hoc quidem tempore D. Hieronymi Epistolas, in eum redactas ordinem, ut uno codice compraehensae, uulgarj quoque lectorj usuj esse possint."

Haec Eldereni verba si cum Canisii litteris m. Novembri 1561 datis, quibus hic editionem suam hieronymianam universitati dilinganae dedicat, et cum epistula illa poëtica Dilinga 4. Novembris 1561 data contuleris, qua academici per Galenum pro „dicatione" illa „publicata" Canisio gratias agunt neque ullam se „librariis", „dum" litterae illae Dilingae „cuderentur", „operam negasse" affirmant (supra p. 274—282. 288—290): iam dubitare non poteris, quin is liber, quamquam annus 1562 a typographo ei ascriptus est, iam exeunte anno 1561 editus sit. Quodsi *Drews* (Petrus Canisius [Halle 1892] p. 97) Hieronymi epistulas anno 1565 a Canisio editas esse asserit, altera libri editio haec est, non princeps; cf. infra p. 784.

Notatu dignum videtur, etiam P. Henricum Gravium (Vermolanum, van die Grave), Dominicanum noviomagum, quem Canisius sibi in tertio tomo operum S. Cyrilli Alexandrini edendo „non parum subsidii contulisse" scripsit (*Can.* Epp. I, 188), Hieronymo emendando operam navasse. Qui cum a. 1552 vita cessisset, P. Ioannes Antonianus, Dominicanus et ipse noviomagus, qui eius scripta quasi hereditate acceperat, partem epistularum Hieronymi ab eo „recensitam et notis illustratam" a. 1568 Antverpiae evulgavit. Integrum tandem Epistolarum hieronymianarum a Gravio selectarum etc. opus anno 1607 ab Andrea Schotto S. J. evulgatum atque Henrico et Iacobo Uwens, noviomagis et Elisabethae, Canisii sororis ex patre, filiis, dedi-

catum est (*G. A. Meijer* O. Pr., Dominikaner Klooster en Statie te Nijmegen [Nijmegen 1892] p. 140. *H. Allard* S. J., Canisiana, in „Studien“ N. R. XXX. 50 [Utrecht 1898], 257).

393.

Exeunte anno 1561.

Epistularum S. Hieronymi a Canisio selectarum editio princeps.

Exeunte a. 1561 Dilingae ex officina typographica, quae Ottonis cardinalis Truchsessii erat, curante Sebaldo Mayer typographo[1] primum in lucem prodiit liber: „EPISTOLÆ | B. HIERO- | NYMI STRIDONEN- | sis, eloquentissimi & præstan- | tissimi Ecclesiæ Doctoris, | in libros treis di- | stributæ. *Nunc primùm opera D. Petri Canisij selectæ, ma- | gnoq; studio in ordinem redactæ, vt & commo- | dè iam circumferri, & ad communem | scholarum vsum vtiliter accom- | modari possint.* ACCESSIT ELOGII VICE PRO- | ximè à præfatione, Matthæi Galeni Vest- | cappellij panegyricus B. Hierony- | mo, Dilingæ 1559. pri- | die Calend. octob. | dictus. *Cum gratia & priuilegio Cæsareæ Maiestatis.* Dilingæ apud Sebaldum Mayer. Anno dñi M. D. LXII.“

8⁰ min.; pp. 787, et praeterea in initio 24 folia non signata (addito titulari); in pagina altera folii titularis figura apparet in lignum incisa: S. Hieronymus loco deserto coram signo Christi crucifixi librum scribens; quae figura etiam in ultima libri pagina cernitur.

Folium titulare sequuntur: Canisii litterae dedicatoriae ad academiae dilinganae rectorem, professores, adulescentes studiosos, Augusta „Mense Nouembri“ 1561 datae (f. a 2^a—a 8^b), quas vide supra p. 274—282; Matthaei Galenii, professoris dilingani, epistula Dilinga 4. Novembris 1561 ad Canisium data (f. b), quam vide supra p. 288—290; eiusdem Galeni „Panegyricus Beatiss. Hieronymo tutelari eiusdem Academiae praesidi de more, supremo vacationum annuarum per Septembrem die ei festo, cum recens aduenisset dictus. Anno 1559. Dilingae“ (f. b 2^a—c 6^b).

Facultatis sive ab episcopo augustano sive a Societatis praeposito generali ad librum evulgandum concessae in ipso libro nulla fit mentio. At satis certe constat, Lainii permissu librum in lucem prodisse (vide supra p. 119), atque etiam facile credideris, Canisium Ottoni cardinali Augustano scripsisse, se Hieronymum edere in animum induxisse, ipsoque probante librum in typographia dilingana, quae Ottonis erat, excusum esse; atque etiam fieri poterat, ut Canisius epistulas illas hieronymianas episcopi censurae subici debere non existimaret. Ceterum cf. *Can.* Epp. II, 900—901.

Canisius iam ineunte a. 1561 Hieronymi epistulas, ut in lucem emitti possent, ordine transcribendas curaverat; vide supra p. 111.

Editionem vidi Friburgi Brisgoviae in bibliotheca universitatis (Sign.: 20, 433); eadem exstat Monachii in bibliothecis universitatis (P. lat. 781) et monasterii S. Bonifacii, O. S. B., ac Luxemburgi in bibliotheca domus Scriptorum S. J.

Librum anno 1565 denuo, ac postea fere quadragies editum esse in sequenti huius operis volumine ostendam; vide interim *Sommervogel,* Bibl. II, 670—672; VIII, 1980.

---

[1] Sebaldus Mayer, cum 14. Decembris 1560 typographiam Ottoni cardinali vendidisset, 11. Ianuarii 1561 ab eodem pretio quotannis solvendo eam conduxerat (*Fr. X. Schild,* Die Dillinger Buchdruckerei und ihre Druckwerke im 16. Jahrhundert, in „Jahresbericht des Historischen Vereins Dillingen“ 5. Jahrg. [Dillingen 1892] p. 106—107).

394.

Anno 1561 et ineunte a. 1562.

Selectarum precum liber latine Canisio curante editus ab eoque Tridentum ad Hosium missus. Libri precationum a. 1560 a Canisio editi versio latina? Enchiridion? Hortulus?

Cardinalis Hosius Tridento 10. Februarii 1562 Canisio scripsit: Legi „selectas preces quas edi curasti comprimis pias quibus uehementer sum delectatus, ac exemplum unum Illustrissimis Dominis et collegis meis legatis protuli, a quibus decretum est, ut nonnulla ex his excerpta in publicis Laetanijs, quae habebuntur hac instante Quadragesima insererentur" (supra p. 375—376). Latinas igitur preces significat; cuius libri paulo ante, ut videtur, (Dilingae?) editi Canisium duo saltem exempla Hosio misisse dixeris. Atque *Lagomarsinius* eundem librum precationum significari opinatur ab *Ottone* cardinale Augustano Roma 7. Martii 1562 ad Hosium scribente: „Opportune, cum mihi tuae literae redditae sunt, quibus in illa commendatione precationum sapienter me admones officii mei, adfuit tridentinus cardinalis" etc. (*Pogiani* Epistolae III, 35).

Boero porro (Can. p. 234) censet cum *Sacchino*, librum hunc nihil aliud fuisse, quam libri precationum germanici („Betbůch"?) a. 1560 a Canisio Dilingae editi versionem latinam. De qua P. *Guilielmus Elderen* S. J. in litteris Augusta 8. Maii 1561 datis, quibus Sociorum augustanorum res inde ab a. 1559 gestas refert: „Edidit Pater [Canisius] librum precatorium sed germanica lingua scriptum, qui summa quidem cupiditate quaeritur, emitur, teritur. Placuit is liber tum alijs, tum magnatibus admodum, praesertim vero Imperatori, qui postulauit eum de verbo ad verbum latine reddi, quod nihil illic addendum uel demendum arbitraretur" (*Can.* Epp. II, 900). Versionem autem hanc reapse factam esse, omnino certo affirmare non audeo, quia nullum eius exemplum vidi. Poterant certe nomine „selectarum precum", quod Hosius posuit, etiam Canisii „Lectiones et Precationes Ecclesiasticae", Ingolstadii a. 1556 et iterum 1557 (*Can.* Epp. I, 592[2]; II, 889) ac fortasse postea etiam alibi editae significari. Poterat etiam significari editio latina illius „Hortuli animae", multas „Horas" sive „Officia" complectentis, quem inter a. 1560 et 1563 germanice Canisio curante editum esse ex quarto huius operis volumine intellegetur. In *Canisii* „Institutionibus Christianae pietatis seu parvo Catechismo Catholicorum" Dilingae a. 1572 edito, postquam complures precationes propositae sunt, dicitur (f. 73[b] ad 74[a]): „Alias precationes diuersis personis, temporibus, et necessitatibus accommodatas petere licebit ex Enchiridio piarum precationum, Hortulo animae, alijsque similibus pijs libellis." Ac P. *Hieronymus Natalis* S. J. iam 6. Iulii 1555 Venetiis de visitatione collegii vindobonensis, in quo Canisius tunc degebat, paulo ante a se facta haec, praeter alia, ad S. Ignatium rettulerat: Canisio a se mandatum esse, ut „in modum enchiridi" excudenda curaret „li decreti del concilio tridentino, et li euangeli et epistole dell' anno ex euulgata editione con alcuni scolij et annotationi breui contra li luterani, et certe hore che non si trouano già nessune con l' officio della Madonna et 7 psalmi et altri officij catolici" (Epistolae P. *Nadal* I, 310).

395.

1561. 1562.

Num Canisius sub a. 1561 effecerit, ut Augustam typographus catholicus migraret.

Scripsit quidem *Boero* (Can. p. 236) atque — hunc, ut videtur, secutus — *Riess* (l. c. p. 296), Canisium sub a. 1561 effecisse, ut catholicus typographus Augustam migraret; neque enim ullum in urbe fuisse. Qua autem ratione in antiquis monumentis migratio haec testata esset, neuter aperuit; neque, quod equidem norim, Canisius ullum ex libris suis Augustae typis exscribendum curavit; catechismus

certe Canisii ipso vivente plus quam ducenties excusus est; nec tamen editionem ullam ante saeculum XVII. ex augustanis officinis typographicis prodisse reperio; cf. *Sommervogel*, Bibl. II, 618—668. vII; V, 809—815; VIII. 1975—1978. Catholicus sane erat Georgius Willer, civis et bibliopola augustanus, atque hic suis quidem sumptibus libros aliquos edendos curasse videtur; num autem aliquos etiam ipse excuderit, ignoro; potissimum certe in eo versabatur, ut libros aliorum sumptibus editos eosque plurimos suo nomine suoque periculo venales exponeret; quae eius mercatura iam a. 1557 magnopere floruisse videtur (*K. Steiff* in „Allgemeine Deutsche Biographie" XLIII, 268—269. *Kapp* l. c. I, 479). Neque hoc quidem tempore ars typographica Augustae multum vigebat. Dilingae autem, quod oppidum et Augustae vicinum et episcopo augustano in civilibus etiam rebus subiectum erat, insignis exstabat typographia, in qua inde ab a. 1550, si non prius, Sebaldo Mayer curante multi libri a cardinalibus Polo, Contarino, Hosio, a Canisio, Petro de Soto, Cromero etc. conscripti excudebantur; quos maxime Georgius Willer venales exposuisse videtur; vide *Schild* l. c. (supra p. 784 [1]). Itaque totam catholici illius typographi augustani fabulam ex loco quodam *Sacchini* (Can. p. 180) vel potius *Eldereni* — nam huius litteras (supra p. 772) Sacchinus adhibuerat — a Boero haud recte intellecto natam esse dixerim.

396.

1561 et 1562.

Canisii „Summa" et Treviris et Coloniae a Sociis ad theologiam tradendam aliqua ratione adhibetur.

Canisii „Summa" hoc tempore etiam ad theologiam aliqua ratione tradendam nonnumquam adhibebatur. Ita *Aegidius Faber* S. J. in collegii treverensis litteris quadrimestribus Treveris 4. Septembris 1561 datis affirmat: „Die Veneris a quodam ex Theologiae professoribus omnibus [discipulis] ex aequo catechismus Canisij praelegitur, qui Caesareae Maiestatis inscribitur. Ad quam lectionem frequenter etiam et sacerdotes, et monachi, interdum etiam viri non infimi nominis commeant" (ex archetypo, quod apud nos est. Apographum eodem fere tempore scriptum exstat Coloniae in archivo ecclesiae B. M. V. in caelum assumptae, cod. „Litterae quadrimestres Provinciae Germaniae inferioris ex A. 1561 in A. 1566". Etiam apud *Hansen* l. c. p. 403). Coloniae autem eadem Summa duplici fere ratione adhibebatur. Nam in „*Catalogo* Lectionum" m. Maio a. 1561 Coloniae in Societatis gymnasio, quod „Trium coronarum" vocabatur, habendarum inter „Lectiones communes" 3 scholarum superiorum („Scholae Physicae", „Logicae", „Rhetoricae") apparet explicatio „Catechismi Caesareae Majestatis" diebus dominicis et festis hora 4. post prandium per Doctorem Franciscum Costerum S. J. facienda (*B. Duhr* S. J., in „Mitteilungen" etc. [vide supra p. 210 [4]] p. 142—143). De theologicis autem scholis in * *Litteris quadrimestribus* collegii coloniensis Colonia 4. Maii 1562 datis notatur: „D. Franciscus Costerus quotidie interpretatur maiorem Catechismum Reuerendi P. Canisij. Sed ita vt quaestiones simul accurate tractet et totam tradat Theologiam scholasticam. Quae per hebdomadam praelecta sunt de ijs duarum horarum spatio diebus dominicis disputatur. Ad hanc autem expositionem Catechismi praeter Magistros et sacerdotes Societatis etiam magistros externos in Collegio nostro promotos admittimus" (ex apographo eiusdem temporis, quod exstat in codice coloniensi, quem modo dixi, in a. 1562, f. b[a]).

397.

Anno 1561 exeunte et a. 1562.

1. Prima, quam Plantinus (cum Sylvio) curavit, „Parvi catechismi Catholicorum" canisiani editio Antverpiae evulgatur. 2. Eiusdem libri editionem Guelpherbyti

ducis brunsvicensis iussu faciendam P. Henricus Dionysius S. J. parat. 3. Idem liber a P. Angelo Doritio S. J. italice versus Venetiis exciditur et ducissae urbinati dedicatur; inquisitor venetus (id quod nemo ante fecit) quaedam in eo corrigenda esse censuit. 4. Idem liber a Nicolao Telegdio sacerdote hungaro hungarice versus, Vindobonae iussu Olahi, Hungariae primatis, exciditur (primus catechismus hungaricus?).

1. Exeunte a. 1561 in lucem prodiit: „Parvvs catechismvs Catholicorvm, nvnc primvm integritati suæ restitutus, et singulari authoritate Sac. Cæs. Maiest. editus. Antverpiæ, apud Gulielmum Syluium Typographum Regium. M. D. LXII. Cum Privilegio.“

16⁰; folia numeris signata non sunt; ultimum est „E 3“; typi adhibiti sunt elegantes. Privilegium Bruxellis 22. Octobris 1561 ad duos annos datum est Sylvio et Plantino.

Ita *Sommervogel*, Bibl. II, 635.

Haec igitur prima videtur esse ex multis illis catechismorum canisianorum editionibus, quas princeps ille typographorum sui temporis, Christophorus Plantinus († 1589), Antverpiae in lucem emisit: plura in *editoris* Katechismen p. 150—159.

Liber iam a. 1561 excusus est; nam ex codice venditionum plantiniano cognoscitur, complura libri exempla iam postremis a. 1561 mensibus vendita esse (*Max Rooses*, Christophe Plantin imprimeur Anversois [Anvers 1882] p. 45).

2. Eodem anno 1562 „Parvi catechismi Catholicorum“ a Canisio conscripti editio parabatur etiam Guelpherbyti (Wolfenbüttel) in ducatu brunsvicensi. P. *Henricus Dionysius* S. J. ita Munda (Münden) 20. Maii 1562 Coloniam ad P. Leonardum Kessel scripsit: Se eodem mense ad Henricum „iuniorem“ ducem brunsvico-guelpherbytanum venisse et 10. Maii coram eo eiusque filio et utriusque uxore et omnibus nobilibus et consiliariis contionatum esse. „Placuit patri contio, qui postea ad se accersiri me iubet, rogans, quo pacto posset in suo ducatu religionem pristinam restaurare. Respondi expendendum esse, quales essent ubique pastores, cuius vite et doctrine, post investigandum, quomodo a preceptoribus iuventus institueretur . Vehementer illi placuit consilium. Curavi autem ibi per quendam, ut catechismus p. Canisii pro pueris excuderetur, habet enim prope castrum prelum. Dicitur scholam particularem erecturus cum maximis sumptibus“ (*Hansen* l. c. p. 423—424).

A Dionysio „prelum“ aliquod significari guelpherbytanum, satis certum est; in ea enim civitate duces illi sedem habebant (cf. supra p. 446). Num autem catechismus reapse ibi excusus sit, nescio [1]. Si typis exscriptus est, ducis impensis et, ut equidem censeo, odii vitandi gratia sine nomine Canisii et fortasse etiam sine loco, ut vocant, exscriptus est. Cum a. 1899 Guelpherbyti in bibliotheca ducum brunsvicensium versarer, librum non repperi. *P. Petrus Haupt* S. J. Guelpherbyto 7. Martii 1567 hoc tantum Moguntiam ad P. Antonium Vinck S. J. scripsit: „Lutheri

---

[1] „Gerade die kleinen und kleinsten Katechismen des Canisius sind unter den Händen des Volkes wohl bis zum letzten Exemplar mancher Ausgabe verbraucht worden. Und die in die Bibliotheken geretteten Exemplare müssen erst wieder entdeckt werden“: Ita Dr. *Fr. X. Thalhofer* in libro egregio: „Entwicklung des katholischen Katechismus in Deutschland von Canisius bis Deharbe (Freiburg i. Br. 1898) p. 6.

catechismus e scholis, que nunc in Wolffenbeutel habentur, omnino exulat, spero substituendum Canisii" (*Hansen* l. c. p. 541—542).

3. Cum iam a. 1560 Venetiis per Michaëlem Tramezinum Canisii Summa italice „da messer Angelo Diuitio da Bibiena" versa in lucem emissa esset (vide *Sommervogel*, Bibl. II, 633; *Can.* Epp. II, 606[4]), sub a. 1562 Canisii „Parvum catechismum Catholicorum" italice vertit idem Angelus Dovitius (Dovitii, Dovizi); qui vir a. 1558 ex secretario Cosmi, ducis florentini, Societatis tiro effectus, a. 1561 exeunte novi collegii maceratensis (Macerata, in Italia centrali) rector constitutus, ibidem a. 1564 mortuus est. „Angelus prorsus", inquit *Sacchinus*, „et morum innocentia, et caritate in Deum atque homines, ac demum contemplatione diuinarum rerum, et conuersatione in caelo" (Historia S. J. II, l. 5, n. 86; l. 6, n. 18. 19; l. 8, n. 66; cf. *Sommervogel*, Les Jésuites etc. f. B 3ª et p. xiii). Itaque prodiit:

„CATECHISMO | CATHOLICO, | Molto necessario per ben ammaestrare la | giouentù in questi nostri tempi, | *Composto pel R. P. Pietro Canisio Dottor Theo- | logo della compagnia di GIESV, &* | *tradotto in lingua Italiana per il* | *P. Angelo Douitii della me | desima compagnia.* | Col priuilegio del sommo Pont. & dell' Il lustriss. Senato Veneto per anni XX." In extremo libro: „In Venetia per Michel Tramezino | MDLXII."

16⁰; ff. 40 (addito titulari) non sign.; in f. 2. 3. 4. privilegium a Pio IV. „motu proprio" in decennium (annus ascriptus non est) Michaëli Tramezino ad varios libros latinos et italicos, qui omnibus litterarum studiosis utiles futuri sint (nullus ex iis nominatim significatur), excudendos, dummodo ii vel Venetiis per inquisitores vel Romae per „Magistrum Sacri Palatii" recogniti sint; in f. 5. privilegium de libris per omnes regiones Venetis subditas excudendis et vendendis eidem Tramezino ad 20 annos „1562. Die 21. Augusti in Rogatis" concessum et ab „Aloysio Garzonio Ducali Notario et Cancellariae capsario" subscriptum; sequuntur litterae italicae, quibus Tramezinus Victoriae Farnese, Guidobaldi de la Rovere, ducis urbinatis, uxori (quae Pisauri [Pesaro] Societatis collegium instituere cogitabat; cf. *Can.* Epp. II, 302) catechismum dedicat.

De hoc catechismo *P. Caesar Helmi* S. J., collegii veneti rector, Venetiis 2. Maii 1562 Romam ad P. Alphonsum Salmeronem, Societatis vicarium generalem, *scripsit: „Mi ha parlato M. Michiel Tramezzino che per stampar' il Cathechismo è bisognato dar lo à corregger' all' Jnquisitor': il quale ha notate le cose che vedrà in vna poliza che quì mando: et perche tali cose sono theologice, appertiene più alli scholastici che, a, noj che quì siamo" (ex autographo. Cod. „Epistt. Italiae 1562" f. 590ª). Ad quae Roma 9. Maii 1562 Venetias *rescriptum est: „Quà si uederanno quelle annotationi fatte dal Jnquisitore nel catechismo del Padre Canisio. Si sà però che quello è stampato in uarij altri luoghi, et reuisto più volte, ne mai alcuno ci ha trouata cosa degna di correttione. Pur si uederano come dico qua dette annotationi." Et 16. Maii 1562: „Quì si rimandino queli ponti che ha notati l' inquisitore sopra la cosa dela tradutione dil catachismo li quali al medesmo Padre Salmeron che auanti la sua partita li uidde, et à noi altri qua non paiono de importanza epero si potran emendare, è stampare emendati detti ponti, à sodisfatione del Jnquisitore: et non è necessario che si habbia altra faculta del Jnquisitore maggiore [1], la quale si sarebbe otenute se le notationi fusino statti de importantia" (ex apographis eodem fere tempore scriptis. Cod. „Italia 1560. 1561. 1562." f. 359ª. 362ᵇ).

---

[1] Michaelis Gislerii O. Pr. (S. Pii V.), cardinalis „Alexandrini" et supremi inquisitoris.

Librum vidi Monachii in bibliotheca regia, Catech. $\frac{50}{1}$.
Eundem ponit *Sommervogel*, Bibl. II, 633; III, 164.

4. Canisii „Parvus catechismus Catholicorum“ a. 1562 etiam hungarice editus est. Cuius exemplum — si non unicum, quod adhuc exstat, certe rarissimum — a. 1882 in bibliotheca universitatis basileensis repertum, regia litterarum academia hungarica a. 1884 Pestini (Budapest) typis societatis franklinianae denuo exscribendum curavit ita, ut nova editio veteri illi diligenter assimilaretur. Quam novam editionem ego adhibeo; ad sermonis autem hungarici interpretationem operam humanissime mihi praestiterunt duo viri hungari: R. P. *F. X. Speiser* S. J. et maxime R. P. *Ladislaus Velics* S. J. Ita igitur editio princeps inscripta est:

„AZ KERESz- | TYENSEGNEC FON- | DAMENTOMIROL | valo rôuid keony- | wechke. | Ki az Szent irasnak kůlômb kůlômb | heleibôl, kerdes es feleles keppen | irattatot es Telegdi Miklos mester | altal, Deac nyelwbôl Magyar | nyelwre forditatot. | ❦ | BECHBEN NIOMTAT- | tatot Raphael Hofhalter altal: vrunc | ssuletese vtan 1562 . esstendôben.“

Id est: Brevis summa axiomatum, quae christiana doctrina tradit, per quaestiones et responsiones ex selectis sacrae Scripturae locis composita et a Nicolao Telegdi ex latino in hungaricum sermonem versa . Excusa Vindobonae a Raphaële Hofhalter, anno post dominum natum 1562.

16° (ed. nova pp. 142 habet); in folii titularis parte aversa Nic. Olahi, archiepiscopi strigoniensis et primatis Hungariae, imago et insigne in lignum incisa apparent. Sequitur praefatio Raphaëlis Hofhalter typographi vindobonensis, qua is Olahi primatis iussu se libellum hunc a magistro Nicolao Telegdi hungarice versum typis exscripsisse affirmat; deinde praefatio ab ipso Telegdio 12. Iunii 1562 ad scholae tyrnaviensis discipulos data; quibus hic (hungarice) dicit: „Quo facilius pueritiae tempore doctrinam christianam et apostolicam et exciperetis et retineretis, libellum a doctore Canisio, viro et pio et docto, latine conscriptum vobis proposui; cum autem inter vos sint, qui latinam linguam haud satis calleant, convenire existimabam, ut libellum hungarice verterem.“

Qui librum a. 1884 edidit, in adnotationibus, quas catechismo addidit (p. 102 ad 142), hunc catechismum omnium, qui hungarice editi sint, primum esse eundemque saeculo XVI. compluries denuo excusum esse scribit. Nicolaus Telegdi, ut ibidem p. 114—125 asseritur, a. 1557 in universitate cracoviensi „baccalaureus“ et bursae hungaricae „senior“, a. 1558 sacerdos et scholae tyrnaviensis praeceptor, postea canonicus et summus praepositus strigoniensis, a. 1573 archiepiscopi vicarius, 1579 ad 1586 episcopus quinqueecclesiensis fuit (cf. *Gams*, Series p. 377). Qui etiam a. 1577—1581 contiones (3 volumina) et libellos aliquot polemicos adversus protestantes edidit.

Carolus Szabó in opere nomine hungaricae litterarum academiae edito „Régy Magyar Könyvtár“ (Budapest 1879. 1885), in quo libros hungaricos inde ab a. 1531 excusos recenset, huius catechismi non fecit mentionem.

Editionis novae exempla exstant Monachii in bibliotheca regia, Catech. 107[s], et Vindobonae in bibliotheca palatina, 151. G. 40.

Editionem posuit *Sommervogel*, Bibl. II, 653.

398.

Anno 1562.

1. Canisii Summa Antverpiae denuo exceditur. 2. Eadem Lugduni iterum excuditur, cum privilegio Emmanuelis Philiberti Sabaudiae ducis. Pueri ex eodem libro

in Sabaudiae gymnasiis ducis iussu instituti parentes in fide confirmarunt et protestantium catechismos ignibus tradiderunt. 3. Vallisoleti „Summa“ hispanice editur.

1. Anno 1562 evulgata est: „SVMMA | DOCTRINÆ | Christianæ. | *In vsum christianæ pueritiæ per Quæ- | stiones recens conscripta & nunc | denuò edita.* | Iussu & Authoritate Inuictiss. ac Se- | reniss. D. Philippi Hispaniarum, An- | gliæ, &c. Regis, Ducis Braban- | tiæ, Comitis Flan- | driæ, &c. | ANTVERPIAE. | *Apud Ioannem Bellerum.* | *An. M. D. LXII.*“

12⁰ min. (16⁰); ff. 135, e quibus prima 5 signata non sunt; praeterea in fine 8 ff. non sign., e quibus 7 indicem rerum alphabeticum continent; in f. ultimo: „Pius est, vtilis, et catholicus hic Catechismus. Ruardus Tapper S. Petri in Louanio Decanus. Antverpiae. Typis Ioan. Withagij. Anno 1562.“ In initio (f. A 1^b—A 2^b) conspectus rerum et versus quidam; quos sequitur (f. A 3^a—A 5^b) Ferdinandi I. „edictum“ Vindobona 14. Augusti 1554 de hoc catechismo adhibendo datum (quod vide *Can.* Epp. I, 752—754).

Librum vidi Monachii in bibliotheca universitatis, Theol. past. 191.

Haec editio eadem esse videtur atque illa, quam posuit *Sommervogel,* Bibl. II, 622, primo loco.

2. Eodem a. 1562 Canisii „Summam“ in lucem emisit Lugduni Michaël ille Jovius (Jouve, Jove), quem et lugdunensis archiepiscopatus, et ipsius urbis ac regiminis lugdunensis, et Societatis Iesu bibliopolam fuisse ac celebrem librariam „Pillehotte“ condidisse tradunt (Bibliographie Lyonnaise au XVIe siècle. Par *le Président Baudrier,* publiée et cont. par J. Baudrier. Deuxième Série [Lyon-Paris 1896], 82—147): „SVMMA | DOCTRINAE | CHRISTIANAE, | PER QVAESTIO- | NES CONSCRI- | PTA, A | Reueren. D. Petro Canisio Theologo societatis | IESV, & nunc recēns ab eodem reco- | gnita, & aucta. | *LVGDVNI,* | Apud Michaëlem Iouium. | 1562 | CVM PRIVILEGIO.“

8⁰ min.; ff. sign. 80; praeterea in initio titul. et 3 non sign., in quibus brevis summa posita est privilegii ab Emmanuele Philiberto Sabaudiae duce „Rivoles“ 14. Martii 1562 Michaëli Iovio ad 15 annos concessi, quo ipsi soli „Summam“ latine vel italice vel gallice excudere et vendere liceret. Sequitur ($2^1/_2$ pp.) praefatio quaedam ab ipso *Iovio* Lugduno 1. Aprilis 1562 ad „Reverendiss. episcopos, parochos. et gymnasiarchas“ data, qua Canisii catechismum „nuper Lugduni“ ipsorum „nomini dicatum“ evulgatum esse scribit (quae editio usque adhuc bibliographis ignota fuit); atque hunc catechismum paucis illis annis, quibus, „iubentibus, primum Ferdinando Caesare Jmp. mox Seren. Emm. Philiberto Sabaudiae Duce“ in gymnasiis expositus sit, „Germaniae antea et hoc biennio Subalpinae regioni, nunc autem ipsis Allobrogibus, quibus idem edictum est“, magnam utilitatem attulisse, „vt qui ea doctrina pueri essent imbuti, non ipsis modo ecclesiae hostibus restiterint, sed parentes ex fidei imperitia nutantes confirmarint: iamque falsi Haereticorum Catechismi, et nugae illae deceptrices Christianorum vndique a deceptis perferuntur ad catholicos, vt comburantur.“

Librum vidi Mediolani in bibliotheca nationali (Brera), Z Y 1. 6. Eiusdem exempla exstare Lugduni (in bibliotheca reipublicae, 4371 [104]) et Avenione (Musée Calvet, 4821 [2321]) cognovi.

Editionem posuerunt *Sommervogel*, Bibl. VIII, 1975, *Boudrier* l. c. p. 100, *editor,* Katechismen p. 74[8].

3. Hispanice quoque Canisii Summa hoc anno 1562 versa esse videtur. Nam, ut ex R. P. *Guidone M. Dreves* S. J. accepi, in bibliotheca escuriacensi (Escorial) 21 V 32 exstat Canisii „Summa de la doctrina Christiana compuesta por preguntas y respuestas . Valladolid 1562."

399.

Sub m. Martium 1562.

Dilingae martyrologium germanicum editur ab Adamo Walasser, Canisio plurimum iuvante et copiosum de Sanctorum cultu commentarium praeponente. Canisius Christi honorem a catholicis Sanctos invocantibus amplificari, non minui ostendit. Fontes in libro componendo usurpati: Martyrologia Usuardi, Greveni etc. Christina Stumbelensis. Facta biblica multis diebus posita. Laudes Carolo Magno et Ioanni Gersoni tributae. Martyrologium canisianum a sacra Rituum Congregatione probatum et a Saussagio laudatum. Auctoritas libri privata tantum. Qui in collegiis Societatis ad mensam legebatur. Editiones posteriores.

Anno 1562 ineunte (sub medium m. Martium, ut videtur) Dilingae in officina typographica Ottonis cardinalis Truchsessii per Sebaldum Mayer typographum absolutus est liber: „MARTYROLOGIVM. | Der Kirchen Kalen= | der, darinnen angezeigt werden die | Christlichen Feste vnd Heiligen Gottes, beyder Te= | stament, wie man dieselbigen durch das gantz jar in | der Christenheit, von tag zu tag begeht. Auch | mit verzeichnuß vn= zalbarer Heiligen, wie | sie gelebt vnd gelidten, was sie gethan | vnd gelassen haben zů jrem ewi= | gen hail, vnd zum exem= | pel aller Christen. Alles auffs newest mit sonderlichem fleiß auß alten, warhafften, | Catholischen bůchern vnd schrifften zůsamen bracht, zů | trost vnd sterckung aller recht Christglaubigen. | Vnd durch Doctor Petrum Canisium | Thůmpredigern zů Augspurg &c. | in Truck verfertigt. | Mit Röm. Kay. May. Freyheit begnadet. | Getruckt zů Dilingen durch | Sebaldum Mayer. | Anno Dñi M. D. LXII."

Huius tituli versus 2, 3, 4, 15, 16, 17, 19, 20 rubri sunt; 4° min.; ff. sign. 400, et praeterea in initio 16 (addito titulari) non sign. Titulum sequuntur litterae dedicatoriae ad Georgium et Marcum Fuggeros, „Herren zu Kirchberg vnd Weissenhorn", „zů Dilingen am tag der Stůlfeyr . . . Petri" [1] 1562 ab „Adam Walasser" datae (2 ff.), copiosus commentarius, qui inscribitur „Erklärung vnd beuestigung Christlicher bekantnuss von den Heyligen" (12 ff.), pagina, in qua aliquot „Testimonia veterum Patrum de Sanctorum memoriis celebrandis" notata sunt, pagina ex Sanctorum imagunculis in lignum incisis composita; ac per totum librum multae eiusmodi imagines, maxime litterarum, quas „initiales" dicimus, loco suis spatiis dispositae sunt; typi adhibiti sunt puri elegantesque.

Libri exempla exstant Monachii in bibliotheca regia (V. SS. C. 55) et Romae in bibliotheca collegii teutonici (Campo Santo dei Tedeschi).

Atque ex ipsis litteris dedicatoriis facile intellegitur, martyrologium hoc ab Adamo Walasser compositum, ex latino sermone in germanicum versum, in lucem editum esse. Qui, Ulma (Ulm) ortus

[1] In martyrologio hoc Petri cathedra romana 18. Ianuarii, antiochena 22. Februarii positae sunt.

et sub a. 1551, ut videtur, Dilingam advectus officiumque aliquod non ecclesiasticum — laicus enim erat — nactus, triginta annis, quibus calamum gerebat scriptorium († 1581), Dilingae et Ingolstadii atque Tegernseae plus 30 evulgavit libros libellosque pios, quos partim ipse vel versibus vel soluta oratione — atque inter hos aliquot ad Societatem Iesu defendendam — conscripserat, partim ab aliis compositos nova quasi veste donaverat; inter quos vetera quaedam cantica ecclesiastica et complures libri ad pietatem excitandam aptissimi ac contiones aliquot Canisii eminent (*Nic. Paulus*, Adam Walasser l. c. [vide supra p. 773] p. 453—467).

Cur autem Canisii nomen in huius martyrologii titulo compareat, *Walasser* in eius litteris dedicatoriis patefacit; postquam enim se multam in eum librum operam contulisse affirmavit, sic pergit: „Der ehrwirdig vnd hochgelehrt herr Doctor P. CANISIVS wirdt mir dessen gůte vnnd ware zeugknuss geben, welcher (dass ich die warheit bekenne) mit vberlesen vnnd corrigiren das best gethan, vnnd an vilen orten sein hilff mir willig vnd gern mitgetailt, damit diss bůch zů mehrerm nutz des Lesers, vnd aufferbawung der Kirchen aussgienge. Der auch auss meiner bitt, den Catholischen glauben von den Heiligen zů anfang diss bůchs aussgelegt vnnd erklärt, dass auss dem grund jederman verstünde, was wir Catholischen in disem fal glauben vnd halten, auch allweg geglaubt vnd gehalten haben, vnangesehen was die alten vnd newen Vigilantianer [1] dawider schreyen vnd růffen. Auss diser vrsach hab ich auch den namen desselben herrn Doctors, als des fürnemesten vrhabers diser verteutschung, auff diss bůch gesetzt" (f. *IIJ). Ipse autem *Canisius* de eodem libro Augusta 16. Martii 1562 ad cardinalem Hosium scripsit: „Jgnoscat autem mihi Celsitudo tua, quod in lingua Germanica potius, quam Latina me studeo Germanis accommodare . Jdcirco in hoc Martyrologio quod breui mittam, si modo mittere non licebit, libentius laborauj . Faxit Christus, ut eum in sanctis laudare possimus. Fortassis conferet aliquid hic conatus ad ueterem pietatem aliqua ex parte nostris hominibus commendandam . Alij maiora et meliora possunt dare, sed utinam uellent" (cf. supra p. 394). Et P. *Guilielmus Elderen* S. J., Canisii socius augustanus, in domus augustanae S. J. *litteris quadrimestribus, Augusta 2. Maii 1562 datis, de Canisio: „Edidit", inquit, „nuper Martyrologium Germanica lingua scriptum, et multo quidem copiosius, quam quod latine circumfertur, opus ualde gratum Lectoribus" (ex archetypo. Cod. „G. Ep. III" f. 82[a]).

Ac *Canisius* in copioso illo, quem martyrologio praeponit, commentario, quae ecclesia de Sanctis eorumque imaginibus et sacris reliquiis colendis et docet et agit, sacrae Scripturae, maxime autem veterum Patrum testimoniis comprobat, atque etiam ex Lutheri,

---

[1] Cf. *Can.* Epp. I, 218[1]; II, 245[3].

Melanchthonis, Bucerii, Brentii, Oecolampadii scriptis adversus protestantes aliqua ratione confirmat (f. ***—***ij); ubi de Sanctorum invocatione asserit: „Geschicht solchs alles nit der mainung, dass wir die Heiligen neben Christum, oder an die statt Christi vnsers herrn setzen, sondern stellen sie zu fürbittern neben vns, als vnsere brůder vnd schwestern (wiewol jetzund hoch vnd weit vber vns erhept vnd erklårt) auff dass sie mit sampt vns, durch Christum den einigen mitler zwischen Gott vnd allen menschen für den ewigen vatter treten. Dann Christus ist vnd bleibt allein der hailand, helffer vnd Gott, der aigens gewalts, aigner krafft vnd verdiensts die sůnden verzeihet, allen gaistlichen mangel vnd gebrechen wendet, die leibliche, geistliche vnd ewige gůter schencket. Die Heiligen aber bitten vnd erlangen vns, dass wir Gotes gnad vnd Christi verdienste desto leichter empfahen, vnnd jhrer thailhafftig werden" (f. *b).

Quibus autem ex fontibus martyrologium hoc haustum sit, a *Walassero* in litteris dedicatoriis his verbis significatur: „Est ist aber ein wunder, dieweil zů diser zeit so vnzalbare Teutsche bůcher, gůt vnd bôss, aussgehn, dass diss bůch, so zů Latein MARTYROLOGIVM genannt wirdt, souil jar her begert, vnd doch vnuerteutscht, ja schier vnbekannt bliben ist. Darumb für gůt angesehen worden, dass zuhilff der frommen vnd wahren Christen, ein solcher schatz den Teutschen mitgetailt wurde. Da aber die sach an mich gelanget, seind mir etliche alte exemplaria, so auffs fleissigst durchschriben [1], vberantwort worden, in welchem [*sic*] vil mehr Heiligen, dann in keinen andern Martyrologijs gefunden werden, darzů mir auch andere glaubwürdige, vnd zů diser sach taugliche bůcher zuhanden kommen, auss welchen ich auch etliche ding gezogen, vnd also mit hülff Gottes diss Martyrologium zuuerteutschen mich vnderstanden hab, allzeit mit sollicher trew vnd beschaidenheit, dass ich nichts auss mir selbs erdicht, sonder schlecht auss den bewerten Scribenten vnnd historien verteutscht hab, was kürtzlich, vnd, wie ich hoff, nutzlich hierinn verzeichnet ist." Haec certe obscuriora sunt. At hoc inter doctos constare videtur: Omnia illorum temporum martyrologia non esse nisi amplificationes quasdam „Martyrologii secundum morem Romanae Curiae", quod tunc vocabatur, sive martyrologii ab Usuardo (Huswardo), monacho benedictino coenobii pratensis (Saint-Germain-des-Prés) sub a. 875 compositi [2]. Ac *Ioannes Baptista Sollerius* S. J., hagiographus bollandianus, qui de martyrologiis, ut pauci melius, disseruit, Walasseri martyrologium „plerumque Usuardum referre, sed locupletissime auctum" affirmat [3] (Acta Sanctorum Iunii Tom. VI. [ed. noviss.; Parisiis et Romae 1866], p. XLV; etiam apud *Migne*, PP. LL. CXXIII, 553—554). Neque solum multorum Sanctorum vitae uberius quam apud Usuardum narrantur, sed etiam plurima tum Sanctorum nomina, tum facta biblica, quae apud Usuardum non sunt, proferuntur. In quibus nominibus addendis tum episcopatus augustani, tum coloniensis aliarumque ecclesiarum Germaniae

---

[1] Durchschreiben = bis zu Ende schreiben (perscribere). Ita quidem *Iac. Grimm* et *Wilh. Grimm*, Deutsches Wörterbuch II (Leipzig 1860), 1678.

[2] Ita v. g. *Car. de Smedt* S. J., Introductio generalis ad historiam ecclesiasticam (Gandavi 1876) p. 139; *Vict. de Buck* S. J., Recherches sur les Calendriers ecclésiastiques, in „Précis historiques" XXVI (Bruxelles 1877), 66. *Ildeph. Veith* O. S. B., Die kirchlichen Martyrologien, in „Historisch-politische Blätter" CXVII [München 1896], 469—482.

[3] Caeterum Sollerius, quia de Usuardo puritati suae restituendo, non de Canisii scriptis illustrandis laborabat, germanicum hoc martyrologium sibi negligendum esse duxit.

inferioris ecclesiarum fontes (calendaria, breviaria etc.) usurpatos esse ex ipso martyrologio conicere licet. Nominatim autem adhibita esse videtur Usuardi amplificati editio illa, quae Hermanno Greveno (Greven, Grefgens) cartusiano coloniensi curante Coloniae a. 1515 et (emendatius) a. 1521 in lucem emissa est (de qua *Sollerius*, Acta Sanctorum l. c. p. XLIII—XLV; *Migne* l. c. CXXIII, 548—549); nam quaedam a Walassero et Canisio referuntur, quae neque apud Usuardum, neque in ulla ex plurimis illis, quas Sollerius recenset, Usuardi amplificationibus tum manu scriptis, tum excusis exstare videntur, nisi in editione Greveni; ut haec in 6. Novembris ultimo loco habet: „Item sanctae memoriae Christinae de Stummel, in Nybeck [*sic*] ducatus Iuliacensis quiescentis“ (*Acta SS.* l. c. p. 595; *Migne* l. c. CXXIV, 666); martyrologium Walasseri eodem die eodemque loco: „Jtem selige gedechtnuss[1] Christine von Stummel, zů Nydeck im Juliacenser Herzogthumb rhůende“ (f. 339[a]). Atque d. 17. Iunii Walasser (l. c. f. 164[a]) non solum Eliam prophetam in caelum raptum ponit, sed etiam cum Grevenio ac, quod equidem norim, cum hoc solo raptum esse a. 903 a. Chr. scribit (*Acta* l. c. p. 809—810; *Migne* l. c. CXXIV, 166). Neque inter „auctaria“ Usuardi a Sollerio collata ullum Ioannem Gersonem cancellarium habet nisi grevenianum; qui cancellarius etiam apud Walasserum apparet; hac tamen de re plura paulo infra dicentur.

Multis diebus, ut supra dixi, non solum Sanctorum mortes, „ordinationes“, inventiones etc., sed etiam, ut in medii aevi kalendariis, facta sacra tum veteris, tum novi testamenti a Walassero Canisioque ponuntur, addita nonnumquam (ut f. 47[a]. 268[a]. 269[b]. 287[a]. 325[b]. 379[a] etc.) clausula: „wie man lisst.“ Ita 3. Ianuarii: „An disem tag (wie man lisst) hat auch der můd herr Jesus mit dem Samaritanischen weiblin bey dem bronnen geredt, vnd sie bekőret, Johan. IIIJ.“ (f. 5[b]); 18. Martii perinde atque in temporum anglosaxonici et carolingici kalendariis[2] prima dies mundi dicitur (l. c. f. 71[a]); die 19. Martii non solum mors, sed etiam desponsatio („vermehlung“) sancti Ioseph, sponsi B. M. V., ponitur; quae desponsatio eodem die etiam alibi, velut in martyrologiis a. 1490 Lubeccae et Coloniae excusis atque in martyrologio greveniano, comparet (*Acta* l. c. p. 149. *Migne* l. c. CXXIII, 859. 860); 7. Maii Noe ex arca egressus est (l. c. f. 122[a]); 27. Iunii Iesum primam habuisse contionem asseritur (l. c. f. 176[a]); quam alii Kalendis Maiis habitam esse scribunt; ac 25. Martii victoria quidem a Michaële archangelo de dracone relata, mors Abel, immolatio Isaak, iter ab Israëlitis per mare rubrum institutum, sicut in aliis quibusdam veteribus martyrologiis vel kalendariis[3], ponuntur; omittuntur vero non solum Adae „plasmatio“ et eiectio ex paradiso ac sacrificium a Melchisedech oblatum, quae a veteribus quibusdam eodem die ponuntur, sed etiam crucifixio Iesu Christi, quae et in martyrologio „hieronymiano“[4], et in Bedae-Flori, Wandalberti, Rhabani Mauri, Notkeri martyrologiis, et in multis Usuardi amplificationibus, immo etiam in S. Augustini libris 25. Martii facta esse traditur[5].

---

[1] De verbis „selige gedechtnuss“ vide, quae dicentur infra p. 796.

[2] Martyrologium *Wandalberti* monachi prumiensis (*Migne*, PP. LL. CXXI, 592). Kalendarium *Gundecari II.* Eystettensis (Analecta Bollandiana XVII [Bruxelles 1898], 396). *Alfredi* Angliae regis Liber Martyrum (vide *Herb. Thurston* S. J., Christmas and the Christian Calendar, in „American Ecclesiastical Review“ XIX [New York 1898], 567). *A. Lechner*, Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern (Freiburg i. Br. 1891) p. 11.

[3] Vide *Acta Sanctorum* Martii T. III (Parisiis et Romae 1865), 538—541.

[4] Vide huius martyrologii editionem ab *Io. Bapt. de Rossi* et *Lud. Duchesne* curatam, in Actis Sanctorum Novembris T. II, P. 1 [Bruxellis 1894], p. [36].

[5] *Migne*, PP. LL. CXIV, 866; CXXI, 593; CX, 1137; CXXXI, 1058; CXXIII, 873; XL, 39; XLI, 619; XLII, 894. Ac vide etiam: *Acta Sanctorum* Martii III, 538—541. *A. I. Weidenbach*, Calendarium historico-christianum medii et novi aevi [Regensburg 1855] p. 101. *Lechner* l. c. p. 130. 192. 211. 266. *Adalb. Ebner*,

Quae in martyrologio hoc dilingano, a *Canisio* recognito et emendato, de Carolo Magno dicuntur (f. 28ᵇ—29ᵃ), notatu eo magis sunt digna, quod in nullo ex prioribus martyrologiis Usuardi amplificatis (cf. *Migne* PP. LL. CXXIII, 705—706) Carolus tam amplis verbis laudatus esse videtur. Die 28. Ianuarii: „Jtem zů Ach des heiligen grossen Caroli, kůnigs in Franckreich vnnd Rômischen Kaysers, welcher von wegen seiner grossen thaten, Carolus Magnus genant ward. Er hat das heilig land, auch gantz Hispaniam vnd Galitiam von den Saracenen erledigt : Die Saxen (welche damals noch Haiden) zů Christlichem glauben mit kriegen bezwungen : Die Longobarden (welche der Rômischen kirchen gar auffsetzig vnnd feind waren) gar aussgetilgt. Den heiligen bapst Leonem den dritten (welcher von den Rômern verstossen) wieder eingesetzt hat auch bey XXVIJ. klôster gebawen, vnd begabt : ist gar freygebig gegen den armen gewesen, also dass er biss in Syrien, Egypten vnnd Aphricam almůsen schicket . Hat auch in seinem leben vnnd nach seinem tod vil wunderzeichen gethan . Jst seines alters im LXX. seines kaiserthumbs im XIIIJ. vnnd seiner reiche im XLVIJ. jar zů Ach im herrn entschlaffen . Von welchem alle Teutschen sich billich in Gott berůhmen sollen, dass sie haben disen Carolum Magnum, ein ausserwôlten werckzeug, zů pflantzung vnd mehrung der Christlichen Religion im Teutschen land." Et 27. Iulii (f. 210ᵃ): „Jtem zů Ach die erhebung des heiligen kaisers vnd beichtigers Caroli magni" etc.[1]

Neque minus, nisi fallor, notandum, quod de Ioanne illo Gersone scribitur. De quo, cum cetera martyrologia usuardiana sileant, *Grevenus* 12. Iulii ultimo loco: „Item, sanctae memoriae Joannis Gerson, doctoris Christianissimi, qui vita et eruditione eximius, quievit anno Domini MCCCCXXIX" (*Migne,* PP. LL. CXXIV, 254). *Walasser* autem et *Canisius* (l. c. f. 193ᵃ) Gersonem eodem die, paenultimo tamen loco, ante Sanctum Ioannem Gualbertum, ponunt, elogio ita amplificato: „Jtem selige gedechtnuss des Christlichen lehrers Johannis Gersonis, des grossen Cantzlers zů Paris, der im leben vnd lehr für trefflich war, vnd grossen nutz geschafft hat mit seinem lehren vnd schreiben."

Quellen und Forschungen zur Geschichte und Kunstgeschichte des Missale Romanum im Mittelalter [Freiburg i. Br. 1896] p. 343. *Nic. Nilles* S. J., Kalendarium manuale utriusque ecclesiae orientalis et occidentalis II (ed. 2., Oeniponte 1897), 253—254.

[1] Carolus a Paschali III. (Guidone Cremonensi) pontifice non legitimo sanctus pronuntiatus est. Attamen *Benedictus XIV.* Carolum Magnum ob cultum a multis legitimis pontificibus „per tolerantiam admissum" et „longissimi temporis observantiam" „Beatum" dici posse existimavit: De Servorum Dei Beatificatione etc. l. 1, c. 9, n. 4 (Opera I [Bassani 1767], 35—36). Cf. etiam: *Acta Sanctorum* Ianuarii T. III (ed. nova, Parisiis 1863), p. 490—491. *Paul Alberdingk Thijm,* Karl der Grosse und seine Zeit (Münster 1868) p. 358—360. *Theologisch-praktische Quartalschrift* XL (Linz 1887), 1002—1003. *Ioann. Noppius,* Aacher Chronik (Aufs neu aufgelegt. Aachen 1774) p. 10—11.

In margine: „Anno Domini 1429.“ Ac de verbis „selige gedechtnuss“ in extremo libro (f. 398[b]) notant: „Wo auch steht, Selige gedechtnuss, bedeut, dass dieselben Heiligen nit Canonizirt seind, wiewol sie durch jr heiliges leben, seligen tod, vnd kråfftige wunderzeichen gnugsam zeugnuss geben, dass sie nit weniger bey vnd mit Christo herschen dann die Canonizirten.“

Cum Romae de Canisii beatificatione „processu apostolico“ ageretur, duo viri germani Romae degentes de martyrologio hoc, editione, quae amplificata et emendata Dilingae a. 1599 in lucem prodierat, ipsis proposita, ad sacram rituum congregationam referre iussi sunt: *Maximilianus Wangensis*, ordinis Capucinorum, ordinis „postulator“, „assistens“ provinciarum ordinis germanicarum etc., et *Ignatius Schindler* S. J., apostolicus in basilica S. Petri vaticana „poenitentiarius“. Qui litteris 12. Ianuarii et 23. Februarii 1732 separatim datis librum laudaverunt; ac *Schindler* Canisium, quem „fama Apostolum, ac Doctorem Germaniae Catholicae“ vocavit, in commentario illo de Sanctorum cultu scripto breviter, quae posteriores theologi polemici iustis voluminibus explicassent, complexum esse asseruit[1]. Quare martyrologium hoc 22. Martii 1732 una cum Canisii Catechismis, Commentariis de verbi Dei corruptelis etc. a sacra congregatione probatum est. Notandum autem est, etiam in „emendata“ illa editione, qua congregatio usa est, Gersonem iisdem prorsus, Carolum Magnum fere iisdem verbis, atque in editione principe, laudari; additum est, Carolum a Paschale papa Sanctorum numero ascriptum esse (f. 194[a]. 31. 210[a]); sublata tamen est adnotatio illa extrema „Wo auch steht“ etc., de qua supra dixi. Neque praetereundum esse videtur, in eodem processu sub idemque tempus *Antonium Mazzinum*, „sacri palatii apostolici causarum patronum“ „Informatione“ quadam rituum congregationi oblata in Canisium haec ipsius illius *Ioannis Gersonis* verba accommodasse[2]: „Scriptor Ecclesiam ditat, Scriptor Ecclesiam armat, Scriptor Ecclesiam custodit, Scriptor Ecclesiam honorat“ (*I. Gerson*, Tractatus de laude scriptorum, Consider. 9. 10. 11. 12 [Prima pars Ioannis Gersonis. Basileae 1518, f. b[a]—b 2[a]]).

Atque iam aliquanto ante *Andreas du Saussay* parisiensis (1589—1675), protonotarius apostolicus et Ludovici XIII. Galliae regis contionator (postea episcopus tullensis), in „apparatu“ ad eruditissimum illud suum „Martyrologium Gallicanum“, ubi scriptores de re hagiographica meritos recensebat, Canisium tum ob alia, tum ob martyrologium editum summis hisce extulerat laudibus: „Petrus Canisius Theologus Nouiomagus Societatis Iesv, Primarius sancti Ignatij assecla, datusque ab eo primus in Germania illius societatis Prouincialis: vir certe permaximus, Ecclesiae per Heluetiam Patriarcha, religionis Catholicae suo tempore columna; toto orbe Christiano notissimus: fide, prudentia, indefesso scribendi labore, abstinentia perenni, grauitate, animi puritate, flagrantissimo Dei amore, multaque sanctitate clarissimus, vt praefert eius elogium, Friburgi vbi iacet, tumulo ipsius inscriptum. Hic sectas perditionis grassantes vbique per Germaniam cum perfusis gemitibus oculis conspiceret: quo infelicem hanc gentem abreptam per seductores in errorum abrupta, ad rectas veritatis et iustitiae semitas reuocaret: Sanctorum qui regalem viam tenuerunt ac triuerunt recta vestigia deuijs indicanda censuit. Martyrologium igitur a se recognitum et auctum, Germanico idiomate edidit, vt in vulgus dispersum, avitae religionis exempla et documenta, faciliori cursu diffunderet: ex Beatorum Chri-

---

[1] Binae hae litterae exstant in libro codicis manu scripti instar excuso: *„Sacra Rituum Congregatione* . . Lausannen. Beatificationis, et Canonizationis Ven. Servi Dei Petri Canisii. . . Positio super dubio, an et quomodo sit signanda Commissio in casu, etc. (Romae 1734) Summ. sup. sign. Comm. p. 6—8. 8—10.

[2] L. c. Inform. p. 1.

stianae fidei auctorum ac assertorum, verendo intuitu, segregationis percelleret artifices; filiosque subtractionis pudore suffusos, piorum Maiorum reuerentia reduceret ad verae Matris gremium. Prodijt in lucem praeclarum hoc opus excusum Dilingae anno salutis 1562" (Martyrologium Gallicanum . Studio ac labore Andreae du Saussay Parisini, S. R. E. Protonotarii, Concionatoris Regii, necnon Ecclesiae SS. Lupi et Aegidii in urbe Pastoris. Tom. I [Lutetiae Parisiorum 1637], p. LXIV).

Ceterum martyrologii canisiani privatam tantam et fuisse et esse auctoritatem, ex hoc ipso patet, quod omnes fatentur, nullum omnino martyrologium, antequam Gregorius XIII. martyrologium romanum (usuardianum) iussu suo recognitum a. 1583 et 1584 evulgandum curavit, ab ecclesia, plane saltem sollemniterque, approbatum esse[1]. Accedit, quod martyrologio canisiano nulla episcopi augustani, in cuius dioecesi excusum est, ascripta est approbatio vel excudendi facultas, nisi quod in ea typographia, quam episcopi ipsius fuisse aliunde constat, ipsum excusum esse in libri folio titulari significatur.

In collegiis provinciae Societatis Iesu Germaniae superioris liber hic saeculo XVI. ad mensam videtur esse lectus; in codice enim quodam, qui multas regulas, institutiones etc. in collegiis vindobonensi, monacensi etc. fere inde ab anno 1552 scriptas vel observatas continet, exstat *„*Ordo* eorum quae legi in mensa debent"; in quo haec sunt: „Vesperi absoluta lectione uel praedicatione uel tempore collationis legatur Martyrologium latine semel et semel uulgariter" (Cod. „XV. A" f. 86ᵇ). De huius martyrologii editionibus Dilingae annis 1573 (et 1572?) et 1583 et 1599 ac Vindobonae anno 1632 factis suis locis dicetur; vide interim *Sommervogel*, Bibl. II, 669—670; VIII, 1979—1980. Minus recte *A. J. Binterim:* „Walasser liess im Jahr 1562 und Canisius im J. 1573 ein Martyrologium der deutschen Heiligen zu Augsburg drucken": Die vorzüglichsten Denkwürdigkeiten der Christ-Katholischen Kirche V. Bd., 1. Th. (Mainz 1829), p. 66. Neque ita accurate *Boero* (Can. p. 234) de Canisio: „Corresse," inquit, „e accrebbe di molto il Martirologio della Germania, che tradusse" etc.; nam omnium gentium, non solius germanicae, Sancti in eo libro nominantur.

Ceterum vide, quae de Sanctorum historiis, miraculis, reliquiis etc. ipso hoc anno 1562 Canisius ex cathedralis ecclesiae augustanae sacro suggestu dixit, supra p. 636—640. 643. 646. 647—648.

400.

Ineunte Novembri a. 1562.

Ex *Polanci* autographo (A). Cod. colon. „Epistt. ad Kessel. I." f. 159.

Exstant etiam apographa eodem fere tempore Coloniae a *Kesselio* (B) et Tridenti a *Polanci librario* (C) scripta. Cod. colon. „Kess." f. 139 (in a. 1562 f. 27) et cod. „V. P. 62" f. 31ᵇ—32ᵃ.

Maiorem epistulae partem ex autographo evulgavit *Hansen* l. c. p. 441—442.

Socii germani, quae ad Chemnitii „Theologiam Iesuitarum" responderi possint, Canisii opera interposita, colligere iubentur. „Censura" iterum edenda.

P. Ioannes de Polanco S. J. nomine Iacobi Lainii praepositi generalis (quem „patrem nostrum" vocat) Tridento 3. Novembris 1562 ad P. Leonardum Kessel S. J., collegii coloniensis rectorem, de libro „Theologiae Iesuitarum praecipua capita", quem contra „Censuram . . . Catechismi Ioannis Monhemii" a PP. Henrico Dionysio et Francisco Costero, S. J., Coloniae a. 1560 editam Martinus Chemnitius a. 1562 evulgaverat, haec scripsit: Quod ad librum illum Kemnitii contra

---

[1] Cf. *Veith* l. c. p. 794.

vestram censuram attinet, annotari a nostris theologis Coloniensibus poterunt, quae videntur ei respondenda . et transmitti ad P. Canisium[a], vt cum aliis, quae in eius prouincia annotabuntur, ad patrem nostrum transmittantur[b]. et iterum vestra censura imprimi poterit et per epistolam responderi obiectionibus illius, (et[c] si qui alii impugnarunt eam) et interim[d] [?] videbitur, num quid exactius parari debeat contra illos.

401.

Ineunte m. Novembri a. 1562.

Ex apographo litterarum Natalis, eodem fere tempore Coloniae a *Kesselio* scripto. Cod. colon. „Kess." f. 136[a] (in a. 1562 f. 24[a]).

Epistula integra ex eodem apographo typis exscripta est in „Epistolis P. *Nadal*" II. 127—128. Eadem usus est *Hansen* l. c. p. 442[1].

Natalis visitator Lainio probante mandat, ut nova editio „Censurae Coloniensis", in qua Artopoeo et Chemnitio respondeatur, Coloniae cito paretur et a Canisio recognita Lainio mittatur. Simul liber de Societate edetur.

P. Hieronymus Natalis, Societatis Iesu visitator, Augusta Vindelicorum 6. Novembris 1562 Coloniam ad P. Leonardum Kessel, collegii rectorem, de Henrici Artopoei „Responsione" pro catechismo Monhemii (v. infra p. 799) et Martini Chemnitii „Theologia Iesuvitarum" (cf. infra, monum. 415) refutandis haec scripsit: Occurrit vero vt paucula dicam de Editione[e] censurae locupletatae. Scripsi ego ad patrem[1] ea de re. Probat consilium vt curetur haec editio primo quoque tempore, qua aeditione quaue locupletatione confirmetur prior illa censura, et respondeatur Artopaeo et Chemnitio . ita tamen vt compendio quoad fieri poterit constet ea locupletatio. Curabunt pater Henricus[2] et pater Costerus hanc parare editionem quam poterunt diligentissime et citissime, et eam mittent [non] recta ad patrem nostrum generalem, sed primum ad p. Canisium Augustam vt breuissime quae illi patres scripserint legat biduo vel triduo, et adhibito judicio suo ad patrem [transmittat]. Hoc magnopere omnes desideramus. dent operam patres huic negotio diligenter sed tamen ita vt ne periclitetur eorum incolumitas, propter nimium laborem, Nam si fieri posset vt proximis nundinis[3] ederetur esset omnibus gratissimum et non absque fructu insigni. Simul curabimus vt ad alia respondeatur, libellum edere quo exponatur initium et progressus Societatis.

---

[a] *Ita et autogr. et B; C perperam:* ad patrem comissarium.

[b] transmittat *C;* transmittant *Hans.*

[c] *Ita C et H.;* et *deest in A B.*

[d] *Ita equidem legere malim, quam* iterum; *quod habent C et H.; cf. quae de Payra scribuntur supra p. 530. 550. 557 etc.* [e] Editionae *Kess.*

---

[1] Lainium. [2] Dionysius; vide supra p. 797.

[3] In librorum mercatu Francofurti ad Moenum sub m. Martium a. 1563 habendo; vide supra p. 538[4].

De Chemnitii libro illo multa dicentur infra, monum. 415; cuius insulsitatem et maledicentiam fere aequat „Ad Theologastrorum Coloniensium Censvram Henrici Artopoei Responsio, Pro Defensione Catechismi Ioannis Monhemij Praeceptoris sui conscripta. 2. Timoth. 3. Quemadmodum Iannes et Iambres resistebant Mosi, ita et hi resistunt Veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem. Sed non proficient amplius." In extremo libro haec sunt: „Excvdit Gratianopoli Petrus Cephalius Duromontanus . Anno M. D. LXII Mense Septembri." 16°; ff. 16—182 sign., et praeterea in initio 11 non sign., addito titul.

Liber alieno nomine editus esse videtur; ab Ioanne Breidbach medico eum scriptum esse censet *C. Krafft* in „Real-Encyklopädie für protestantische Theologie und Kirche" X (2. Aufl., Leipzig 1882), 223. Alii Iacobum Schmidelinum (Andreae) vel etiam ipsum Monhemium libri auctorem fuisse suspicati sunt (Monhemii Catechismus, nova editio, cur. *C. H. Sack* [Bonnae 1847], xv—xvi. xxvi).

In epistula dedicatoria, Guilielmo duci iuliacensi inscripta, *Artopoeus* (Becker?) „Censuram" a „morosis quibusdam Sophistis" conscriptam esse ait, qui „praeter conuitia et Sycophantias, nihil quam inanissimas Mataeologiae suae quisquilias euentilant". Sequitur epistula ad nobilem iuvenem „Paulum Stheinium" coloniensem data, in qua *Artopoeus* affirmat Censurae auctores „etiam superare clarissimi D. Scoti τὴν σκοτίαν, crassissimi Comestoris crassitudinem et obesitatem" etc.; Iesuitas colonienses „breui (quo sunt acumine ingenij) magnam nobilis Agrippinae partem sibi foeneratoria pecunia propriam fecisse" etc. De P. Henrico Dionysio S. J. autem, qui una cum P. Francisco Costero S. J. „Censuram" conscripserat, *Artopoeus* Stheinium monet: „Tu porro ut coepisti, perge quaeso deinceps annotare diligenter, et ad me perscribere impurissimi illius Iebusitae concionatoris in Ecclesia Metropolitana nouas et prodigiosas blasphemias, quas assiduis uociferationibus apud imperitam plebeculam detonat, et ex impijssimo pectore euomit. Spero aliquando futurum, ut amplissimus et prudentissimus Senatus Coloniensis, omnesque Ciues honestissimi intelligant, quibus ueneficijs et cantionibus, suae mentis (ut ita dicam) oculos perstringat hic praestigiator nequissimus" (f. A. 10). Similia convicia per totum librum disseminata sunt; velut „Tartareum illud monstrum Hellebrandt monachus, qui fuit in Pontificatu Gregorius septimus" (f. 59[b]). Nescio autem, num *Artopoeus* Canisium quoque significet, cum catholicam de Sanctis invocandis doctrinam refellere conatus, sic tandem Censurae auctores compellat: „Dissoluite nunc quantum potestis in Caninum risum ora vestra, o annosae vulpes (sic enim vocari vultis) astutae ad vastandum vineas Domini, quas propterea capi iubet Salomon, et spectra, phantasmata, ac somnia atque delyria humana quantumlibet adorate" (f. 128[b]).

Haec refutare certe haud ita difficile erat. Ita v. g. eodem hoc anno 1562, quo Artopoeus Iesuitarum coloniensium immensas esse divitias affirmat, *Commendonus* nuntius apostolicus (qui Coloniae cum iis fuerat [*Hansen* l. c. p. 386—388]) ad Pium IV. de Sociis in Germania versantibus rettulit: „Hanno gran fatica di vivere et di mantenersi" (*Döllinger*, Beiträge III, 312). De collegii coloniensis paupertate vide etiam supra p. 7. 552[3].

402.

Exeunte m. Novembri 1562.

Ex apographo eodem tempore Tridenti scripto. Cod. „V. P. 62" f. 64[a].

P. Salmeron ad Canisii catechismum amplificandum, quae hic et Natalis petierint, conferre paratus est; quem tamen librum multum crescere non expedit.

P. Ioannes de Polanco nomine Lainii praepositi generalis Tridento 28. Novembris 1562 P. Hieronymo Natali Societatis visitatori, Oeniponte moranti, ad eius litteras 20. Novembris 1562 datas de catechismi

canisiani amplificatione quadam, ad quam Natalis, a Canisio, ut videtur, rogatus, operam suam promiserat (vide supra p. 525. 552), haec rescripsit: Se ha hablado al padre maestro Salmeron, y el ha uisto el capitulo que V. R. scriue sobre locupletar el cathechismo: y desuparte esta aparejado para hazerlo que pudiere . es uerdad que no sesienten [*sic*] aca mucho fructo desta locupletatione si huuiesse de ser mucha por que se abria de hazer grande el cathechismo, elqual agora conla breuedad tiene gratia y poruentura cresciendo mucho laperderia enparte. Si todauia parece a .V. R. que seponga la mano en esto embie lo que tiene anotado el padre Canisio o, V. R. y auise se quieren cosa larga ò corta y en que logares leparece se debria locupletar : y asi s' anadirà lo que pareciere conuenir y se embiara alpadre canisio para que lo adereçe en su estilo.

403.

Initio m. Decembris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62“ f. 100ᵃ.

PP. Natalis et Salmeron Canisii catechismum locupletandum curant.

Polancus Lainii nomine P. Natali ad litteras 5. et 6. Decembris 1562 datas respondens, de Canisii catechismo scribit: Ya nuestro padre ha encargado al padre maestro Salmeron el locupletar el Cathechismo, y ha tomado el libro con los escritos que de alla uinieron, y uisto el capitulo que sobre esta materia escriue V. R. en su letra.

L.

MONUMENTA VARIA CANISII.

404.

A. 1560 et initio a. 1561.

Ex apographo litterarum P. Elderen, eodem tempore scripto. Cod. „G. Ep. II.“ f. 108ᵃ.

Hac litterarum parte usus est *E. Gothein*, Ignatius von Loyola und die Gegenreformation (Halle 1895) p. 762.

Melanchthonis exclamatio de Iesuitis. Lutherani ministri mansfeldienses Socios et maxime Canisium calumniantur.

P. *Guilielmus Elderen S. J. in litteris Augusta 8. Maii 1561 datis, de quibus supra p. 592 scriptum est, haec, praeter alia, refert:* Melanthon non multo ante mortem [1], cum nostros in Hungariam penetrasse didicisset [2], sic exclamasse dicitur: Totus mundus plenus

---

[1] Mortuus est 19. Aprilis 1560.

[2] Collegii tyrnaviensis prima fundamenta a. 1560 iacta sunt (*Can.* Epp. II, 587. 646—647. 656 etc.) Ac synodo Tyrnaviae m. Aprili 1560 habitae duo de

est Iesuitis. Mansfeldensis Comitis concionatores, qui de Lutheri doctrina pura retenta inprimis gloriantur, non solum a Catholicis, sed etiam a Melanthone et alijs Vitebergensis scholae doctoribus defecerunt, nouam interim cum Illyricanis sectam, nouam Ihenae scholam et nouam in Saxonia Ecclesiam constituentes[1], et cum alijs quidem socijs Lutheranis furiose digladiantes. Magno enim supercilio damnant, ac velut impium detestantur, quicquid cum ipsorum placitis, hoc est, extremis Lutheri furoribus non congruit satis. Quod vt rectius etiam facere viderentur, Iesuitas (si superis placet) inter alia sectarum genera, quae ipsi refellenda susceperunt, connumerarunt. Iesuitarum uero principem fingunt .D. Canisium, multa insulsa deblatterantes, et quae neque a nostris dicta, neque scripta sunt vnquam, suo more illis attribuentes, palamque calumniantes[2], vt hinc satis constet, agendas nobis Deo gratias esse, qui d i g n o s facit a d f e r e n d a m p r o I e s u n o m i n e c o n t u m e l i a m[3], praesertim illis authoribus, qui neque cum Ecclesia, neque cum bonis ullis, neque inter se ipsi de vera fide conuenire possunt.

405.

22. Ianuarii 1561.

Ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto, quod est in cod. august. „Registr." f. 49ᵃ—50ᵃ.

Exstat etiam in *Pogiani* Epistolis II, 218—221, et apud *Ant. Weber*, Literae a Truchsesso ad Hosium annis 1560 et 1561 datae (Ratisbonae 1892) p. 61—64.

Canisii virtus.

Otto cardinalis Augustanus Roma 22. Ianuarii 1561 Vindobonam ad Stanislaum Hosium, episcopum varmiensem et pontificis apud caesarem nuntium, scripsit: Pauci utinam essent Canisij similes, non quo non sit optanda copia talium Virorum, sed in summa eorum[a] inopia minore etiam numero contenti esse possemus.

---

[a] earum *ap.*

Societate, PP. Ioannes de Victoria et Theodoricus ab Hauekeschede, interfuerunt (*Socher* l. c. p. 89. *Péterffy* l. c. p. 39—129). Cf. etiam *Can.* Epp. I, 449.

[1] Cf. *Can.* Epp. II, 627—628. 670.

[2] Lutherani illi ministri mansfeldienses id praestiterunt in libro Islebiae (Eisleben) a. 1560 edito: „Bekendtnis der Prediger in der Graffschafft Mansfelt, vnter den jungen Herren gesessen. Wider alle Secten, Rotten, vnd falsche Leren, wider Gott wort, die reine Lere D. Luthers seligen" etc. f. 70—82. Qui liber etiam latine editus esse videtur. Plura vide *Can.* Epp. II, 915—917. Labitur *Sacchinus* (Can. p. 157—158), cum Iacobum Andreae (Andream Iacobi ipse dicit) sive Schmidelinum, Lutheranorum ministrum goeppingensem, has calumnias effudisse opinatur. Quem secutus est *Boero,* Can. p. 204.

[3] Act. 5, 41.

406.

Sub ineuntem m. Iulium a. 1561.

Ex apographo litterarum Holandi, eodem tempore scripto et Romam misso. Cod. „G. Ep. II." f. 66b.

Canisius P. Victoriam religionis iuvandae causa in Hungariam mittit.

Petrus Holandus S. J. in litteris quadrimestribus collegii vindobonensis Vindobona 1. Septembris 1561 datis haec scribit de Paulo Bornemisza (Abstemio), episcopo Transsilvaniae (Albae Iuliae, Erdély) et dioecesis nitriensis (Nyitra, Neutra) administratore: Reuerendissimus Transiluaniensis, Episcopatu expulsus, modo Nitriensis administrator, cum saepe alias opera nostrorum sit usus, tum maxime voluit, ac modis omnibus contendit, *ut dioecesis nitriensis synodo, quam habere volebat, vel P. Victoria collegii rector, vel ipsius nomine alius Socius vindobonensis interesset.* Egit itaque cum Rectore nostro per literas instanter. . . . Negauit se, quod petebatur, praestare posse Rector, hoc videlicet negotiorum genus; non tam suarum partium, quam prouincialis esse affirmans . Ille vero contra, negotium per Imperatorem vrgere: Tandem, misso, iam secundo, Abbate quodam, qui nomine Episcoporum Hungariae electorum preterito anno ad Sanctissimum Dominum nostrum Pium Quartum missus fuerat[1], id a Reuerendo P. Prouinciali, qui tunc forte collegium nostrum visitaturus aderat, obtinuit, ut Rector eo, stato tempore, se conferret. *Quae synodus quamquam postea in aliud tempus dilata est, rectoris iter fructu non caruit; nam et* collegij Tyrnauiensis aedificium mediocriter promotum est *ab eo, et episcopus, in summa tristitia ab eo recreatus,* eius consilijs ac sententiae, absque vlla detrectatione, *in gravissimis negotiis* acquieuit; *atque idem erga Societatem Iesu optime dispositus est.*

407.

Aestate a. 1561.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. II." f. 231b.

Libellus lutheranus cum Canisii nomine circumfertur. Canisium defectionem a fide meditari spargunt.

P. Theodoricus Canisius S. J., collegii monacensis rector, Monachio 9. Iulii 1561 Lainio, praeposito generali, scripsit: Doctus quidam Lutheranus libellum quendam de Christiani hominis vita composuisse fertur, eruditum sane illum et res difficiles tractantem, sed Catholicae religioni neutiquam consentientem, quamuis id nisi a prudenti lectore vix notari queat, hic libellus necdum typis prodijt in lucem, scriptus tamen plurimorum manibus Augustae teritur, et vt suspitione omni

[1] Stephano Raducio, „electo abbate s. Benedicti de Rupibus" (*Sickel*, Trient p. 149).

apud Catholicos careat, patri Canisio tanquam authori est asscriptus. Didici ego istud ex quodam principis nostri [1] secretario, cui hic libellus legendus est datus qui et ter eum perlegit, et nomen patris Canisij tanquam authoris inscriptum vidit: statim atque ex Bohemia pater redierit hac eum de re monebo, vt periclitantibus catholicis subueniat, et nomini suo consulat, praeter enim hunc libellum nescio quos alios rumores de praedicto patre sparserunt, meditari scilicet eum defectionem a Romano pontifice.

408.

PIUS IV.

summus pontifex

FERDINANDO I.

imperatori.

Roma 8. Augusti 1561.

Ex archetypo, in membrana transversa scripto (1 p.; in p. 2. inscr. et pars sig.), quod est Vindobonae in archivo aulae caesareae, „Romana" 1561 Aug., n. 18.

Ex apographo in registro Pii IV. („tom. 2. bre. sig. 2897. ep. 123") posito easdem litteras, aliqua tamen parte omissa, edidit *Od. Raynaldus,* Annales Ecclesiastici T. XXI., P. II. in a. 1561, n. 65.

Pars litterarum exstat apud *Socher* l. c. p. 92; brevis summa in „*Synopsi* Actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu" I (Florentiae 1887) p. 24.

Societatem Iesu, de tota ecclesia optime meritam, caesari commendat. Delphinum nuntium ei singula expositurum esse.

Pivs[a] Papa iiiIs

Charissime in Christo fili noster, salutem, et apostolicam benedictionem . Societatis Jesu meritorum erga Dei Ecclesiam, et religionem catholicam magnitudo: quae[b] nos ut eum ordinem commendemus Maiestati tuae, mouet: eadem ut illum[c] nec testimonio, nec commendatione nostra egere putemus, facit . aeque enim nota eius merita sunt Maiestati tuae, ac nobis . Nec uero ulla fere orbis terrarum pars est[d]: quo ea societas non operarios strenuos, ac fideles miserit iam, et quotidie mittat ad religionem catholicam uel aduersus haereticos defendendam[e], uel apud nationes idolorum cultui deditas Dei auxilio inserendam, et propagandam. Quod cum ita sit, apud tam pium Principem commendatione non indiget. Jtaque satis est, eius societatis desiderium indicari Maiestati tuae[f]: de qua re mandatum dedimus Venerabili fratri Zachariae[2] Episcopo Pharensi Nuncio

[a] *Hoc v. et sqq., usque ad* Societatis *excl., non sunt ap. Rayn.*
[b] *R. haud recte:* qua. [c] illam *R.* [d] est pars *R.* [e] defendendum *R.*
[f] *R., quae sequuntur usque ad* Nobis uero, *omittit, ponens:* etc. et infra.

[1] Alberti V. Bavariae ducis. [2] Delphino.

nostro : minime dubitantes quin Maiestas tua eam societatem, sicut consueuit fauore, et benignitate sua complexura sit. Quod quanto propensius facies : tanto uehementius hos Dei famulos ad eum pro te orandum obligabis. Nobis uero ipsis[a] tributum putabimus, quicquid ipsis a Maiestate tua tributum fuerit. Datum Romae apud sanctum Marcum[b] sub annulo Piscatoris die VIIJ. Augusti M. D. LXJ. Pontificatus Nostri Anno secundo[c].

Ant. Florebellus Lauellinus.

Charissimo in Christo filio nostro, Ferdinando Vngariae ac[d] Bohemiae Regi Jllustri Electo Romanorum Jmperatori[e].

Has litteras Socii romani impetraverant (vide supra p. 199) eo potissimum consilio, ut P. Ioannes de Victoria, collegii vindobonensis rector, ad „negotium neapolitanum", quod de pecuniis in usus quosdam pios assignandis erat (vide supra p. 199[3]), conficiendum eas adhibere posset. Cui *Madridius* Roma 23. Augusti 1561 scripsit: „Seben in genere si raccomanda la compagnia etc. la mente del Papa è di hauer scritto por lo effetto particular del negocio di Napoli, sopra il quale particularmente per noi quì segli è fatta instanza" (ex *apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 21[a]). Delphinus 14. Septembris 1561 Romam ad S. Carolum Borromaeum scripsit, se eas pontificis litteras caesari tradidisse (*Steinherz* l. c. p. 309).

Ferdinandus I. Pio IV. rescripsit 12. Septembris 1561.

409.

FERDINANDUS I.

caesar

PIO IV.

summo pontifici.

Vindobona 12. Septembris 1561.

Ex commentario (2°; 1 p.), quod inscriptum est: „Summo Pontifici" et exstat Vindobonae in archivo aulae caesareae, „Romana" 1561 Sept. n. 38.

Se Societatem Iesu et ob ipsius merita et ob pontificis commendationem omni semper favore prosecuturum.

Beatissime etc . Literas Sanctitatis Vestrae, quibus octaua dies Augusti adscripta erat, decima huius mensis accepimus . Jn ijs autem Sanctitas vestra societatem Ihesu diligenter nobis commendat cum testificatione praeclarae ac singularis suae erga eum ordinem uoluntatis. Jn quo ornando et amplificando, quoniam hactenus nihil studij aut officij praetermisimus, par est vt deinceps quoque illum fauore et benignitate nostra complectamur; accedente praesertim Sanctitatis vestrae benigna commendatione, cuius ea vis est, ut cum dicta societas suis in Rempub. christianam meritis, singularique in

---

[a] *R. om.* ipsis. [b] Petrum *R.*

[c] *R. om. 8 vv. sqq., et quae ea sequuntur, non hoc loco, sed in litterarum initio ponit.* [d] Hungariae, et *R.* [e] in Romanorum Imperatorem electo *R.*

summum Deum pietate nobis antehac semper commendata extiterit, in posterum quoque sit nobis quam commendatissima futura . Quod reliquum est, Deus Opt. Max. Sanctitatem v. cui nos[a] commendamus ac reuerenter offerimus, diutissime sospitet ac conseruet.

Viennae die XII Septemb. 1561.

410.

Anno 1561.

Nicolaus Gallus, superintendens ratisbonensis, protestantes libro edito monet, ut a Iesuitis caveant, qui, daemone auctore, in inventute instituenda et catholica religione propugnanda diligentes ac moribus placidiores sint. Canisium tamen eiusque similes, ut Hosium, Staphylum, a Christo tandem profligatum et eversum iri.

Nicolaus Han, vulgo Gallus, anhaltinensis, Lutheri discipulus, qui ab a. 1553 ad 1570 Ratisbonae Lutheranorum „superintendentem" agebat, anno 1561 Ratisbonae edidit libellum Vom Bäpstischen Abgöttischen Fest, Corporis Christi oder Fronleichnams Tag genannt, aus den Historien vnd aus Gottes wort, warer gründtlicher Bericht. Nic. Galli. Also gepredigt. Darinne auch des Staphili, vnd anderer etlicher lesterung zum theil geantwort wird. Matth. 15. Alle Pflantzen, so nicht gepflantzt hat mein Himlischer Vatter, die werden ausgereutet. M. D. LXI. (*4⁰; ff. 24 non sign.; in fine libri:* Zu Regenspurg druckts Heinrich Geisler). *In cuius libri initio Gallus de Societate Iesu scribit:* Erweckt jtzo der Teuffel jmer einen newen geist auff den andern, zündet newe liechter an, das Bapstumb gleich auff newe weise zuerleuchten, vnd die Sonne des worts damit zuuerfinstern. Als jtzo newlich auff einander entstanden sind, Erstlich der Geist der Jebusiter oder Jesuiter, so da schleicher sind, vnd sich desto mehr deshalb für jnen fürzusehen, füren einen Phariseischen schein des lebens fur den leuten (wie sie sonst an jnen selb sind, weis man zum teil auch wol) Sind jhrer kunst milde[1] vnnd fleissig zulehren, sonderlich die jugent, damit sie vermeinen ein newe welt zuziehen, das gefalne Reich wider auffzurichten vnd zustercken, Dan an der alten welt haben sie fast verzagt, gehen doch auch subtil mit jr vmb , schelten vnd lestern nicht so grob wie die andern, Vnd das gleichwol das fürnemst ist, so gehen sie etwas zum grunde beide jhrer vnd vnser Lehre, die jre zugründen vnd zuschmücken, die vnsere vmbzustossen vnd feindselig zumachen, Doch vmb sonst, Gott lob, vnd vergebens, dann die warheit scheinet doch jmer fur den lügen herfür, Sind aber deshalb zu widersachern nicht gar zuuerachten, vnnd ist sich hinwider gegen jnen zurichten (l. c. f. A ii[a]).

---

[a] *Sequitur* humiliter, *postea oblitteratum.*

---

[1] I. e. freigebig (*Iac. Grimm* und *Wilh. Grimm*, Deutsches Wörterbuch VI [Leipzig 1885], 2203).

Galli de universis Sociis in Germania versantibus haec scribentis animo inprimis Canisium obversatum esse puto; hic enim et Ratisbonae, ubi Gallus degebat, a. 1556 et 1557 saepe contionatus erat, et cum ipso Gallo de rebus quibusdam theologicis privatim disputasse fertur (*Can.* Epp. II, 20—21. 40. 788—789 etc.); atque in Canisii catechismo (qui Gallo minime ignotus erat) protestantes placidius tractari etiam alii ipsorum coryphaei haud multo post confessi sunt (infra p. 811, et *editoris* „Katechismen" p. 43—44).

Perspicuam Canisii mentionem facit Gallus, ubi Ioannem Albrecht, Franciscanorum ratisbonensium guardianum et cathedralis ecclesiae contionatorem, compellat: Da herzu Bruder Gnardian [1], vnd beweise deine kunst was du hast. Nim auch mit herzu den Geist Staphyli, Canisij vnd alle andere wo sie sein, alte vnnd newe ewre Geister, last hören was jr dawider könnet *(l. c. f.* 𝔈[a]*). Ac de iisdem:* Wie dise Ritter, *inquit,* jre Ritterschafft vben in verteidigung des Bapstums, zum teil nit mit gar ehrlichen thaten, zum theil blos vnd verzagt zum rechten kampff, also haben sies warlich bisher alle gleubt, Eccij, Fabri [2], Rotzlefflij [3], Witzelij, vnnd wie sie heissen die treflichen Helden. Darauff warten wir nu im namen des HERRn, auch des endes mit disen kempffern. Das so Christus war hat, Auff disen fels (Gottes worts vnd seiner bekantnis) wil ich meine kirche bawen, vnd die Pforten der Hellen sollen sie nicht vberweltigen. So sollen vnd werden Canisij, Staphyli [4], Gnardiani, Nolhardi [5], AnHosij [6], vnd wer sie mehr sein, die ware vnsre Aug. Conf. [7] vnd Kirchen derselben auch noch lassen bleiben, wie sie jene dennoch bleiben haben lassen. Vnd wie dieselben mit jrem sturm dahin gefaren sind (da sies wol so bös im sinn gehabt, getobt vnd gelestert haben, als dise) das jre namen vnd thaten bei den jren fast selb verkeschen, bey den Gottseligen inn allen landen ein fluch worden sind, Also sollen vnd werden im namen des Herrn dise auch hingehen *(l. c. f.* 𝔈 IV).

---

[1] Ita *Gallus* compluries (f. 𝔇 III[b]. 𝔈 II[a]. 𝔉[b] etc.) pro „Guardian".

[2] Ioannes Faber O. Pr., contionator caesareus († sub a. 1531); Ioannes Faber, episcopus vindobonensis († 1541); Ioannes Fabri O. Pr., cathedralis ecclesiae augustanae contionator († 1558); B. Petrus Faber S. J. († 1546).

[3] Ioannes Dobneck († 1552) ex pago Wendelstein, unde ortus erat, „Cochlaeum" se vocabat; a Luthero autem, hoc nomine perperam verso, „Schnecke", „Kochlöffel", „Rotzlöffel" appellabatur.

[4] De Friderico Staphylo (Stapellage, † 1564) *Gallus* alio loco: „Wil jm," inquit, „den Halsschweren, dauon er recht seinen Namen füret vnd Staphylus heissen sol erst recht auffstechen" (l. c. f. 𝔉[a]).

[5] Mathiam Cythardum (Esche) O. Pr. († 1566) dicere videtur.

[6] Alio loco de „Feris, AnOSijs, jres . . gleichen wilden Thieren vnnd vnheiligen leuten" scribit (l. c. f. 𝔇 IIj[b]). AnOsius (*Ἀνόσιος* = Non sanctus) intellegitur cardinalis Hosius (*Ὅσιος* = Sanctus). Cum frivolis hisce nominum interpretationibus conferenda sunt, quae Canisius de veritate mature et sobrie defendenda, de „falsis allusionibus de nomine Caluini, Melanchtonis et similium" non immiscendis etc. ad Lindanum scripsit; vide *Can.* Epp. II, 72—73.

[7] Confessionem Augustanam.

Fortasse Gallus, ut haec et similia maledicta in festum Corporis Christi eiusque defensores coniceret, eo etiam adductus est, quod audiverat, Augustae Canisii contionibus effectum esse, ut sacra „processio" die Corporis Christi haberi solita insolita populi et frequentia et pietate ornaretur (vide supra p. 165[4]).

Eodem anno 1561 Islebiae (Eisleben) in Saxonia a protestante ignoto editus est libellus „Christliche Lehre von Rew und Busse", in quo auctor simili „caritate christiana" scribit (p. 19): „Die aller christlichen Scham ledig gewordenen Jesuiter, ein pestbeuliges Geschmeiss, haben von ihrem hündischen Vater Canisius, dem grausamen Verfolger christlicher Lehre und Christi des Herrn, genugsam gelernt, blutige Practiken wider alle Evangelischen auszuüben": ita *Janssen* l. c. IV, 411.

411.

Ineunte a. 1562.

Ex *Canisii* autographo. Cod. „Can. X. T" f. 191[a].

In postrema parte codicis, in quo Canisius commentaria contionum a medio m. Decembri 1561 ad exeuntem m. Martium 1562 Augustae a se habitarum partim ipse scripsit, partim scribenda curavit, haec apparent Canisii manu scripta, quae ipse singulariter curare et observare ineunte a. 1562 statuit (sive veri nominis vota Deo nuncupavit sive pia tantum proposita fecit):

VOTA 1562[a]

per Jan. legere ante uel post Cenam Constitutiones[1].

2 mane post Sacr.[2] aliquid spirituale.

3 Tarde loqui et prouidere Intentionem et erigere cor.

4 paucis ferculis esse contentum.

412.

Inter m. Iulium a. 1561 et a. 1562.

Vergerius in libellis a. 1561 editis Societatis homines „hypocritas", „diabolos" etc. vocat. Adversus quem Hipp. Chizzuola a. 1562 librum evulgat, in quo, praeter alia, Augustae Lutheranorum milia Canisii contionibus ad ecclesiam reduci testatur.

Cum Pius IV. a. 1561 Bernardinum Bianchi ad tria illa Raethiae foedera sive rempublicam Grisonum, maximam partem ad protestantium castra transgressam, misisset cum litteris, quibus eos hortabatur, ut contionatores protestantes abire iuberent, Socios ex Valle Tellina expulsos revocarent, oratores Tridentum mitterent etc., typis evulgatae sunt hae litterae: „Ai magnifici Signori delle tre leghe. Della legation del Papa. Mandata alle lor Signorie, accioche ritornino a riunirsi con la Rom. sedia. L' Anno LXI" (sine loco). Litteris subscriptum est: „Di Tubinga, il primo di Nouembre, nel LXI. Vergerio Seruitor." In quo libello *Petrus Paulus Vergerius,* qui et ipse per breve tempus in Valle Tellina contionatorem protestantem egerat, Grisones, qui 11. Novembris 1561 comitia habituri erant, monuit, ut catho-

---

[a] *A C. ipso correctum ex* 1262.

---

[1] Constitutiones Societatis, a S. Ignatio conscriptas.

[2] Sacrum (missae sacrificium).

licos sacerdotes omnes vi expellerent (*Hubert* l. c. p. 204—208); tantum abesse, ut recipiendi essent Iesuitae; quos Vergerius „peste", „ippocriti e diauoli" vocat; „quegli animali non dilettansi di stare, se non oue è caldo e nascono delle viti, sono di quegli appunto, che scampano i disaggi per amor di Dio ma con infinita ippocrisia" (f. A 8^b—B^a).

Atque iam paulo ante idem *Vergerius* in libello „Confvtation d' alcvne scuse, che s' allegano per difender la grandissima iniquità della indittion del Concilio fatta da Pio IIII. L' anno M. D. LXI. nel mese di Luglio" minatus erat: „Spero che hauendo noi ricercato, che i Magnifici et Cristianissimi Signori Grisoni, discaccino i predicatori Euangelici fuora della Valtellina, et concedano, che ui possano habitar quegli hipocritoni, quei diauoli de' chietini, ouero Giesuiti, spero dico, che ne riporterete risposta, la quale ui consolerà (ex *Chizzuolae,* quem proxime dicam, libro „Risposta" etc. p. 168; cf. p. 105. Libelli vergeriani titulum posuerunt etiam *Weller,* Serapeum XIX, 92 et *Hubert* l. c. p. 315).

Adversus hunc et alios quosdam Vergerii libellos in lucem prodiit: „Risposta di Donn' *Ippolito Chizzuola* Bresciano, Canonico regolare Lateranense. Alle bestemmie, e maledicenze contenute in tre scritti di Paolo Vergerio, contra l' Indittione del Concilio, publicata da Papa Pio Quarto . . . Con priuilegio del sommo Pontefice Pio IIII. dell Illustriss. Signoria di Venetia, et d' altri Principi d' Italia. . . . In Venetia, Appresso Andrea Arriuabene, MDLXII." (4^0; pp. 252 et in initio 12 ff. non sign.). In quo libro S. Carolo Borromaeo cardinali dedicato auctor, qui et ipse specie quadam protestantismi olim captus, resipuerat (*Girol. Tiraboschi,* Storia della Letteratura Italiana VII[1] [Modena 1777], 303), Societatis quoque homines („Preti Giesuiti") commemorat, „il cui nome et la cui bontà, con la uirtù insieme è nota a tutto il mondo, non pur qui nell' Europa, ma nelle Indie", ubi daemonem ex hominum animis expellunt; quare hic sicut olim Pharisaeorum in Christum, nunc Vergerii in Iesuitas linguam incitat, ut eos diabolos appellet. „Ma spero, che et in Valtellina, et in Germania il Diauolo cederà un giorno il luogo, come fa oggi in Augusta, oue alle prediche di uno di tali che qui infamar si pensa il Vergerio (dico il Canigi) si riuolgono a migliaia gli huomini dall' eresia Luterana alla uerità Catolica" (Risposta p. 169. Libri exemplum exstat Monachii in bibliotheca regia, „Conc. 196").

413.

5. Decembris 1561.

Vergerius rumorem de Sociis venetis temere ortum ad Christophori ducis wurttembergensis invidiam in Socios omnes ac nominatim in Canisium concitandam adhibet.

Eduardus von Kausler et Theodorus Schott in libro „Briefwechsel zwischen Christoph, Herzog von Württemberg, und Petrus Paulus Vergerius" (Tübingen 1875; in „Bibliothek des litterarischen Vereines in Stuttgart" CXXIV) p. 309—311 ex archetypo Stugartiae in archivo regni wurttembergensis posito evulgarunt litteras a Petro Paulo Vergerio Tubinga 5. Decembris 1561 ad Christophorum Wurttembergae ducem datas; in quibus Vergerius scribit: Jesuita quidam erat factus in aliquo monasterio Venetiis praefectus; cum vero audiret confessiones, persuasit, esse peccandum, ut daretur occasio poenitentiae, peccavit (salvo honore) sane cum multis, redditae sunt gravidae aliquot, faciebant abortivum, reddito a Jesuita quodam pulvere, aut si qui nascebantur infantuli, solebant suffocari. Senatus Venetus re intellecta non ad ecclesiasticos remisit, quod solet, cum rasus et unctus accusatur, sed

ipsemet senatus sententiam tulit, ut scilicet combureretur recta. Ii sunt vere haeretici et flagitiosissimi Jesuitae, ut est Canisius.

Vergerius ab *Ioanne Udalrico Zasio*, caesaris consiliario (qui postea imperii vicecancellarius fuit), in litteris 14. Novembris 1559 ad Georgium comitem de Helfenstein datis „homo mendacissimus ac levissimus" vocatur, qui non religionis gratia, sed ob vitam in episcopatu incestuose actam Lutheranus effectus sit, plerisque etiam protestantium theologis in Wurttemberga exosus (*Goetz*, Beiträge p. 166—167). Atque huius epistulae *editores*, licet protestantismum aperte profiteantur, de Vergerio scribunt: „Die mitwelt hat manches harte urtheil über ihn gefällt und nicht mit unrecht, und das schönste lob, ein ganz lauterer charakter gewesen zu sein, kann Verger nicht zieren" (l. c. p. 42).

Ceterum rumor, quo Societatis hominem atrocium eiusmodi facinorum Venetiis sub id tempus perpetratorum auctorem fuisse nuntiabatur, brevi exstinctus est (*Sacchinus*, Hist. S. J. II., l. 5, n. 114), eumque falsum fuisse vel ex eo liquet, quod, qui postea quidquid poterant criminationum in Societatem congesserunt, hoc facto proferendo supersederunt.

414.

7. Februarii et 7. Martii 1562.

Ex apographis eiusdem fere temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 39ᵇ—40ᵃ. 41ᵇ—42ᵃ.

Salmeron, Societatis vicarius generalis, Canisii arbitrio permittit statuendum, utrum archiepiscopo strigoniensi Socius quidam et Societatis constitutiones mittendae sint necne.

1. *Socius aliquis romanus (P. Franciscus Petrarcha?) iussu P. Alphonsi Salmeronis, vicarii generalis S. J., Romā 7. Februarii 1562 Pragam ad P. Ioannem de Victoria S. J. „superintendentem" de Nicolao Olaho, primate Hungariae et archiepiscopo strigoniensi, et de P. Ioanne Seidel S. J., collegii tyrnaviensis rectore, scripsit:* Quanto al concedere a monsignore l' arciueschouo di tirnabia per qualchi di il dottor zeidel et al mandar a tirnabia qualchi altro jn suo luogho che sia spagnolo, Nostro Padre vicario si rimete al hordine che dara il Padre Dottor canisio alquale jn queste cose si ha di fare ricorso.

2. *Similiter Salmeron Seidelio rectori tyrnaviensi Romā 7. Martii 1562 de Societatis constitutionibus scribi iussit:* Quanto al hauer le constitutioni et il farle vedere al Reuerendissimo Arciuescouo .V. R. communichi la cosa col Padre Prouinciale Canisio, et seguiti l' ordine suo.

415.

Vere vel aestate a. 1562.

Martinus Chemnitius, Lutheranorum theologus brunsvicensis, „Theologiae Iesuitarum praecipua capita" evulgat. Eos ab Ioanne Petro Caraffa Venetiis institutos id maxime spectare, ut eruditionis specie Germaniae veritatem eripiant eidemque crassissimos pontificis errores rursus obtrudant. Canisii „Summam" valde moderate scriptam esse fatetur. Canisium „Cynicum" vocat falsaque de eo narrat. „Iesuitarum" nomen copiose explicat („Iebusitae", „Iesu-wider", „Suitae" etc.).

Iacobus Lainius, Societatis praepositus generalis, iam m. Septembri 1562 Tridenti libri a Martino Chemnitio, qui tunc Brunsvici superintendentis Lutheranorum „coadiutorem" agebat (vide supra p. 481[6]), adversus Societatem et maxime adversus Socios colonienses, „Censurae Coloniensis" (vide supra p. 797) auctores, scripti exemplum habebat a Canisio missum; cui Lainius, ut alterum exemplum Tridentum mitteret, 10. Novembris 1562 per Polancum mandavit (supra p. 530).

Licet igitur antiquissimis, quas equidem norim, libri editionibus — antiquiores ne alii quidem vidisse videntur — annus 1563 in folio titulari ascriptus sit, iam ante m. Septembrem a. 1562 in lucem emissum esse constat librum:

„THEOLOGIÆ | IESVVITARVM | PRAECIPVA CAPITA. | EX QVADAM IPSORVM CENSV- | ra, quæ Coloniæ Anno 60. edita | est, Annotata | per | MARTINVM | KEMNICIVM. Hier. III. | *Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* | NAHVM III. *Ostendam Gentibus turpitudinem tuam, & regnis* | *ignominiam tuam.* LIPSIAE | ANNO | M. D. LXIII.“ (16°; 83 ff. non sign., addito tit.).

Theologi protestantes hunc Chemnitii, quem in principum suorum numero ducunt, librum compluries denuo ediderunt; quas editiones recensuerunt *Ed. Preuss* in nova editione „Examinis Concilii Tridentini“ a Chemnitio scripti (Berolini 1861) p. 929 et *H. Hachfeld*, Martin Chemnitz (Leipzig 1867) p. 159. Ego hic tantum nomino: „Theologiae Iesuitarum praecipua capita. . . . Annotata olim per . . . Martinum Chemnitium. . . . Nunc vero . . . recognita opera *Helvici Garthii* SS. Theologiae Doctoris et Ossatij in Mysnia Superattendentis. . . . Argentorati“ [1601 vel 1602].

In litteris dedicatoriis, „Brunsuigae, 27. Ianuarij . Anno Domini 1562“ ad Ioachim II. electorem brandenburgensem datis, Chemnitius: Recens, *inquit,* ante non multos annos, a Romano Pontifice, creata est noua secta, Iesuuitarum, hoc consilio, quia reliqui conductitij Pontificiae turpitudinis Patroni, partim ob literarum inscitiam, id ad quod conducti sunt, praestare non possunt, partim languidius agere uidentur, ut in nouum hunc ordinem cooptarentur, qui a primis annis, et a teneris quasi unguiculis, calicem abominationis, Apoc. 17. imis medullis et uisceribus imbiberent, et postea linguarum, et politioris litteraturae praesidijs, gloriosius quam uerius, instructi, Germaniam potissimum inuaderent, si haec forsan noua Pontificis creatura (id quod a reliquis hactenus magno quidem conatu, sed non pari successu tentatum est) posset Germanis uel per Hypocrisin eripere uel uiolentia illius quam sibi insolenter arrogat eruditionis, extorquere ueram agnitionem uoluntatis Dei in scriptis Propheticis et Apostolicis patefactae (*ed. princeps f. A3ª. Garthius f. A5*).

Has litteras sequuntur: poëma graecum, quod *„εἰς τοὺς τοῦ Ῥωμαίου Ἀντιχριστοῦ νεοπλαστοὺς συκοφάντας ψευδιησουΐτας“* composuit *„Ἀνδρέας ὁ πωυχένιος γαρδελεβιεύς“*, et „In Iesvitas Hendecasyllabvm Ioachimi Lonemani Soltuuedelensis“, quod incipit:

„Nvper Romuleo sata Antichristo est
Credo concubitu nigrae chimaerae
Vana secta tumens opinione:
Quae dum se (scelus) aemulare IESVM
Mentitur, uocat hincque Iesvitas“ etc.

Iesuitae igitur illi quales essent, Chemnitius Germanos edocere instituit. At ipse ne intellexerat quidem, a quo, quando, ubi Societas condita esset: Prima origo sic se habet, Iohannes Petrus Carapha, qui postea Cardinalis, et tandem Anno Domini 1555. Pontifex factus, Paulus Quartus dictus est, sectam hanc priusquam ad fastigium illud

eueheretur, Venetijs primum instituisse scribitur, quam postea Cardinalis et Pontifex factus, ita auxit, illustrauit, et tandem Canonizauit, ut toto orbi Christiano inficiundo, uel sola sufficere iam iudicetur. . . . Tibi igitur o Germania et saluti tuae, Jesuwitarum secta principaliter in exordio suae creationis opposita fuit *(ed. princ. f. B 2ª. B. 3. Garth. f. 2. 4ᵇ).*

Aegro quasi animo Chemnitius fatetur, Canisii „Summam doctrinae christianae" magna cum moderatione et in protestantes clementia conscriptam esse: Ante annos VIII.[1] in austria Catechesis quaedam a Iesuwitis conscripta edebatur, sed ipsi nomen suum non profitebantur, et de plerisque controuersis articulis, licet non obscure indicabant, in quam sententiam inclinarent : tamen timide et quasi suspenso gradu tergiuersabantur magis, quam aperte se explicabant *(ed. princ. f. B 5ª. Garth. f. 7ª).*

De eadem „Summa" Chemnitius alio libri loco: Illud, *inquit,* non possum praeterire, quod artificium Iesuitae ostenderint in Catechismo suo in Austria edito. In prima enim editione fol. 58. haec erant verba: Fide apprehendimus misericordiam et bonitatem Dei in Christo partam: illa verba expunxerunt, et alia substituerunt. Velim hoc a lectore bene notari. Non posse ferre hoc genus hominum vniuersae scripturae perpetuam sententiam, de fide apprehendente misericordiam Dei in Christo mediatore *(Garth. f. 55ª. Ed. pr. f. F 3ª).*

At Canisius, cum a. 1566 Coloniae „Summam" a se recognitam denuo in lucem emitteret, in litteris novae editioni praepositis superiorum editionum et nominatim principis illius Vindobonae factae mentionem faciens, se iam nonnulla quidem „ad sensum illustrandum iuuandumque lectorem" mutasse et addidisse fatetur; sed simul sollemniter affirmavit, superiores quoque editiones „Catholicas" esse et, „si quibus ita luberet", „retineri" posse: Summa doctrinae christianae . . . recognita et locupletata (Coloniae 1566) f. 3ᵇ. Plura dicuntur in *editoris* „Katechismen" p. 37. 65—66. 38—84.

Alio libri loco Chemnitius, Melanchthonis amici exemplum (Can. Epp. I, 769) secutus, Canisium, gentilicio eius nomine detorto et ad irridendum adhibito, „Cynicum" vocat: Quidam vestrae sectae Cynicus, ad stabiliendam sanctorum inuocationem coeperat docere, Christum cum in hac mortali vita versaretur, orasse pro suis. Nunc vero sedentem ad dexteram patris, non amplius intercedere pro nobis, sed hoc munus sanctis delegasse: sed hanc blasphemiam repressistis quidem, obscure tamen ad illam cynicam opinionem alluditis (*Garth. f. 97ᵇ—98ª. Ed. pr. f. 75).*

Quam perperam autem Canisius Christi ad dexteram Patris sedentis pro nobis intercessionem negare dicatur, vide in *Can.* Epp. I, 768; II, 916.

---

[1] Lapsus est Chemnitius, sicut plurimi alii, cum „Summae" editionem principem, cuius annus folio titulari ascriptus non est, a. 1554, quo Ferdinandi I., quibus „Summa" commendabatur, litterae datae sunt, evulgatam esse censuit; evulgata est a. 1555; vide *Can.* Epp. I, 522. 537.

Neque clementius Chemnitius de Sociis iudicat universis. Ipsis — exemplum pono — ut ex eorum „Censura Coloniensi“ patet, Scriptura sacra in illis ipsis siue dogmatibus siue praeceptis quae continet et proponit, est ueluti nasus caereus, non praebens certam aliquam et immotam sententiam, sed quae in quamuis interpretationem flecti potest *(ed. pr. f. B 6ᵇ). Alio loco asserit* factionem illam in hoc coniurasse, vt quicunque etiam sunt crassissimi errores in doctrina Pontificia, etiamsi manifestissime pugnent cum verbo Dei, etiamsi diserte et expresse in puriori etiam antiquitate sint refutati, tamen ab istis creaturis Pontificijs impudentissime Ecclesiae rursus obtrudantur, hoc solum nomine, quia creatori ipsorum Pontifici ita placet. Reliqui vero Pontificiae turpitudinis Patroni, illa, quae tam crassa sunt, conantur qualicunque specie vel occultare vel mitigare : sed meretriciam illam et perfrictam Iesuitarum frontem nihil pudet. Habes igitur hic candide lector specimen, quid ex Iesuitarum religione Germaniae sit expectandum.

Haec conferri oportet cum Canisii litteris 25. Februarii 1557 ad Guilielmum Lindanum datis, ubi Canisius monet, a scriptoribus catholicis „mature sobrieque“, cum „grauitate et lenitate“ esse „defendendam veritatem“, et Lindanum reprehendit, quod in scriptis suis „falsas allusiones immisceat de nomine Caluini, Melanchtonis et similium“ (*Can.* Epp. II, 72—73).

Chemnitius Iesuitas „Jebusitica pecora“, „Suitas“ etc. appellat (ed. pr. f. C 8ᵃ. E 4ᵃ); quae nomina quo melius intellegantur scribit: [De appellatione Iesuitarum] uarias opiniones recensebo, et deinde lectori liberum permittam iudicium, Quidam Romano more quaesierunt Etymologiam, sicut enim olim Romanorum imperatores dicebantur Aphricani, Germanici, Asiatici, etc . non quod amici et socij essent illorum populorum, ita dictos putant Iesuwitas quasi professos et iuratos hostes Iesu . Alij ex historijs ueteris Testamenti παρανομασίας [*sic*], quaesiuerunt dictos esse Iesuitas, quasi Esauitas, uel certe Iebusitas et historiae illae non male sane quadrant ad sectam Iesuwitarum. Sed sunt, qui contra disputent, non esse quaerendam Hebraicam Etymologiam, cum Romae nata uel certe confirmata sit illa appellatio. Contendunt igitur dictos esse Iesuwitas, quod symbolum regula et summa professionis et uitae ipsorum haec sit (Iesum uita). Ego uero ut meas etiam coniecturas in re et appellatione noua, afferam, arbitror ex Germanica lingua rationem appellationis posse commodius et melius inueniri, nec immerito, quia debent Germanorum esse Apostoli . Sunt autem duo potissimum in Germanica lingua idiomata, si itaque iuxta idioma Germaniae inferioris uocabulum examinetur, etymologia erit: Ihesu witt, quasi qui et ipse longe sit a Ihesu et procul abducat a Ihesu. In idiomate uero Germaniae superioris dicitur: Iesuwiter, quasi Ihesu wider . Est enim inter t et d symbolissimus [*sic*] usitatus, ut Thumherr et dummer Herr. Et sicut nomina saepe sunt fatalia ita Iesuwitae ipsa appellatione praeseferunt characterem bestiae Apo-

calypseos, Vocatur autem homo ille peccati, a Paulo ἀντικείμενος [*sic*], a Iohanne Antichristus, Sicut igitur Germanice ad Verbum diceretur Gottswider vnd Christo wider Ita haec secta uocatur Ihesu wider, oppugnant enim praecipue nomen Iesu, quod ipse saluum faciat populum suum a peccatis eorum Ma. 1. et Ac. 4. Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat ipsos saluari. Sunt praeterea Grammatici quidam, qui per usitatas in scholis figuras πρόθεσιν scilicet et ἀφαίρεσιν etymologiam quaerunt, et disputant primam syllabam superflue additam. Vero autem nomine sine figura appellandos esse Suitas quos Horatius uocat Epicuri de grege porcos . Et durior sane uideri posset haec deriuatio, sed ipsi ostendunt tales etymologias in pontificiae religionis ordinibus esse usitatas, Qui enim uocantur Canonici regulares, uita et factis demonstrant se prima syllaba demta. esse gulares, sed ut dixit [*sic*] hanc etymologicam litem non faciam meam [1] *(ed. pr. f. B 4ᵃ—B 5ᵇ).*

„Chemnitz' Büchlein", scribit *Hermannus Hachfeld*, „ist eine kurze, markige, selten heftige, . . . immer treffende, kurz eine ächt deutsche [*sic!*] Antwort auf die kölnische Censur" (l. c. p. 159).

De germanica „Theologiae Iesuvitarum" versione, quam Ioannes Zanger curavit (vide supra p. 481⁶), in quarto huius operis volumine plura dicentur.

Iam anno fere prius, quam Chemnitius, duo alii protestantes „Censuram" coloniensem Sociosque scriptis lacessiverant: 1. Sub ver a. 1561 (praefatio data est „zue Steg am elfften Februarij, Anno 1561") in lucem prodiit libellus „Bekantenis | Joannis Ana|stasij Von dem waren leib | CHRISTI. | Dar in ein yeder einfeltiger | vngelerter Christ die Päbstliche jrthumb | vnd Abgöttereien mit dem Meß= | brot & gründtlich kan | erkennen. An die gotliebende Christen, wider | die Jhesuisten vnd andere. | Auch ist hie bey ein Bekantenis Phi= | lippi Melanchthonis von | dem Abentmal. | Matthei VII. | Hütet euch vor den falschen Propheten. | Roma. VIII. | Wo jhr nach dem fleisch lebet, so werdet | jhr sterben. | 1561." (12⁰. Locus ascriptus non est.) In quo libro *Anastasius* (Verstegen?), quem *Reiffenberg* (l. c. I, 90) bis a fide catholica defecisse affirmat, Christi corpus in eucharistia non esse, catholicorum missam et sacram pompam eucharisticam fraudem esse ac furtum ostendere conatur ac protestantes vehementer instigat in Societatis homines, quos falsos prophetas, nigros angelos, novos Antichristi romani angelos vocat (f. A 5ᵃ. D 1. D 6ᵇ.); ac maxime colonienses Socios carpit, quod contra pium illum Ioannem Monhemium, gymnasii dusseldorpiensis moderatorem, pessimum librum („ein lügenbuch", „ein gottloss lasterbuech") scripserint (f. A 5ᵃ. C 7ᵇ—C 8ᵃ). [Es] „hat der listige Teuffel in dieser letsten zeiten etliche neuwe Monstra erwecket, die sich Josuijten nennen. Welche vnreine Vögel in der Stadt Cöln jre nester gemachet haben, Vnd an vielen anderen orten. da sie die Oberherren noch zue denn Päbstlichen Abgottereyen willig haben. Ich hoff aber, der allmechtig Gott werde die hertzen solcher Oberherren ein mal erleuchten, das sie sich nicht lenger verfüren lassen, Vnd Gott werde auch die Entechristen, die sich Jesuijten heischen, kurtzlich mit jrer gepürlicher farben lassen abmalen, durch etliche getreuwe diener seines Euangelij, das yederman solche Vögel erkennen müge". „Vnd ich hoff auch, das in der

---

[1] Has expositiones „etymologicas" repetere non dubitavit *Rodolphus Hospinianus,* Historia Iesuitica (ed. altera. Tiguri 1670) p. 13.

Schul zue Düsseldorff viel studenten seijen, die sich mit der zeit trefflich durch Gottes gnad wider die Jhesuiten setzen werden. Jtem das alle studenten dem Euangelio Christi werden glauben, vnd hüten sich vor den Jhebusijten. Amen." 2. Eodem anno vulgata est: „*Resolutio* duodecimi Articuli in Censura Theologorum Coloniensium de Catechismo M. Iohannis Monhemij. Vnde apparebit, qua synceritate et fide citent scripturae, Veterumque Scriptorum Testimonia, Pontificij. Et ipsi comperient principes, quam fraudulenter ipsos a negotio religionis arcere conentur Papistae. Anno M. D. LXI." (sine loco; 16°; 23 ff. non sign., addito tit.). Liber ab „Iohanne Neophanio Montano Ecclesiae Brunsuigensis Ministro" litteris „Brunsuigae" 5. Septembris 1561 Philippo et Francisco comitibus a Waldeck („Vualdech") dedicatus est; ex quibus intellegitur, eum editum quidem esse a Neophanio, conscriptum autem ab *Hermanno Hamelmanno* (1525—1595), osnaburgensi, sacerdote apostata, qui tunc in comitatu lippiensi Lutheranorum ministrum agebat.

*P. Guilielmus Elderen S. J. in domus S. J. augustanae (in qua Canisius degere solebat) *Litteris semestribus, Augusta 2. Ianuarii 1563 datis, de Chemnitii libro scribit:* Affingit . . . pleraque nostris, quae ne per somnium quidem in mentem uenerunt. . . . Sed ab his pestibus damnarj quid aliud quam commendari est? Execrentur illi nomen nostrum, eo magis ad laborandum in hac uinea currentes incitabunt; fingant quae malus animus suggerit, non deerunt tamen sapientes, qui et bonas et malas dignoscant arbores ex fructibus disparibus [1] *(ex autographo. Cod. „G. Ep. IV" f. 130ᵛ).*

416.

1562.

Protestans quidam (Ioannes Pollius superintendens osnaburgensis?) queritur: „Jebusitas" pietatis et eruditionis specie protestantismo multum detrimenti inferre, Coloniensis urbis magnam partem auro suam fecisse. Inter eos PP. Dionysium et „magnum" Canisium excellere; atque horum alterum sanctitatis specie contionandique diligentia urbis senatum sub imperium suum redegisse atque, ut fama sit, ne Duisburgi universitas institueretur, impedivisse.

In „Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins" IX (Bonn 1873), 167—174 K. Krafft, theologus protestans, ex archivo quodam tigurino — archivi nomen non ponit — litteras quasdam germanice (ex latino sermone a se) versas evulgavit, quibus, ut ipse quidem asserit, Ioannes Pollius (Pollen, Polhen) bielefeldensis, protestantium osnaburgensium „superintendens" et ad S. Catharinae „pastor" († 1562), quo loco in Westphalia et in regionibus ad Rhenum inferiorem sitis res religionis essent, a. 1562 Rudolphum Gualther, protestantium tigurinorum (Zürich) contionatorem, certiorem reddebat. In quibus litteris (l. c. p. 172) „secta iesuitica", ab aliis facete „iebusitica" appellata, accusatur, welche wegen des Scheins besonderer Frömmigkeit und wegen ausgezeichneter und mannigfacher Gelehrsamkeit vielen Unerfahrenen und Unvorsichtigen gefährlich erscheint. . . . Iene böse Partei hat in diesen Gegenden in kurzer Zeit eine solche Menge Goldes zusammengebracht, dass sie sich einen grossen Theil des berühmten Köln durch ihren Wucher zu eigen gemacht hat. *Praeterea Iesuitae compluribus locis collegia instituerunt.* Ein gleichsam als Fürst unter ihnen hervorragender Mann

[1] Cf. Matth. 7, 15—20. Luc. 6, 43. 44.

ist ein gewisser Canisius[a] [?], Neffe des grossen Canisius, der unter grossartigem Schein getünchter Frömmigkeit und durch unseligen Fleiss im Predigen Vieler Augen verblendet und den grösseren Theil des Stadtraths, der in seine Irrthümer eingegangen ist, mit sich schleppt, wohin er will. Man sagt, dass derselbe auch sowol beim Kaiser als beim Papst bewirkt habe, dass die Bestätigung der Einrichtung einer neuen Akademie in jenen Gegenden nicht erfolgt sei. . . . Und so wohnt der Jebusiter in Ierusalem mit den Söhnen Benjamin bis auf diesen Tag *(Iud. 1, 21).*

Ita quidem *Krafft;* at, quem ipse posuit: „ein gewisser Canisius, Neffe des grossen Canisius", frustra quaerenti mihi, occurrit, legendum esse „ein gewisser Dionisius, Neffe des grossen Canisius". P. Henricus Dionysius S. J., quem *Raderus* (Can. p. 123) „Canisij ex Sorore nepotem" dicit, eo tempore Coloniae et theologiae professorem et ecclesiae metropolitanae contionatorem agebat; idem a. 1561 Noviomagi contionatus est, a. 1562 Mundae, Guelpherbyti, Moguntiae, Osnaburgi vel contionatus est vel cum ducibus brunsvicensibus etc. de catholica religione instauranda egit; cui eiusdem rei gratia Ioannes de Hoya, episcopus osnaburgensis, litteras commendaticias ad Bernardum de Raesfeld, episcopum monasteriensem, dedit (*Reiffenberg* l. c. p. 93; *Hansen* l. c. p. 383. 407. 413. 423—424. 429—431. 777. 779 etc.). Accedit quod Dionysium Coloniae multum et apud plebem et apud senatum valuisse ex Artopoei „Responsione" eodem fere tempore scripta colligitur; vide supra p. 799. Utrum autem verbis sequentibus („der unter grossartigem Schein" etc.) Petrus Canisius an Henricus Dionysius significetur, mihi quidem haud ita certe constat. Augustae sane lectione 3. Augusti 1561 habita uno consilii sive senatus, duobus consilii sanctioris locis, quibus protestantes fuerant, catholici constituti sunt; ac cum lectione senatus 3. Augusti 1562 habita iterum duobus protestantibus duo catholici successissent, Augusta catholicos senatores habebat 27, protestantes 18 (*Paul von Stetten*, Geschichte Der Heil. Röm. Reichs Freyen Stadt Augspurg [Franckfurt und Leipzig 1743] p. 544. 549). Recte autem Krafft censet, postremis, quas supra posui, verbis universitatem illam dici, quam Guilielmus dux iuliacensis Duisburgi (Duisburg) pontificia auctoritate condere volebat. Atque consiliis a Canisio aliisque Sociis cardinali Hosio datis effectum esse, ut tunc quidem duci litterae pontificiae, quas petebat, non traderentur, etiam *M. Lossen* conicit (Briefe von *Andreas Masius* und seinen Freunden 1538 bis 1573, herausgeg. v. Dr. *Max Lossen* [Leipzig 1886] p. 344). Neque ego rem negarim, licet in Canisii scriptis eam memoratam usque adhuc non viderim. Ceterum ne Dionysii quidem opera ab eo negotio omnino aberat; pontificis enim litterae maxime propter Ioannem Monhemium protestantem differebantur, quem dux ludi dusseldorpiensis moderatorem vel sustentabat vel tolerabat [1]. Quanto autem cum religionis damno id fieret, Henricus Dionysius et Franciscus Costerus „Censura Coloniensi" a. 1560 edita catholicos atque etiam concilii tridentini theologos (*Lossen* l. c. p. 343—344; supra p. 557) edocuerant. Num litteras a Krafftio propositas Pollius scripserit, dubitat *Franc. Jostes*, Daniel von Soest (Paderborn 1888) p. 35 [3]. Eas saltem ab eiusdem

[a] *Vide, quae sub ipsas has litteras notantur.*

[1] *Monhemius* Dusseldorpio 29. Iulii 1562 Melchiori Zanger scripsit: Iesuitas Tridenti de fama sua detraxisse, et curiam romanam duci iuliacensi ampla offerre privilegia academica, dummodo Monhemium expelleret (*Fr. E. Koldewey*, Johannes Monheim und die Kölner, in „Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie", herausgegeben von *Ad. Hilgenfeld*, 42. Jahrg. [Leipzig 1899], p. 136—137).

aetatis homine protestante (inter a. 1560 et 1564) datas esse negari vix potest. Ceterum quae is v. g. de Iesuitarum coloniensium fenerationibus divitiisque profert — prorsus similia Artopoeus dicit; vide supra p. 799 —, absurdiora sunt, quam ut refutatione indigeant.

417.

12. Iulii 1562.

Ex totius epistulae apographo eodem tempore scripto, quod exstat in cod. august. „Registr." f. 68ᵇ—69ᵇ.

Cardinalis Augustanus Canisium cardinali Hosio commendat.

Otto Truchsess cardinalis et episcopus augustanus Roma 12. Iulii 1562 Tridentum ad Stanislaum cardinalem Hosium (per Iulium Pogianum, ut videtur; cf. supra p. 728) haec, praeter alia, scripsit: Canisium patrem, et si quanti facis facile intelligo, tamen si quid ad cumulum tui in illum amoris potest accedere, id ut mea causa accedat, a te uehementer etiam atque etiam peto.

Lagomarsinius hanc epistulam in „Julii Pogiani Epistolis" non posuit.

418.

17. Octobris 1562.

Ex *Pogiani* Epistolis III, 153—154.
Etiam apud *Cyprianum* l. c. p. 252.

Otto cardinalis Augustanus Canisium et cuiusdam contra Hosium scriptum refutare et sextam „Centuriam" sibi mittere cupit.

Cum Stanislaus cardinalis Hosius Tridento Ottoni cardinali Truchsess Romae moranti scripsisset, se ad scriptum quoddam, quo aliquis ad Hosii epistulam Tridento 10. Decembris 1561 Alberto Borussiae duci missam mordaciter rescripserat (vide supra p. 515), non responsurum, nisi de Ottonis sententia (Pogiani Epistolae III, 152—153), hic Roma 17. Octobris 1562 Hosio scripsit: „Ne mihi quidem videtur ullum esse pondus in eo homine, qui tuae epistolae respondit . levia et insulsa sunt omnia . quem tamen non arbitror esse negligendum . sed, si occupatus, vel potius, quoniam occupatus es in rebus gravissimis, illud rescribendi negotium vel Canisio, vel cuipiam alii des, qui retundat stultam hominis impudentiam . . . Cupio videre sextam centuriam; nec deerit Canisius huic cupiditati meae."

Dubitari quidem vix potest, quin Canisius Magdeburgensium „Centuriam" sextam, paulo ante evulgatam, sicut Hosio et Foscarario (v. supra p. 491—492), ita etiam cardinali Ottoni miserit. Scriptum autem illud refutasse, integro saltem libello, mihi quidem non videtur; cf. supra p. 515.

419.

14. Novembris 1562.

Ex apographo litterarum Lainii, eodem fere tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 39⁶.
Eadem ex eodem apographo posita sunt in „Epistolis P. *Nadal*" II, 132.

Lainius de Societatis „provincia Germaniae superioris" dividenda et de Canisio „commissario" nominando cum P. Natale agere statuit.

Iacobus Lainius, Societatis praepositus generalis, P. Hieronymo Natali, Societatis visitatori, ad litteras 6. et 7. Novembris 1562 datas Tridento 14. Novembris 1562 haec, praeter alia, rescripsit: Dela particion dela prouincia de Alemagna, quando ste V. Reuerencia mas informado delas cosas y personas della, se podra mas opportunamente trattar; un tiempo yo me inclinaua, à que el Padre Canisio quedasse con nombre de Commissario, y que huuiese Prouinciales que immediatamente rigiessen las Prouincias, pero d' esto trattaremos en presentia placiendo a Dios.

Societatis „provinciam Germaniae superioris" a. 1563 a Lainio per Natalem divisam esse ita, ut collegia vindobonense, pragense, tyrnaviense cum nomine „provinciae Austriae" ab ea separarentur, suo loco ostendetur. Utrique autem provinciae Lainius Canisium praeficere cogitabat cum nomine „Commissarii"; quod, ut Societatis *Congregatio generalis I.* a. 1558 habita inquit, est „officium extraordinarium, pro arbitrio Praepositi" generalis (*Decreta* Congregationvm generalivm Societatis Iesv. Secunda editio [Romae 1616] p. 62). Ac *S. Ignatius* in capite III. Partis IX. Constitutionum, in quo „de auctoritate Praepositi Generalis erga Societatem, ac de officio ejus" agit, de commissariis scribit (n. 7.): „Tendrán la parte desta autoridad, que les fuere comunicada por el General" (Constitutiones latinae et hispanicae p. 263). Atque ita Sanctus Franciscus Borgias ab ipso S. Ignatio Hispaniae, Lusitaniae, Indiarum commissarius creatus, a Lainio in eo munere confirmatus erat (*Orlandinus* l. c. l. 14, n. 54; l. 16, n. 2; *Sacchinus*, Hist. S. J. II. l. 1, n. 29).

420.

14. et 28. Novembris 1562.

Ex apographis eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 39[b]. 64[a].

Eadem, ex iisdem apographis exscripta, exstant in „Epistolis P. *Nadal*" II, 132.

P. Natalis Canisium Salisburgum ad archiepiscopum secum adducere cupit; id quod Lainius vix fieri posse existimat. Salmeron archiepiscopo amicitia iunctus.

Lainius Tridento 14. Novembris 1562 P. Hieronymo Natali, Societatis visitatori, ad eius litteras 6. et 7. Novembris 1562 datas haec, praeter alia, rescripsit: El yr por salizburgo me parece bien, y mire si seria conueniente que se hallase alli el D. Canisio. *Canisium sane novus ille archiepiscopus salisburgensis, Joannes Jacobus Khuen de Belasy, haud multo ante per litteras certiorem fecerat, se Societatis collegia condere statuisse, et, ut ea in re consiliis se adiuvaret, rogaverat; v. supra p. 467—468. Ac Polancus, Natali ad litteras 20. Novembris 1562 datas Tridento 28. Novembris 1562 Lainii nomine rescribens, de Canisio:* La uenita del, *inquit*, a Salisburgo[a] aunque se crei que ayudara: Si non sepuede auer sin mucha difficultad la licentia (como es de creer specialmente en el auiento) se podra dexar: y V. R. saludarà al Arcobispo mucho departe de nuestro padre, y tambien del padre maestro Salmeron que son amigos uiejos des deque la otrauez estuuo en Trento[1]: y si pareciesse que debria escriuirle algo N. Padre tanbien lo hara, aunque podra ser baste, que escriua el Canisio.

Canisio anno quidem 1562 Salisburgum ire vel ob hoc ipsum non licuit, quod sacro Adventus tempore minimum quater singulis hebdomadis e sacro suggestu dicendum ei erat; cf. supra p. 690.

[a] Asalisburgo *libr.*

[1] Annis 1546—1547 vel 1551—1552?

421.

24. Novembris 1562.

Ex apographo eodem tempore Tridenti scripto. Cod. „V. P. 62" f. 57[b]—58[a].

Lainius et Natalis de P. Victoria praeposito provinciali Austriae creando, reliqua Germania superiore P. Lanoio subicienda, Canisio utriusque provinciae „commissario" nominando inter se conferunt. Lainius Victoriam, si ad id munus aptus visus non sit, in Italiam mittere cogitat.

Iacobus Lainius, Societatis praepositus generalis, Tridento 24. Novembris 1562 P. Natali visitatori ad litteras vel 18. vel 20. Novembris ipsius manu scriptas haec, praeter alia, rescripsit: Acerca dela diuision de Prouincias y prouinciales en el discurso dela uisita se uera la dispositíon de aquella persona dequien se duda[1]: y la delos otros, que auerian destar debaxo del, si el fuese superior . Entenderase asi mesmo loque puede con su Magestad[2] si es cosa Real y que tenga momento, para determinar del enuna manera o enotra: y quando se determinase V. R. dehazerle prouincial, pareçeme que el Doctor Canisio hauria deser Commissario por su autoridad y parapoder uisitar; y el padre Lanoy potria tener laotra parte dela prouincia . Se aquella persona no fuesse apta para quedar en esa prouincia, seria alproposito que uiniesse a Italia . Però como dixe esto se entendera mejor acabada la uisita[a].

Haec ostendunt, exeunte a. 1562 et Natalem et Lainium de P. Victoria provinciae Societatis austriacae praeponendo, ita tamen, ut Canisio „commissario" subesset, cogitasse; Victoriam enim nomine „personae illius" significari, tum alia tum maxime quae de personae illius apud caesarem auctoritate scribuntur ostendunt. Sed verisimile est, Lainium iam ante huius anni exitum eam cogitationem abiecisse: nam *Polancus* eius nomine Tridento 31. Decembris 1562 ad P. Christophorum Madrid S. J. *scripsit: „Haziendose cuenta de diuidir la prouincia dela Superior Germania endos partes y de hazer prouincial de una dellas al Doctor Lanoy seria menester un Rector para el collegio d' Ingolstadio . V. R. mire se en Roma o, en Italia se halla alguno apto" etc. (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 130[a]). Ac videbimus a. 1563 Lanoium Austriae praepositum provincialem nominatum esse, reliquam Germaniae superioris partem cum eodem titulo Canisio relictam esse. Victoria autem haud multo post in Italiam evocatus, a Sancto Francisco Borgia praeposito generali a. 1565 collegii messanensis rector creatus, a. 1566 visitator in Sardiniam missus, postea nolano collegio praepositus est; idem multa Italiae loca sacris contionibus excoluit, Romae aliquamdiu totius Societatis „procuratorem generalem" egit, a. 1570 Sociis, qui classem pontificiam contra Turcas missam comitabantur, praefectus est (*Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars tertia [Romae 1649], l. 1, n. 61; l. 2, n. 18; l. 3, n. 95; l. 4, n. 171; l. 5, n. 44; l. 6, n. 26; et Historiae Societatis Iesu Pars quarta [Romae 1652], l. 4, n. 55).

422.

1. Decembris 1562.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 69[b].

Lainius Sanctum Franciscum Borgiam cum cardinale Augustano de collegio dilingano Societati tradendo, Canisii quasi interposita auctoritate, agere iubet.

---

[a] uista *libr.*

---

[1] P. Ioannis de Victoria. [2] Cum Ferdinando I. caesare.

Polancus, cum Lainii praepositi generalis nomine Tridento 1. Decembris 1562 Natali visitatori ad eius litteras Oeniponte 27. Novembris 1562 datas responderet, de negotio collegii S. Hieronymi dilingani Societati tradendi per Sanctum Franciscum Borgiam, Societatis vicarium, cum Ottone cardinale Augustano, Romae degente, tractando haec scripsit: Sobre lo de Tilinga seha scripto à Roma para que auisen dela gente que ay, y si uiere N. Padre que la ay sufficiente sepodra hazer loque V. Reuerencia acuerda que el Padre Francesco como solicitado por el D. canisio lo tratte y apriete con el Cardenal delqual scriuen de Roma que sta muy resoluto en esto dedar su collegio. *Cf. supra p. 582.*

423.

Ineunte m. Decembri 1562.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 70[a].

Canisii et Natalis rogatu Lainius Socios romanos monet: Ut regulas fratrum laicorum, quippe quae in Germania non exstent, aliasque eo mittant. Ne Sociis, quos in Germaniam mittant, ad quod officium ibi administrandum destinati sint, nominatim dicant. Ut probatae tantum virtutis homines eodem mittant, et, si qui rhetoricam litterasve tradere debeant, in iisdem bene versatos.

Natalis visitator Tridento 29. Decembris 1562 Augustam ad Canisium scripsit: Lainium praepositum generalem et de Sociis, qui in posterum (ex Italia) in Germaniam mitterentur, et de aliis rebus aliqua in Germaniae utilitatem constituisse, „sicut reverentia vestra me istic morantem monuerat"; v. supra p. 578—579. Haec autem, quaenam fuerint, ex litteris a Polanco Lainii nomine Tridento ineunte m. Decembri 1562 Romam ad P. Christophorum Madrid S. J., collegii romani superintendentem, datis planius intellegitur; in quibus Polancus scribit: El padre maestro Nadal scriue que halla en Alemaña falta delas Reglas delos officios de casa como de Refitolero, comprador, cocinero, portero .etc. y asi cada uno haze su manera de Reglas, o uan por tradicion . y asi desea que quanto mas presto sepueda sele embien todas las Reglas delos officios que setienen en Roma, y nosolo las stampadas, mas aun las que noloson. N. Padre siente que sele deuan embiar, y asi V. Reuerentia dara orden que se copien compartiendo el trauajo, y sele embien . Tambien acuerda el mesmo auiendolo trattado con el Padre Canisio y el Dottor Lanoy, que quandose embian algunos specialmente aquellas partes de Alemaña (y parece[a] [?] delasotras la mesma razon) que nosediga alosque se embian loquehan dehazer enparticular en las partes adonde hande estar sino ingenere que uan a seruir à Dios N. S. porla obedientia y lo particular deloque han dehazer que se scriue alla asus superiores Prouincial y Rettor . y esto sedize porque declarandoles a ellos para loque son embiados acaesce[b] que porlas necessidades, ò otras causas losayan de occupar deotra manera, y ellos uienen à inquietarse

[a] *Vel* a, *vel aliquid simile.* [b] *A libr. correctum ex* acaesse.

paresciendoles que nose haze loque en Roma seles dixo. A nuestro Padre parece bueno este recuerdo, y asi holgara que los superiores en Roma lo obseruen en quanto sepodra buenamente y asi mesmo el no embiar en Alemagna sino personas bien prouadas enlas costumbres, y los que handeyr paraleer Rhetorica ò humanidad quesean bien fundados enella y nose scriue esto sin causa porque enaquella region ay particular necessidad desto, y del nose hazer asi ueen porla experiencia hartos enconuenientes.

424.

18. Decembris 1562.

Ex apographis eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62" f. 108^{b}—109^{a}.

Lainius rectores collegiorum vindobonensis, pragensis, tyrnaviensis certiores reddit, Societatis provinciam Germaniae superioris, quod nimis ampla sit, ipsius etiam Canisii suasu per Natalem in duas divisum iri, eosque dubia iam non ad Canisium, sed ad seipsum referre iubet.

P. Polancus nomine Lainii praepositi generalis Tridento 18. Decembris 1562 P. Paulo Hoffaeo S. J., rectori collegii vindobonensis, postquam P. Victoriam in officio superintendentis collegiorum vindobonensis, tyrnaviensis, pragensis, donec P. Natalis visitator aliud statuisset, perstare iussum esse scripsit, ita pergit: Vedendo la difficultà che c' è in uisitare la Prouincia di Germania Superiore molto grande N. Padre Generale con parere del istesso Padre D. Canisio ha pensato di diuiderla in due prouincie, accio si possa fare piu breue ricorso d' ogni collegio al suo Prouinciale, et che lui anche possa uisitare piu spesso et aiutar li collegij suoi; come si debbia fare questa particione, et quali Prouinciali debbiano farsi et l' altre cose particolari le disponera in presentia il padre maestro Natale, insino alla cui uenuta in Vienna le cose si conseruaranno nel stato che erano il meglio chesi potra; solamente sara questa diferentia, che il ricorso ordinario nelle cose dubbie per ad esso lofaranno questi tre nominati collegij al nostro Padre Generale . Et non accadera grauare al Padre D. Canisio Prouinciale essendo N. Padre tanto uicino, et anche il detto Padre canisio essendo tanto occupato nellesue prediche, et altre opere d' importantia per il diuino seruicio et ben della Religion catholica. Volendo scriuerli si potra far, mà perle cose apertenenti al gouerno faceràsi come ho detto il ricorso a N. Padre Generale.

Similiter *Polancus* eodem die ad PP. Henricum Blissemium et Hurtadum Peretium, rectores collegiorum pragensis et tyrnaviensis, scripsit. Atque Peretio, praeter alia, de tribus collegiis, quae dixi, scripsit: „Quando andara il padre Natale se diuidera piacendo à Jddio la prouincia in due parti in modo che li .3. collegij detti, non haueranno un prouincial con quelli di Bauaria, perche nonsi puo uisitar commodamente cosi grande Prouincia ne gouernar per uno."

425.

Exeunte a. 1562.

Ex codd. „G. Ep. III." f. 34a. 84a; „G. Ep. IV." f. 110a. 112a. 129a; „V. P. 62" f. 120a.

Quot fere Socios provincia S. J. Germaniae superioris, cui Canisius praeerat, exeunte a. 1562 habuerit.

In domus Societatis Iesu augustanae, quae Canisii praepositi provincialis sedes erat, litteris semestribus 2. Ianuarii 1563 datis, et in Societatis collegiorum ingolstadiensis, monacensis, oenipontani, tyrnaviensis litteris quadrimestribus 31. Decembris 1562, 1. Ianuarii 1563, 20. Ianuarii 1563, 28. Decembris 1562 datis, quae omnes vel archetypae, vel eodem tempore transcriptae exstant, numeri, quos infra ponam, leguntur. In litteris autem quadrimestribus collegii pragensis et octimestribus (quadrimestres scriptae non sunt) collegii vindobonensis, quae ad idem tempus spectant, eiusmodi numeri desunt; qui tamen aliqua saltem ratione suppleri possunt ex litteris a P. Ioanne de Polanco, totius Societatis secretario, Tridento 7. Ianuarii 1563 ad Socios in Indiis versantes datis, quarum vel apographum vel commentarium, idque ipsius Polanci manu correctum, adhuc exstat. Numeris autem hisce novicii quoque comprehenduntur.

Ineunte anno 1563

habebat Societatis Iesu

Domus augustana . . .	5	Socios	et	in	his	3	sacerdotes;
Collegium ingolstadiense .	23	„	„	„	„	8	„
„ monacense . .	18	„	„	„	„	4	„
„ oenipontanum .	20	„	„	„	„	5	„
„ pragense fere .	30	„	„	„	„	?	„
„ tyrnaviense . .	7	„	„	„	„	3	„
„ vindobonense fere	60	„	„	„	„	?	„

Provincia S. J. Germaniae superioris 163 fere Socios.

Corrigenda.

P. 76³ pro Sibyllam *lege:* Ursulam.
P. 80, vers. 10 pro Sibylla *lege:* Ursula.
P. 82⁵ pro Sibylla *lege:* Ursula.
P. 88, vers. 5 pro partim saltem *lege:* aliqua ratione.
P. 88, vers. 6 pro Delphinus *lege:* Commendonus.
P. 148, vers. 5 pro 1560. *lege:* 1561.
P. 319, vers. 6 pro „E. H. 2" *lege:* „E. H. 1".
P. 321⁴, vers. 2 pro Wilh. *lege:* Walt.
P. 324, vers. 29 pro „E. H. 2" *lege:* „E. H. 1".
P. 640, vers. 30 pro a Melchiore *lege:* ab Andrea.

IX.

INDEX ALPHABETICUS EORUM,

quibus Canisius scripsit.

Numeri sunt epistularum, non paginarum.

X.

INDEX ALPHABETICUS EORUM,

qui Canisio scripserunt.

Numeri sunt epistularum, non paginarum.

XI.

INDEX ALPHABETICUS NOMINUM ET RERUM HUIUS VOLUMINIS.

Numeris maioribus paginae, minoribus adnotationes significantur. Litteris „S. J." etiam novicii Societatis Iesu, brevitatis gratia, significantur. C. = Canisius.